31
4 C
15

EX BIBLIOTHECA
JOSEPHI GARAMPII

Carata De
Feudis.

AVREA

# AC PERVTILIS LECTVRA, CLARISS. AC IVRIS INTERPRETIS CONſummatiſs. D. Martini de Caratis, Laudenſis, in lucroſiſsimo, & præ cæteris practicabili Opere Feudorum, ad Vtilitatem ſtudentium Summarijs locupletata, & à mendis innumeris repurgata.

In fine adiuncta eſt Diſputatio longè vtiliſsima Ioannis de Anania, de Reuocatione Feudi alienati, ob quotidianum & crebrum eius vſum, & Autoris illuſtriſsimi authoritatem.

Vnà cum Indice Rerum verborumq; fideliſsimo.

Baſileæ, per Thomam Guarinum.
M. D. LXIIII.

31 4 C 15

# CLARISSIMIS VIRIS ERVDITIONE, VIRTVTE, AC PRVDENTIA PRAESTANTIBVS, D. Ludolpho Haluero, Vicecancellario, Bartolo Richio, Conſiliario Illuſtriſsimi ducis Brunſuuicenſis Henrici, Iuris Doctoribus, dominis & amicis ſuis obſeruandis, Simon Schardius D. S. P. D.

*INTER alia quamplurima argumẽta virtutis Imperatorũ noſtrorum, cum inſigni Reipub. conſtituendæ prudentia coniunctæ, hoc quoq; non inter poſtrema meritò refertur, Viri clariſsimi, quòd cognito, omnia quæ in imperio, inq; ſtatu Reipub. eſſent, ab ijs defendi atq; firmari, qui militari virtute præcellerent, non ſolùm cogitarint, vt ad imperium defendendum ſtrenuo & exercitato milite afflueret, ſed & eius vagæ atq; indomitæ cupiditates legum authoritate repreſſæ, intra virtutis atque officij metas continerentur. Nam ſi rectè res conſideraretur, quid militia legũ vinculis ſoluta aliud quàm ſceleratorum aſylum, violentiæ atque impietatis ſchola, omniumq; ſcelerum libertas futura eſſet? Itaq; cùm non minus milite legibus aſtricto, quàm ſtrenuo atque parato ſibi opus eſſe animaduerterent, prudenter rationes, quibus anteceſſores*

*ipſorum in milite ſuſtentando regendoq; vſi fuiſſent, ſibi imitandas, exornandasq; propoſuêre. Cùm ergo veteres Imperatores, maximè Alexãder, & Conſtantinus Magnus, pro militum ſuſtentatione, ipſis eorumq; ducibus agros ab hoſtibus captos contuliſſent, ita vt hæredibus ipſorum militantibus, agri ad eos quoque tranſirent, ac Longobardi Italia potiti morem à Romanis Imperatoribus vſurpatum retinuiſſent: modò quòd, quæ antè militiæ, ipſis feuda eadem ſignificatione dicerentur: noſtri cum imperio etiam prædiorum militarium collationibus receptis, certoq; loco dijudicationi controuerſiarum circa ea exortarum, Ronchalijs conſtituto, quæ Reipub. apta atque vtilia, ſuperiorum legibus deeſſent, ſalubriter emendarũt, atq; ſupplerunt.*

*Siquidem cùm feudorum alienationes anterioribus legibus vaſallis cõceſſæ fuiſſent, crebraq; inter dominos & vaſallos delicta cõmitterentur, ipſi illis vires Imperij attenuari, his publicam trãquillitatẽ turbari perſpicientes, alienationes quidẽ nouis prohibuere cõſtitutionibus, delictorum verò pœnas veteres ita corroborarunt, vt in hunc vſque diem, optimè tam pacis quàm belli tempori conſuluerint. Nam cùm hoc fortitudine, illud verò concordia ex Polybij ſententia regatur, Belli tempore militem armârunt, eumq; lateri domini adiunctum, à proditione, fuga & deſertione arcentes ita animarunt ad pericula fortiter ſubeunda, vt domini ſalutem propriæ vitæ præferre cogatur: Pacis verò tempore, militem cum domino, tam arcto iuſtitiæ ac hone-*

*honeſtatis vinculo conſtrinxere, vt cùm vaſallus nihil contra ſalutem, honorem, exiſtimationem, facultates, bona, aut commoda domini, vel re vel conſilio ſub pœna amiſsionis prædij feudalis attentare auderet, domino quoque nihil in vaſallum, niſi his congruum, prudenter æqualitate ſeruata, licitum permiſſumue eſſe voluerint: hoc ipſo non tantùm ſuæ ætati commodantes, ſed hodierna die pacem in patria conſeruantes.*

*Quam etenim legibus feudalibus ſublatis hoc tempore Reipub. formam habituri eſſemus, quo pleriq; barbarica licentia deteriores, nihil aliud ſpirare videntur quàm cædes, incendia, rapinas, violentiam, agrorum depopulationes, vrbium vaſtationes, templo[illegible]ptiones, omniſq; virtutis oppreſsionem? Sanè iamdudum religione omni abolita, ſocietate ciuili dilacerata, rebuſq; bonis omnibus extinctis, ſacra prophanis, ſumma imis commixta, ſuſq; deq; ferentur.*

*Nunc verò, cùm ipſorum æſtuantes atque frementes animi, harum legum minis non ſecus coherceantur, ac apud Poëtam: Vaſto rex Aeolus antro*
*Luctantes ventos, tempeſtateſq; ſonoras*
*Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat:*
*Ni faciat, maria, ac terras, cœlumq; profundum*
*Quippe ferant rapidi ſecum, verrantq; per auras:*
*fit vt potentiorum graſſationes in ſubditos ſint mitiores, & ſeditiones popularium contra maiores aliquantò rariores, ac legum æqualitate vtrique quodammodo conſocientur. Laudatur Solon quòd olim ciui-*

*tate Attica magnis incommodis laborante, eò quod plebs æris alieni magnitudine à diuitibus preſſa, aut ſextam fructuum partem diuitibus ex agris ſoluere, aut verſura facta nexum inire cogeretur, componendæ diſcordiæ poteſtate ſibi commiſſa, debitorum remiſsionem, quam* σεισάχθειαν *vocant, introduxerit, voce celebrata, Aequalitatē minimè bellum efficere: Quantò itaque noſtri magis laudandi eſſe videntur, æqualitate iuris inter dominum & vaſallum in imperio introducta? Soloni ſiquidem Reſpub. laborans æqualitatis neceſsitatem impoſuit, noſtris verò iuſtitiæ ac æquitatis amor. Ille, vt calamitatibus præſen[illegible]reret, ad æqualitatem confugit: hi, vt futuris proſpicerent, eam amplexi fuêre. Denique ille ſuæ ætatis hominibus ſemel tantùm æqualitate introducta conſuluit, noſtri omni poſteritati in perpetuum.*

*Itaq; cùm hæ leges domi concordiam, & foris virtutem hactenus conſeruârint, præclarè earū ſanctione Imperatores noſtros de Repub. meritos, nec cæteris prudentiſsimis legumlatoribus inferiores eſſe fateri neceſſe eſt. Etſi verò Iuris feudalis vtilitas manifeſta ſit, ita vt neruus publicæ tranquillitatis in Imperio, ac vnicum contra iniuſtas cupiditates præſidium meritò habeatur: tamen complures, iiq; doctrina præſtantes, à cognitione eius tanquam inelegantiore ſtylo conſcripti, atque, vt dicunt, barbarici, refugere non erubeſcunt. Verùm iſtiuſmodi hominum iudicio neutiquam moueri nos conuenit. nam*

etſi

*etſi ab Oberto Ortenſio incultiore oratione, pro conſuetudine temporis ſui elegantiæ latinitatis expertis, conſcriptum ſit, ideóne faſtidiosè reijciendum, eiusq́; dignitas ſermonis potius elegantia quàm vtilitate metienda erit? Nō vt lingua ijs perpoliatur, ſed mores formentur atque regantur leges ſunt introductæ: idq́; ſi quas alias, feudales præſtare res ipſa loquitur. Non itaque temerè negligendæ erant: ac ſi cui tantopere venuſtas ſermonis placet, ei illa aliunde quàm ex legibus petenda erit: in quibus maximè decet inſpicere μὴ τὰς λέξεις, ἀλλὰ τὴν διάνοιαν τοῦ γράφοντος: ſicut alicubi non minùs prudenter quàm grauiter Athanaſius ſcribit.*

*Cæterùm, quid cum hoc hominū genere nobis rei eſt? fruatur iudicio ſuo, ac legibus elegātioribus vacet, nobis his barbaricis relictis; quarū ignorantia non ſolùm nobis incōmoda, ſed & turpis eſt. Si etenim Seruius Sulpitius turpe ſtatuit patricio & nobili viro, & cauſas orāti, ius ciuitatis in qua verſaretur, ignorare: quātò magis nobis turpe erit, leges patrias, quarū beneficio non tantum nos alimur, ſed & maiores noſtri imperij decus ſummis laboribus partum nobis conſeruatum tradidêre, ciuium inter ſe ſtudia conciliantur, domeſtica diſciplina continetur, libertas popularium contra iniuſtas potentiorum cupiditates quaſi muro munitur, neſcire? Quapropter cùm mihi huiuſmodi hominum iudicijs neglectis in cultura legum feudalium verſanti, inter alias earū interpretationes, lectura Martini*

*Laudenſis, viri & in foro & ſcholis celebratiſſimi, non tantùm innumeris mendis defœdata, ſed & pleriſq; locis mutilata obtigiſſet, ac typographum, virum optimum rei literariæ iuuandæ ſtudio, de eius editione renouanda cogitare intellexiſſem, rem nec à meis ſtudijs, nec publicis commodis alienam facturum me exiſtimaui, ſi eam priore emendatiorem, integrioremq; in lucem prodire curarem. Itaque & Laudenſis, & legum harum ſtudio hanc operam cepi, vt & pleraſque prioris editionis mendas tollerem, ac defectus aliorum exemplarium collatione ſuis locis ſupplerem. In ea opera quid aſſecutus ſim, à me commemorari non [illegible]. ſed, vt ſpero, collatio vtriuſque editionis oſtendet, & vos pro Prudentia veſtra facillimè perſpicietis, quibus hanc Lecturam ſpeciatim tranſmittere atque inſcribere placuit: cùm quòd ſperarem vos pro amicitia quæ inter nos horum ſtudiorum ſimilitudine eſt conſtituta, patrocinio veſtro mihi contra iniquos laboris ſuſcepti iudices, benignè affuturos, tum vt veſtri nominis mentione, alij ordinis noſtri ad harum legum propagationem inuitarentur.*

*Nam cum in ea natione degatis, quæ virtute Martia, ac quotidiana armorum tractatione nulli genti Germanicæ cedit, eam tamẽ virtute illuſtriſſimi Principis veſtri, ac ſalutari veſtro, veſtrorumq; collegarum conſilio, eò traductã conſtat, vt æquè tribunalia quàm caſtra adire, & tam legibus modeſtè parêre quàm ſtrenuè militare glorioſum exiſtimet: quò, vt de ſocietate*

*ciuili*

*ciuili præclarè meriti eſtis, & indies adhuc meremini, ſic alijs quoque exemplum functionis ſuæ ornandæ, inſigni cum laude veſtra ſuppeditatis.*

*Non vt libidini potentiorũ ſeruili & flagitioſa adulatione ſeruiant Iureconſulti ipſorũ lateri adiungũtur, ſed vt Heſiodus ſcribit, Dei ſedi aſtare iuſtitiã gubernatricem hominum, ſic Iureconſultos principibus adeſſe oportet iuris cuſtodes, ac animos ipſorum à priuatis affectibus ad religionis, iuſtitiæ, & artium ſalutarium cultum ac defenſionem inflectere, iudicia, fœdera, ciuium mores, ac omnia vincula pacis regere, oppreßis innocentibus opitulari, improbos verò cohercere atque punire. Sunt quidem [illegible] gna, vt in tanta imperiorum confuſione, vitæq; licentia, humanam infirmitatem excedere putentur: ſed tamen quanta fide, quantaq; virtute etiam Ethnici Iureconſulti, in his, nullis minis vel odijs potentum fracti, verſati ſint, hiſtoriæ ipſorum commonſtrant.*

*Solon, licet ciuitatem Atticam ambitione Piſiſtrati oppreſſam cerneret, tamen eius conſilijs reſiſtere, eumq; ad iuſtiora conſilia flectere minimè eſt veritus. Nec, vel Labeonem Auguſti potentia, vel Caßium Longinum Caligulæ furor, aut Neronis crudelitas, à conſtantia in ſententia liberè dicenda deterruit. Quæ porrò Papiniani atque Vlpiani in iuſtitia defendenda conſtantia ac magnanimitas fuit? quorum ille gladio ceruicem porrigere, quàm Baßiani Imperatoris parricidiũ excuſare: hic toga Imperatoris tegi, quàm mi-*

*litum prætorianorum furori, vel præſidum cupiditatibus cedere, maluiſſe legitur. ò præclara conſtantiæ in defenſione iuſtitiæ, & fortitudinis in aduerſis contemnendis exempla.*

*Noſtra verò ætas etſi in talium exemplorum productione languida ſit, eorum tamẽ non penitùs effœta eſt. Nam multos Iureconſultos principum animis ad pietatem, iudiciorum conſtitutionem, & artium generi humano ſalutarium ſuſtentationem traductis, de Eccleſia & Repub. bene mereri conſtat. In quorum album; cùm vos vnà cum præſtantiſſimo Iureconſulto, Ioachimo Minſingero collega veſtro, referre non dubitarem, Lecturam hanc, vt dixi, vobis inſcriptam tranſmittere volui, vt & mutuæ inter nos amicitiæ, & de virtute veſtra opinionis meæ teſtis eſſet. Id quod cùm vos pro humanitate ac beneuolentia veſtra probaturos cõfidam, Deum æternum patrem Liberatoris noſtri Ieſu Chriſti precor, vt haſce leges in tanta licentia vitæ conſeruet & tueatur, veſtraq; conſilia ad legum, iudiciorum, diſciplinæ ac tranquillitatis conſeruationem directa, ad Eccleſiæ & Reipub. ſalutem proſperet atq; ſecundet. Valete in Chriſto fœliciter. Datæ Spiræ, XX. April. Anno M. D. LXIII.*

# FEVDISTARVM QVI à Laudenſe citantur, nomina.

*Duluius*
*Henricus Archiepiſcopus Ebrudenſis*
*Iohannes Faſoli*
*Iacobus Columbi*
*Pileus*
*Odofredus*
*Iacobus de Ardizone*
*Andreas de Iſernia*
*Baldus*
*Petrus de Ceruo.*

# AVREA AC PERVTILIS LECTVRA CLARIſSIMI AC IURIS INTERPRETIS CŌſUMMATIſSIMI, D. MARTINI de CARATIS LAVDEN. in lucroſiſsimo, & præ cæteris practicabili opere FEVDORVM, Vnà cum dictis Modern. PAPIEN. & THAVRIN. congruis locis breuiter inſertis, per modum repertorij, ac aliis additionibus, ad vtilitatem ſtudentium.

## INCIPIVNT CONSVETVDINES FEVDORVM: Et primò

### De his qui feudū dare poſſunt, & qui nō: & qualiter acquiratur & retineatur. Tit. I.

### SVMMARIVM.

1 *Libri ad librum, Rubricæ ad rubricam, Legis ad legem, non ſolet fieri continuatio.*

2 *Omne ius conſtat aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto.*

3 *Diuiſio Rubricæ.*

4 *Conſuetudo ex non ſcripto eſt.*

5 *Cōſuetudo in ſcripta relata, dicitur notoria, nec cōſuetudo eſſe deſinit.*

6 *Liber feudorum Authenticus eſt & ligat omnes.*

7 *Liber Lombardiæ an ſit Authenticus.*

8 *Liber Nouellarum Authenticus eſt & allegabilis.*

9 *Authenticorum liber allegabilis eſt & Authenticus.*

10 *Extrauagantes an ſint allegabiles.*

## PROOEMIVM.

IN NOMINE DEI.
1 ¶†Quáuis in principiis principiorũ nõ ſoleat fieri cõtinuatio, vt no. Bald. in rub. de ſer. fug. (Nam libri ad librũ non ſolet fieri cõtinuatio: vt vulgò allegatur gl. in rub. ff. de cõdic. fur. ſicut nec legis ad legem: gl. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſth.) tamen ſecundum Iac. de Bel. poteſt ſic fieri continua-
2 tio: †Nam omne ius noſtrũ conſtat, aut ex ſcripto, aut ex non ſcripto. §. conſtat. Inſt. de iure nat. gen. & ci. ¶Verùm quia in pręcedẽtibus dictũ erat de iure ſcripto: reſtat videre de iure nõ ſcripto, & ſic conſuetudinario. Ideo cõpetẽti ordine ſubiicitur rubrica hoc modo: Incipiũt conſuetudines feudorũ: Et primò, qui feu. da. poſ. qualiter acquiratur &
3 retineatur: †Quę rubrica diuiditur in duas partes principales. Nam in prima ponitur rubrica generalis ad totum præſens opuſculum: in ſecunda, rubrica ſpecialis ad præſentem tit. Secunda pars incipit, Et primò qui feudum. Itẽ ſecũda ſubdiuiditur in tres particulas. Nã in prima dicitur de perſonis quæ feudum dant, in ſecunda de forma acquirẽdi, in tertia de modo retinendi. Secunda ſecundę ibi, & qualiter: tertia ibi, & retineatur. ¶Contra rubricam opponit Bal. Nã dicitur in rubrica, Incipiunt
4 conſuetudines feudorũ. †Contrà, Conſuetudo ex non ſcripto eſt. §. ex non ſcripto. Inſt. de iure natu. gent. & ciuili. ſed hîc eſt ſcripta. Ergo non eſt conſuetudo. Sol. Bal. quòd ſcriptura hîc ſit ad memo-
a riam[a], †& dicitur notoria conſuetudo, quádo redi-
5 gitur in ſcriptis. l. contrahitur. ff. de pignor. Similiter dixit Bal. in l. j. C. ad Velleya. quòd ex multitudine inſtrumẽtorum, maximè antiquorum probatur notoria cõſuetudo. Vel aliter ſol. Bal. quòd licet

ADDITIO.
a Et an ad eſſentiam conſuetudinis, vel legis, vel gratiæ apoſtolicæ requiratur ſcriptura, vide diffusè per Fely. in rub. de conſti. in ij. et ſeq. col.

licet ſcriptura referat conſuetudinẽ,tamen nõ deſiuit eſſe cõſuetudo:ſicut,licet ius ciuile referat ius prætoriũ,non tamen deſinit eſſe ius prætorium.§.
6 ſed his præt. Inſt.de hære.qual.& diff. ¶†Quæro primò,an hic libellus ſit Authenticus,vt liget oẽs,
a tã eccleſiaſticas, quàm ſeculares perſonas a? & ſic, an ſit legendus publicè in ſcholis:& allegandus in pallaciis? Hoſtiẽ.tit.de immu.ecc.§.iiij. in ſumma cõcludit ꝙ nõ ſit Authẽticus , niſi quatenus in eo ſint leges imperiales: vt leges Lotharij Imperatoris.Cõmunis autẽ ſeptẽtia ſcribentiũ,maximè Iac.
b deBel.Odof.And.de Iſern. b & Bal.hìc eſt in contrariũ : quòd hic libellus feudalis eſt auth. ligátq; omnes, quia ita ſeruatur & minimè mutanda ſunt, &c.l.minimè.ff.de legi. Nã inquit Do.Alberi.in l. de quibus.ff.de legi.quòd vidit hoc opuſculum in pallaciis continuò obſeruari. Pro prædictis bene facit c.j.§. de feud.cognit.c.quæ in eccleſiarum.de cõſti.c.cæterùm.de iudi.in gl.& c.ex parte.de feu. & c.ad apoſtolicæ.de re iud.in vj. ¶Quæro ſecũ-
c dò,an liber Lõgobardiæ ſit Authẽticus?†Reſpondet Andr.de Iſern.quòd non eſt Auth.neque ligat omnes niſi quatenus in eo ſint leges imperiales. l. cunctos populos.C.de ſum.tri.& fid.cath.Addite dictum Bal.in c.tranſlato.de conſtit. qui ait,quòd poſtquam eſt abolitus titulus Regis Lombardiæ, ſunt abolitæ leges:l.ij.§.exactis.ff.de origin.iur.l.
c decennium.C.de ſac.ſanct.eccl. c ¶Sed cõtra Bal.

a *Et quòd cõſtitutiones feudorum ligẽt eccleſias & eccleſiaſticas perſonas,cõprobat per plura D. Iaſ. in prælu. feud. in iij.& ſeq. col.Et an ligent in foro conſcientiæ, Fely. diffuſè in cap.j.col. xij.verſi.fallit vj.de cõſtit. Pulchrè diſtinguit d. Fran. Curt. in tract.feu. ij.q. in fi.primæ partis, in fi.*

b *Hãc opinionẽ tenet & cõprobat D. Iaſ. in præl. feu. in j.col. & D.Fran. Curt.in tract.feud. j.part.in j.q.col.ij. Et an ius feudorum ſit allegabile in alia materia,quàm feudali, D.Fran. Curt.in ij.char.primæ partis, ver.iij.principaliter.Quæro pulchrè in ſuo conſi.ccxij.in ij.dub.vbi dicit quòd quando iura feudalia ſunt fundata in ratione naturali, poſſunt allegari ad deciſionẽ in aliijs materijs.*

c ADDITIO. *An liber Lõgobardiæ ſit approbatus, vide quod de eo plenè ponit Fel.in c.ij.co.xxiiij.ver.xxxj.de lege,Lõgobardia. de reſcrip.&c.et ibi per tres co.ponit ad ſaturitatẽ.Quid de deci.Rotæ,de ſentẽtijs Inn.iiij.de regulis cãcellariæ,et alijs quàm pluribus deci.D.Frã.Curt.in tract.feud.v.q.j.par.per totã.Vide de not.concl. quam dicit D.Frã.Curt.in tract.feu.in j.par.q.j.col.ij.*

allego Text.rotundum in c.j.ĩ.de feud.cognit. vbi in cauſis allegatur l.lõbardię.Poteſtis ſoluere hoc modo,quia c.j. allegatum eo tẽpore loquitur quo tempore non erat abolitus titulus Regis Lombar-
8 diæ. Cogitabitis vos. ¶ †Quæro tertiò, an liber Nouellarum ſit authẽticus & allegabilis in cauſis? Reſpondeo eſſe authenticum & allegabilem(Allego vobis bonum tex.in l.vnica.in verb. nouellarũ. C.de emend.Iuſt.cod.& ibi no.Doct. maximè Alberic.quem omnino vide):niſi lex Nouellarum cõtradiceret iuri cõmuni, puta legibus Codicis vel Digeſtorũ.Dictum eſt elegans Bal.in auth.hoc amplius.C.de fideiuſ.
9 ¶ †Quæro quartò,An liber Authenticorum ſit allegabilis,& authenticus in cauſis? Omnes Doctor.concludunt,quòd ſic.Et not. quòd Accurſius in principio Summę Authenticorũ ait,quòd *quidam monachus Græcus loquax cõdidit libellum Authenticorum, ideo leges ſunt ita prolixæ & longæ.
10 ¶ †Quęro vltimò,An Extrauagantes ſint allegabiles in cauſis? Reſpondeo, quòd quatenus ſunt practicatæ, ſunt allegabiles, & non vltrà.Bald.in procemio Decretalium.Facit quod not. Azo in Summa tit. quod cum eo. in iiij. col.Facit cap.paſtoralis.de fide inſtru. Mart.

* *Hæc opinio Accurſij falſiſſima eſt: quare tanquã inepta reiicienda. S.Schard.*

## SVMMARIVM.

1 *Diuiſio tituli ponitur.*
2 *De perſonis primò quærendum eſt.*
3 *Prælati infeudare poſſunt, ſi ſit conſuetudo.*
4 *Marchionatus dignior eſt quàm comitatus.*
5 *Teſtamentum etiam pro anima in feudis dignitatum non valet.*
6 *Capitanei qui dicuntur maiores Valuaſores,infeudare poſſunt.*
7 *Sacramentales in feudis qui dicantur.*

8 Feudi

8 *Feudi definitio.*
9 *Feudum magis eſt gratia, quàm debitum.*
10 *Feudum propriè non eſt priuilegium, niſi conceдantur infeudabilia, vel feudi natura mutetur.*
11 *Dominio omni in vaſallum translato, feudum eſt obliquum.*
12 *Iura perſonalia & præſtationes annuæ infeudari poſſunt.*
13 *Vtile dominium in vaſallum transfertur.*
14 *Hæredum appellatione in feudis continentur ſolummodo deſcendentes.*
15 *Feudum in fœminas non tranſit, niſi nominatim de his actum ſit.*
16 *Cauſa nulla iuſtior priuãdi vaſallum, quàm ſi debita ſeruitia adimplere ceſſat.*
17 *Feudum rectum dicitur quando ſeruitium eſt incertum.*
18 *Feudum ſine inueſtitura inuenitur.*
19 *Seruitium in feudo recto vaſallus præſtare non cogitur, niſi requiſitus.*
20 *Cenſum non ſoluens in contractu cenſuali, eò non cadit.*
21 *Imperator non poteſt deponi à pontifice, niſi ex grauiſsima cauſa.*
22 *Vaſallus nõ cadit à feudo ob non præſtita ſeruitia, niſi requiſitus. Limita vt hîc.*
23 *Feudi Etymologia.*
24 *Nomen feudi & vaſalli de iure ſunt conſuetudinario, non Romano.*
25 *Militia poteſt vendi, legari, & pignori obligari: feudum non item.*

26 Feudum conſtituitur mediante contractu, vel in vltima voluntate.
27 Feudum qualiter acquiratur.
28 Feudum dare poteſt quilibet liberã bonorum adminiſtrationem habens.
29 Actio quæ oriatur ex contractu feudali.
30 Feudum dignitatis, & non dignitatis, quid ſit.
31 An princeps poßit alienare ea quæ ſunt principatus.
32 Princeps ſi infeudet Regalia, conceßio non valet, niſi adſit clauſula motus proprij.
33 Simplex, & conditionatum feudum, quid ſit.
34 Domo in feudum conceſſa, an Vaſallus alij locare poßit.
35 Feudum antiquum ſiue paternũ, vel nouum, quod dicatur.
36 Epiſcopi feudum nouum tanquam antiquum concedentis infeudatio non valet.
37 Verba enunciatiua non probant inter eos qui non poſſunt diſponere. Limita vt hic.
38 Epiſcopi infeudatio prædicta non valet etiam cum conſenſu capituli.
39 Feudum habens propriam naturam, vel non, quid ſit.
40 Natura hic quid ſit.
41 Feudum curſoris claudo conceſſum, an valeat.
42 Feudum maſculinum vel fœmininum, quid ſit.
43 Feudum reale quid ſit.
44 Perſonalis feudi definitio.
45 Perſonalißimi feudi definitio.
46 Feudum conceſſum ad vtendum fruendum, ad hæredes

*hæredes tranſit.*

47 *Verba debent intelligi ſecundum naturam diſpoſitionis.*

48 *Feudum ligium, vel non ligium, quid ſit.*

49 *Ligius duorum nemo eſſe poteſt.*

50 *Ligium feudum nō ſaltem in ſummo* Pontifice, *ſed & in* Imperatore *datur.*

51 *Effectus ligij feudi.*

52 *Pœnitentia in feudo ligio non habet locum.*

53 *Homagium qui fecit, non eſt ſeruus.*

54 *Feudum annale, vel perpetuum, quid ſit.*

55 *Feudum nouum an nobilitet.*

56 *Feudum nobile quid.*

57 *Feudum minus nobile quid.*

58 *Non nobile quid.*

59 *Feudi* Eccleſiaſtici *& ſecularis definitio.*

60 *Prælatus ſuſcipiens feudum, an teneatur iurare.*

61 *Eccleſia an amittat feudum prælato committente feloniam.*

62 *Diuiſibilia feuda quæ ſint.*

63 *Iurabile vel non iurabile feudum, quid ſit.*

64 *Feudorum aliud eſt trāſitorium ad omnes gradus, aliud verò non eſt.*

65 *Legatus de latere non poteſt bona* Eccleſiarum *ſuæ legationis infeudare.*

66 *Relicta pro anima infeudari non poſſunt.*

67 *Vtrùm conſuetudo infeudandi bona* Eccleſiæ, *inducatur* 30. *annis.*

68 *Refutatur ſententia* Baldi.

69 *Conſuetudo debet eſſe rationabilis, non damnoſa* Eccleſiæ.

70 *Contra Eccleſiam præſcribitur annis 40.*
71 *Prælatus cum conſenſu capituli infeudare poteſt, cùm vtilis eſt infeudatio.*
72 *Conſuetudo ſi ſit contra ius commune, requirũtur 40. anni.*
73 *Cõſuetudo infeudãdi bona Eccleſiæ vt valeat, quæ præterea requirantur. Et num 74. 75. 76.*
77 *Prælatus & clericus poteſt infeudare, ſi ſit conſuetudo.*
78 *Fallit. Et num. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85.*
86 *Vaſallus ſine conſenſu Eccleſiæ poteſt alteri infeudare.*
87 *Conſuetudo Eccleſiæ infeudandi maſculos, an poſſit extendi in fœminas.*
88 *Licet conſuetudo ſit Eccleſiæ non infeudare, tamen poteſt caſu hîc poſito.*

QVIA DE FEVDIS. ¶ Diuiditur totum præſens [a] opuſculum in tres li-
a
bros. Primus liber incipit hîc in princip. & finitur in titu. de feud. cognitio. Secundus incipit & finitur in titu. in quib. cau. feud. amit. excluſiué. Tertius autem liber incipit in tit. in qui. cauſ.
1 feud. amit. & finit vſq; ad fin. ¶ †Præſens autem titulus diuiditur in tres partes principales. Nam in prima ponit, qui feud. dare poſſ. in ſecunda qualiter acquiratur: in tertia & vltima, de natura feudi. Secunda ibi. quia vidimus de perſonis. Tertia ibi: notandũ eſt. ¶ Iterum, Prima ſubdiuiditur in tres particulas. Nam in prima ponitur continuatio: in

ADDITIO.

a *Et an ſtatutum referẽs ius cõmune, faciat quòd deſinat eſſe & appellari ius cõe: ponit Bart. in l. j. in princ. ff. ad legem Falc. Et ponit, quòd ſi ſtatutũ addat vel detrahat aliquid iuri cõmuni, an per hoc alteretur ius cõmune. Et ex quo dicit Alex. in ſuo cõſil. lxij. j. col. verſic. præterea dato, &c. in j. volu. quòd licet in reſcripti interpretat. non fiat mẽtio de ſtatuto, nõ per hoc dicitur tale reſcriptum ſubreptitiũ, ſi tale ſtatutũ contineat idẽ quod ius cõmune, Hoc idem dicit Alex. ſuo con. cxcv. j. col. ij. vol. Vide Felyn. pulchrè in c. j. col. xviij. verſi. ſublato iure cõmuni. extra de reſcrip. ver. examinat. An & quando tunc ſublato iure communi ſit etiam ſublatum ſtatutum idẽ continens, vide Bulga. latè in rep. rub. in c. qui admit.*

ſecunda ponuntur perſonæ eccleſiaſticæ quę dant in feudum: in tertia ponuntur perſonæ ſeculares, quæ poſſunt dare in feudum. Secunda ibi, feudum dare poſſunt. Tertia ibi, Marchio, prælati eccleſiarum poſſunt dare in feudum, ſi ſit cõſuetudo. Marchio & Comes & nobiles ſeculares & qui ab his habent, in feudum dare poſſunt. ¶Not. primò, ibi,
2 videamus. quòd † primò de perſonis quærendum eſt. l. ſi quæramus, ff. de ſtat. hominum. ¶No. ſecun
3 dò, ibi: Archiepiſcopus. quòd † prælati eccleſiarũ poſſunt in feudum dare ſi ſit conſuetudo infeu-
4 dari. ¶Not. tertiò, quòd dignitatis † maioris eſt marchionatus quàm comitatus, vt probatur hîc ex ordine literæ. De quo Deo dante videbitur in c. j. infr. quis dicitur dux vel Marchio, &c ¶Not. vlteriùs ex eodem text. quòd Marchio & Comes
5 poteſt dare in feudum. ¶†In via dum huc accederem & deceſsiſſet bonæ memoriæ illuſtris Marchio Mantuæ, quæſitum fuit à me, An valeat teſtamentum in quo prædictus Marchio relinquit marchionatum primogenito? Reſpondi teſtamentum eius non valere: quia in dignitatibus non valet teſtamentum etiam pro anima. Caſus eſt in cap. j. infrà, de prohib. alie. feud. per Federic. in j. col. & in capit. j. infrà, de ſucceſſ. feud. niſi tenor inueſtituræ feudalis velit, quòd poſſet teſtari. Nam eſt vna maxima in feudis, Quòd primò inſpiciẽdus eſt tenor inueſtituræ, quia derogat iuri feudali. Not. eſt
a Bald. in rub. j. huius operis.[a] ¶No. tex. ibi, Sunt &
6 alij. quòd † capitanei inueſtiti de feudo à Marchione vel Comite poſſunt alij infeudare, & inueſtiti à valuaſoribus maioribus dicuntur minores valua-

ADDITIO.

a *Cõtrarium tenet Dominus Iacob. in tractatu feud. in verbo, & cum pacto quod de ipſo feudo. Et in 3. colum. comprobat ipſe, quia videmus quòd licet alienatio feudi ſit prohibita ſine licentia domini: tamen hoc fallit, dicit ipſe, quando alienatio fieret in proximiorem agnatum qui erat omnino ſucceſſurus: ergo idẽ in caſu noſtro. Non tamen reſpõdet ad textum Rotundum in cap. primo in princip. de ſucceſſ. feud. ibi, nulla diſpoſitione defuncti in feudo valente. Ideo cogita. Et eandem opinionem, quòd iſto caſu valeat teſtamentum, tenet Domi. Franc. Curt. in tract. ſeud. xv. chart. iiij. part. verſic. retenta igitur, &c. in ij. col. Et ibi per regulam & fallentias examinat, an & quando poſſit vaſallus de feudo teſtari etiam pro anima.*

ſores: de quibus omnibus dicam vobis, quia ibi eſt caſus in cap.j. quis dicitur dux, Marchio, Comes,
7 capitaneus, vel valuaſor. ¶†Xij. ſacramentales in feudis dicuntur xij. teſtes deponentes de credulitate & conſcientia ſua, non de veritate. ¶No. etiã Iac. de Bel. infr. ſi inter dom. & vaſal. lis ori. Sed vbi duo deponerent de veritate, ſufficeret l. vbi numerus. ff. de teſt. ¶In gloſſ.j. quæ incipit, quid autem feudum ſit. ibi, cap. nulla. quæro primò, quid ſit
8 feudum. Nam† feudum eſt beneficium ex beneuolentia datum, proprietate domino retenta, vſufructu autem tranſlato in ſuſcipientem eiúſque hæredes ſiue maſculos ſiue fœminas, ſi de his, ſcilicet fœminis actum ſit, vt illæ ſuíque hæredes ſeruiant domino, ſiue ſeruitium ſit certum ſiue incertum. cap.j. infrà, ex quibus cauſis feudum amit. per to-
9 tum. ¶†Circa primam partem definitionis quæro, an feudum ſit gratia, vel debitum. Concludit Bald. in rubrica, quòd eſt gratia: quia in qualibet diſpoſitione attendimus principalius. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ff. de auro & argento legato. l. quæritur hermophroditũ. ff. de ſtatu hominum. cum ſimilibus. Sed feudum eſt magis gratiæ quàm viciſsitudinis ſeruitiorum: vt eſt caſus in cap.j. in fin. infr. de feud. da. ſub pacto legis commiſſoriæ.
10 Vbi caſus. ¶†Secundò quæro, an feudum ſit priuilegium? Concludit Bald. quòd propriè non eſt priuilegium, niſi princeps concedat feudum contra naturam feudalem & conſuetudinem: puta, infeudando ex plenitudine poteſtatis non infeudabilia, vel infeudando vt tranſeat etiam ad fœminas: quo caſu ſolus princeps cognoſcit: vt c.j. ꝗ. apud quem vel quos controuer. feudi. Licet latè ſumpto vocabulo, omne beneficium conceſſum à principe, dicatur priuilegium: c. olim, per Ioan. And. in nouella, de verb. ſignific. Addite plenè ſcripta per Alber. Bart. & Bald. in l. fin.
11 ff. de conſtitut. principum[a]. ¶†Deinde in defini-
tione

*a Et quòd feudum dicatur propriè beneficium, tenet Dom. Iaſ. in prœl. col.x. Ibi etiam trãſit in præcedenti artic. ſimpliciter cum Dom. Laud. Hîc intellige & declara vt per D. Franc. Cur. in penul. q. primæ part.*

tione ſubiicitur,retēta proprietate.¶Quid autem
ſi dominus trāsferat in vaſallum omne dominium?
Et tunc dicitur feudum non habens propriam na-
turā feudi : vt patet ex definitione. facit c.j.inf.de
feudo non habente propriam naturam feudi. & l.
ſi margaritam.aliàs,gratuitam. ff.de præſcrip.ver-
a bis. [a] ¶†Quæro,an in iuribus perſonalibus, & ſic
12 in præſtationib.annuis habeat locū feudum?Con-
clude quòd ſic:ſecundū Bal.in viij.co.quē vide c.
j.§.ex facto.ꝟ. de con.inter domi.& epiſcopū.quia
loco directi &vtilis dominij ſunt actiones directę
& vtiles.Nā directa domino,vtilis vaſallo compe-
tit.l.iubemus.in prin.C.de ſac.ſan.ec.l.fi.C.de hę.
vel actione ven.vbi transfertur rei vēdicatio vtilis
ſine dominio. Nā omnes res ex quibus percipiun-
tur fructus annui,cēſentur immobiles. l.diuortio.
b §.ſi vir.in glo. ff.ſol.ma. l.fi.C. de iure do.cum ſi.[b]
¶Item in definitione ponitur: vſufructu transla-
13 to,&c.†Sed contra hanc definitionem opponitur,
quòd imo transferatur vtile dominium in vaſal-
lum.c.j.§.pręterea.in gloſſ.ꝟ.de capitulis Conra.in
gl.l.j. C.de iure emphy.Solutio:Fatendū eſt con-
c trarium, quia in vaſallū trāsfertur vtile dominiū.[c]
¶Subiicitur deinde in definitione: Eiuſq; hære-
14 des ſiue maſculos,&c.†Nam appellatione hæredū
in feudis intelliguntur duntaxat deſcendentes:
puta, filius, nepos,&c. c.j.§.j. de feud.alien.& eſt
glo.in l.ex facto.§.ſi.ff.ad Trebel. Et ponūt Cy. &
Bald.in l. ſi liberti.C. de oper.libertorū. licet aliàs
de iure cōmuni appellatione heredum etiam con-
tinerentur extranei.l.ſciendū.ff.de verb.ſig.Et di-

*a An poſſit dominus trāſferre directū & vtile, & qualiter debeant verba cōcipere trāſferētes directā & vtilē actionē: vide pulchrè d. Iaſ. in præl. co.vij.D.Fr. Cur. in iiij. chart.j.par. verſicul. vj. principaliter in ij.col.*

ADDITIO.

*b Nūquid boues & alia maſſaritia poſſint infeudari, vide Bald.ſuo cōſ.ccccxxij. j.vo. Et an in molendinis poſſit cōſiſtere feudū, decidit quòd ſic. D. Fran. Curt. in tra.feud. vj.q.j.part.in iij.col.ver.ij.dicit non eſſe alibi in ſpecie tactum. Et an in mobilibus poſſit feu.conſiſtere, vide D.Laud.infr.in §.j.de feud.cogni.*

*c Habet tamē feudū aliquā ſimilitudinē cū vſufructu.Iaſ. in præl ud.in col.viij. & dicitur magis accedere ad vſumfructū,quàm ad proprietatē: vt ibi per eum qui etiā dicit in ſeq.co.ver.itē addēdum ſuprà proximè, &c. quòd dicitur vaſallus habere quendam vſumfructum anomalum cuius reſpectu.Item officium iudicis. Et ibi plura not. ponit quæ faciunt ad propoſitum.*

cam

cam Deo dante hoc anno in l.fi.C.de hære.inſti. a ¶Subiicitur deinde in definitione:Et fœminas,ſi
15 de his actum ſit. †Nam de natura feudi eſt vt non trãſeat in fœminas niſi nominatim ſit actum, quia non poſſunt leuare faydam,id eſt,inimicitiá:vt dicam vobis in §.cũ verò Conradus.ꝗ.eo. ¶Deinde ſubiicitur in definitione:Vt illę ſuiq; hęredes,&c.
16 †Nam nulla eſt honeſtior & iuſtior cauſa priuandi vaſallum in feudo, quàm quando vaſallus ceſſauit adimplere ea, ad quæ tenetur ſecundum naturam feudi.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.in ratione ſui.c.j.ꝗ.quæ ſit j.cau.benefi.amit.¶Vltimò ſubiici
17 tur:Siue ſeruitiũ ſit certũ,ſiue incertũ:†quia quando ſeruitiũ eſt incertũ, feudũ dicitur eſſe rectum: puta, quia nominatim nõ ſit dictum, vt dicam vobis in ſequenti lectione in definitione feudorum.
18 ¶†Sed contra hanc definitionem opponitur per Bal. De ſubſtãtia feudi eſt inueſtitura.c.j.ꝗ.quid ſit inue. Sol.Imo non eſt de ſubſtantia,quia eſt feudũ ſine inueſtitura:puta,pręſcrip.xxx.an.c.ſi quis per triginta.ꝗ.ſi de feud.fue.contro. Itẽ ſucceſsione,c.
19 fi.ꝗ.de feu.cog.¶†Pone,* princeps inueſtiuit te in feudum de caſtro,vt annuatim ſoluas accipitrem, vel anſerem,vel libram ceræ,vel piperis: tu ſtetiſti per triennium quòd non ſoluiſti canonem:quæritur, an cecidiſti à feudo? Videtur quòd ſic, l.ij.C. de iure emphy. auth. qui rem.C.de ſac.ſan.ec.vbi triennio in priuato,biennio in eccleſia. In hoc articulo maiores noſtri ſeſe in varias diuiſere ſententias.Nam quidã tenuere,quòd non cadit:vt Spec. tit. de loca.§.nũc aliqua.ver.lxxxv.Gemi.in c.ad apoſtolicæ.de reg.iu.in vj. Collegium venerabile Mediol.idem conſuluit(cuius cõſilij princeps fuit

ADDITIO.

a *Hæredis appellatiõe in feudo qui veniant.plenè Fely. vbi ponit regulam & fallẽtias in c. in præſẽtia.col.xij. ver.ij. In ea. gl.ibi:nomine hæredis, &c.de prob. ver.etiã ponit: Quid ſi in inueſtitura ſit dictũ, pro ſe & ſucceſſorib. quibuſcunque, an comprehẽdatur ſucceſſor ſingularis? Et, qui veniant appellatiõe hæredis, plenè Bar. et Doc. in l.Gallus. §.etiam ſi à parente. ff. de liberis & poſth. D.Ia. de ſãcto Ge, in trac. feu. in gl.et quibuſcũq; hæredibus,col.j. vbi dicit ſe conſuluiſſe in contingentia facti,quòd iſta verba debent reſtringi. Vide quæ infr.addidi in c.j.§.donare, in fin.qualiter olim feud pot.alie.*

* *De hac quæſtione diffuſè differentem vide Iaſonem in l.2. à num.57. vſque ad num. 67. de iure Emphy. S. Sc.*

domi-

domin. Io. Doctor famoſiſsimus de Caſtileono), & mouetur, ꝙ nullo iure cauetur vaſallũ cadere: l.illam.C.de colla.Nec obſt.l.ij.& authẽ.qui rem. allegatæ: quia locum in contractu emphyteotico, non in feudali habẽt. In cõtraria parte, quòd imò cadat,inclinãt in primis D.Inn.in c.ad apoſtolicę. de re iud. Io.An.in d.c.ad apoſtolicæ. in gloſſellis ſuis.Bal.in c.quæ in eccleſiarũ.de conſti.mouetur per capitulum, ad apoſtolicæ. allegatum.Mihi videtur verior opi.Spec.collegij Mediolanen. & ſequacium:quia de hoc videtur eſſe caſus in c. licet. extr.ſi de feu.defun.fue.cont. vbi vaſallus non tenetur præſtare ſeruitium domino,niſi fuerit requiſitus,etiam ſi ſtaret per mille annos. Nam in recto feudo vaſallus non tenetur ſeruire domino, niſi fuerit interpellatus: vt in c.domino guerram.inf. hîc finitur lex Conradi. & ibi, per D.Iaco. de Bel.

20 ¶†Præterea in contractu cenſuali non cadit non ſoluens cenſum.c.conſtitutus.Et ibi bona gloſ.de conſti. ergo minùs vaſallus, cùm feudum nitatur honore & amore domini. c.j.inf.de feud.dato ſub pacto legis commiſ. Nec obſtat c. ad apoſtolicæ. quia ibi Fredericus non fuit priuatus feudo ea ratione ſola:quia non ſoluit canonem feudalem,ſed propter multas alias rationes grauiſsimas quas po

21 nit Text.in d.c.ad apoſtolicæ. †Nam Imperator à ſummo Pontifice non poteſt deponi ex leui cauſa, ſed requiruntur grauiſsimę cauſę,vt pulchrè ſcribit Bal.in l.fi.Cod.de legibus.Et nota.in c.j.de re-

22 nũ.li.vj.& in d.c.ad apoſtolicæ. ¶†Limitate prædictam diuiſionem veſtram, vt vaſallus non cadat niſi feudum eſſet tale:vt in eo principaliter cõtrahentes feudum, conſideraſſent magis præſtationẽ realem quàm beneficium & gratiam feudi.l.liberti.per Do.Bal.C.de operis liber.Ecce exẽplum pone: Princeps inueſtiuit te in feudum de caſtro, vt ſoluas annuatim accipitrẽ, vel anſerem,vel lib.piperis. Nam iſta ſolutio accipitris nõ principaliter

inſpicit

inſpicit commodum pecuniarum principis : ſed quandam præeminentiam ,& quendá honorem & ſubiectionem:cap.j.in fin.infr.de feud.ſub pacto l. commiſſor.Et Anton. de But. in cap. in literis. de reſt.ſpo.vbi inquit,quòd ſi aliqua caſtra dant ciuitati brauium vel banderias in feſto principali ciuitatis, ſignificatur ſubiectio caſtrorum ciuitati, vt quidam honor. ¶Ex prædictis habuiſtis quòd in feudo quod magis nititur gratia quàm ſolutione, ceſſatio ſolutionis non facit vaſallum cadere.
23 Et tene menti,quia eſt de pane lucrãdo. ¶† Quæro,vnde dicatur *feudum? Reſpondeo à fide vel à fidelitate. c.nulla autem eſt.infr.per quos fiat inueſtitura. Hinc eſt,quòd non valet pactum:Vaſallum non cadere à feudo ob felloniam: quia inuitaretur vaſallus ad delinquendum.l.conuenire.ff.de pact.
24 dota.l.ſi vnus.§.j.ff.de pact. ¶†Deinde quæritur, an nomen feudi vel vaſalli ſit de iure conſuetudinario,an verò de iure Romano? Reſpon. ſecũdum Andr.de Iſern. in hoc proœm. & Iac.de Ardizone in principio ſuæ ſummulæ,quòd hæc ſunt nomina conſuetudinaria.Nec obſtat l.omnino.C.de inoff. teſtamen.l.fi.C. de pignor.& l.Lucius.& ff.de leg. ij.cum ſimil. quia loquuntur in militia : nos autem
25 in feudo vel vaſallo. Nam † militia poteſt vendi & legari & pignori obligari d.legibus allegatis: Feudum autem non poteſt alienari, neque pro anima legari.c.j.de prohib.alien.feud.per Fed.c.j. de ſuc. feu.cum ſimi. Nec obſtat l.iij.ff.de vſu & hab.quia loquitur in cliente,nõ in vaſallo. Poſſumus tamen æquiparare vaſallum homini libero redempto ab hoſtibus,in quo redimens habet vinculum pignoris,& quaſi ſeruus cenſetur.l.fin.C.de cap.& poſt-
26 lim.reuer.l.ſenatus.§.fin.ff.de legat.j. ¶†Qualiter conſtituatur feudum? Reſpon. ſecundum Iaco.de Bel.Conſtituitur inter viuos mediante contractu, vel in vltima voluntate.Inſt.de ſeruit.§.fin.& l.iij.
27 ff.de vſufruct.cum ſimi.¶†Qualiter autem acquiratur

*Feudi etymologia triplex: Prima quæ hic. Secunda Iacobi Camal. quòd à fœdere: quam refert quoq; Zaſius parte prima, numer. 2. Tertia Anto.de Prat.quòd à fieri, de qua Iaſo.in prælud ijs feudorum.S.Sc.*

tatur? Reſpond. ſecundũ eundẽ Iac. acquiri inueſtitura, vel ſucceſsiõe, vel præſcriptione triginta an. c. j. §. fi. de feud. cogn. ca. ſi quis per xxx. ann. ſi de feu. fuer. controu. ¶ Fallit in regno Siciliæ ſecundum Andr. de Iſern. hic, quia ibi ſola ſucceſſione regis abſque inueſtitura acquiritur feudum: quę conſuetudo eſt ſeruanda in locis ſuis: cap. j. de
28 feu. cogn. ¶ † Quis poſsit dare in feudum? Reſpõdetur, Hodie omnis habens liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum, etiam ſi eſſet ruſticus. c.
29 j. per quos inueſt. ſecundum Bal. hic. ¶ † Quæ autem actio *oriatur ex cõtractu feudali, reſpondeo diſtinguendo: Aut enim eſt ſola promiſsio de inueſtiendo in feudum vallata ſtipulatione, & oritur actio ex ſtipulatu: l. ſi quis certum. ff. ſi certum peta. Inſt. de verb. obl. in prin. quia vbicunq; in ſtipulatione deducitur factum, puta de inueſtiẽdo: incertũ dicitur ineſſe ſtipulationi. l. vbi autem non appa ret. §. qui ad quid in faciendo. ff. de verb. obli. cum ſimilib. Ergo agitur actione ex ſtipulatu: d. l. ſi quis certum. Si autem promiſsio de inueſtiendo non eſſet vallata ſtipulatione, ſed ſimplex pactum: ageretur condictione ex l. ſi quis argentum. §. penult. C. de donat. & no. in l. legitima. ff. de pact. Hoc verum de iure ciuili: de iure autem canonico ex nudo pacto oritur actio: §. j. extra, de pact. & no. in c. nouit. extra, de iudi. Et plenè ſcribitur in l. iure gẽtium. §. quinimo. ff. de pactis. ¶ Aliquando non eſt ſola promiſsio de inueſtiendo, ſed princeps vel alius concedit tibi in feudum, caſtrum: & oritur cõdictio ex moribus, ſecundum Andr. de Iſern. hic. Ang. in l. vnica. ff. de condi. ex lege. licet Bar. fuerit in noua opinione, in dicta l. vnica. ¶ Quid autem ſi eſſet interpoſita ſtipulatio ſuper contractu feudali, an poſsit agi condictione ex moribus? Dicite vt plenè per Bart. in l. ſingularia. ff. ſi certum petat. Et ibi cõcludit, ſtipulatione interpoſita ſuper contractu non nouari contractum. Si autẽ concedens in feudum

* *De actione ex feudo naſcente, præ cæteris Iaſ. in prælud. & Cur. parte prima, q. ix. & x.*

in feudum duxiſſet, in poſſeſsionem vaſallum, daretur vtilis rei vendicatio vaſallo contra omnem detinentem feudum ſuum: vt not. in Rubrica ff. de
30 rei vendic. ¶ † Prima * diuiſio feudorum eſt, ſcilicet quòd aliud regale, ſiue dignitatis eſt: aliud eſt non dignitatis. Feudum dignitatis eſt, quando ei eſt annexa dignitas: vt in feudo regali, ducali vel marchionali. ca. j. quis dicitur dux vel marchio. ¶ Si autem non habet annexam dignitatem, dicitur feudum non dignitatis arguendo à contrariis. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. cum ſimi-
31 lib. ¶ † Circa primam diuiſionem quæro, an princeps poſsit alienare ea quæ ſunt principatus? Concludit Bal. ſecundum veteres, quòd aut princeps alienat expropriando & penitus abdicando dominium, iuriſdictionem, & dignitatem, & tunc non poteſt: quia eſſet deformare principatum: c. intellecto. & ibi not. de iureiur. vij. q. j. cap. in apibus. vbi gl. notáter dicit, quòd Imperator græcus non eſt propriè Imperator, ſed Imperator Romanus. ¶ Aut alienat princeps retinédo directum dominium, vel ſaltem ſuperioritatem: & tunc valet alienatio, vt in hoc c. nemo. in principio, & c. j. §. præterea. in gl. de capitulis Córadi. & c. j. quis dicitur dux, vel marchio. ¶ Limitate Bald. Niſi infeudatio vergeret in detrimentum, vel in incómodum principatus vel regni. l. ſumma cũ ratione. ff. de pecul. puta, ſi rex paſsim daret in feudum, nunc vnam ciuitatem, nunc aliam, annihillando regnum: ſecundum plenè ſcripta in c. grandi. & ibi Ioan. And. de
32 ſupple. negli. præla. li. vj. & d. c. intellecto. ¶ † No. tamen vnum ſingulare, quòd princeps ſi infeudet regalia, non valet conceſsio, niſi adſit clauſula motus proprij, vel certa ſcientia, l. j. C. de peti. bono. ſubla. lib. x. iuncto c. ſi motu proprio. de præbend. li. vj. Et fuit no. Alberi. in l. quotiens. C. de preci. Imper. offer. Et quæ dicantur regalia, vide Tex. in
33 c. j. quæ ſint régalia.[a] ¶ † Secunda diuiſio feudorum

* *Feudorum diuiſio. S. Schar.*

[a] *Omnia dicta d. Laud. in hac prima diuiſione cõmemorat & cum ipſis tranſit D. Iaſon in prælud. col. xxviij. ver. ergo poſtpoſitis Extrauagãtibus, &c. Et ibi in ſeq. col. ponit de ſecũda diuiſione proxima. Vide etiam D. Fran. in vj. char. j. part. verſic. viij. principaliter, vbi ponit quòd multis reſpectibus dicitur feudum rectũ. Vide D. Iacob. in uerbo, in feudum. col. j.*

tum eſt, quòd aliud ſimplex: aliud conditionatum. Simplex & rectum dicitur, quando non ſunt determinata ſeruitia: Conditionatum autem dicitur, quando ſunt certa ſeruitia annexa feudo: puta, ad ſeruiẽdum in menſa. c.vt iuriſdictionalia.de
34 iure feudorum. ¶†Quid autem ſi domus daretur in feudum ad habitandum, an vaſallus poſsit alij locare? Concludit Bal. quòd ſic, quemadmodum fructuarius ex l. non vtitur vſufructu. l. quia qui precio.ff. de vſufruct.lega.l.ſi quis domus. §.j.ff.loca. niſi eſſet conceſſa domus, vt contemplatione domini & honore vaſallus perſonaliter habitaret domum. l.vnica.§. nunc autem. C. de cadu. tollen.l. inter artifices.ff.de ſolu. Inſtitut. de vſu & habi.in
35 prin. & §.j. ¶†Tertia diuiſio feud.eſt, quia aliud antiquum, aliud paternũ, aliud verò nouum. Nam antiquum dicitur, quod à ſuperioribus eſt acquiſitum, ab eo qui eſt parens communis agnationis: puta, ab auo, proauo, &c. c.j.de natura ſucceſſ.feu. aliàs eſt rubrica, qui in feud.ſucced.poſ.c.j.de gra. ſuc.feu.in glo.quæ incipit, quid erit.in fi. ¶Paternum autem dicitur propriè, quod à patre tantùm eſt acquiſitum: d.c.j.de natura ſucceſ. feu.& ĩ.e.§. cùm verò Conradus. ¶Nouum autem dicitur, quod eſt nouiter acquiſitũ.c.j. quot teſtes ſint neceſſarij. cum ſi.[a] ¶†Circa hanc diuiſionem quærit
36 Bald. Epiſcopus inueſtiuit Titium de caſtro eccleſiæ, & in inueſtitura dixit feudũ eſſe antiquũ: quæritur, an ex illis verbis probetur feudum antiquũ? & ſic, an valeat infeudatio? Et concludit Bal. quòd non: quia videtur talia verba prolata in fraudem legis. l. qui teſtamentum. ff. de probat.l. cùm quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij. Nam verba nuntiatiua non probant inter eos qui non poſſunt diſponere.l.ſi fortè.ff.de caſtr. pec. & no.in l.ſciendum.
37 ff.de ver.ob.¶†Limitate Bal.niſi verba nuntiatiua eſſent in inſtrumento antiquo: quia tunc propter antiquitatem præſumuntur omnia ſolennia & ve-

b

a *Adde, quid ſit feud. paternum, antiquum & nouum, D. Iaſo.in prælu. co. xxix. in verſi. iij. diuiſio. Vbi aſſignat aliquas vtilitates inter feu. nouum & antiquũ. Et ibi tãgit remiſſiuè, quæ dicatur noua emphytheoſis: Do. Fran: Curt. in vj. char. in viij. quæ. primæ part. verſi. ij. ſub j. ſpecie.*

ra:vt l. emancipatione. per Cy.& Bal.Cod.de fide inſtr.&per Io.An.in c.Albericus.de teſti.Et fuerūt Anto.de But.verba in c.quoniam contra falſam.de prob.Et facit quod no.Bar.in l.admonēdi de anti-
38 quitate.ff.de iureiu.¶†Quid aūt ſi epiſcopus cum capitulo & inſtrumēto feudali aſſereret feudū antiquum? Concludit Bal. quòd omnia præſumuntur vera. Allegat glo.in auth. hoc ius porectum.C. de ſacroſan.eccl. quam glo.ſeq.ibi Cy. ¶Ego ſum in cōtraria ſententia per Tex. rotundū in l.iubemus. ibi,ac ſi omnes cum epiſcopo. C.de ſacroſan.eccl. per c. j.de reb.eccle.non alie.in vj.quæ in eccleſia. ¶Nec obſtat dicta gl. in dicta auth. hoc ius. quia loquitur in mutuo,non aūt alienatione rerū immobilium eccleſiæ.Et ita tenet Bar. in dicta auth. hoc ius.& facit quod no.gl.j. Bern.in c̄.quibuſdam. de fideiuſſ. Et quod plenè ſcribitur in c. quamuis. de
a depoſito.[a] ¶†Quarta diuiſio feudorū eſt:q̄p aliud
39 eſt habens propriā naturam, aliud non habēs propriam naturam. Feudū habens propriam naturam eſt, quando ſequitur propriam & veram regulam feudi. ¶Et ſi vultis plenè intelligere, quę ſit ſubſtantia & quę natura quódve accidens,videte glo. magiſtram in l. pacta conuēta.ff.de contr.emptio.
40 †Nam natura eſt qualitas ſubſtātialis,quę ineſt ab origine diſpoſitionis.¶Feudum autem non habēs propriam naturam eſt,quando non ſequitur regulas cōſuetudinis feudalis.c.j.de feudo non habente propriam naturam. Exēplum in feudo guardiæ vel Caſtaldiæ, quod non tranſit ad hæredes ſuſcipiētis,licet regulariter feudum ex natura ſui tranſeat ad hæredes. c.j.de feudo guardiæ. §.cum verò

*a Adde, quòd in hoc arti. D.Frā.Cur. in tract.feu. viij.q.j.par. co. iiij.eſt in noua opinione: quòd etiamſi ſolus epiſcopus,ſeu alius prælatus cōcedendo feudū, dicat iure antiqui & paterni feudi, quòd per iſta verba probetur feudum antiquū,hoc potiſſimo fūdamento:quia talis aſſertio habet præſumptionem iuris annexā:quia dicit ipſe, In dubio feudū præſumitur antiquum. Vide ipſum pulchrè ibi. Tamen cum D.Laud.hîc tenet D.Iaſ.in prælu.in xxx.q.j.co.ver.quid aūt econtra.Et tenet contra Bal. hîc,etiamſi interuenerit iuramentū. Subiungit notandū,quòd in ub feudum præſumitur antiquum : quod vltimum non procedit ita indiſtinctè,ſed ſecundum quod declarat Domi.Cur. in d.viij.q.in v. col. & in j. art. An per aſſertionem epiſcopi probetur feudum antiquum, vide D. Iu. in verbo, in feudum. col. ij. ver. iuxta prædicta.*

Conra

Conradus.ꝗ.eo.tit. ¶Quærit hîc Bal. †Conceſſum eſt feudum curſoris claudo, an valeat conceſsio? Concludit Bart. valere, quòd licet claudus nõ poſſit currere, tamen locabit alteri valenti currere.c.j. §.donare.ꝗ.qualiter olim ali.po. Nam plerunq; ſufficit potẽtia & habitus, licet non ſit actus.l.ſi duobus.in princip.ff.de legat.j.l.fideicommiſſaria. §.ſi ſeruo.de lega.iij.cum ſimili. ¶Quinta diuiſio feudorũ, quia aliud eſt maſculinũ, aliud fœmininum.
42 †Nam maſculinũ tranſit ad maſculos tãtúm: dicto §.cùm verò Conradus. ¶Fœmininũ aut maternũ tranſit ad fœminas.c.j. de feu. aliàs, beneficio fœminę. ¶Maternũ eſt, quod eſt acquiſitũ à ſuperiore fœmina, quę eſt cõmunis agnationis vel cognationis. ¶Similiter paternũ eſt vel antiquum, quod acquiritur à ſuperiore.c.j.de gradu ſucce. & c.j.de ſucc.feu. Et vſq; ad quẽ gradum dicitur paternum, tex.eſt in d.c.j.de ſucce.feu. ¶Sexta diuiſio: quia aliud reale, aliud perſonale, aliud perſonaliſsimũ.
43 †Nã reale eſt, quod actiuè & paſsiuè tranſit ad heredes, id eſt ſuſcipiẽtis & dantis: vt eſt regulariter
44 ex natura feudi: d.§.cùm verò Cõradus. ¶†Perſonale aũt, quod licet tranſeat ad heredes dãtis, non tranſit tamen ad heredes ſuſcipiẽtis: vt feudũ guar
45 diæ.c.j.de feudo guardiæ. ¶†Feudũ perſonaliſsimum eſt, quod ex neutra parte tranſit ad hæredes: neq; dantis, neq; ſuſcipiẽtis: vt eſt exẽplum in feudo ſoldatæ.c.j.§.ſoldata.quis ducitur dux vel Mar
46 chio. ¶†Quid aũt ſi ſit conceſſum feudũ ad vtendũ & fruendũ, an tranſeat ad heredes ſuſcipientis? Bal.cõcludit, quòd non.l.ſi habitatio. §.j.ff.de vſu & habi. ¶Contrarium ego puto verum, quãdo definitio feudi eſt, vt cõceſsio ſit ad vtendũ & fruendum: c.j.in fi.ꝗ.in quibus cau.feu.amit. Ergo tranſit
47 ad hæredes: §.cùm verò Conr.allegato. †Ad idem facit, quia verba debẽt intelligi ſecundũ naturam diſpoſitionis.l.inſulam.ff.de præſcrip.ver.l. ſi vno. in principio.ff.loca. Ergo illa verba, ad vtendum &

fruendum, intelligũtur ſecundum naturam feudi: quæ natura eſt, vt tranſeat ad hæredes & deſcendentes. c.j. de grad. ſucceſ. feud. Facit l. Titia. §. fin. de leg. ij. Nec obſtat l. habitatio. quia ibi natura diſpoſitionis non eſt, vt tranſeat ad hæredes. a ¶ Septima diuiſio eſt: quòd feudum aliud ſit ligium,
48 aliud non ligium. †Nam feudum ligium dicitur, quando promittitur & iuratur fidelitas nullius alterius fidelitate excepta. c.j. ad fi. hic finitur lex: & incipit conſuetudo regni. & no. in clemen. paſtoralis. de re iudi. ¶ Feudum autem non ligium eſt, quando iuratur ſimpliciter fidelitas domino.
49 ¶ † Ex prædictis infert Bal. neminem poſſe eſſe ligium duorum, quia impoſsibile eſt duos eſſe in ſolidum dominos eodem iure. l. ſi vt certo. §. duobus vehiculum. ff. commo. Et not Spec. tit. de feu.
50 §. quoniam. ver. x. ¶ † Sed contra prædicta opponitur, & videtur, quòd impoſsibile ſit dare feudũ ligium, niſi in ſummo Pontifice: quia licet vaſallus iuret fidelitatem Imperatori nullius alterius fidelitate reſeruata, tamẽ in tali iuramẽto ſubintelligitur clauſula, excepta auctoritate ſummi Põtificis, qui eſt maior Imperatore. c. venientes. de iureiur. l. fi. in princ. ff. ad municip. clemen. vnica. de iureiuran. c. ad apoſtolicę. de re iudi. in vj. Cogitabitis. ¶ Tamen putarem ſic dicendum: Quòd feudum ligium dicitur etiam in perſona Imperatoris, vel Regis: c.j. in fin. infrà, de prohi. ali. feu. per Fed. & no. in clemen. paſtoralis. allegata. Nec obſtat argumentum ſuprà factum, quia reſpondeo: Feudum ligium in quo iuratur nullius alterius fidelitate reſeruata, recipit limitationem excepta auctoritate ſummi Pontificis vel Imperatoris: vt probatur in
51 d. c.j. in fi. infrà, de prohi. feu. alien. per Fed. ¶ † Et vt intelligamus bene virtutem feudi vel homagij ligij, dicendum eſt quòd tanta eſt virtus feudi ligij, quòd omnia bona etiam non feudalia hominis ligij dicãtur eſſe in iuriſdictione domini, ita quòd dominus

a *Cum D. Laud. hic tenet D. Iaſo. in præl. col. xxxv. verſi. quærit Bal. &c. vbi iſtã opinionem comprobat ſeptem fundamẽtis vltra D. Lau. Hic iſtã etiã opinionẽ ſequitur ſimpliciter Do. Ia. in verbo, in feud. col. iij. verſi. vj. diuiſio.*

dominus habeat iuriſdictionem in omnibus bonis feudalibus, non in aliis bonis. c.cæterum. de iudi. ¶ Ratio diuerſitatis, quia homo ligius obligat principaliter perſonam, & in conſequẽtiam omnia bona: arg. l. ſi paterfa. in prin. ff. de adop. Homo autem non ligius non obligat, niſi quo ad bona feud.
52 ſecũdum Spec. ti de feu. §. quoniam. ver. viij. ¶ †Et no. vnum ſingulare, quia in feudo ligio non habet locum pœnitentia. Bald. in d. c. cæterum. quod di-
a ctũ limitat c. j. de vaſallo qui contra cõſt. Lotha.[a] ¶ Si velis ſcire formam homagij vel vaſallicij, vi-
53 de Spec. ti. de feu. in d. §. quoniam. in prin. ¶ †Et no. quòd homo qui fecit homagium, nõ eſt ſeruus, quemadmodum nec aſcripticius glebæ. glo. Inſtit.
b de iure perſonarum. in glo. magna.[b] ¶ Octaua di-
54 uiſio, quia aliud annale, aliud perpetuum. †Perpetuũ regulariter eſt omne feudũ: d. §. cùm verò Conradus. Annale eſt feudum guardiæ. c. j. de guardiæ. ¶ Nona diuiſio, quia feudorum aliud nobile, aliud
55 non nobile. †Nam feudum nouum non nobilitat, ſed antiquũ: quia nobilitas ictu oculi non creatur. l. ſtemmata. in glo. ff. de gradi. ſecundum Bald. Vos dicetis, quòd imo nouum feudum nobilitat: vt eſt feudum ducatus, comitatus: c. j. quis dicitur dux, vel marchio. Non obſtat glo. in d. l. ſtemmata. quia nihil facit. Nam gloſſ. ibi dicit, quòd ſtemmata aliquando ſumuntur pro gradu, aliquando pro nobilitate. Et facit quod no. Bar. in repetitione l. ſi vt proponis. C. de digni. lib. xij. ¶ Quare videtur aliter dicendum ſecũdum Ia. de Bel. Nam feudorum aliud eſt nobile, aliud minùs nobile, aliud medio-
56 criter nobile. †Nam feudum nobile eſt, quando

*a Ponit alios duos effectus feudi ligij d. Franc. Cur. in tract. feu. in viij. quæ. j. par. in viij col. Et quid ſit feudũ ligium, examinat plenè Iaſ. in prel. in xxxviij. co. verſi. vij. diuiſio. Vbi inter alia dicit, quòd licet quis à principio nõ poſſit eſſe ligius duorum dominorũ, tamẽ ex poſtfacto poteſt. Ibi ſubiũgit exemplum. Non refero, quia ſatis eſt quòd habeas locum. Vide etiam per D. Ia. in verb. in feu. co. iiij. verſi. vij. diuiſio.*

*b Faciunt ad hoc not. dicta D. Franc. Curt. in hac feud. in prima char. iiij. par. ver. iiij. cadit circa præmiſſa dubitatio, &c. Vbi inter cætera dicit, quòd ll. loquentes de ſeruis, non poſſunt allegari ad vaſallos: quia ſeruus debet præponere ſalutem domini ſaluti propriæ: ſecus in vaſallo. Eum omnino vide, & per D. Ia. vbi vnum verbum ponit in verbo, in feud. col. iiij. verſic. vij. diuiſio.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Papa vel Imperator infeudat regnũ, vel ducatum,
57 vel Marchionatum, vel comitatum. ¶ † Minus nobile dicitur, quãdo Rex, vel Dux, Marchio, vel Comes infeudat alteri. ¶ Mediocriter nobile dicitur, quando habẽtes à Rege, Duce, Marchione, vel
58 Comite, infeudant alteri. ¶ † Non nobile dicitur, quando inferiores prædictis infeudant alteri. c. j. quis dicitur Dux, vel Marchio. & probatur in hoc princip. ¶ Decima diuiſio: aliud eſt eccleſiaſticum,
59 aliud ſeculare. † Nam eccleſiaſticum eſt, quod datur vel ſuſcipitur ab eccleſia, vel prælato eccleſiæ. c. j. de clerico qui inueſtiturã facit. ¶ Seculare autem eſt, quando à laico datur vel ſuſcipitur feudũ: vt no. in d. c. j. ¶ An prælatus ſuſcipiens feudum,
60 teneatur iurare? † Dicite, quòd eccleſia non, ſed prælatus tenetur iurare, ſecundum Bal. allegãtem vnum capitulum extraordinariũ, quia realiter non
61 habetur in feudis. ¶ † An eccleſia amittat feudum, ſi prælatus cõmittat culpam vel dolum in contractu feudi? Hîc Bal. examinat, cui adiicitur pulchrè no. per eundẽ Bal. in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. & in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſi. & in l. ſi. C. ſine cenſu vel reliquiis. De quo articulo dicam vobis
62 plenè in c. j. in fin. de capitulis Conradi. ¶ † Vndecima diuiſio, quia aliud diuiſibile, aliud non. Regulariter omnia feuda ſunt diuiſibilia, excepto feudo regni, ducatus, marchionatus, & comitatus: c. j. §. j. infr. de prohib. feu. alien. per Fed. Videbitis tamen ſimpliciter Bald. in l. inter tutores. ff. de adm. tut. ¶ Duodecima diuiſio, quia aliud iurabile, aliud
63 non iurabile. † Iurabile eſt, quando iuratur fidelitas. ¶ Non iurabile, quando non iuratur fidelitas,
64 c. ſi. per quos fiat inueſt. ¶ † Vltima diuiſio feudorum eſt, quia aliud tranſit ad omnes filios eiuſdem gradus, vt eſt regulare in omnibus feudis. c. omnes filij. ſi de feud. fuerit controuerſ. ¶ Quoddam verò eſt feudum, quod non tranſit ad omnes filios eiuſdem gradus: vt eſt in Francia, Anglia, & Sicilia,
ſecundum

ſecundum Iacob.de Bel.Vbi primogenitus dunta-
a xat ſuccedit in feudo. a ¶ † Legatus de latere non
65 poteſt bona eccleſiarum ſuæ legationis infeuda-
re.Bart.in l.prohibere. §.planè. ff.quod vi aut clá.
b & Bald.hîc. b ¶ † Item relicta pro anima non poſ-
66 ſunt infeudari,vt no.in c.in noſtra. de ſepult.¶ Vl
timò,ſi Imperator donat aliquã rem eccleſiæ,& ea
in feudũ dari poteſt:hoc c.noſtro.Nec obſtat §.ea
verò.ſecundũ And.de Iſer.alleg.l.Imperator. ff.de
pollicit.§.ea verò.Nec obſt.§.ea verò.de ali.& em
phy.in auth. qui loquitur in totali abdicatione do
minij : nos autẽ loquimur,quando eccleſia retinet
directum dominium. Et facit ad hoc not. And.de
Iſern.vt in illis quinque caſibus no.à gloſſ.in auth.
hoc ius porrectum. C.de ſacroſanct.eccleſ. quòd
poſſit eccleſia infeudare, ſi ſit conſuetudo infeu-
67 dandi, licet totalis alienatio prohibeatur. ¶ † In
gloſſ. vt non ſtet memoria.ad fi. vtrùm conſuetu-
do infeudandi bona eccleſiæ inducatur triginta
annis? Concludit Bald.Aut conſuetudo infeudan-
di eſt damnoſa eccleſiæ:& tunc requiritur tantum
tempus cuius initij memoria non exiſtit. Aut eſt
vtilis eccleſiæ conſuetudo infeudandi:& tunc ſuf-
ficiunt triginta anni. Aut eſt dubium : & tunc re-
quiruntur quadraginta anni.¶ Mihi nõ placet hęc
* diſtinctio Bal.* Et † primò, dum ait in primo mẽ-
68 bro valere conſuetudinem infeudandi damnoſam

a *Vltra diuiſiones feudorum hîc aſsignatas, eſt alia diuiſio : quia feudũ aliud franchum, aliud non.* Et dicit Do. Iaſon. (*qui iſtam diuiſionem ponit in præludiis, col. xxxix. verſic.viij. diuiſio primus.*) *quòd ideo* D. Lauden. *iſtam nõ poſuit, quia eam non habebat fortè in ſuo* Bald. *Ibi plura ponit ipſe de iſto feudo frãcho, quæ vide,quia pulchra.Et ibi per tres ſeu iiij.col. ponit plures alias diuiſiones feudorum,maximè de feudo edictali & decretali, vſque ad finem.* Plures *effectus feud.franchi ponit Curt. in viij.quæſt.j.part. col.viij.verſicu.ij. principales ſpecies.* Et *de feudo franchi aliquid ponit Dominus Iaſ. in verbo, in feud.col.iiij. verſicu.viij. diuiſio.* Et *an poſsit feudum franchum alienari ſine conſenſu domini,ponit Dominus Franc.Curt. in tract.feud. xiij chart.iiij. parte. verſic.xxvj.quæro.*

b *Adde Iaſ.hîc in ij.col.* D.Fran.Curt.*in xiij.q.ij.par. verſi.iij.etiã tenet,quòd non poteſt legatus de latere dare licentiam prælatis alienandi res eccleſiæ.*

* *Baldi diſtinctionem tuetur Curtius tractat.feud. parte ij. ibi : tertiò principaliter quæro. Cæterùm Iacobinus de ſancto Georgio,in verbo,in feudum. §.ſed hîc. Martino ſubſcribit.*

eccleſiæ:quia eſt contra Text.in cap.j.de conſuet. lib.vj,vbi conſuetudo onerosa eccleſiæ, cuius ini-
69 tij memoria non exiſtat,nõ valet. ¶†Secũdò,quia conſuetudo debet eſſe rationabilis, non damnoſa eccleſiæ.cap.j.& fi. de conſuet. ¶Nec obſtat cap. ſuper quibuſdam.§.præterea.de verborum ſignifi. & l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua quotid.& æſtiua. quia illa regula patitur limitationem, vbi conſuetudo ſit nimiùm oneroſa & damnoſa eccle-
70 ſiæ:vt dicitur cap.j.& fin.lib.vj. ¶†Non etiam placet ſecundum membrum: quia contra eccleſiam nõ præſcribitur annorum ſpatio triginta,ſed quadraginta.C.de quadrag.ann.præſcrip.& no.in au-
71 thent.quas actiones. C.de ſacroſanct.eccle. †Præterea, vbicunque infeudatio eſt vtilis vel neceſſaria eccleſiæ, tunc prælatus cum conſenſu capituli poſſet in feudum dare: cap.ad noſtrum, de reb.eccle.non alien.¶Putarem veriorem ſententiam Iacob.de Bel.& And.de Iſern.vt requirãtur quadraginta anni:C.de xl.ann. & dicta authẽ. quas actiones. Et facit quod no.glo.in dicto cap.fin.& quod no.Domi. de Rota, concluſione vltima ſecundum quotam meam.Et plenè ſcribitur in d.c.fi.de con-
72 ſuetud.lib.vj.vbi †quando eſt conſuetudo contra ius commune,requiruntur quadraginta anni. Sed alienatio & infeudatio rerum eccleſiæ reg. eſt cõtra ius commune:l.iubemus. C.de ſacroſanct.ecc. & c.capiti, de rebus eccle.non alien. Ergo requi-
73 runtur quadraginta anni. ¶†Secũdò,vt valeat cõſuetudo infeudãdi bona eccleſiæ,requiritur binus actus infeudandi diuerſis temporibus.l.iij.in fi.C. de epiſcop.audien.l.de quibus.ff.de legib.Vbi no.
74 ¶† Tertiò requiritur tacitus conſenſus capituli, quemadmodum tacitus conſenſus populi. d.l.de
75 quibus. ¶Quartò requiritur,† quòd conſuetudo infeudandi ſit rationabilis, & non damnoſa eccleſiæ.d.c.fin.de conſuetud.ſecundum Iacob.de Bel.
76 ¶† Adiicite quintũ, quòd requiritur bona fides:

vt no.

vt no.glo.Io.And.in c.pe. de conſuet.lib.vj.Facit
77 cap.fin.de præſcript.¶ †Not.regulam traditam in
prin. huius l.quòd prælatus & clericus poteſt bo-
na eccleſiæ infeudare, ſi ſit conſuetudo infeudãdi.
78 ¶ † Fallit primò,ſi poſsidente vaſallo prælatus ve-
lit purè in feudum alij dare ante aperturam feudi.
79 cap.j.ꝧ.qui ſucceſſ.tenea. Et ibi dicam. ¶ †Secun-
dò fallit in rebus ſubiectis eccleſiæ, cap.j.ꝧ.epiſco-
pum vel abbatem. Et dicite, vt ibi dicam pulchré.
80 ¶ †Tertiò fallit in bonis propriis clerici:quia abſ
que conſuetudine poteſt dare in feudum. cap.j.in
81 princ.de clerico qui inueſt.fecit. ¶ †Quartò fallit
in archiepiſcopo vel alio ſuperiore prælato qui
quod tempore introitus reperiat feudum in ſuo
dominio,non poteſt in feudum dare.cap.j.ad fi.de
cler.qui inueſtit.fecit.ſecundum Iacobum de Bel.
Sed hæc fallẽtia ita generalis non placet,quia imò
quilibet poteſt,niſi archiepiſcopus Mediol.d.cap.
j.in fi. verſi. Eſt ſpeciale in archiepiſcopo Mediol.
ergo in contrarium ius commune.l.j.in fi.ff.ad mu
nicip.l.ius ſingulare.ff.de legi. Præterea text.in fi.
hoc probat. Dicite tamen de hoc,vt dicam in d.c.
82 j.in fin. ¶ †Quintò fallit ſecundum Iacob.de Bel.
quando eccleſia habet in feudum ab aliquo. Nam
tunc abſque conſuetudine infeudandi prælatus
cum conſenſu capituli poteſt alteri infeudare.cap.
j.§.præterea.ꝧ.de capitulis Conradi. ¶ Hæc fallen-
tia non placet:quia contra tex.hìc, vbi bona eccle
ſiæ non poſſunt in feudũ dari, niſi ſit conſuetudo.
Secundò, quia eſt cõtra regulam l.iubemus. C.de
ſacroſanct.eccleſ.& cap.nulli.de rebus eccleſ.non
alie.Nec obſtat dictus §.præterea.quia ibi non di-
cit text.quòd eccleſia vaſalli poſsit alteri infeuda-
re,ſi non ſit conſuetudo.Fateor bene,quòd ſi eſſet
conſuetudo eccleſiæ infeudandi, poſſet infeudare
83 rem feudalẽ abſque cõſenſu domini ſui. ¶ †Sextò
fallit in iuribus ſpiritualibus & in diuinis, niſi feu-
dum decimale ſit ante Lateranenſe conſilium.cap.

prohibemus.c.quanuis.de decimis. De quo plenè per Ioan.And.in c.cum apoſtolica. de his quæ fiũt à præla.ſine conſen.capit. Et per Gemin.in c.ij.de decimis.in vj. Et latiſsimè per Ioan.de Ligna.in c. ad hoc.de deci.& iudi. Et habeo conſilia Illuſtriſ-
a ſi.Doct. Dominorum a Chriſtophori de Caſtileono,& Fulgo.conſulentium pro opin.Io.And.con-
84 tra Hoſtiẽ.& Ardi. ¶ † Fallit & ſeptimò, quando ſubeſſet cauſa neceſſaria vel vtilis eccleſiæ. Nam tunc prælatus cum conſenſu capituli & aliis ſolennitatibus poteſt cõcedere in feudum: licet non ſit conſuetudo infeudandi.c.ad noſtram.de reb.eccl.
85 non alien. ¶ † Vltimò fallit, quando eſt apertũ feudum eccleſiæ,& eccleſia eſt reducta ad inopiã: ſecundum Iaco.de Bel.allegantem in auth.vt determinatus ſit numerus clericorum. Pro quo facit ca. ij.de feu.ibi in tex.ſi videris expedire. Ergo ſecus, ſi eccleſiæ nõ expediet. Et facit l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interrog.act. quod eſt ſingulare ad limitandum d.c.ij.de feu. ¶ Et adiicite quartum caſum in c.per tuas.de don.(Nam tres caſus ponuntur in d. c.ij.) an prælatus qui conſueuit dare in feudum vnam vel duas res,poſsit alias infeudare. Cõcludit
86 Iaco.de Bel.quòd non. ¶ † Item vaſallus eccleſiæ poteſt ſine conſenſu eccleſiæ alteri infeudare. c.j. §.præterea.in tit.de capit.Conradi.ſecundũ Iaco. de Bel. De modo autem qualiter vaſallus eccleſiæ poſſet alienare:tangit hìc Iac. de Bel. & dicã vobis
87 in c.j.ꝟ.de proh.alie.feu.per Fed. ¶ † An ſi ſit cõſuetudó eccleſiæ infeudandi dũtaxat in maſculos,poſſit prælatus etiã in fœminas? Cõcludit Iac.de Bel. quòd nõ, niſi accipiens ſeruitium fecerit eccleſiæ. ¶ Ego contra Iac.in fallentia hac, quia cõſuetudo non extenditur vltra limites ſuos. l.de quibus. ff. de legib. Secundò,quia eſt contra Tex.in cap.ij.§. perfectò.ꝟ.de lege Conradi.Nec obſt.c.j.quemadmodum feud.ad fœmi.pertin. quia ibi non loquitur in bonis eccleſiæ, ſed in bonis propriis ipſius conce-

*a Adde, quòd iſtã opinionem etiam tenet Domi. Franc.Cur. in viij. q.ij. par.in trac. feu.Vide D. Iaſon.hìc in iiij.col. verſic.ij. Limita et per D. Laud. in §. fi. ad quem vel quos cõtrouer. in fi.*

a concedentis. a ¶ † Et not. ſecundum Baldum, quia licet ſit conſuetudo eccleſiæ non infeudari, tamen poteſt infeudari potentior, cùm eccleſia aliter non poteſt rehabere feudum ſuum. cap. ij. in fin. de feud. quia dictum Bald. limitat notata in capit. potuit. in gloſſ. de locato. & not. in l. ij. C. de iure emphyt. in glo. ſi prælatus feudum concedit vaſallo & fœminæ. Et ſi ſit cõſuetudo duntaxat maſculos infeudare, valet quo ad maſculum, non quo ad fœminam, ſecundum Baldum allegantem l. ſi Titio rei. ff. de legatis ij. & l. ſcimus. C. de

88

b donat. b glo. loquuntur. vnde dic, vt in hoc principio. Martinus doct.

a *In quãtum D. Laud. hîc improbat limitationẽ Iaco. de Bel. addo, quòd illam limitationẽ contra D. Laudẽ. tenet D. Franc. Cur. in trac. feu. in vj. q. ij. partis, colũ. ij. Et tenet quòd tex. in ca. j. quẽadmod. feu. ad fœmi. perti, hîc allegatus habet etiam locum in reb. eccle.*

b *Per plura iſtã opinionẽ comprobat D. Frã. Cur. in tract. feu. vj. q. ij. parte, in j. col. Sequitur & Dom. Iaſ. in verb. in feu, col. pen.*

## SVMMARIVM.

1 *Summa totius §. ponitur.*

2 *Iure antiquiſsimo dominus ad placitum poterat auferre feudum.*

3 *Poſtea ad annum durabat feudum.*

4 *Inde ad vitam vaſalli durabat.*

5 *Quartò ad filium tranſibat, quem dominus eligebat.*

6 *Hodie ad omnes filios æqualiter pertinet.*

7 *Tandem ad nepotes ex filio & fratres deſcendit.*

8 *Fœminæ non ſuccedunt in feudo.*

9 *Collaterales vltra patrueles non ſuccedebant in feudo.*

10 *Hodie collaterales ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum.*

11 *Hodie maſculi deſcendentes ſuccedunt vſque in infinitum: Collaterales autẽ vſque ad ſeptimũ gradũ.*

12 *Eccleſiæ feudum etiam tranſit ad filios vſque in infinitum.*

*Emphy-*

13 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica tranſit etiam ad filias: Feudum verò minimè.*
14 *Emancipatus filius patri in feudum ſuccedit.*
15 *Primogenitus de generali conſuetudine ſuccedit in regno, ducatu ac comitatu.*
16 *Exhæredatus iuſtè, non ſuccedit in feudo.*
17 *Fallit, vt hîc.*
18 *An naturalis ſuccedat, vel adoptiuus, remiſſiuè.*
19 *Prælatus, clericus, vel Epiſcopus, an poſsint ſuccedere in feudo.*
20 *Prælati & alij clerici ſuccedunt in feudo: quemadmodum alij laici, ſi parati ſint ſeruire.*
21 *Fallit, ſi ſeruire nolint.*
22 *Feudum datum propter officium temporale, cenſetur eſſe temporale.*
23 *Vt feuda Marchiæ, ducatus & comitatus ad hæredes tranſeant, conſuetudine eſt vſurpatum.*
24 *In feudis non eſt vera ſucceſſio, ſed ex principali prouidentia defertur feudum.*
25 *Fœmina non ſuccedit in feudis.*
26 *Quo caſu primò fallat.*
27 *Fallit ſecundò.*
28 *Fallit tertiò.*
29 *Fallit quartò.*
30 *Fallit quintò.*
31 *Fallit ſextò.*
32 *Fallit ſeptimò.*
33 *Fallentia octaua & vltima.*
34 *Frater fratri ſuccedit in feudo ex communi pecunia empto, ſi ſimul habitent.*
35 *Ius primogenituræ in Francia valet, & in Sicilia.*

*Fœmi-*

36 *Fœmina non poteſt leuare faydam.*

37 *Maſculi deſcendentes ex filia, non poſſunt ſuccedere in feudum.*

38 *Collaterales an in feudis ſuccedãt vſq; ad infinitum: vel vſque ad gradum ſeptimum.*

39 *Collaterales etiam in infinitum ſuccedunt, quando feudum fecit tranſitũ de perſona acquirentis in deſcendentes eius.*

40 *Collaterales ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum, quando feudum ex perſona primi acquirentis non fecit tranſitum.*

41 *Fratres ſuccedunt in feudo paterno, ſecus in feudo nouo.*

42 *Fallit, niſi pactum ſit in contrarium, vel feudum de pecunia cõmuni emptum.*

43 *Fallit etiam, ſi ſit conſuetudo ſpecialis patriæ, fratrẽ fratri ſuccedere.*

44 *Vſq; dictio, ſtat incluſiuè, non excluſiuè.*

45 *Pronunciatio principis contra legem, non facit ius generale.*

46 *Computatio graduum in feudo fit ſecundum ius Ciuile.*

47 *Frater vterinus in feudo non ſuccedit.*

48 *Frater conſanguineus tantùm, ſuccedit cum fratre vtrinq; coniuncto in linea collaterali.*

49 *Filij fratrum, id eſt patrueles, in feudo ſuccedunt in ſtirpem, non in capita.*

50 *Filij fratrum cum patruis ſuccedunt in ſtirpem.*

51 *Filij fratrum ſuccedunt patruo in ſtirpem.*

52 *Filij fratrum ſuccedunt in capita, quando tractatur de ſucceſſione collateralium, non patrui.*

53 *Pater vni ex filijs poteſt aſsignare feudum.*

54 *Frater fratri ſuccedit ex prouidentia principali.*

55 *Frater fratri licet ex diuiſione ei ſit aſsignatum feudum, ſuccedit, ſi alter decedat ſine hærede.*

56 *Feudum ſi perueniat ad plures filias, defertur ei quæ ſuccedit in hæreditate paterna.*

§. ET QVIA VIDIMVS DE PERSONIS. ¶ Cõtinuatur hic §. ad præcedẽtia hoc modo: Suprà viſum eſt de prima parte rubricæ, qui feudũ dare poſſunt: nũc autẽ videndũ reſtat de ſecũda parte rubricę & tertia, ſcilicet, qualiter acquiratur & retineatur feudum. ¶ Diuiditur hic §. in nouem partes, quemadmodum nouem iura diuerſa feudi diuerſo tempore conſtituta fuerunt. Secunda incipit ibi, poſtea verò. Tertia ibi, deinde ſtatutũ. Quarta ibi, ſed hoc iure. Quinta ibi, quòd hodie. Sexta, ibi cùm verò Cõradus. Septima ibi, hoc autẽ ſciendum. Octaua ibi, licet moderno tẽpore. Nona ibi, quod in maſculis. Hoc dicit iure
1 nouiſsimo. ¶ †Hodie in feudo ſuccedunt omnes deſcẽdentes maſculi, non fœminę, vſque ad infinitum: fœminæ autem non ſuccedunt in feudo, niſi ſpecialiter actum ſit in contrarium. Et collaterales hodie iure nouiſsimo vſque ad ſeptimum gradum ſuccedũt, licet olim iure antiquo aliter ſuccederetur. Ad hoc allegatur vſque ad §. fi. qui incipit, notandum eſt autem. ¶ No. primò Tex. ibi, quando
2 vellent. † quòd iure antiquiſsimo dominus ad placitum poterat auferre feudum. Et illud eſt primũ
3 ius. ¶ No. ſecundum ius feudale ibi, poſtea. † quòd per annum tantùm durabat feudum. ¶ Not. ter-
4 tium ius ibi, deinde. † quòd vſque ad vitam vaſalli durabit feudum. ¶ Not. quartum ius ibi, ſed
5 cum hoc iure. † quòd feudum tranſibat ad filium quem eligebat dominus. ¶ Not. quintum ius

ibi,

6 ibi,quod hodie.†quòd ad omnes filios hodie æqualiter pertinebit feudum. ¶ Not. ſextum ius
7 ibi,cùm verò Conradus.†quòd ad nepotes ex filio tranſibat feudũ : & etiam ad fratrẽ in feudo paterno vel antiquo,non autem in nouo feudo:ſi frater ſine legitimo hærede decederet.Et in feudis legitimis hæres dicitur maſculus deſcendens. c.j.§. & ſi clientulus .ꝗ. de ali.feu.Et no.glo.in l.ex facto.§. fi.ff.ad Trebel.¶No.ſeptimum ius ibi,hoc autem
8 notandum.† quòd fœminę non ſuccedũt in feud.
9 quia non poſſunt leuare faydam. No.†Hoc autem ſciendum, quòd collaterales vltra patrueles non ſuccedebant in feudo. ¶ No. octauũ ius ibi, licet
10 moderno.†quòd moderno iure collaterales ſuccedunt vſque ad ſeptimum gradum.¶ No.nonũ ius
11 ibi, quod in maſculis.† quòd hodie deſcendentes maſculi vſque in infinitum ſuccedunt in feudum. ¶ Itaque hodie iure nouiſsimo ſeruandæ ſunt hæ regulæ : Prima,quòd maſculi deſcẽdentes vſq; in infinitum ſuccedunt.Secunda regula, quòd collaterales ſuccedunt vſq; ad ſeptimum gradum.Vltima regula,quòd fœminę nõ ſuccedunt in feudo.
12 ¶ Circa primã regulam quæritur, † an habeat locum in feudo eccleſiæ:Bal.in auth.defuncto.C. ad Tertul.concludit,quòd in feudo eccleſiæ tantùm ſuccedit filius & nepos,niſi in contrarium ſit actũ. §.emphyteoſim.in auth.de non alie. ¶ Vos autem tenebitis contrarium,quòd in feudo etiam eccleſiæ, ſuccedunt deſcendentes maſculi vſq; ad infinitum:Primò per tex.ibi,quòd in maſculis deſcẽdentibus hodie,&c.Secũdò per c.ex parte.de feu. ibi,conſanguineorũ.Tertiò per no.per glo. et ſcribentes in l. ex facto.§.fi.ff.ſolut.ma.¶ Non obſtat §.emphyteoſim. quia hodie eſt correctus, ſaltem quo ad numerum graduum ſuccedentium , licet non quo ad qualitatem ſuccedentium, per §. licentiam. in authentica, de ali. & emphy. Et no. Ioan. An. in c. præſentia. de probatio.in nouella.

Secundò

13 Secundò reſpondeo d.§.emphyteoſim.†quòd loquitur de cōtractu emphyteotico, non de feudo: quod patet, quia emphytheo. eccleſiaſtica bene tráſit etiá ad filias: d.§.emphyteoſim.& tamen feudū non tranſit: vt hoc §.noſtro, ibi: hoc autē notandum. Eſt itaque concludendum contra Bal.quod etiam feudum eccleſiæ tranſit ad filios vſq; in infinitum.[a] ¶ Quæro ſecūdò,†an filius emancipatus
14 ſuccedat patri in feudum? Videtur quòd non: quia ſucceſsio feudalis fit ratione agnationis.c.j.§.pe. qualiter vaſallus iur.deb.fide.¶ In contrariū determinat Bald.in auth.in ſucceſsione.C. de ſuis & legitimis. Idem tenet Iac.de Ardizone Veronenſ. in ſua Summa,ti.de ſucceſsi. feu.§.itē quæritur, ſi emancipatus filius. Secūdò,quia in feudis principalis ratio ſuccedendi eſt in maſculino genere: vt hoc §.noſtro,& in c.j.§.& ſi clictulus.j. de ali. feu. ¶ Nec obſt. d.c.j.§. pe.quia ibi agnatio ſumitur pro genere,nō autem pro qualitate: cùm etiam emancipatus filius ſuccedit in feu. Pro qua concluſione facit Tex.in l.tutelas.ff.de capi.di.[b] ¶ Tertiò
15 quæritur circa eādem primā regulam, † an omnes filij ſuccedant in regno vel ducatu vel marchionatu vel comitatu? Sol.De generali conſuetudine ſuccedit primogenitus: non autem omnes filij ſimul ſuccedunt: vt not.in c.licet. de voto & voti redemptione. Et per Alberi.in procœmio ff. Veteris. Et per Bal.in l.cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur.Hinc eſt, quòd auth.in ſucceſsione. nō habet locū in regno: C.de ſuis & legitimis. quia regnum eſt quid indiuiſibile: vt no.in d.c.licet. Et per Alberi. in dicta authē. in ſucceſsione.¶ Quartò circa eandem ſecundam
16 quæro,†an exhæredatus filius ſuccedat in feudo? Reſpondeo ſecundū Ia.de Ardizone ti. de ſucceſ. feu.§.item quæritur,ſi ſit exhæredatus filius.& ſecundum Odof.in ſua ſumma,ti.qui poſ.ſuc.in feu. & ti. de ſucc.feu.in prin. quòd filius iuſtè exhæredatus

*a Adde, quòd iſtā opinionem D. Lauden. hîc ſequitur & cōprobat D. Frā.Cur. in tract.feu. in iiij.char. iij. part.ver ex pedita igitur prima parte,&c.*

*b Et cum D. Laud.hîc tenet D.Fran. Cur. in v. char.iij.par. in trac. feu. vbi eā corroborat p plura fundamēta, & dicit, quòd in feu. nō habemus tex. expreſsè repellentem filium emācipatum.*

datus non ſuccedit in feudo. §. ſoluto. cum §. ſequenti. in auth. de nupt. ¶Fallit primò, quando non mala mẽte eſt exhæredatus. ¶Secundò fallit, quando filio exhęredato pater aſsignauit feudum. l.ſi patronus teſtamẽto.§.ſi quis.& l.Paulus.§.ſi libertis præto.ff. de bo.liber.l.j.§.pe.ff.de aſsignandis lib. [a]
a ¶ †Quid de adoptiuo, vel naturali tan-
18 túm? Dicã in c.naturales. & c.adoptiuus.ſi de feu.
19 fu.contr. ¶ †Circa eandem regulã primam quæro, an clericus, epiſcopus, vel alius prælatus poſsit ſuccedere in feudum? Articulum hunc publicè diſputaui in ſtudio felici Papien. in quo quidem articulo maiores noſtri variârunt. Nam primã negatiuam quòd non ſuccedat, tenuit Iac.de Bel.in c.ſi deceſſerit.ſi inter do.& vaſ.cont.fu.Eãdem partem tenuit Bal.in c.ſi clericus.ſi de feud.fu.controu. & Albericus in auth.ingreſsi.C.de ſacr.ſan.ec.Et pro hac parte facit primò tex. in c.j.de mili.vaſ.qui arbel.depo. ſecundò tex.in c.de beneficio feud. tertiò tex.in c.ſi quis clericus.ſi de feu.fuerit contro. quartò hanc partem ſtringit c.j. an mutus vel ſurdus, vel aliàs imperfect. ¶Ego autem conſului pro parte affirmatiua: videlicet quòd clericus aut pręlatus ſuccedat in feudum: & cõſuluerunt præſtantiores Doctores & Papien. & Bononien. in cauſa Reuerend. patris Epiſcopi Parmenſ. & reperitur Ioan. Calderini in hac parte conſuluiſſe: pro qua parte adducitur glo. in c.j.§. ex hac.de benefi.fœ: quæ gl.incipit, niſi fortè non. ſi clericus ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum domino, ſuccedit in feudum: à qua auctoritate gloſſatoris non eſſet recedendum in iudiciis ſecundum not. Iac.Butri.in l.j. C. qui pro ſua iuriſdic. Secundò eandem partem tenuit Duluius in ſua ſumma, §.fœminæ.ver.clericus. Tertiò Bar.id ſequitur in auth.ingreſsi.C.de ſacroſanc.eccleſi.in repetitione, quam morte præuentus non potuit publicare: ſed Nicolaus Alexandri eius gener publicauit. Quartò eandem

*a Adde, quòd eandem opinionẽ, quòd exhæredatus malò animo, non ſuccedat in feudo, tenet & dicit communem D. Fran. Curt. in tract.feu. in v. chart. iij.par.verſ. iij. principaliter quæro. Ibi tamen format duas oppoſitiones contra communem, & in ſeq.quæſt. quærit, an iſtud procedat etiã in feudo auito, an verò in feudo paterno tantúm. Et vide D. Ia.in verbo, præſentes et recipientes. col.ij.*

opi.tenet Archid.xix.quæſt.vltim.c.ſi qua mulier. Quintò hanc partem tenent Inno.Io.An.Hoſti. & Ioá.de Lignano,in c.prǽſentia.de prob.Et ibi Gemi.Ant.de Bu.& Panor. Poſtremò hanc partē Bar. de Saly.in dicta auth.ingreſsi.qui ait,Doct.cómuniter ita tenent. ¶Pro hac parte facit regula iuris.
20 †Nam clerici & alij prælati ſuccedūt,quemadmodum alij layci.authen.presbyteros.& l.deo nobis. C.de epi.& cle.Et facit quod pulchrè not.Bal.in l. apud hoſtes.ad fi.C.de ſuis & legit. vbi licet ceſſet patria poteſtas propter dignitatē, non tamen tollitur ſuitas. ¶Secundò,quia eſt regula feudalis,Omnes deſcendentes maſculos ſuccedere vſque ad infinitum : vt hoc §.noſtro, ibi : quod in maſculis. ¶Tertiò ad idem facit, quia in feudo ſatis eſt vaſallum ſeruire per ſubſtitutum regulariter. capitu. ſi minori. ſi de feudo fuerit controuerſia. e. §.primo firmiter. Et ibi Andreas de Iſernia de prohib. aliena. feud. per Fede. Ergo ſatis eſt clericum domino ſeruire per ſubſtitutum. ¶Quartò ad idem facit gloſ.xxxiij.quæſt.ij.cap.latorem. vbi vaſallus inhabilis ad portandum arma propter culpam ſuá, non perdit feudum, dummodo ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum. Ergo multò magis clericus non perdit feudum qui eſt effectus inhabilis ad portandam arma non propter aliquod delictū.¶Ad idem adiicite, quia non intereſt domini opponentis exceptionem, quòd vaſallus non ſuccedat in feudo, quia clericus.l.j.ff. de appella. recipi. quia non ſolent audiri quorū non intereſt.Nam dicet clericus vaſallus domino: ego ſum paratus tibi dare ſubſtitutum militem qui meliùs ſcit gerere arma quàm ego:arg.l.ſemel. C.de re mili. quia, vt dicit Vagelius,plùs valet in armis paucitas docta,quàm multitudo indocta. Ex quibus liquet, vaſallum clericum ſuccedere in feudum.
21 ¶ †Non obſtant dicta quatuor capitula allegata in contrarium : quia reſpondeo illa capitula procedere, quando vaſallus clericus

clericus non vult ſeruire per ſubſtit.vt per gl.in d.
c.j.de benef.feu.& per gl.in l.quiſquis.C.de epiſc.
& cleri. ¶Vltimò non obſt. not. per Bal.in d.c. ſi
cleric.& per Ia.de Bel.in d.c. ſi deceſſerit. quia lo-
quitur de rigore,non de æquitate.arg.l.placuit.C.
de iud. Secũdò reſpondeo,quòd aliæ auctoritates
maiores ſunt in contrariũ,quas dixi ſuprà,& in ma
gnis dubiis humaniorem partem ſequi debemus.l.
benignius.ff.de leg.Et de hoc articulo vide latiſsi-
mè diſputationem meã:quæ incipit, Illuſtriſsimus
a D. dux Med.&c.[a] ¶In gl.j.ad fi.no. ſecundũ Iac.
de Bel.quòd ſi feudũ datur propter beneficiũ tem-
porale:puta,annale,vel biennale,tum tẽporale eſſe
22 cenſetur:†quia acceſſorium regulatur à ſuo princi
pali.l.cũ principalis.ff.de reg.iu.l.eos.C.de vſuris.
23 ¶In glo.ad fi.no.hanc gl. †quòd de conſuetudine
vſurpatũ eſt, vt feudum ducatuum, marchionatuũ
tranſeat in hæredes maſculos : de quo plenè in
cap.j.ad fin.de alien.feud.& in cap.j.de feud. Mar-
chiæ.in glo.ſubaudi.ad fi.glo. ¶Bene loquitur in
glo.magna,quæ incipit, ſi ergo frater fratri. & di-
uiditur in duas partes. In prima glo.quærit & ſol.
in ſecunda ponit regulam & fallentias: qualiter
fœmina non ſuccedat. Secunda ibi,hoc autem in-
telligitur, ſi fuerit maſculus. In eadem ibi, princi-
24 pali prouidente. ¶† Not.quòd in feudis non eſt
mera ſucceſsio, ſed ex principali prouidentia de-
fertur ſuccedenti feudũ. ¶In ea. ibi,niſi ex pacto.
25 not.regulam negatiuam in feudis: † Fœminam
26 non ſuccedere in feudis. ¶† Fallit,niſi ſit factum
pactũ, vt ſuccedat: quam gl.intelligite ſecundum
Andr.de Iſer.Quòd ſi ſit factũ pactum ſimpliciter,
fœminam ſuccedere certo ordine ſucceſsiuo, ſuc-
cedént filia, neptis,proneptis, & deinceps. Si au-

ADDITIO.

a *Et pro opinione Do. Laud.hîc cõſuluit D.Ia. in trac.feu. in verbo,& quibuſcunque hæredibus.col.fi.in perſonã Reuerendi Domini Ioannis nothi ex Comitibus Vualpergiæ. prioris Do. Andreæ de Thaurino, & obtinuit. Et ibi ponit quomodo poterit ſeruire domino. Cõtrariam tamen opinionẽ tenet per plura vrgentia D. Fran. Curt. in tract.feu. in vj. char. iij.par. ver. decimò principaliter quæro. Vbi per iiij.col. eam tantùm limitat aliquibus modis, vt per eum qui etiam ſubiungit in ſeq.q. an iſto caſu, quando per ingreſſum religionis quis cadit à feudo, deuoluatur ad agnatos: an verò ad dominos feudi.*

tem ſit factum perſonæ: puta, quòd Titia filia ſuccedit, tunc non ſuccedet neptis, vel proneptis ex ea: quia pactum perſonale non egreditur perſonam.l.ſi vnus.§.ante omnia.& l.perſona.& l.qui in futurum.ff.de pac. ¶In eadem glo.ibi maternum. 27 no.ſecundam fallentiam: †quòd fœmina ſuccedat in feudo materno ſecundum quoſdam: quam opinio. quorundam hic reprobat Andreas per cap.j. infrà, de feud.fœmin. Nam maſculus in feudo fœmineo, vel materno excludit fœminam: vt hoc §. noſtro, ibi: hoc autem notandum. & d. cap.j. inf. de feud.fœm. ¶ Item, quòd fœmina non poteſt pugnare: de qua fallentia videbitis in d.c.j.proxi. 28 allegato. & c.j.an maritus in feu.ſuccedat. ¶ † In eadem glo. ad fin. not. alias duas fallentias poſitas in cap. j. infrà, quemadmodum feud. ad fili.pertineat.quibus tamen duobus caſibus ſecundum Andre.de Iſernia, ſi filia reliquerit filios maſculos, maſculus ſuccedet in feudo, non autē fœmina: dicto c.j.de feud.fœminarum. Ex prædictis habuiſtis in glo.regulam, & quatuor fallentias: ¶Quinta verò 29 fallentia ſecundum Bald. eſt, † quando ad nullum ſeruitium datum eſt feudum. Allegat vnum c. extrauagans incipiens, ſi cui militi. ¶ Vos tenete contrarium: & primò per §.noſtrum, ibi: hoc autem notandum. Secundò, quia fœmina non poteſt leuare faydam: vt in glo. indebitis. Tertiò, quia ipſemet Bal. tenet contrarium in l.quotiens. C.de 30 ſuis & legiti.hæred. ¶†Nec obſtat d.c.ſi cui.quia talia capitula extraordinaria quę rarò reperiuntur in libello feudorum, non debent pro legibus allegari: glo.eſt infrà, de prohib. alien. ¶Item eſt alia glo. quæ idem tenet, ꝫ. quot teſtes ſint neceſſarij ad probandum ingratitudinem. Nam extrauagantia capitula, ſicut & leges extrauagantes, non ſunt allegandæ in cauſis, niſi ſint practicatæ: ſecundum Bald. in procem. Decreta. Et dixi vobis in a procemio huius operis. ¶ Sexta[a] fallentia eſt, quando

*a Alio etiam fundamento reprobat iſtam quintam fallentiā D.Fran. Cur. in tra. feud.j.char. iij. par. verſicul. quintò limita.*

31 † quando feudum eſt emptum. Nam tunc tranſit ad fœminas: ſecundum Odof. titul. qui poſſunt ſucced. in feud. quod dictum eſſet notabile, ſi verum eſſet, ſecundum Bald. ¶ Andr. verò de Iſer. tenet contrarium, & rectiùs, vt non tranſeat ad fœminas: vt hoc §. noſtro, ibi: hoc autem notandum. [a] ¶ Septimò fallit ſecundum Andre. † quando eſſet fœmina conſueta in armis: vt legitur de vxore Mithridatis regis ſecundum Valerium Maximum in titulo, de amore coniugali. Quæ ſeptima fallentia non placet: primò, quia eſt contra §. ibi, hoc autem notandum. Secundò, quia feudum datur nedum propter pugnam, ſed etiam propter ſecreta conſiliorum, & alia: de quibus infrà de noua forma fide. cap. j. ¶ Sed fœmina non eſt particeps ſecretorum conſiliorum: quia varium & mutabile, fœmina: ca. forus. de verbo ſignifi. l. fin. C. de ſpon. Et pro hoc adducitur not. Bald. in lege, quotiens. C. de ſuis & legit. hæredi. ¶ Octaua & vltima fallentia eſt, † quando ſit conſuetudo ſuccedere in feudo: vt eſt in regno Siciliæ nõ exiſtente maſculo. Andre. hìc. Nam conſuetudo localis eſt ſeruanda in feudis: capit. j. ij. de feud. cognitio. ¶ Glo. quæ incipit: ſic ergo expreſſum. diuiditur in quatuor partes: In prima ponitur brocardicum. In ſecunda opponitur. In tertia & quarta idẽ facit: quia opponit. Secunda ibi, iſtud autem quod dicitur. Tertia ibi, nec obſtat. Quarta ibi, argumentum tamen eſt contra. ¶ In eadem, ibi: rubricellis. Ad hoc brocardicum nihil dicam, quia in hoc libello tractare intendo ſola feudalia, non alia non pertinentia ad feudum. ¶ In eadem ibi, ne

34 fortè inuitus dominus. no. † quòd vbi ex communi pecunia emitur feudum ſciente domino feudi: frater ſuccedit fratri in feudo, quando habitabant

(32 and 33 in margin beside "do eſſet fœmina" and "vltima fallentia eſt".)

*a Et ita etiã contra Odofr. tenet Dom. Iacob. in tractat. feud. in verbo, & fœminis. col. x. vbi dicit, quòd vidit in contingentia facti iudicari cõtra Odofr. quem tamẽ ſaluat vno caſu: vt ibi per eum quem vide, quando ille qui emiſſet feudum, ſe obligaſſet ad cẽſum annuũ: quia tunc nõ poſſet dici feudum, & ſuccederet fœmina. Adde quòd opin. Odof. in iſta vj. fallentia tenet Do. Frã. Curtius, in tract. feud. in j. charta, iij. par. ver. vj. limita. Et illam dicit de iur. veriſſimam, cum duabus tamen declarationibus, vt ibi per eum.*

dicti fratres in eadem domo. Secus, ſi ignorante domino.c.j.de beneficio fratris. &, qualiter frater fratri ſuccedit.c. j. de duobus fratribus de no. beneſi.inueſti. ¶ Ad ſi. glo. de hac gl. dicite,vt per Bal.in l.j. C.ſi quis alteri vel ſibi.& per Doct.in l.ſi patruus.C.cõmunia vtriuſq; iud.& in l,ſi vt propo nis.& in l. ſi ex ea pecunia.C.de rei ven.& per Inn.
35 in c.cum in officiis. de teſtamentis. ¶†Item gloſſ. quod verum eſt. diuiditur in duas, Nam in prima ponitur, qualiter ſuccedatur iure Romano: in ſecunda,qualiter iure Lombardorum. Secunda ibi, iure autem Lombardorum. ¶Et in ea.ſecunda ibi, ſi quis ſe deſperauerit.Eſt aliud ius conſuetudinarium in Francia, in quo primogenitus ſuccedit, ſecundum Iac. de Bel.in Sicilia autem in feudo marchionatus, ducatus aut comitatus ſuccedit primogenitus: in aliis verò ſuccedunt omnes,ſecun-
36 dum Iac.de Bel.¶Ad ſi.gl.no. †quòd fœmina non poteſt leuare faydam,id eſt,inimicitiam.In gl. quæ incipit, hîc ergo aliud. ad ſi. not. rationem: quare fœmina non ſuccedat in feudũ,quia non poteſt iuuare dominũ pugnãdo.¶Alias rationes ponit Bal.
37 in l.quotiens.C.de ſuis & legit. ¶†Itẽ, ꝙ maſculi deſcẽdẽtes ex filia, non poſſunt ſuccedere in feudum. Ratio eſt quã neſciunt aſsignare gloſſatores hîc: quia remota radice, remouetur omne conſequẽs ex eadẽ.l.ſi vna.C.de bonis maternis.ſed mater remouetur:ergo fili9,&c, ¶Gl.alleg.gra.ad ſi.
38 Hîc eſt pulcher articulus, † an in feudis collaterales ſuccedãt in infinitũ,vel vſq; ad ſeptimũ gradũ. Pro huius articuli pleniori doctrina ſciendum eſt, quòd in bonis allodialibus collaterales ſuccedunt vſq; ad decimum gradum, Inſtitu.de ſucc.cogn.§. fin. & in glo. Et dicam vobis in l.fin.C.vnde cog. ¶Articulus ergo noſter eſt in feudalibus bonis, in quo articulo variãrunt maiores noſtri: Partem negatiuam quòd non in infinitum, ſed vſq; ad ſeptimum gradum:tenuit And.in hoc §.noſtro. Eãdem

quoque

quoque partem amplexus fuit Bald.in cap.ſi capitanei.de feud.March.& Bald.in authen. defuncto. C.ad Tertul. ¶Ego verò ſum in contraria ſententia, quòd imo collaterales maſculi agnati ſuccedát in infinitum cum grano ſalis de quo infrá. Moueor primò auctoritate gloſſ. in cap.j.ꝟ.de ſucceſſ. feud. & in cap.ſi capitanei.ꝟ.de feud.Marchiæ. Secundò eandem ſententiam ſequutus fuit Odofre. in ij.tit. qui in feud.ſucc.poſſ. Et Epiſcopus & Archiepiſcopus Ebrudenſis, tunc vocatus Henricus, tit.qual.ſuc.in feu.in ſumma ſua, & Iac.de Ardizone in ſumma ſua tit. de ſucceſſ.feud. idem quoque conſuluerunt. ¶Bald.& Ang.conſil.quod incipit: Sanctiſsima & Illuſtriſsima regina.quod eſt conſilium cvj.in conſiliis Angeli, vbi cõcluditur, quòd ſi per mille manus feudum tranſiiſſet, nõ ſuccedit dominus in feudum, ſed etiam vltimus dicitur ſucceſſor primi acquirentis. Et pro hac allego caſum in c.j.ꝟ.de nat.ſucceſſ.feudi.& in c.j.ſi vaſal.feu.pri-
39 uetur cui def. ¶†Prędicta tamen limitabitis vera, quando feudum primordialiter tranſitum fecit de perſona acquirentis feudum in deſcendentes eius acquirentis. Nam tunc in infinitum collaterales deſcendentium ipſius acquirentis ſuccedũt in feudum.d.c.j.§.j.ꝟ.de gradu ſuc.feu. ¶Sed quãdo primordialiter feudum non facit tranſitum de perſona acquirentis in deſcendẽtes, ſed in collaterales, in caſibus in quibus poſſunt collaterales ſuccedere: de quibus in c.j.de benefic.fratris. &, qualiter frater fratri ſucce. tunc collaterales vſque ad ſeptimum gradum ſuccedũt: vt hoc §.noſtro. Ita tenet Iac.de Bel.in c.ſi capitaneo. allegato, & Ioã.Faſoli de Piſis in ſumma ſua, qui ſucce.in feu. & qualiter
a ſucce. a ¶Ex prædictis collige duas regulas: Pri-

a *Iſtam diſtinctionem ſequitur Frãciſcus Curtius in tracta.feud.in ix.chart.iij. part. verſicul.ſucceſsiuè expedito. ij. Limitat tamen hoc ſecundum membrũ, in quo collaterales non ſuccedunt, niſi vſque ad ſeptimum gradum: limitat nõ procedere in ſucceſſione regni. Item & ſecundo modo non procederet in feudis iuriſdictionum, quia in his duabus limitationibus ſuccedunt indiſtinctè vſque in infinitũ. Et an & quando ſuccedant collaterales vſque in infinitum, ponit* Domin.Iacob. *in verbo, præſentes & recipientes. col.ij. verſicu. videamus nunquid in collateralibus.*

40 ma, † Collaterales deſcendentium primi acquiren
tis feudum, ſuccedunt in infinitum. d.c.j.de natu-
ra ſucceſſ.feu. Et tunc * Collaterales primi acqui-
rentis non ſuccedunt in feudum, ſed reuertitur ad
dominum.c.j.§.j.de grad.ſucceſſ.in feu. ¶ Secun-
da regula: Collaterales ſuccedunt vſque ad ſepti-
mum gradum; quando feudum ex perſona primi
acquirentis non fecit tranſitum primordialiter in
deſcendentes ipſius.primi acquirentis ſecundum
collaterales. Et probatur in hoc §.noſtro, iuncto
c.j.de benefi.frat.qualiter frater fra.ſuc. ¶ No.re-
41 gulam & fallentias regulę: † Quòd in feudo pater-
no ſiue antiquo ſuccedunt fratres: in feudo autem
42 nouo non ſuccedunt fratres. ¶ † Fallit, niſi ſit pa-
ctum in contrarium: vel, niſi ſciente domino com-
muni pecunia ſit emptũ feudũ: vel, niſi cõmunibus
armis & equis ſit acquiſitũ feudum: vel, niſi contra
hoſtem regis certârint fratres: vt hæc omnia pro-
bantur in hoc §.noſtro, verſ.cùm verò Conradus,
& in c.j.de benefic, fratris.& c.j.& ij.de fratrib. de
43 nouo benefi.inueſt. ¶ † Vltimò fallit, quando eſſet
ſpecialis conſuetudo, fratrem fratri ſuccedere in
feudo nouo. c.j.ỹ.de feu.cog. ¶ Quæro, an dictio,
vſque. poſita hìc in Tex. ſtet excluſiuè, vel incluſi-
44 uè? Concludit And. † quòd excluſiuè: quia Hono-
rius papa ita pronunciauit tempore rebellionis Si
ciliæ contra eccleſiam: quæ pronuntiatio definiti-
ua fecit iûs quo ad omnes.l.fi.C.de legi. ¶ Ego pu
to contrarium, quòd imò vſque ad ſeptimum gra-
dum incluſiuè ſuccedant collaterales: Primò, quia
in materia fauorabili dictio, vſque. ſtat incluſiué, l,
fin.alleg.pen.cum auth.ſua ibi not. C.de procur.
Et nota.per Doc.in l.meminiſſe. ff.de off.procon.
& leg. Secundò, quia materia ſucceſsionis eſt fauo
rabilis, & ex æquo & bono dilatãda.§.adhuc autẽ,
Inſt.de bo.in §.fi.Inſt.de ſuc.cog. Tertiò, quia be-
neficia principis & fauores ſunt extendẽdi. l.fi.ff.
de conſt, prin.l.cũ quidã.ff.de lib.& poſth. ¶ Nec
obſt,

* *Quod ita intelligendum eſt, ſi feudũ ſit paternũ, hoc eſt ſi fuit illius parentis, qui eius fuit agnationis cõmunis: Secus, ſi non ſit paternum. S. Schard.*

obſt.pronuntiatio Honorij papæ,&c.quia reſpon
45 deo,quòd†pronũtiatio principis cõtra l.non facit ius generale, ſecundũ Bal.& Ang.in cõſilio, quod incipit:Sanctiſsima & Illuſtriſsima regina.Secus,ſi pronunciauit ſecundum l. vel præter l.d.l.fi. C.de legi.Ex prædictis habetis concluſionem,quòd col laterales vſque ad ſeptimum gradũ , incluſiuè ſuc-
46 cedunt:vt hoc §.noſtro. ¶†Quæritur,an compu
a tatio [a]graduum in feudum fiat ſecundum ius canonicum vel ciuile? Reſpondeo ſecundum Andr. & Bal.quòd ſecundum ius ciuile. Inſti.de grad.§.pe. vt ibi in glo. ¶Nec cõputabitur perſona recipientis,imò fiat computatio,ſecundum Tex.in l.j.ij.& iij.& l.Iuriſconſultus.§.v.vj.& vij.gradu.ff.de gradib.¶Nec obſtat §.emphyteoſim.allegatus à Bal. in auth.non alienandum. quia non loquitur in feudo, vt pleniùs dixi ſuprà dum allegaui dictũ §.em-
b phyteoſim. [b] ¶†Quæro , an vterinus frater tan-
47 tùm ſuccedat in feudo?Conſuluerunt Bald.& Angel. in dicto conſilio, Sanctiſsima. quòd non:quia eſt finitum genus primi acquirentis feudum : &, quia in feudis iure cognationis nulla eſt ſucceſ-
48 ſio. cap.j,§.j.de gradib.ſucceſſ.in feud. ¶†Quæro, an vterque coniunctus in ſucceſsione collaterali , excludat alium fratrem conſanguineum tantùm , id eſt coniunctum ex parte patris tantùm, in feudo ? Reſpondeo ſecundum Baldum in l.j.C.de legit.hæred.vtrunque pariter ſuccedere , qui Bal. allegat Iacob. de Ardizone in ſumma de ſucceſſ. feud. Proinde notabitis,quòd licet vterque coniunctus frater de iure Romano excludat fratrem conſanguineum tantùm:authen.ceſſante. cum ſequen.authen.C.de legit.hæred.tamen ſecus eſt in ſucceſsione feudi : quia vterque frater pariter ad-

*a Adde Dom. Franc. Cur. idem tenentem in tracta.feud. in ix.chart.iij. part. verſic. circa iſtam ſecundã regulam. vbi pro iſta opinione allegat quædã conſilia Alexand.Et ibi in x. chart. verſicu. circa iſtã materiam,&c. Tenet etiã cum Dom. Lauden. in ſequ. quæſt. de fratre vterino tantùm. Et an dictio, vſq;. ſtet incluſiuè, D.m.Iacob. in verbo, præſentes & recipientes. col. ſecunda.*

*b Adde ad hanc cõcluſionem, quæ eſt quòd cõputatio graduum in feudis fiat ſecundum ius ciuile, plura allegata per Dominum Franciſcum Curtium in tracta.feud. in ix.charta iij.partis,verſiculo, tertiò quæro.*

a mittitur. [a] ¶†Quæro,an nepotes,id eſt filij fratrũ
49 quos patrueles appellamus, ſuccedant in ſtirpem
vel in capita?Concludit hîc Bal. & bene:quòd ſuc
cedunt in ſtirpem, ſecundum opinionem Accurſij
in authen.ceſſante contra approbatam.vbi Angel.
ait ita practicari.¶Nec obſt.cap.extraordinarium
incipiens,decedenti fideli.de natura ſucceſſ.feud.
vbi in capita patrueles ſuccedunt.Ad quod reſpó-
det Bal. quòd talia capitula quæ reperiũtur in pau
cis libris,non habentur pro ll.Glo.in c.j.de prohi.
feu.alie. per Lothar. quod dictum eſt ſingulariſsi-
mum : vt capitula quæ in paucis libellis feudorum
non inueniũtur,faciãt fidem: & pro hoc allego gl.
ꝗ.quot teſtes ſint neceſſarij ad probãdum ingrati-
tud. ¶Cui dicto Bal.adiicite,quòd tres ſunt regu
50 læ:Prima,† filij fratrum cum patruis ſuccedunt in
51 ſtirpem. ¶Secunda regula, †Filij fratrum ſucce-
dunt patruo vel auunculo in ſtirpem. ¶Tertia re-
52 gula, † Filij fratrum ſuccedunt in capita, quan-
do non tractatur de ſucceſsione auunculi vel pa-
trui,ſed aliorum collateralium:vt hæc omnia pro-
bãtur in dicta authen.ceſſante.& in authen.de hæ-
redit.quæ ab inteſtato. §.ſed neque fratres. & per
Bartolum in l.poſt conſanguineos. ff.de ſuis & le-
gitim. Et pulchriùs per Ioan.de Ligna. in clemen.
plures.de iure patrona. vbi ponit conſilia contra-
b ria Bononieñ.& Papieñ. [b] ¶Item concludit Bald.
53 †quòd pater poteſt aſsignare feudum vni ex filiis.
Cui adiicite plenè notata per glo.& Bald.in l.ſi fa-
miliæ.C.fami.herciſcun.& per Ange.in §.obtine-
54 re.in authen.de nup.¶Item concludit Bal.†quòd
frater fratri ſuccedit prouidentia principali, ſiue
legali.Gloſſ.eſt in cap.j.ꝗ.an agna.vel filius. ¶Item
55 concludit Bal. † quòd ſi ſit aſsignatum feudum ex

*a Adde Dom. Franc. Cur. in trac. feu. in x. chart. iij par. verſic. vj. quæro. vbi poſt Alex. d. hoc fortiùs procedere, ſi ſtatutum extaret, quòd ſtãtibus agnatis excludãtur ſorores: quia tũc excluderetur ſoror vtrinque coniuncta per fratrem conſanguineũ tantúm. Vide* Do. Iacob. *in verbo, præſentes & recipiẽtes. col. ſecunda.*

*b Et cùm opi.* D. Laud. hîc tenet Domi. Franc. Cur. *in tract. feu. in vij. char. iij. part. vbi dicit in iudicãdo non eſſe recedendum ab hac opinione, & reſpondet adductis in contrarium, vt ibi per eum: quem vide: & in verſi. iij. circa iſtam materiam, &c.* Eandem *opi. ſeq.* D. Iac. *in tract. feu. in verb. præſentes & recipientes. in pen. col.*

diuiſione

diuiſione vni ex fratribus, vel renuntiauerit in manibus domini: ſi poſtea alter frater decedat ſine hęrede maſculo, ſuccedit in feudum fratris præcedẽtis. l. cohæredi. §. fin. ff. de vulga. & pup. in arg. licet contrarium not. Bald. & malè in l. j. C. quando non pet. part. in vlti. col. quia non ſuccedit frater fratri in feudo iure accreſcendi: ſed ex prouidentia principali: vt vidiſtis in gloſ. magna quæ incipit: ſic ergo frater. & ideo ceſſat arg. iure accreſcendi. & bene facit c. j. de eo qui ſi. fecit agna. de beneficio paterno: niſi ſimpliciter indefinitè, & in rem renũtiauerit: vt probatur in d. c. j. ¶ Vltimò cõcludit Bal.
56 † quòd ſi ex pacto feudum debeat peruenire ad vnam filiam tãtùm, & vaſallus reliquerit plures: feudum pertineat illi filiæ quæ ſucceſsit in hæreditate paterna. c. j. an agn. vel filius. Aliàs eſt electio domini: vt hoc §. noſtro, ibi: in quem. quẽ ſcilicet hîc dominus vellet. & l. ſi quis ſeruum. §. inter duos. ff.
a de leg. ij. cum [a] not. Mart. Lauden.

*a D. Frã. Cur. in trac. feu. in ij. chart. iij. par. verſic. x. octauò quæro. Et in contraria opi. quòd imo iſto caſu ſuccedat in feudo primogenita tãtùm: facit aliqua fundamenta, quæ videre poteris. Adde tamẽ, quòd cũ D. Lauden. hîc tenet D. Iac. in verbo, & fœminis. col. iij. verſi. ſed iuxta prædicta dubitatur.*

## SVMMARIVM.

1 *Ponitur ſumma §.*

2 *Feudum conceſſum à valuaſoribus, cenſetur proprium feudum.*

3 *Feudum conceſſum à minoribus qui ſunt infra valuaſores, cenſetur iure improprij feudi.*

4 *Fallit primò in curia Mediolanenſi.*

5 *Secũdò fallit, ſi vaſallus cum domino Romam perrexit in exercitu.*

6 *Fallit tertiò, quando aliquid eſt datum pro feudo.*

7 *Princeps cum tota maieſtate ſua non poteſt auferre feudum ſine cauſa.*

8 *Hodie feudum conceſſum ſiue à maioribus, ſiue à minoribus, non poteſt auferri ad placitum domini.*

9 *Pretij reſtitutio non fit, ſi ſit datum pro feudo temporali:*

*porali:ſecus,ſi pro perpetuo.*

10 *Pecunia non debet accipi pro feudo:poteſt tamen,ſi dominus velit.*

11 *Differentia non eſt, ſiue dominus loquatur in præterito tempore,ſiue in præſenti:ſiue in prima,ſiue tertia perſona.*

12 *Feudo in feudum dato in quo ſunt fructus pendẽtes, fructus feudales eſſe cenſentur.*

§. NOTANDVM EST QVOD ILLVD.¶Diuiditur hic §.in duas partes.In prima ponitur duplex dictum, in ſecunda duæ exceptiones à ſecundo dicto.Secunda ibi:Ro

1 main.Hoc dicit:¶†Feudum conceſſum à valuaſoribus vel capitaneis regis,cẽſetur iure proprij feudi: Feudum verò cõceſſum à minoribus, iure proprij feudi non cenſetur, niſi in duobus caſibus hic

2 expreſsè ad hoc allegatis. ¶ †No.primò ibi, propriè iure feudi.ꝙ feudũ quod eſt conceſſum à valuaſoribus vel capitaneis regis,cenſetur proprium feudum, id eſt perpetuum ac tranſitorium ad hæredes & irreuocabile. Et qui dicantur valuaſores vel capitanei regis, dixi in princip.huius capituli.

3 ¶No.ibi,iure feudi.†Feudum conceſſum à minoribus, id eſt ab his qui ſunt infra valuaſores vel capitaneos regis, non iure proprij feudi iudicãdum eſt: quia dominus ad libitum quandocunque vo-

4 luerit,poteſt auferre feudũ. ¶†Fallit in curia Me-

5 diolaneñ.¶†Fallit ſecundò,ſi vaſallus cum domi-

6 no Romam perrexit in exercitu. ¶†Fallit vltimò, quando aliquid eſt datum pro feudo. Nam tunc non poteſt auferri, niſi pretio reſtituto.¶In gloſſ.

7 quæ incipit, hoc intelligo.ibi, & principi. †ſignate perpetuò hanc gloſſam,quòd princeps cum tota maieſtate ſua non poteſt auferre feudum ſine cauſa.De quibus cauſis plenè ĩ.quibus cauſis feud. amit. & ĩ.in quibus cauſis feud.amit. &, quæ fuit

prima

prima cauſa benefi.amit. & bene facit Tex. & no. a Bal.in c.j.§. de natura feud. Propterea non poſſet Papa vel Imperator regem vel ducem inueſtitum de feudo priuare & alium inueſtire. ¶ In eadem ibi, c. ſi minores. not. quòd hodie iſte §.
8 eſt correctus in ſecundo dicto, quòd † hodie feudum conceſſum ſiue à minoribus ſiue à maioribus, non poteſt auferri ad placitum domini.c.j.§.de natura feud.¶In ea glo.ad fin.nota hanc gloſ. quòd feudum non poteſt auferri vaſallo, niſi priùs conuincatur:c.j. §.de feud.ſine cul.Non ergo requiritur ſententia declaratoria culpæ:argu.l. eius qui delatorem.ff.de iure fiſ.& c.cum ſecundum leges. de hæreticis. lib. vj. Et notat Bald. in concluſionibus feudorum in hoc titulo, quas concluſiones ponit in fine huius operis. Proinde malè loquitur Bald.in l.j.ff.de rerum diui.in xxj.quæſt.Cõtra quem Bald.eſt Innocen.& Canoniſtæ in c. poterit. de locato. vbi requiritur ſententia. ¶ Non autem propria auctoritate dominus poteſt ingredi rem emphyteoticam vel feudalem propter ſeruitium non præſtitum, vel canonem non ſolutum. Facit quod not. Specu.titu.de locato. §. nunc aliqua. verſi. xlvij.& ſeq.& quod plenè not.in l.ij. C.
a de iure emphy.[a] ¶ † Oppo.extra gloſ. de c.j.§.titu.
9 proximo,vbi non reſtituitur precium datum pro feudo.Sol.Bal.quòd hoc precium fuit datum pro feudo perpetuo,& agitur hîc de reſolutione contractus. Præterea fit reſtitutio precij. argu. l. ab emptione.ff. de pac. In contrario autem precium fuit datum pro feudo tẽporali, id eſt annuali,& cõtractus fuit executus,i. miſſus executioni:propterea dominus non reſtituit precium vaſallo. d.c.j. ¶ Secundò opponitur d.c.ij.de feu.dato in uicem legis cõmiſſoriæ,vbi pro feudo nõ datur pecunia:
10 igitur,&c.Sol.Bald.† Non decet dominũ accipere pecuniã pro feudo,vt in contrario : ſed bene poteſt ſi velit:vt hîc in tex.in ſi. ¶ Vel aliter ſoluite:

*An poſſit dominus auctoritate propria expellere vaſallum propter non præſtita ſeruitia,remiſſiuè D.Iaſ.in prælu. Cod. ij.ver.Tu vltra eũ omnino vide D. Laud.in c.j. in iij. colũ. qui feu. da. poſſ.an propter ſeruitiũ non præſtitũ cadat vaſallus à feudo. Adde, quòd quando eſt culpa notoria, põt vaſallus priuari feudo abſque ſentẽtia: vt p.d.Laud. infr. in c.ſi miles.in col. ſi.quo tẽpo miles.*

Contra

Contrarium loquitur in pacto l.commiſſoriç.Facit l.j.& ij.C.de pact.pigno.l.Titius.ff. de pig.act. cũ
11 ſimil.¶Concludit hic Bald.† quòd non eſt differentia,an inſtrumentum feudale dicat,Titius conceſsit in feudum:vel dicat,Titius concedit in feudum:quia vtroque caſu intelligitur præſenti tempore concedere. Allegat not. Bart. in l. prædia. ff. de acquiren.poſſeſ.& no.in c. cum iuriſperitus.de offic. deleg.& in c.quoniam contra falſam. de probatio. ¶ Item concludit Bald. non eſſe differentiam,an inſtrumentum feudale loquatur in perſonam primam,ſ.ego Titius do in feudum:vel in tertiam : ſcilicet,Titius dat in feudum.c. dudum. de conuer.coniuga.Et not.in l.ſciendum.ff.de verbo.
12 obliga. ¶† Vltimò, ſi datur fundus in quo ſunt fructus pendentes, in feudum dicuntur eſſe fructus feudales,id eſt conceſsi in feudum,ſecundum Bald. in l.j.ff.de rerum diui. in xiiij.q. qui allegat l.fi.§.pen.ff.quæ in frau.credi.Facit l. fructus pendentes.[a] de rei vendica. Martinus Lauden.

ADDITIO. a. *Adde, quòd fructus rei feudalis à ſolo ſeparati, & res mobiles exiſtentes in caſtro feudali,non dicũtur feudales.* D.Fr. *Cur.in iiij. char.primæ par.ver.vj. principaliter in iij.co. vbi allegat cõſilia* Bal. *ad hoc.*

## De feudo guardię, vel guaſtaldiæ. Titulus. II.

### SVMMARIVM.

1 *Vita feudi regulariter eſt perpetua.*
2 *Fallit in feudo guardiæ, guaſtaldiæ, & quod pro mercede datur.*
3 *Feudum guardiæ & guaſtaldiæ eſt annale,& poterit reuocari precio pro eo dato,etiam non reſtituto.*
4 *Item dictio,eſt repetitiua eiuſdem qualitatis.*
5 *Feudum guardiæ dominus auferre poteſt poſt annũ, etiam precio non reſtituto.*
6 *Feudum guardiæ poteſt dari ad certum tempus,& tunc ante id elapſum auferri nequit.*

*Cauſa*

7 *Cauſa præterita fortius operatur quàm futura.*
8 *Pactum remiſſiuum ingratitudinis, an valeat.*
9 *Feudum conceſſum aduocato, finito anno reuocari poteſt.*
10 *Fallit, ſi ſit conceſſum pro defenſione vitæ hominis.*
11 *Feudum guardiæ datum ad feudum annuum, non finitur anno.*

ITEM ILLVD QVOD DATVR. ¶Quãquam in hoc libro non continuetur rubrica ad rubricã, nec in Decretalibus: tamen cõtinuatur ad pręcedentia hoc ordine: De feudo guardiæ vel guaſtaldiæ. Nã ſ. viſum eſt de vita feudi regularis, quę durat perpetuó: §. hoc quoq; ſciendũ eſt. nũc autem reſtat videre de feudo irregulari, non perpetuo: ſed annali. Ideo cõpetenti ordine ſubijcitur
1 rubrica de feudo guardiæ, vel guaſtaldiæ. ¶†Nam regulariter vita feudi eſt perpetua, vt dicto §. hoc
2 quoque ſciendum. ¶†Fallit in feudo guardiæ vel guaſtaldiæ, vel quod pro mercede datur, vt hoc titulo. ¶Et hodie non eſt correctus hic titulus: vt no. glo. quæ adhuc obtinet, ſ. titul. proxi. &c. ¶Diuiditur autẽ in duas partes. Nã in prima ponitur vita feu. in ſecunda ponitur cõtentio inter dominum & vaſallum. Secunda ibi, ſi verò guaſtal-
3 dus. Hoc d. ¶ † Feudum guardiæ, vel guaſtaldiæ, vel quod pro mercede datur, eſt annale, niſi certum tempus ſit appoſitum & precium, non reſtituitur. Ad hoc allegatur vſque ad §. j. ¶Not. ibi,
4 item. † quòd dictio itẽ. eſt repetitiua eiuſdẽ qualitatis: vt not. in leg. in repetendis. ff. de legatis iij. Nam in præcedenti §. fin. dictum eſt de feudo quod non eſt perpetuum. ¶Nota. ſecundò ibi, po-
5 teſt iure auferri. † quòd dominus poteſt iure auferre feudum poſt annũ, etiam precio non reſtituto, ſi ſit feudũ guardiæ vel guaſtaldiæ, vel pro mercede.
6 ¶Not. tertiò, ibi: ad certum tempus. † quòd feudũ guardiæ,

guardiæ,vel guaſtaldiæ, vel pro mercede, poteſt dari ad certum tempus:puta ad biennium,vel triẽnium:& tunc non poteſt auferri ante tẽpus. ¶Petrus de Ceruo faciebat apoſtillã,ibi: pro mercede, ſcilicet præterita:ſecus,ſi pro futura:quia tũc feudũm eſt perpetuũ:c.j.in fin.in quib.cau.feud.amit. & c.j.de capitaneo qui curiã vendi.¶Hãc apoſtil-
7 lam Petri improbat Bald.† quòd fortiùs operatur præterita cauſa,quàm futura. l. Aquilius Regulus. ff.de do.cũ ſi.Et ſic indiſtinctè feudũ pro mercede ſiue præterita ſiue futura poſt annũ põt auferri,ſiue iuſta cauſa,ſiue alio prętextu. C. de ſacro ſanc. eccle.l. ſi teſtamento.ff.de fideiuſſoribus liber. cũ ſimilibus.¶Nec obſtãt circa hęc allegata à Petro: quia reſpondeo quòd non loquitur in feudo mer-
8 cedis.¶†Querit Bald.an in feudo valeat pactum remiſsiuum ingratitudinis?Concludit Bald. quòd ſi ſit pactum remiſsiuum ingratitudinis ex contractu, valet quo ad ingratitudines contractus: puta, quòd vaſallus ꝑ annum & diem non petierit inueſtituram: quo autem ad ingratitudines delicti, nõ valet tale pactum:& facit quod nota.Bald.in l.j. ff. de re.diui.in l.ij.q.¶Ego putarem tale pactum indiſtinctè non valere auctoritate Specu.ti.de dona. §.j. ibi, quid ſi actum ſit.Secundò moueor auctoritate Bald.in l.fin.C.de pact.in iij.colum. Tertiò inducor ratione:Nam pactum prouocatiuum ad delinquendum non valet.l.ſi vnus.§.id.ff. de pact. & l.conuenire.ff.de pact.dota.¶Sed iſtud pactum eſt prouocatiuum ingratitudinis. Ratione ergo ingratitudinis,non obſtante pacto remiſsiuo dominus poteſt reuocare feudum:c.j. quæ fuit prima cauſa benef.amit.niſi quia eſſet feudum conceſſum vaſallo,quia defenſauit vitam domini . Nam tunc prætextu alicuius ingratitudinis non poteſt reuocari feudum.Tex.coniuncta glo.ſingulari in l.ſi pater.§.j.ff.de dona. Valet etenim pactum ſecundũ Bald.quod eſt remiſsiuũ ſeruitiorum, quia eſt modificatio

dificatio obligationis naſcentis. Nam limitatā cauſa,limitatum producit effectum.l.age cum Geminiano. ff. de tranſac. cum ſimi. ¶Quærit Bald.
9 †quid in feudo cõceſſo aduocato pro patrocinio, vel ſcutifero pro ſeruitio,vel capellano pro capellania? Licet Bal. non videatur bene firmare pedes hic,tamen vos dicite,quòd feudum conceſſum aduocato pro patrocinio poteſt auferri finito anno, ſecundum Bar.in l.continuus.§.ſi ab eo.ff.de verb. oblig.& eſt tex.hìc in hoc c. Nam dicit Tex.quòd feudum pro mercede & labore eſt annale. De feudo autem ſcutiferorum habetis Tex.in c.feuda ſcu
10 tiferorum.ꝗ. de notis feud. ¶† Fallit autem regulā huius capituli in feudo conceſſo vaſallo pro mercede, quæ fuit in defenſando vitām domini. d. l.ſi pater. §.j.& facit quod ſimpliciter no.Bal.in l.fi.in fi.c.C.man.Nā licet aduocatus nõ poſsit ſuſcipere ſalarium vltrā centum aureos: l.j.ff.de var. & extr. cogn. tamen ſi eſt āduocatus pro vita hominis, vel pro magna dignitate, poteſt accipere maius ſalarium ſecundum Ray.de Forliuio,allegantem d.l.ſi pater.§.j.ſecundum Bald.in d.l.j.quod no.ad ea limitanda quæ not. in l.ſalarium.C.mandati. ¶Vltimò quærit Bald.quid ſi feudum guardiæ vel guāſtaldiæ ſit datum ad feudum annuum, an finiatur anno? Reſpon.Bal. quòd non: per l.ſi Stichum. §. j.in ver.perpetua.ff.de verb.ob.l.ſenatus.§.fi.ff.de donat.cauſa mor. Facit quod not.glo.in l.iiij.ff.de ann. leg.

## SVMMARIVM.

1 *Priuilegium & beneficium intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ.*

2 *Actus verbi intelligitur ſecundum qualitatem adiunctam.*

3 *Caſtaldius licet probet ſe aliquid poſſediſſe nomine proprij feudi, tamen præſumitur feudum Caſtaldiæ.*

4 *Pares curtis qui dicantur.*
5 *Breue teſtatum quid.*
6 *Feudum principaliter cōceſſum propter ſeruitium, finitur anno: ſecus, ſi ob gratiam domini.*
7 *Ponĩtur varij intellectus Andreæ de Iſernia, de feudo guardiæ. Et nu. 8.9.*
10 *Refutatur ſententia Andreæ. Et nu. 11.*
12 *Verus intellectus exponitur.*
13 *In deciſionibus feudalibus non eſt eundum per feudalia argumenta.*
14 *Variæ rationes exponuntur, quare vaſallus non præſumatur inueſtitus nomine proprij feudi.*
15 *Vaſallus qui dixerat rem eſſe feudalem, ſi ſuccumbat, an allodialem dicere poſsit.*
16 *Vaſallus alienās rem, an dominũ priuet poſſeſſione.*
17 *Sanguinis ratione feudum cenſetur proprium.*
18 *Feudũ potiùs caſtaldiæ, q̄ Guardiæ eſſe præſumitur.*
19 *Feudum guardiæ ad beneplacitum conceſſum, cenſetur eſſe perpetuum.*
20 *Feudum conceſſum cuidam eo modo, quo Titius habuerit, qui tamen nihil habuit, non valet.*

§. SI VERO GVASTALDI. ¶Iſte §. ſi verò guaſtaldus. eſt ſubtilis, quia habet plurimas lectiones quas .j. examinabimus. ¶Hoc dicit ſecundum intellectum quem ſequor: Ratione qua-
1 litatis officij præſumitur qualitas feudi. † Nam priuilegium & beneficium intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ. l. ex militari. ff. de mili. teſt. l. ſi quis filio exhæredato. § irritum. ff. de iniuſto, rup. ¶No. tex. ibi, guaſtaldus. iuncto verbo, poſsident.
2 † φ actus verbi intelligitur ſecundum qualitatem adiunctā: l. Titius. ff. de mil. teſt. & l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. Nā poſsidebat hîc guaſtaldus.

2 dus. Et ſic prǽſumit̄ poſsidere nomine guaſtaldię.ᵃ
3 ¶No. ſecūdò ibi, defendere. † quòd licet vaſallus guaſtald⁹ probet ſe aliquid poſſediſſe nomine proprij feudi, non tamē probat feudū proprium & perpetuū: ſed præſumitur feudum guaſtaldiæ, niſi per pares curiæ vel breue teſtatū probauerit ſe ſuſcepiſſe inueſtituram, antequā eſſet guaſtaldus. Et iſte videtur mihi verus intellectus: vt ī. dicam pleniús.
4 ¶No. tertiò ibi, pares curię ſiue curtis. † quòd dicūtur pares curtis, vaſalli domini. c. j. quid ſit inue-
5 ſtitura. ¶No. quartò, † quòd breue teſtatū dicitur inſtrumentū à paribus curię ſubſcriptū: c. j. quid ſit inueſtitura. ¶Opponitur fortiſsimè contra iſtum
6 tex. † Nam dicitur in tex. quòd feudū mercedis, id eſt quod pręſtatur pro mercede certi ſeruitij, finitur anno. Sed cōtrà, de c. j. in fi. ī. in q. cau. feu. amit. vbi feudū etiā ſeruitij certi, eſt perpetuū, & tranſit ad hæredes. Sol. Aut feudū eſt principaliter cōceſſum propter ſeruitiū, & tūc finitur anno: vt hìc. Aut feudū principaliter eſt cōceſſum ob gratiam dn̄i in conſequentiā, aut certū ſeruitium eſt aſsignatū: & tunc dicitur perpetuū. Ita loquitur d. c. in fi. Ratio diuerſitatis, quia primo caſu feudum principaliter eſt mercenariū: quia attēdimus, quod principaliter ſit, nō quod venit in conſequentiā. l. ſi quis nec. cū ſi. ff. ſi cert. pet. Et facit quod vidiſtis in proœmio iſtius operis, quādo vaſallus dat aliquid prò feudo. ¶In gl. j. quę incipit: ſic guaſtaldus, œconomus, vel villic. circa intel. principij huius c. Feudiſtæ variârunt. Nam Iaco. de Bel. intelligit feudum guardiæ
7 eſſe: puta, † quando datur feudum caſtellano propter cuſtodiam caſtri. Feudū verò guaſtaldiæ eſt, quādo propter guaſtaldiam, vel factoriam conceditur feudum. Feudum verò mercedis eſt, quod conceditur pro labore & mercede, ſecundū Iacobum. ¶Sed contra iſtū intellectum opponitur. Et
8 primò patet, * ꝙ feudum mercedis quādo datū eſt preciū, ſtatim poſsit reuocari, quia incidit in l. Iul.

ᵃ *Vide, quod per iſtam regulam, §. ſi extraneus. pulchrè decidit D. Alexander ſuo cōſi. xx. j. co. ij. volu. & quod decidit idem Alex. ſuo conſi. j. in iij. co. j. volu.*

* *Varij intellectus principij huius §. S. Schard.*

ambitus, dans pecuniam pro officio: & punitur leg.j.& fin.ff.ad l.Iul.repet. & l.j.ff. ad l.Iul. ambi. Sol.non datur precium pro officio,ſed pro feudo, quod eſt licitũ:c.j.in fi.de nat.feu.¶ Alij intelligũt
8 iſtud principiũ ſecundum Andr. † quãdo dominus dat caſtellano in cuſtodiã caſtrum ad hoc,vt ſit cuſtos vel guaſtaldio. Sed hũc intellectum improbat And.quia tũc nõ eſſet guaſtaldio,vel vaſallus guardiæ, ſed ſimpliciter vel cuſtos, vel guaſtaldio dñi. Et meliùs congrueret iſte intellectus in ti. de neg.
9 geſt.vel mandati. ¶ † Alius eſt intellectus,vt quando rex in Sicilia concedit feudũ cancellarię. Nam tunc finito officio cancellarię, finitur & feudũ can
10 cellariæ. ¶ † Sed oẽs prædictas lectiones improbat Andr.primò,quia quemadmodum feudum emptum pecunia,eſt perpetuum: c.j. de natura feud. ita feudũ pro mercede & labore debet eſſe perpetuum.l.ſi non fuerit.ff.pro ſocio.Secundò per tex. ibi, l. ij. de acquiſi. auctorum regis in Lombardia. Tertiò, quia pecunia & feudum debet correſpondere labori.l.Seyo.in princi.ff.de ann.leg.quia dicit ipſe aliũ eſſe intellectum in hoc principio. Pro cuius euidentia ſciendum eſt, ꝙ principium huius capituli ſumptũ eſt ex d.l. ij. ¶ Secunda verò pars ibi, ſi non guaſtaldus. ſumpta eſt ex l. ij. allegata: vt probatur ſecundum Cy.in c.j.ꝟ.de contr.inueſt. inter do. & vaſal. Nam ſi actor, vel guaſtaldio, vel guardianus regis habuerit feudum à priuato, pręſumitur conceſſum prætextu officij guardiæ vel guaſtaldiæ.Proinde acquiritur regi vel fiſco regis: quia quicquid acquiritur cõtemplatione rei meæ, acquiritur mihi. l.fin. §. ſed cùm in ſecunda. C.de fur. l. qui proprio. §. procura. vt in cæteris. ff. de procura.l.ſed ſi plures. §.in arrogato.ff.de vulg.& pupil. Nam intra annum quæ dedit in feudo guardiano vel guaſtaldioni regis, poterit auocare: poſt annum verò auocabit fiſcus regis ſi intra annum concedens feudũ non auocauerit.Facit l.non licet

ff.de

ff.de cont.empt.l.j.C.de contract. iud.l.cũ defen. facult.in fi.C.de iur.fiſc.li.x. ¶Ecce exemplum notabile ſecundum And. Nam pone regem habere in confinibus pro hoſtibus capitaneum ſuũ, cum gentibus armigeris pro cuſtodia cõtra hoſtes.Ibi quidam nobilis habet propè ſua caſtra, qui vt defendatur ab hoſtibus,dicto capitaneo regis dat in feudũ vnũ caſtrum,certè intra annum ille nobilis poterit auocare feudum à capitaneo,poſt annũ verò reuocabit fiſcus,& acquiretur precium datum fiſco, ſiue regi: argument.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoff.teſta.cum ſi. Facit l. Statius. ad fin. ff. de iure fiſc.Vbi autem iſte nobilis conceſsiſſet in feudum, caſtrum dicto capitaneo regis ad certum tempus: tunc intra certum tempus auocabit nobilis qui

11 conceſsit dictum feudum. ¶†Hic intellectus Andreæ primò non eſt verus in ſe indiſtinctè: Nam vult Andre.quòd quicquid acquirit officialis, acquirat domino ſuo in dubio : quia præſumitur acquiſitum ratione officij propter minacem feruorem officialis & conſuetudinem fraudum. l. j.& ij. vt ruſtici ad nullum obſequium vocentur: & l. j. C.ſi quacunque prædic. poteſt.cum ſimili. ¶Sed hæc opi.Andr. non eſt vera. Nam in dubio acquiſitum ab officiali, non præſumitur acquiſitum iniuſtè,neque ex bonis fiſci.l.iij.§.multa principalia. ff.de iure fiſc.l.ſi defunctus.C.arbit.tu. Et Bart. in terminis noſtris in l.defenſionis facultas. C.de iure fiſc.lib.x. Et ita de conſuetudine ſeruatur ſecundum Bal.in c.j. de inueſti. in marit. fac. niſi perſonæ qualitas & aliæ circunſtantiæ aliud indicẽt vel faciant præſumi,& ita intelligitur gloſ.in d.l. cùm defenſionis facultas. quæ eſt pro Andr.puta, officialis regis habens x. aureos ſingulo menſe, acquiſiuit magna caſtra maximi valoris ĩ annum officij,& non habet aliunde bona, vnde poſſet acquirere. Certè præſumitur acquiſitum iniuſtè prætextu officij: vt in auth. vt iudi. ſine quoq.ſuffra. &

facit quod not. in l. cùm oportet. C. de bon. quæ libe. circa princip. ¶ Secundò non placet intellectus And. quo ad tex. noſtrũ per text. ibi, tranſacto anno. Nã vult tex. noſter, ꝙ vaſallus vſq; ad annũ poſsit firmiter retinere feudũ. Et ſecundum intellectum And. quòd priuatus qui conceſsit feudum guaſtaldioni regis, poſſet intra annũ reuocare. Secundò eſt cõtra tex. noſt. ibi: datur. Nã dare eſt accipiẽtis facere: l. vbi aũt non apparet. §. fi. ff. de ver. obl. & ſecundum And. non transfertur dominiũ in guaſtaldionem regis, ſed acquirentẽ fiſco regis, vel regi contẽplatione officij ſui acquiſitũ ſecundum And. Vltimò ſecundũ And. eſt tex. in dictione repetitiua, Item. vt dixi heri in tex. Præterea ſecundum Andr. eſſet contentio in tex. noſtro, inter guaſtaldionẽ regis & regem ſiue eius fiſcũ, & tamen text. noſter magis innuit, vt ſit contentio inter dñm & vaſallũ.
12 ¶ † Verus ergo intellectus huius principij, quòd feudũ guaſtaldiæ, vel quod conceditur pro mercede, ſit annale: niſi feudũ non eſſet principaliter cõceſſum proter certũ ſeruitium ſecundũ quandam conſequentiam. c. j. in fi. ꝟ. in qui cau. feu. amit. Et dixi ſ. in principio dicti c. j. ¶ Nec obſtant argumenta And. quia reſpõdeo vno faſciculo verborũ.
13 † Nam in deciſionibus feudalibus non eſt eundum per argumenta legalia vel canonica, quando reperitur tex. feu. in hoc libel. feud. Caſus eſt in c. j. ꝟ. de feu. cogn. Sed ita eſt quòd hìc habemus caſum ante oculos, quòd feudum guardiæ, guaſtaldiæ, vel mercedis eſt annale: igitur, &c. Nã qualitas officij regulat qualitatẽ feudi, quia acceſſoriũ regulatur à ſuo principali. l. cùm principalis. ff. de regul. iur. l. eos. C. de vſuris. Si ergo officium eſt temporale: ergo feudũ cõceſſum propter officiũ, eſt tẽporale. ¶ Gloſſ. quę incipit, hìc poteſt notari. diuiditur in duas partes. Nam in prima ponitur brocardicum. in ij. opp. & ſoluitur. Secunda ibi, ſed huic §. cõtr. ¶ In eadẽ gl. ibi ademptũ exponit, i. non conceſsũ.
Nam

Nam ratione qualitatis officij guardiæ vel guaſtal diæ non præſumitur cōceſſum feudū in perpetuū: ſed præſumitur feudū annale guardiæ vel guaſtaldię, niſi probetur contrarium: vt hoc §. ¶In ea.ibi, ſequenti. de hac via brocardica dicite hic per Iac. de Bel. quia non intendo tractare in hoc opere, ni-
14 ſi feudalia. ¶†Ad fi.glo.no.forté opi.ex cuius ſolu tione reſultabit multiplex intellectus in text. noſtro. Nam hæc ſolutio glo. videtur, quòd hic vaſal lus non poſsideat contra tex.noſtrum, in verb.poſ ſederit.ſecundum Iacob.de Bel. ¶Andr.autem de Iſer.ſaluat ſolutionem & intellectum gloſ. noſtræ, quòd in contrarium vaſallus poſſederat anno, vel pluri tempore anni: arg.c.fi.in fi.j.ſi de inueſtit.inter domi.& vaſal.lis oriatur. ¶Sed hic intellectus And.ad glo.noſtram non eſt verus: Primò, quia eſt contra text.noſtrum, vbi indiſtinctè dicitur, quòd feudum præſumitur guardiæ, niſi probetur contrarium. Non autem diſtinguit text. an poſſederit anno, vel pluri vel minori tempore. Ergo nec nos diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.de Publiciana. ¶Nec obſt.d.c.fin. in fi. quia reſpondeo, quòd ibi vaſallus non erat valens guaſtaldus guardiarū vel actor, & ideo non præſumitur feudum guardię vel guaſtaldiæ: hìc autē erat guaſtaldus vaſallus: ideo præſumitur feudū guaſtaldiæ, vt dixi in tex. ¶Sed contra hanc opi.opponitur, quòd licet ſit guaſtaldus vel actor, tamen defertur iuramentum domino: c.j.§.hoc ita.j.de conten.inueſt.inter do. & vaſal. Sol.Ibi poſsidebat dominus res feudales, propterea defertur iuramentum domino: hìc autē poſ ſidebat vaſallus guaſtaldus. Iacob.de Bel.aliter ſol uit contrarium formatum in gloſſ.noſtra, quòd in §. noſtro dominus ſimpliciter negabat rem feudalem: ſed ſecundū §.item ſi aliquis.allegatū in gloſ. dominus dicebat rem feudalem guardiæ vel guaſtaldiæ: ideo probat ipſe dominus. Ratio diuerſita tis eſt, quia priori caſu res præſumitur libera. l.al-

tius.C.de ſeru.& aqua. ¶Secundò no.caſum,quia dominus dicebat rem ſubiectam ſeruituti feudali guardiæ vel guaſtaldiæ,tenetur probare dominus actor.l.actor quod aſſeruerat. C.de probationib. ¶Sed hæc ſolut. & hic intellectus Iacob. non placet: Primò, quia diuinat ad textum noſtrum contra gloſſam.l.filium quem habentem.C.famil.herciſcun. Nam quis reuelauit Iacob. quòd dominus ſimpliciter negaret rem feudalem? certè nemo. Secundò, quoniam etiamſi dominus agendo diceret rem feudalem guardiæ vel guaſtaldiæ, non tamen præſumetur feudum proprium,ſed poſsidens vaſallus erat guaſtaldus, vel actor,vel guardianus; vt hoc §.quia ex qualitate officij præſumitur qualitas feudi,dixi in text.¶Aliam ſolutionem,& aliũ intellectum ponit idem Iacob. quòd in hoc §.id quod poſſederat vaſallus nomine guardiæ vel guaſtaldiæ, de eo aſſerit ſe inueſtitum poſtea nomine recti feudi proprij: quod tamẽ negabat dominus. Sed iſte intellectus Iacob. eſt contra textum noſtrum ibi,nomine proprij feudi poſsederit.vbi vaſallus poſsederat non nomine guardiæ, ſecundum Iacobum: ſed nomine proprij feudi.¶Aliam ſolutionem,& alium intellectum ponit And. Nam retento intellectu: quem dixi ad principium huius capituli,ſecundum And. ideo hîc non præſumitur vaſallus inueſtitus nomine proprij feudi,quoniam erat guaſtaldus regis vel principis. Et præſumitur in dubio acquiſitum prætextu officij, feudum:niſi probetur contrarium. l.ij. de acquiſi. auctorũ Regis in Lombardia. Nam ſi probauerit guaſtaldus regis,quòd bona fide emerit vel acquiſierit feudũ palàm & propria pecunia, tunc præſumitur proprium:argumen.l.ſi in emptione.§.penul.aliàs incipit, l.quod ſæpe. de contrahenda empt. & l.non exiſtimo.ff.de admi.tutorum.cum ſimilibus. Nam hîc erat contentio inter fiſcum & vaſallum:in contrario autem allegato in gloſ. erat contentio inter dominum

dominum & vaſallum. Sed hic intellectus Andr. non eſt bonus, vt dixi in præcedenti lectione. ¶Præterea non aſſerit hic textus, quòd eſſet contentio inter vaſallum & fiſcum, imò magis inter vaſallum & dominum: vt probatur in tex. ibi, poſſeſſorem feudi defendere, & in exceptione tex. ibi, vbi poterit quòd pares curtis, &c. Propterea bona ſolutio ad contrarium formatum in gloſſ. eſt, quòd in contrario non erat guaſtaldus poſsidens rem feudalẽ. Propterea ratione officij guaſtaldiæ præſumitur feudum guaſtaldiæ, vt pleniùs dixi in tex. ¶Alium intellectũ ponit gl. quæ incipit, accipiendo ignoranter.

15 †quòd quidam habens feudum iure proprij feudi, à rege effectus eſt guaſtaldus regis, & accepit ignoranter in feudum guaſtaldiæ dictum feudum à rege, certè non ſibi præiudicat, ſi probauerit ſe ante officium guaſtaldiæ inueſtitum, vel poſtquam deſierit eſſe guaſtaldus. Quid enim ſi Titius egerit, dicens rem feudalem: & ſuccubuerit per ſententiam definitiuam, an poterit dicere eandem rem allodialem, id eſt propriam intentando nouum iudicium? Concludit Bald. quòd ſic: in l. j. ff. de rerum diuiſione. ¶Quid econtra, ſi primò dixit allodialem, & ſuccubuit: deinde vult dicere feudalem eandem rem: quæritur, an poſsit? a Gloſſ. concludit, quòd ſic: in l. plenè, C. de ingen. manum. Quam gloſſ. limitabitis veram, niſi vaſallus conuictus fuerit de mendacio: quia dicebat rem propriam cùm eſſet feudalis, cum certa ſcientia. Nam tunc perdet feudum propter mẽdacium. cap. ſi vaſallus. §. ſi de feudo fuer. controuer. & fuit

a not. Innocen. in ca. certum, de iudic. [a] ¶†Quid au

16 tem ſi vaſallus alienauit & tradidit rem feudalem emptori, an priuet dominum poſſeſsione? Baldus in dicta l. j. concludit quòd ſic. Cui adiicite remedium, vt dominus agat condictione ex l. fin. C. de acquirenda poſſeſſ. contra emptorem. ¶Quid autem ſi præſcripſiſſet dictam poſſeſsionem feuda-

*a Qui dixit rem allodialem, poteſt dicere poſtea feudalẽ. & econtra. Et quid ſit allodiũ, plenè tãgit D. Iaſ. in prælu. col. xliij. in ver. addite etiam quod habemus, &c.*

lem,an domino competat aliquod remedium? Reſpondeo, quòd competit in integrum reſtitutio ex iuſta cauſà ignorante præſcriptionē. Quia ignorabat dominus rem feudalem venditam & traditam: l.j.in fi.ff.ex quib.cau.maio. l.ſi ſic.in gloſſ. ff. quemadmodum ſeruitu.amit. & fuit not. allegans Specu.titu.de præſcrip.§.j.verſicu.ſed pone,colonus.

17 ¶† Quæro vnà cum Bal.quid ſi ſit conceſſum feudum guaſtaldioni qui erat melior ſanguine domino feudi,an præſumatur feudum guaſtaldię,vel proprium feudum? Bald.concludit,quòd ratione ſanguinis præſumitur feudum proprium: argumē. l.Aurelius.§.Titius. ff.de liber.legat.& argumentum l.ſi tutor vinculo neceſsitudinis. ff.de ſuſpec. tutoribus. Quod dictum Bald. limitabitis verum, niſi qualitas officij guaſtaldiæ præponderaret ratione ſanguinis:argumen.l.ſi non ſint.§.peruenia- mus.ff.de auro & argen.legato.& quod plenè not. in l.quem hermophroditum.ff.de ſtatu hominum.

18 ¶†Quid autem ſi vaſallus eſſet guaſtaldus, & dominus diceret eſſe feudum guardiæ, an eſſet præſumptio pro domino, vel pro vaſallo? Concludit Bald.quòd pro vaſallo eſt præſumptio:quia allegatio domini non congruit officio: argumen. cap.j. ī.de controuer.inueſtitu. Facit l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſeſſ.

19 ¶† Quid autem ſi feudum guardiæ ſit conceſſum ad beneplacitum,an ſit perpetuum? Reſpondet Bal. eſſe perpetuum.argumen.l.iuriſperitos.& ibi Barto.in ſimili.ff.de excu.tutorum.

20 ¶ Vltimò quærit Bal.†quid ſi dominus concedit feudum, hoc modo: do tibi in feudum proprium & rectum, quod dederam Caio in feudum guardiæ:& reperitur, quòd Caio nihil erat datum in feudum guardiæ: quæritur,an valeat talis conceſsio quo ad effectum? Reſpondet Bal.quòd non: argumen.l.ſi ſic.§.j. ff.de legat.j. & ibi Bartol. & Bald. in ſimili in emphyteota. Martinus Lauden.

Qui ſuc-

# Qui ſucceſſores feudum dare teneantur. Titulus III.

¶Qui ſucceſſores ſiue ſint prælati vel layci, teneántur adimplere acta facta à prædeceſſoribus.
¶Continuatur hæc rubrica: Nam ſ.titul.ij. viſum eſt de perſonis quæ poſſunt dare in feudum: nunc videndum reſtaṫ de earum ſucceſſoribus. Ideo cõpetenti ordine ſubiicitur.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium totius tituli ponitur.*

2 *Prælatus non poteſt diſponere in futurum tempus, in præiudicium ſucceſſoris.*

3 *Primo vaſallo conſentiente inueſtituræ de re ſua factæ, ſucceßor eam tenetur habere ratam.*

4 *Si priùs deceſſerit tenens rem feudalem, inueſtitor tenetur adimplere.*

5 *Hæres laici indiſtinctè tenetur ratam habere inueſtituram prædeceſſoris.*

6 *Dominus vaſalli alium poteſt inueſtire de re vaſalli ſub conditione.*

7 *Succeſſor prælati volens, poteſt adimplere inueſtituram prædeceſſoris.*

8 *Prælatus non poteſt in feudum dare rem eccleſiæ, agnatis.*

9 *Fallit primò, ſi ſit ſeruata ſolennitas, quæ ſolet adhiberi in alienatione rerum eccleſiaſticarum.*

10 *Fallit ſecũdò, ſi agnatus ſit bene meritus de eccleſia.*

11 *Fallit tertiò, ſi ſit pauper, & honeſta perſona.*

12 *Fallit quartò, ſi ſit feudum antiquum.*

13 *Inueſtitura valet à prælato facta, prædecedente vaſallo, qui primò tenuit feudum.*

14 Inue-

14 *Inueſtitura prælati de re aliena purè facta, non valet: ſecus, ſi in diem, vel ſub conditione.*

15 *Imperator non tenetur ratam habere inueſtituram Imperatoris prædeceſſoris.*

16 *Vaſallus qui Epiſcopo iurauit fidelitatem, an alijs ſucceſſoribus iurare cogatur.*

17 *Prælatus ſine conſenſu capituli infeudare poteſt, ſi id habeat præſcriptione.*

18 *Prælatus ſuperior an poſſit infeudare feuda pertinentia ad inferiorem.*

19 *Abbatis ſucceſſor, cui à Papa facta eſt infeudãdi copia, an infeudare poſſit.*

20 *Prælatus licet vaſallum in clandeſtinam poſſeſſionẽ ducat, non transfert tamen vtile dominium.*

21 *Prælatus inueſtitor in diem, vel ſub conditione, pœnitere nequit.*

22 *Conſenſus vaſalli tenentis rem feudalem, quid operetur.*

23 *Domino conſentiente alienationi rei feudalis, res penes emptorem manet, ſi deſint agnati.*

24 *Imperator feudo conceſſo, id reuocare nequit, niſi ex cauſa.*

25 *Princeps qui omnia conſueuit facere conſilio ſuorũ, nihil ad importunitatem conceſſiſſe creditur.*

26 *Vtile dominium per principis decretum, ex cauſa auferri poteſt.*

SI VERO ARCHIEPISCOPVS. ¶ Diuiditur in duas partes. Nam in prima parte loquitur de perſonis eccleſiaſticis dantibus in feudum rem quam alius vaſallus tenet: In ſecunda de

laycis

laycis dantibus in ſeudum, vt ſ. Secunda ibi: layci verò iterum. Prima ſubdiuiditur in duas. Nam in prima ponit dictum: In ſecunda exceptionem. Secunda ibi: non ille. Hoc dicit: ¶ † Suc-
1 ceſſor prælati non tenetur adimplere inueſtituram factam à prædeceſſore de re quam alius tenet in feudum, niſi tenẽs conſenſerit, vel prædeceſſerit antequam inueſtitor: ſecus eſt in hærede layci. Hoc d. totus iſte titulus. ¶ No. ibi primò, vt poſt eius deceſſum. quòd ſi prælatus aliquẽ de re quam alius vaſallus primus poſsidebat, inueſtiuit eo pacto: vt poſt mortem primi vaſalli habeat inueſtitus rem feudalem: ſi prædeceſſerit prælatus inueſtitor, antequam vaſallus primus tenens feudum: non tenetur ſucceſſor prælati ratam habere dictã inueſtituram. ¶ Et ſic no. hîc eſſe caſum,
2 † quòd prælatus non poteſt diſponere in futurum tempus in præiudicium ſucceſſoris. De quo plenè per Canoniſtas in c. fi. ne prælati vices ſuas. in c. j. de ſolu. & per Do. de Rota, ccxxv. q. et per Legiſtas in l. emptorem. C. locati. ¶ No. ſecundò ibi,
3 niſi ille. † quòd ſi primus vaſallus tenens rem feudalem, conſenſerit inueſtituræ factæ à prelato, tũc ſucceſſor tenetur habere ratam dictam inueſtitu-
4 ram. ¶ Not. tertiò. ibi, ſed ille. † quòd ſi priùs deceſſerit tenens rem feudalem, vel inueſtitor, tenetur inueſtitor adimplere dictam inueſtituram. Et intellige ſanè hunc Tex. quando eſt tale feudum, quod non tranſit ad hæredes primi vaſalli poſsidentis feudum, vel ſaltem vaſallus primus tenens feudum deceſsit ſine hærede maſculo: c. j. in fi. ſ. hîc poteſt eſſe tit. qui ſucce. te. ¶ Aliàs ſi eſſet feudum tranſitorium ad hæredes, & vaſallus primus tenẽs feudum reliquiſſet heredes ſuccedentes in feudũ, excluderetur iſte ſecũdò inueſtitus ab hæredibus primi vaſalli tenẽtis & poſsidentis. c. j. §. cùm verò Cõradus. ſ. qui feu. dare poſſ. & d. c. j. in fin. ¶ No.
5 quartò ibi, layci. † quòd hæres layci indiſtinctè

tenetur

tenetur habere ratam inueſtituram factam à prædefuncto. ¶Et no. quòd aliàs fui interrogatus à
6 ſenatore ducali,†an dominus feudi poſsit inueſtire alium vaſallum de re feudali ſub conditione, ſi primus vaſallus inueſtitus de dicta re, ceciderit à dicta re. Nam hic videtur eſſe caſus, quòd valeat talis inueſtitura: in c.j.ĵ. qui ſucceſ. teneantur. & etiam in c.noſtro, in gloſ.j. quæ incipit, inuiti. ad
7 fin. ¶Not.†quòd licet ſucceſſor prælati non cogatur inuitus adimplere inueſtituram prędeceſſoris, tamen volens poteſt. ¶Gloſ. magna quæ incipit, poſſunt. ergo diuiditur in tres: in prima limitat text. in ſecunda colligit notabile: in tertia colligit aliud notabile. Secunda ibi, notandum eſt. Tertia ibi, & eſt quoque notandum. ¶In ea. gloſ.
8 ibi, quibuſcunque modis. not. regulam, † quòd prȩlatus non poſsit in feudum dare rem eccleſiæ, agnatis vel cognatis ſuis: quia præſumitur, quòd magis amore carnali, quàm vtilitate eccleſiæ conceſſerit: glo. eſt x.q.ij.c. epiſcopus.[a] ¶†Fallit pri-
9 mò ſecundum Andr. hoc, ſi ſit ſeruata ſolennitas quæ ſolet adhiberi in alienatione rerum eccleſiaſticarum: de qua per glo. & ſcribentes in c.j. de re. eccleſi. non alie. lib. vj. Si tamen eſſet eccleſia, daretur in integrum reſtitutio. c.j. c. auditis. de in integrum reſtitu. ¶Fallit ſecundò ſecundum Archi.
10 in d.c. epiſcopus. †ſi agnatus vel cognatus prælati eſſet bene meritus & honeſta perſona. ¶Tertiò fallit ſecundũ Iaco. de Bel. hic, & in c.j.ſ̃. qui feud.
11 da. poſſ.†quando agnatus vel cognatus eſt pauper & honeſta perſona. Nam tunc non magnum poteſt concedi. Facit d.c. epiſcopus. vbi plenè probatur. ¶Fallit quartò ſecundum Bal. in l.j. ff. de re.
12 di. in xxv.q.†quando feudum eſt antiquum. Nam tunc prælatus poteſt concedere agnatis vel cognatis. ¶Sed hæc fallentia non placet: quia cui dubium quòd nouum feudum non poteſt concedi à prælato, nedum agnatis vel cognatis, ſed neque extraneis

a *Iſtum articulum plenè diſcutit do. Frã. Cur. in trac. feu. vij. q.ij. part. co. pe. & fi. vbi dicit cõe eſſe quòd poſſit inſolitã infeudare agnat. Et ibi reſpõdet multis modis ad tex. in c. epiſcopus. x.q.ij. Iſtam eãdem opinionẽ tenet D. Ia. vbi plenè attingit in c.j. in j. col. vj. verſi. quintò vltra eos limita &c. qui feu. da. poſſ.*

extraneis?c.ij.epiſco. vel abbatem.c.j.l.ij. qui feu. dare poſ.in princip.vt ibi dixi. ¶ Fallit vltimò ſe-
13 cundū Bal.†in cōcluſionibus ſuis poſitis in hoc titulo noſtro.Nā licet prælatus poſsit alijs perſonis infeudare rem non ſibi apertā,vt hoc c.noſtro : tamen agnatis vel cognatis non poteſt : vt hac glo. quæ eſt hoc modo intelligenda. Et referendo ad Tex.in ead.gl.ibi nō valet,ſed prædecedēte vaſallo qui primò tenuit feudū,antequā inueſtitor decederet:vt hoc c.noſtro.¶In ea.ibi,cauſam moribus.
14 dicite: † cùm prælatu s inueſtit aliquē in feudū de re quam alius tenet,aut dat purè in feudum:& non valet,vel ſaltē haud habet effectū de prę ſenti : c.j. ꝭ. qui ſucce. teneantur. Aut dat in diem vel ſub conditione rem quam alius tenet:et tūc ſi prædecedat inueſtitor,antequam tenens, ſucceſſor non tenetur adimplere,niſi tenens conſenſerit inueſtituræ:vt hoc c.noſtro,ver.niſi ille.Aut prædeceſsit tenēs rem feudalem,antequā inueſtitor prælatus, et tūc inueſtitor tenetur adimplere inueſtituram: vt hoc verſi. ſed ſi ille. Et eodem modo dicimus, quando inueſtitura eſt in diem,vel ſub cōditione. c.j.hìc poteſt eſſe tit.qui ſucceſ.te. Aut inueſtitus in diem, vel ſub conditione, decedit, antequam inueſtitor: et tunc ſi aperiatur res feudalis, inueſtiendo tenetur eam adimplere inueſtitor. Secus ſi aperiatur ſucceſſori : quia non tenetur adimplere inueſtituram. Caſus eſt in c.j. ꝭ. hìc videtur eſſe titulus, qui ſucce. te. ſecundum Iaco. Et not. hanc diſtinctionem , quia declarat Text. noſtrum , & Text.in d. c. j. allegato , ad fin. gloſ. Dicite, vt dicam vobis in c.j. quid ſit inueſtitura.¶ Gloſ. ſequens eſt clara, & bene loquitur in gloſ. ſi. ad fin. ¶ Not. hanc gloſ. quæ ponit rationem diuerſitatis inter ſucceſſorem layci &
15 prælati. Ex qua ratione poteſtis inferre, † quòd ſucceſſor Imperatoris non tenetur habere ratam inueſtituram prædeceſſoris Imperatoris:

quia

quia electione, non ſucceſsione creatur Imperator.c. venerabilem.de electio. & gloſ. quæ ponit electores imperij in c.ad apoſtolicæ.de re iudi. in vj. & intellige ſanè, quòd ſucceſſor Imperatoris non tenetur habere ratam inueſtituram prędeceſſoris Imperatoris ſecundum formam c. noſtri in princ.Secus autem ſi prædeceſſor Imperator conceſsiſſet rem in feudum purè,quam alius nõ tenebat:c.j.ꝟ.de natura feud. ¶ Item ex ratione huius gloſ.no.ſecundum Andr.quòd text.noſter procedit hic,in ſi.quando feuda ſunt hęreditaria:l.& nõ tantùm.in glo.ff.de petitio.hæredi. Secus ſi feuda non ſint hęreditaria,ſed ex principali prouidentia: c.j.an agnatus, vel filius. Et vidiſtis not. in gloſ.
16 magna, in c.j.§.j.ꝟ.qui feu.da poſ.¶†Quid autem ſi vaſallus iurauit epiſcopo fidelitatem pro feudo, an ſucceſſoribus alijs epiſcopis tenetur vaſallus parére? Diſtinguit Iaco.aut vaſallus iurauit ſimpliciter fidelitatem epiſcopo,& tũc tenetur aliis ſucceſſoribus iurare. Si autem iurauerit epiſcopo fidelitatem nomine ſuorum, & aliorum ſucceſſorũ canonicè intrantium, tunc non tenetur amplius iurare.c.ego enim epiſcopus.de iureiurãdo.¶Sed contra Iacob.de Belui.quòd imò vaſallus qui ſimpliciter iurauit prælato, non tenetur amplius iurare ſucceſſori: facit, quia iuramentum ex parte eius cui iuratur,eſt in rem: licet ex parte iurantis iuramentum dicatur perſonale, quo ad reatum periurij: tex.eſt ibi.Inocen.&Ioan.An. in c. veri-
17 tatis. de iureiuran. ¶†Quæro, an prælatus ſine conſenſu epiſcopi & capituli ſui poſsit infeudare? Reſpondet Bal.in c.j.qui feud.da.poſ.quòd ſi pręlatus ſolus inſolidum habeat adminiſtrationem: puta, præſcriptione, quia præſcripſit conſenſum capituli, tunc poteſt ſolus concedere in feudum, aliàs ſecus.c.j.§.in clericorum.ꝟ. ſi de inueſti. inter do.& vaſal.lis oriatur.Facit quod not.in l. Titium &Meuium.ff.de adminiſtra.tuto.& quod not.in c.

plenè.

a plenè.de conſuetu.li.vj.[a] ¶ Quæro, †an prælatus
18 ſuperior poſsit infeudare feuda pertinentia ad col
lationem inferioris prælati ſibi ſubditi? Concludit
Bal.in d.c.j.qui feu.da. poſ. quòd aut eccle.eſt immediatè
ſubiecta, & poteſt: aliàs ſecus. Vel fortè eccleſia
careret: vt not.per Innoc.in c.cum deputati.
de iud. Et dicitur eccleſia immediatè ſubiecta, quo
ad articulum noſtrũ: quando rector eſt inannalis,
quia poteſt reuocari ad libitũ ſuperioris.c. quãdo.
de off.ord. & meliùs in clem.de ſta.monac. & facit
b quòd no.in clem.j.de reſcr.[b] ¶ †Quęro, papa con-
19 ceſsit cuidam abbati, vt poſsit prędium in feudum
dare vnà cũ capitulo ſuo. Deceſsit abbas antequã
daret in feudũ, quęritur an ſucceſſor poſsit dare in
feudũ? Reſpõ.Bal.in d.c.j.diſtinguẽdo: Aut ſub nõ
mine dignitatis, aut ſub nomine proprio eſt facta
cõceſsio. Primo caſu, quando ſub nomine dignitatis,
trãſit ad ſucceſſorẽ.c.quoniã abbas.de off.del.l.
ſi ſeruus com.ff.de ſtip. ſeru. Secundo caſu quãdo
ſub nomine proprio. & tũc aut papa iubet, aut permittit.
Primo caſu ſucceſſor tenet adimplere. Secundo
caſu, nõ: vt no.in l.& quia.ff.de iuriſ.om.iu.
Et ait Bal. ſe conſuluiſſe ſententiã Regis Francorũ
eſſe nullã, cùm cõmiſsio pluriũ caſtrorum feudaliũ
imperialiũ fuiſſet facta in patrẽ eius, etiam Regem
Francorum: quia non volebãt partes prorogare iuriſdictionẽ
ſuper dictis caſtris feudalibus imperij
ſentẽtię licẽtia Imperatoris.c.j.§. de pro.al.feu. per
Fed. & not.in l.j.& ij.ff.de iud. per Bart.in rubrica
ff.de oper.no.nuncia. ¶ Nõ quoq; valebit tãquam
compromiſſum, facta: cùm morte oĩa extinguãtur:
c.vno delegatorũ.de off.deleg. Et facit quod no.
Bar.in l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulg.& pup.
in clem.fi.de procura. ¶ Quæro, ſi prælatus in caſu
principij huius capituli noſtri duxerit inueſtitum
20 in clandeſtinã poſſeſsionem, † an acquiratur vtile
dominium inueſtito? Reſpondet Andr.quòd non:
quia illud capitulũ eſt odioſum.ar.l.ij.§.interdum.

a *Do. Franc. Cur. in tra. feud.in ij.q. ij.par. in ij. colu. probat iſtam deciſ. item de indubitabili. & tenet, quòd etiamſi ptãs infeudandi pertineat ad prælatũ, & capitulum ſimul: tamen ſi reuertatur ad eccleſiã, poteſt poſtea prælatus denuò infeudare ſine capitulo. Vide ibi per ipſum pulchré.*

b *Iſtam deciſ. quòd nõ poſſit prælatus ſuperior infeudare rem ſui prælati inferioris, refert & ſimpliciter ſequitur Do. Franc. Cur. in tractat. feud.x.quæ. ij.part.*

ff.de vulg.& pupil.& l.fi.C.de pact. Secundò,quia vtile dñium primi vaſalli retinétis rem feudalẽ,nõ poteſt auferri ſine facto ſuo & trãsferri in alium: l. ſi Stichũ.§.fi.ff.de noxa.l.fi.ff.de pact. ¶Nec obſt. l.ſi feudum.ff.de fun.do.quia ibi nou aufert dominium tertij,neq; fit ei præiudicium.Ideo transfertur dominium.Et not.limitationem ad Bar.in l.interdum.ff.de acquiren.poſſ.vbi ex conſtit. domini trãsfertur vtile dominium in vaſallum, vel emphyteotam : quòd illud verum, quando alius non erat emphyteota vel vaſallus : d. l. fin. & dixi ſtatim ſ.

21 ¶†Quæro, an inueſtitor prælatus in diem, vel ſub conditione,vel in caſu c.noſtri in princ.poſsit pœnitere & reuocare inueſtituram? Reſpondet And. quòd nõ. c.moribus.in fi.ſi de feu.fue. controuer. l.ſicut.C.de actio.& obligatio. ¶Amplius concludit hìc Andre. quòd aperto feudo cogitur præciſè inueſtior adimplere inueſtituram , nec poteſt ſoluere intereſſe : c.j.in fi.ſi de feu.fue.controuer.Faciunt notata in l.j.in prin.ff.de act.empt.

22 ¶†Quæro,quid operetur conſenſus vaſalli tenentis rẽ feudalem in caſu c.noſtri,ver.niſi?Concludit And. de Iſer. poſt multa verba , quòd non operatur remiſſionẽ vtilis dominij & naturalis poſſeſsionis dicti vaſalli primi tenentis rem feudalem: quia in dubio non præſumitur donatio : l.cum de indebito. ff.de probatio.l.ſi cùm aurum. ff.de ſol. ſed operabitur, vt licet prædecedat inueſtitor, nunquam vaſallus primus ſucceſſor poſt mortem dicti vaſalli primi: & ſic poſtquam erit ſibi apertum feudum,teneatur adimplere inueſtiturã factam à prædeceſſore : quia illa dictio exceptiua, [a]niſi.hìc in tex. eſt de genere regulæ. Ergo intelligenda ſecũdum genus & qualitatem regulę l.j.§.j.ff.de fer.l. nam quod liqui dè. §.fi.ff.de pen.lega.l.j.ff.de reg.iur.

23 ¶†Quæro,dominus feudi conſenſit alienationi , quam faciebat vaſallus ſuus non habens liberos : quæritur,an feudum reuertatur ad dominũ, an verò remaneat penes

[a] *De dictione, niſi.Doct. omnes in l.actione. C.de tranſact.& ibi Fulgo.ponit de dictione,niſi. quòd exponatur pro ſiue: vt per glo. in l. ſancimus.C. de don.in §. his inſuper. Vide Bar.in l.ij.ff.de adimen.leg.Alexand.conſi. lxiij. vlti. col.iiij. vol. Ro. conſilio cccxxviij.*

nes emptorem? Reſpondet And. poſt multa verba, quòd remanebit penes emptorem, & liberos eius: non autem reuerteretur ad dominum. c.j.§.ſi clientulus.ver.ſi verò.ꝗ.de alie.feu. & c.nuper.verſi. niſi. de do.inter virum & vxorem.niſi dominus conſenſiſſet alienationi cũ reſeruatione iuris ſui, vt tranſeat in emptorem eodem iure quo erat penes primum vaſallum: arg.l.ſi debitor.§.j.ff. qui.mo.pig. vel hypo.ſol.& argu. not. in materia proteſta.in l. non ſolùm.§.morte.ff.de oper.no.nuncia. ¶Quæro,† ſi Imperator, vel alius conceſsit feudum, an

24 poſsit reuocare? Reſpondet And. quòd non, niſi ex cauſa: vt in auth. de referen.ſac.pal.§.j. & c.quamuis.de reſcrip.lib.vj.l. Lucius. ff. de euict. l.item ſi verberatum.ff. de rei ven.& plenè no.in prœmio Digeſtorum.& no.in l.fi.C.ſi cõtra ius vel vtil.pu.

25 ¶Quæro,† an credatur principi qui vult reuocare feudum propter importunitatem? Nam ſi eſſet con

a ceſſum propter importunitatem, [a] non valet conceſsio.l.j.C.de peti bo.ſubla.li.x. Reſpondet And. quæſtioni formatæ, quòd cùm hęc quęſtio eſſet de facto: quia Innocen. Quartus in Sicilia poſt mortem Federici Imperatoris conceſſerat multa feuda de bonis eccleſiæ, & ea reuocauit: quia dicebat ſe conceſsiſſe propter importunitatem. Nam ſi princeps habet conſilium ſuum ſiue ſenatum ſiue próceres, & omnia conſueuerit facere cum deliberatione conſiliariorum ſuorum, credi ei propter auctoritatem conſilij dubium non eſt: c.de repud.l. humanum. C.de legi. quod not. principes, vt habeant ſapiẽtes ad latus. ¶Aut eſt princeps qui nõ conſueuit facere cum deliberatione ſapiẽtum, imò facit ex capite ſuo: & tunc non creditur ei.argum. not.per gloſſ.in l.quid ergo.§.quæſitum. ff. de his qui no.infa. Et prædicta puto eſſe vera, niſi in ſummo Pontifice cui creditur.cle.j.de probatio.& no.

26 in c.cùm à nobis.de teſti. ¶Quæro,† an per ſtatutũ vel decretũ principis poſsit auferri vtile dominiũ

*a Vide gloſſ. & ibi Doct. in c. ſi quando. in verbo, qualitatem negocij. de reſcrip. tex. Et ibi glo. in c. fin. e. ti. li. vj.*

10 Ratio quare vaſallo poßidẽti, iuramentũ deferatur.
11 Diuinare non debemus.
12 Vbi text⁹ nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.
13 Intellectus regulæ, Actore non probante reus abſoluitur, ſecundum Baldum.
14 Baldi ſententia improbatur.
15 Regula, quòd actore non probante, reus abſoluatur: obtinet de iure Romano: ſecus, de iure feudali.
16 Vbi habemus textum in libris feudorum, non eſt eundum per iura Romana.
17 Breue teſtatum quid ſit.
18 Inueſtitura probatur etiã per inſtrumentũ publicũ.
19 Imbreuiatura tabellionis inueſtiturã probat.
20 Inueſtitura etiam per ſigillum domini probatur.
21 Vacua poſſeßio quid ſit, remißiuè.
22 Dominus ſi differat vaſallum inueſtitum mittere in poſſeßionem, vtilitatem omnẽ ei præſtare cogitur.
23 Limita primò, dummodo vaſallus domino fidelitatẽ iurârit.
24 Limita ſecundò, ſi inueſtitura ſit facta: ſecus, ſi promißio de inueſtiendo tantùm.
25 Limita tertiò, ſi dominus facultatem habeat rei tradendæ.
26 Dominus vaſallo rẽ ignorãti alienã, tradere cogitur.
27 Poſſeſſor vaſallus vt obtineat, quatuor requirũtur.
28 Sententia Andreæ verſiculum, ſi autem nõn fuerit. de poſſeſſorio iudicio intelligentis, reprobatur.
29 Bona fides requiritur ad hoc vt cõuentus in poſſeßione obtineat.
30 Poſitioni negatiuæ non eſt reſpondendum.
31 Caſtro conceſſo, videtur etiam conceſſa iuriſdictio.

SI AVTEM CONTRO-
VERSIA. ¶Hoc principium
vſq; ad §. cùm aūt quis. diuiditur
in quatuor: In prima ponitur vnū
dictum: in ſecunda, ſecundum di
ctum: in tertia, tertium dictum: in
quarta, limitatio ſiue exceptio à tertio dicto. Se-
cunda ibi: ſi verò fuerit in poſſeſsione. tertia ibi: ſin
1 autē. quarta ibi: ſi verò feudum. Hoc dicit: ¶†Do-
minus cogitur ponere in poſſeſsionem inueſtitum,
ſi probetur inueſtitura: ſi verò fuerit in poſſeſsio-
ne, dabitur defenſio per ſacramentū poſſeſſori con
tra dominum: ſi verò non fuerit in poſſeſsione, nec
probetur inueſtitura, dabitur defenſio per ſacra-
mentum domino, niſi aliud feudum indubitatum
habeat vaſallus à domino: quo caſu remittitur do-
a mino ſacramentum ob reuerentiam. Hoc dicit. [a]
2 ¶†No. primò ibi, controuerſia. quòd ſumitur mul-
tis modis, de quo plenè in l. cauſas vel lites. in glo.
C. de trāſac. in l. Lucius. §. tres hęredes. ff. ad Treb.
in l. non ſolùm ſi ſtatus. ff. de procur. ¶No. ſecun-
3 dò ibi, coram paribus. †quòd probatio inueſtitu-
b ræ eſt fiēda per pares curiæ vel per breue teſtatū. [b]
De quo videbitis plenè in c. j. quid ſit inueſtitura.
4 ¶No. tertiò ibi, cogitur. †quòd dominus cogitur
inueſtitum mittere in poſſeſsionem feudi, neque
præſtando intereſſe liberatur: de quo vidimus in
5 gl. cras. ¶No. quartò ibi, defenſio. †quòd ſi mota
fuerit lis à domino ei qui eſt in poſſeſsione, obtine
bit poſſeſſor dummodo iuret vel anteceſſores ſuos
vel ſe fuiſſe inueſtitos, c. fin. in fin. ʹ. ſi de inueſtitura
inter do. & vaſal. lis oriatur. ¶Not. quintò ibi, ſin
6 autem. †quòd ſi conuentus à domino, non fuerit
in poſſeſsione, neq; probare potuerit inueſtiturā,
dabitur ſacramentum domino ad ſui defenſionem.
Idem Iac. de Bel. & rectè, vt videbitis in gl. in ver-
bo, defenſio. ¶Not. ſextò ibi, ſi verò feudum. vbi
7 ponitur except. à proximo dicto. †Nam remittitur
iura

*a Quando dicatur quis mouere controuerſiam, & an ex ſola vociferatione extra iudicium dicatur moueri cōtrouerſia: vide plura accumulata per Alexand. conſi. lij. ij. volu. & lxxiij. in col. j. in iij. volu. Facit dict. Bar. in l. ſi prius. co. ij. ver. v. oppo. ff. de no. oper. nūcia.*

*b Limita iſtud not. multis modis: de quibus per D. Frā. Cur. in tract. feu. in ix. chart. ij. par. verſi. iiij. principaliter quæro. col. iij. illius verſi.*

iuramentum domino, ſi vaſallus fuerit inueſtitus de alio feudo indubitato. ¶Alij tamen, & malè, aliter intelligunt iſtum tex. ibi, remittitur, id eſt, tollitur, quia defertur vaſallo. Sed hic intellectus non eſt verus. Nam quãdo vaſallus non probat inueſtiturã, neq; in poſſeſsione eſt, nõ defertur iuramentum vaſallo: vt probatur in verſ. ſin autem non fuerit. Et facit §. ſacramentũ. ·ĵ· de conſuet. recti feudi. Ideo verus eſt intellectus, quòd ſacramentũ remittitur dño: vt probatur in ratione tex. ibi, tamen
8 quia aliunde vaſallus eſt. †Nam ob reuerentiã domini plerunq; remittitur iuſiurandum domino. §. ſacramentũ. ad fi. Simile ſeruatur in Sicilia ſecũdũ Andr. de Iſern. quia procurator fiſci, ſiue agat, ſiue defendat: non tenetur iurare de calumnia ob reuerentiã regis. ¶Opp. contra princip. d. c. j. ·ĵ· quid ſit inueſt. vbi inueſtitura nihil aliud eſt, quàm miſsio in poſſeſsionẽ: hîc aũt dicitur, ꝙ dominus cogitur
9 mittere in poſſeſsionẽ facta inueſtitura. Sol. †Duplex eſt inueſtitura: prima eſt abuſiua & impropria,
a quæ fit per traditionẽ annuli,[a] vel enſis, vel haſtæ, vel alterius rei corporeæ. Et ita intelligitur tex. noſter hîc. ¶Secũda inueſtitura dicitur propria, quãdo vaſallus mittitur in poſſeſsionẽ realem rei inueſtitę. d. c. j. quid ſit inueſtitura. ¶Secũdò opp. fortiter. Dicitur in ſecundo & tertio reſponſis huius
10 tex. †quòd conuẽtus & ſic actor ſi non probauerit, reus tenetur iurare. ¶Sed contrà imò videtur, ꝙ reus ſit abſoluendus ſine iuramẽto: quia regula eſt, actore nil probante, reus venit abſoluendus. l. fin. C. de rei vend. l. qui accuſare. C. de eden. & c. fi. de iureiurand. cum vulgaribus. Sol. ſecundum Andr. hîc in ſecundo & tertio reſponſis: Actor, vel reus aliquid probauerat: puta, ſemiplenè. Ex quo de-
11 fertur iuramẽtũ. ¶ † Sed hic intellectus And. non placet. Nam tex. noſter nõ ſe fundat propter ſemiplenam probationẽ, ſed propter poſſeſsionem, vt probatur in tex. ibi, detur defenſio propter poſſeſſ.

*a Sequitur D. Franc. Cur. in trac. feu. in vij. char. ij. par. verſi. quartò principaliter. in iij. col. illius verſi.*

*a Tex.no.in l. ſi putator. ff. ad legem Aqu.c. vt no ſtrũ. et etiã, vt eccleſ.beneſic.*

Secundò,Iſte intellectus diuinat:c.diuinare [a] non debemus.l.apud Celſum.§.illa fuit vetus quæſtio, ff.de excep.do.& gloſ.in l.filium quem habentem. C.fam. herciſcun.Quis enim reuelauit And.quòd hoc actor ſemiplenè probauerit?certè nemo. Ter-
12 tiò, †quia text.loquitur indiſtinctè. ergo indiſtinctè eſt intelligẽdus, l.de pretio.ff.de public. ¶Bal. autem aliter ſoluit, & intelligit iſtum tex.Nam dicit,conſiderandæ ſunt naturæ cauſarum.Aliquando reus petit ſe ſimpliciter abſolui, & tunc actore non probante reus venit abſoluẽdus , etſi nil pro-
13 bauerit.Ita loquũtur cõtraria allegata. ¶†Aliquã do & ſecũdò reus petit ſe abſolui cum annexione cauſæ : vt, quia ſit vſufructuarius, feudatarius, vel emphyteota:& tunc non debet abſolui cum annexione cauſæ,niſi aliquid probauerit,quia præſumptio eſt contra reum , cùm omnis res præſumatur libera.l.altiùs.C.de ſerui.& aqua. l,loci corpus.§. competit.ff.ſi ſerui.vendic.Et ideo hìc conuentus tenetur probare per ſacramentum:quia petebat ſe abſolui cũ annexione cauſæ,quia vaſallus. ¶Eodẽ modo in tertio dicto, ſi dominus petat ſe ſimpliciter abſolui,abſoluetur ſine iuramento:ſecus, ſi petat ſe abſolui cum annexione cauſæ: quia aduerſarius ſuus non ſit vaſallus.arg.l.ſi poſſeſſori.in prin. ff.de iureiuran.& l.Iulius.ff.de cond.indeb. ¶Hic intellectus & hæc ſolutio Bal. non placet:quia tex
14 tus † non ſolùm fundat ſe ſuper abſolutione cum annexione cauſæ,imò in ſecundo reſponſo fundat ſe propter commodum poſſeſsionis : ibi , propter poſſeſsionem. In tertio verò reſponſo: quia neque poſsidebat , neque probat inueſtituram aduerſarius domini:vt probatur ibi,ſin autem nõ fuerit in poſſeſsione. Præterea contra Bal.facit,quia ius ſeruitutis nõ probatur ex quaſi poſſeſsiõe ſola:vt plenè not.in l.j.& ij. C.de ſeruit.& aqua. in l.ſeruitutes.la,grande.ff.de ſeru.& no.per Bar. in l.ſi priùs.
15 ff.de ope.no.nunt. ¶†Quare & tertiò ſolutio Iac, de Bel,

de Bel. mihi placet, quòd aliud eſt de iure Romano, & ita loquuntur contraria. l. qui accuſare, &c. aliud eſt de iure feudali: vt hìc eſt in text. Nã propter poſſeſsionem conuentus obtinet contra dominum, & defertur iuramentum poſſeſſori, vt hìc.
16 ¶ † Intellectus iſte placet per regulam traditam in deciſione feudali, quæ eſt vbi habemus tex. in libello feudorum: Non eſt eundum per argumenta: vel per iura Romana. cap. j. ꝗ. de feu. cogn. Nam & aliàs differt ius Romanũ à feudali: vt vidiſtis ſ. qui feu. da. poſſunt. §. hoc autem notandum. in gloſſ. j. quæ incipit, qui debent. ad fi. Materiam huius glo. deo dante, dicam in c. j. ꝗ. quid ſit inueſt. ¶ In gloſſ. quæ
17 incipit, & à paribus. ibi, §. ſi enim. no. † quòd breue teſtatum eſt ſcriptura à paribus curiæ approbatũ, id eſt ſubſcriptum: & pares curiæ dicuntur vaſalli.
18 ¶ † Ad fi. gl. probatur etiam inueſtitura per inſtrumentum publicum rogatum à tabel. l. cum preci-
19 bus. C. de prob. ſecũdum And. ¶ † Probatur etiam ſecundum Bal. per imbreuiaturam tabellionis, in l. chirographis, de admi. tut. Et adiicite quæ ſcribit Bal. de imbreuiatura in rub. C. de fide inſtrument.
20 ¶ † Probatur etiam inueſtitura ſecundum Bal. per ſigillum domini, quando dominus ſigillauit ſcripturam, & ſufficit tenentem ſigillum ſigillare, licet ſint plures domini: vt no. in c. inter dilectos. aliàs, dilationes. de fide inſtrumen. ¶ Quid autem ſi ſcriptura ſit manu duorum tabellionum ſcripta? Dicite, vt no. in l. ſi quis ex argẽtariis. ff. de eden. & not.
21 in d. c. inter dilectos. ¶ † In glo. quæ incipit, ſed ibi vacuum. de hac gl. dicite: quid ſit poſſeſsio vacua, vt per gl. ij. in l. fi. C. vnde vi. & in l. ij. ff. de act. em.
22 ¶ † In ead. ibi, inueſtitura no. facta. no. quòd ſi dominus differat vaſallum inueſtitum mittere in poſſeſsionem, præſtabit vaſallo omnem vtilitatem.
23 ¶ † Limitate primò, dummodo vaſallus iurauerit fidelitatem domino ꝗ. quid præced. debet in inue.
24 in fi. & c. j. & c. fin. ꝗ. de no. for. fidel. ¶ † Secundò li-

mitabitis gl.veram,quando inueſtitura eſſet facta: ſecus, ſi eſſet promiſsio de inueſtiendo in feudo. Nam tunc dominus non cogitur præcisè,ſed liberatur præſtando intereſſe.l.ſi quis ab alio.in fin.de re iud.& l.ſtipulationes non diuiduntur.ver.Celſus.ff.de verbor.oblig.ſecundum And.Nam eſt de mente text.feudalis, vt ita demum cogatur dominus,nec liberetur præſtando intereſſe, ſi facta fuerit inueſtitura:cap.ſi facta.§.ſi de feud.fuer.controuer.Ergo ſecus,ſi non fuerit facta inueſtitura:quia tunc non præcisè cogitur dominus : d.l. ſi quis ab
25 alio. ¶†Item limitabitis glo.veram,ſi dominus habet facultatem rei tribuendæ:ſecus,ſi dominus nõ habet facultatem rei tradendæ de facto vel de iure:puta,quia ſcit rem eſſe alienam. argum.l.ſeruus quem.§.ſi.ff.de act.emp.& l.ſi in emptione.§.item ſi emptor.ff.de contrah.emp.quia tunc tenetur ad intereſſe, ſi non habet facultatem rei tradendæ de facto. Hoc eſt verum,quando eſt in dolo vel in culpa:quia dolo vel culpa deſiit poſsidere. Nam ſi ſine dolo vel culpa vel alio modo, non tenebitur ad intereſſe vaſallo.l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff. commo.& per Bar.in l.quod Nerua.ff.depo.in fin. Nam contractus feudalis eſt vltro citróque obligatorius: vt vidiſtis in definitione feudi in proœmio. Ergo dominus nõ tenetur, niſi ſit in dolo vel culpa.Facit l.ſin autem.§.j.ff.de rei vendi.& quod no.And.in proœmio huius operis in articulo,quę actio oriatur ex cõtractu feudi. ¶Secũdò adiicite
26 Bal.dum vult,†quòd dominus nõ tenetur tradere rem quam ſcit alienam, quòd imo tenetur tradere vaſallo ignoranti, vt dicimus in venditione.l.rem alienam.ff.de contrahen.emp.l.ex empto.§.j.ff.de act.empti.Fateor etenim,quòd dominus ante rem euictam tenetur ad intereſſe vaſallo ex capite doli:vt eſt caſus ſingularis in l.ſeruus quem.§.ſi.ff.de act.emp.Et facit quod nor.Ang.in l.qui rem.C.de euic.¶Non obſt.§.item ſi emptor.allegatus à Bal.

quia loquitur in re furtiua. ¶In gl.quæ incipit, in
qua ad fi.no. intellectum & limitationem in verſi,
27 ſi verò fuerit in poſſeſsione.†Nam tria requirũtur
ſecundũ glo.hîc,vt vaſallus poſſeſſor obtineat:Pri
dũ, ꝙ poſſederit ad minus ſpatio anni. Secũdum,
ꝙ ſciente dño poſſederit. Tertiũ,ꝙ non contradi
cente dño poſſederit: vt probatur in §.ſi autem ali
quis.hic in gl.all.Adiicite quartũ,ꝙ bona fide poſ
ſederit, vt videbiť in gl.quæ incipit, hic datur de-
28 fenſio. ¶†And.de Iſer.intelligit iſtũ verſ.ſi nõ fue
rit in poſſeſsione. ꝙ agatur poſſeſſorio iudicio à
dño contra poſſeſſorẽ probato dño, licet inueſti-
tus poſſederit, & ſit in poſſeſsione, niſi poſſediſſet
ſpatio xxx.ann. c.ſi quis per xxx. annos.ꝟ.ſi de feu.
fue.contro.¶Non placet mihi intellectus And.ꝙ
hîc agitur poſſeſſorio iudicio,non reali: quia imò
hîc agebatur reali iudicio. Probo primò ex rubri-
ca de cõtrouer.inueſt.& ſic agebatur reali.Non di
cit rubrica de cõtrouerſia poſſeſsionis, quòd arg.
eſt validum:l.Imperatores.ff.de iudi.adiect. & no.
ſcribentes in l.j.ſi cer.pe. No.Contra And.eſt tex.
hîc in verſ.ſi verò fuerit.Nam non erat dubium de
poſſeſsione: quia præſupponitur conuentum eſſe
poſſeſſorem:vt probatur in tex.ibi, propter poſſeſ
ſionem. Tertiò,contra And.eſt tex.in c.j.in prin.ꝟ.
de conſue.rect.feu.Nam quemadmodum habetur
pro inueſtitura miſsio in poſſeſsionem facta à do-
mino:ita ſi quis poſſederit rem tanquam feudalem
ſciente domino & non contradicente, ſaltem per
ſpatium anni,præſumitur inueſtitus à domino. ca.
ſi.ad fi.aliàs eſt §.ſi autem aliquis.ꝟ.ſi de inueſt. int.
dom.& vaſallis oriatur.Præterea contra And.alle
go vobis glo.ordi.in c.j.circa princ.ꝟ.de conſuetu.
recti feudi.& ſentit Bal.ſic,dum dicit,quòd agitur
reali iudicio. ¶Non obſt.c.ſi quis per xxx.annos,
quia reſpondeo, ibi vaſallus allegabat præſcripti.
ideo requiruntur xxx.anni.Neque ibi defertur iu-
ramentum,vt in tex.noſtro.¶In verſi.ſi non fuerit
in poſſeſ-

in poſſeſsione.non allegabatur præſcriptio, ſed ſola probatio propter quam defertur iuramentum poſſeſſori:vt probatur in text.ibi,videtur defenſio propter poſſeſsionem. & ſic apparet intellectum And.non eſſe verum. ¶Gl. quæ incipit hìc, datur defenſio. diuiditur in quatuor. In prima declarat Text.in ſecunda ponit limitationem, in tertia format quæſtionem, in quarta ſoluit contrarium. Secunda ibi,quod puto intelligendum.Tertia ibi, quid ergo erit. Quarta ibi & hìc, ibi: per omnia.

29 ¶†In eadem ibi, §.tempus.nota gloſſ. ſingularem in materia feudali, quòd ad hoc quòd conuentus à domino obtineat,non ſufficit poſſeſsio,niſi conuentus poſsideat bona fide:quæ bona fides qualiter probetur,dicite per Bart.in l.Celſus.ff.de vſucapion.& not.in l.fin.C.de præſcription.lon.tempor. ¶Eodem modo ſecundum Andr.Si dominus probaret vaſallum dolo malo induxiſſe dominum, vt eum inueſtiat,vel inducat in poſſeſsionem,talis dolus non patrocinabitur vaſallo: arg.l.in fundo. ff.de rei vendic.& quod not.in l.eleganter.in princip.ff.de dolo.¶In eadem ad fin.glo.non bene loquitur in gloſſ.fin.quæ incipit,ſic intelligo. ad fin. De hac materia dicam vobis in c. ſacramẽtum.ij.de cõſuet.rect.feu. Et quia hìc non intendo tractare, niſi feudalia: ideo omittã quæ dicit Bal. hìc. ¶De iuramento filiali dicã in l.admonendi. ff.de iureiu.

30 ¶†Quæro vnã cum Bal.an poſitioni, tu non es vaſallus,ſit reſpondendum:&,an ponens dicatur cõfiteri? Reſpondeo poſitioni negatiuæ, non eſſe reſpondendum.c.j.de confeſſ.lib.vj. Et dicite, vt ibi plenè not.& in l.ij.§.quod obſeruari.C.de iur.cal.

31 ¶†Quæro,an ſi dominus inueſtiuit Titium de caſtro in feudum, veniãt corporalia & incorporalia: puta iuriſdictio?Concludit Bal.quòd in dubio veniunt omnia,niſi aliter appareat de mente [a] concedentis,vel ex verbis,vel aliter.Allegat no.per Bar. in l.quando.C.de bo.vacan.lib.x. Mart.Lauden.

a *An conceſſo caſtro, videatur conceſſa iuriſdictio,examinat D.Iaco. in verbo,de caſtro rubei montis. col. ij. Et ibi ponit, an veniant molẽdina, pedagia, & ſimilia in ſimplici conceſſione. Vide tamen plenius eũdem D. Iacob. in verbo, dictiq; vaſalli promiſerũt. vbi diſputatur artificioſè ad partes, an in ſimplici conceſsione ſeu recognitione caſtri veniat territorium & iuriſdictiõ. Vide eundẽ ibi col.v. verſi. nunc quæro de pulchra quæſtione.*

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Summa §.ponitur.*
2 *Agnatus ſi ſit in poſſeßione medietatis feudi, obtinet contra dominum mediante iuramento.*
3 *Poſſeßio anno minor non prodeſt vaſallo.*
4 *Appellatione partis licet dimidia intelligatur, tamen ratione adiuncti de minori intelligitur.*
5 *Cambij & permutationis differentia ſecundum Baldum.*
6 *Vaſallus poteſt permutare vtile dominium cũ pleno dominio feudi.*
7 *Defenſionis appellatione in feudis intelligitur iuramentum.*
8 *Tres intellectus Iacobi de Bellouiſu, ad §. cum autem quis.*
9 *Andreæ intellectus ad eundem §.*
10 *Andreæ intellectus improbatur.*
11 *Petri de Ceruo intellectus ad §. cum autem. improbatur.*
12 *Verior intellectus huius §. ſecundum Laudenſem, qui eſt ſextus.*
13 *Iuſtæ rationes probandi quæ ſint.*
14 *Feudalia omnia eſſe præſumuntur, vbi non apparet ratio diuerſitatis.*
15 *Cambij probatio requirit eadem, quæ probatio feudi.*
16 *Cambij alienatio, æquè requirit domini cõſenſum, ac alienatio feudi.*
17 *Duplex gloßæ lectio.*
18 *Sacramentales xij. qui ſint.*

*Si præ-*

19 *Si præſumptio ſit pro vaſallo, eius iuramento ſtatur vt ſi ſit in poſſeßione: ſi ſecus, xij. ſacramentalium iuramentum exigitur.*

20 *Bona feudalia eſſe præſumuntur ſi maior pars feudalis ſit.*

21 *Ille iurat bona eſſe paterna, pro quo maior eſt præſumptio.*

22 *Probatione plenè facta, obtinet plenè probans: ſin minus, poßidenti iuramentum defertur.*

23 *Partis ratione licet non obtineatur totum, id tamen fallit in feudo.*

24 *Iuramentum an ſit indiuiduum.*

25 *Dictum aduerſarij alterius naturæ quàm infeudatur ab aduerſario, non fundat intentionem.*

26 *Confeßio an poßit acceptari ſine qualitate ſua.*

27 *Antiquum potius quàm nouum feudum eſſe præſumitur.*

28 *Antiquum feudum allegans, nō cogitur allegare auctorem ſuum.*

29 *Teſtis qui aliud dixit extra iudicium, aliud in iuditio, deponere poteſt.*

§. CVM AVTEM QVIS DIXERIT. ¶Non diuiditur iſte §. ſed eſt difficilis propter varietatem lecturarū quas videbitis in
1 glo. Hoc dicit: ¶† Agnatus aſſerens feudum paternum, obtinebit contra dominum, ſi probauerit ſe eſſe in poſſeſsione medietatis, vel alicuius partis, vel cambij, vel alijs iuſtis rationibus probauerit. ¶Not. primò ibi, paternum. quòd contentio inter dominum & vaſallum erat, quia agnatus dicebat feudum ex ſucceſsione ad ſe pertinere: quia feudū erat paternum, dominus autē hoc negabat. ¶No.
2 ſecundò ibi, in poſſeſsione. †quòd ſi agnatus erat in

in poſſeſsione medietatis feudi, obtinebit contra dominum mediante iuramento, ſecundum vnum
3 intellectum. ¶Et ſecũdum Andr.†quòd poſſeſsio minor anno nõ prodeſt vaſallo hîc, ſed requiritur poſſeſsio ſaltim annalis vel maioris temporis: vt vidiſtis in glo.quæ incipit, in qua ſtetit.ĩ.eo.ti. in prin.Et facit §.ſi autem aliquis.ĩ.ſi de inueſti. inter do.& vaſ.lis oriatur.¶No.tertiò,ibi,alicuius partis.quòd ſi agnatus probauerit ſe eſſe in poſſeſsione alicuius partis, & ſic minoris partis quàm medietatis,quia iam dixerat de medietate contra do-
4 minum. †Nam licet ratione partis in dubio intelligitur de dimidia:l. nomen filiarum. §. portionis. ff.de verb.ſig.tamen ratione adiuncti intelligitur
a de minori parte, quàm dimidia, a quia text. dicit, alicuius partis:non autem dicit ſimpliciter,partis. Aliquando tamen appellatione partis continetur
5 totum.l.vxori.in prin.ff.de legat.iij.¶†No.ibi,vel cambium.ſecundum Bald.cõſtituendam eſſe differentiam inter permutationem & cambium: quia permutatio eſt ſpeciei ad ſpeciem, cambium verò eſt ſpeciei ad genus:puta, frumentum vel vinum. Nam genus ſecundum Legiſtas, eſt quod recepit functionem in genere ſuo.l.ij.ff. ſi cert. pet. Sed puto nullam eſſe differentiam inter permutationẽ & cãbiũ:& quòd ſint nomina ſynonyma, id eſt idẽ importantia.l.j.ff. de contrahen. emp.l.j. ff. de re.
6 permu.¶†Item no.hîc eſſe caſum in verbo, proprietatis.quòd vaſallus poteſt permutare vtile dominium feudi cum pleno dominio. ¶Nõ. tex.ibi, vel alijs iuſtis rationibus.Nam agnatus obtinebit contra dominum, ſi alijs iuſtis rationibus probauerit feudum eſſe paternum:puta, per pares curię vel breue teſtatum,ſecundum gloſ.¶In glo.j.quæ incipit,hîc dici videtur.ad fi.no.intellectum gloſ. in hoc §.quòd vaſallus ita demum obtinebit con-
7 tra dominum,ſi iurauerit. †Nam appellatione defenſionis in feudis intelligitur ſacramentum:vt vi-

diſtis

a *Adde gl. in cle.j.in verbo, aliqua. de for.cõpet. Et an & quando appellatiõe partis veniat dimidia,plenè D.Iaſ.in l. j. colũ. iij. C. de pac. Alex. ſuo cõſi.lxxj. in iiij.volu.*

diſtis not.glo.ſuper eo,in prin.in verbo, deſenſio. ¶Ex qua lectura glo.not.quòd licet agnatus probauerit ſe eſſe in poſſeſsione medietatis feudi paterni,vel alicuius partis,vel cambij, iure proprietatis nomine illius partis feudi nõ obtinebit contra dominum in alia parte quam non poſsidet, niſi iurauerit feudum eſſe paternum. ¶Iacob. de Bel.
8 intelligit hunc tex. tribus modis: †Primo, quòd agnatus erat actor, & dicebat feudũ eſſe paternũ: dominus verò dicebat eſſe nouum. Vel ſecundo modo intelligi poteſt,quòd agnatus erat actor, & dicebat feudum eſſe paternum: dominus verò dicebat nullam eſſe factam inueſtituram. Vel tertio modo poteſt intelligi,quòd dominus erat actor,& conuentus tenetur probare:quia erat præſumptio pro domino.c.j.in fi.ĵ.de gradi.ſucce. in feu. Nam in primis tribus caſibus ibi,ſi fuerit in poſſeſsione. vaſallus petebat partem ſuam quam non poſsidebat:in alio autẽ caſu ibi, vel alijs iuſtis rationibus. agnatus petebat totum, quia nihil poſsidebat ſecundum Iaco.de Belui.¶Andr. verò ponit quin-
9 tum intellectum,videlicet †quòd in tribus primis caſibus, ſcilicet quando agnatus poſsidebat medietatem, vel aliquam partem feudi paterni, vel cambium iure proprietatis, ita demum obtinebit vaſallus,ſi iurauerit feudum eſſe paternũ:in quarto autem caſu ibi, vel alijs iuſtis rationibus. obtinebit vaſallus ſine iuramento, ſi probauerit feudũ eſſe paternum per pares curiæ,vel breue teſtatum. ¶Nam verbum, obtinebit. in tex. ſecundum tres primos caſus intelligitur cum iuramento: ſecundum autẽ vltimum caſum intelligitur ſine iuramẽto.Nã aliquando dictio variatur:l.j.& iĵ.ff. de offi.
10 procõſul.& lega.¶†Intellectus And.in tribus primis caſibus non placet.Primò, quia eſt de indubitabili cõtra l.quod Labeo.ff.de Carbo. edic. Nam cui dubium ſi vaſallus probauerit plenè feudũ eſſe paternũ per pares curiæ vel breue teſtatum, quòd debea

debeat obtinere vt probatur & eſt caſus deciſus ſu per eo in prin.& ſic ſuperflueret iſte verſiculus,vel alijs iuſtis rationibus.per prin.huius titu.Secūdò, quia tex.loquitur indiſtinctè.arg.l.de precio. ff.de publi.¶ Sextus fuit intellectus Petri de Ceruo, vt
11 hic refert Bal.† quòd in hoc §.noſtro,neque in tribus primis caſibus, neque in vltimo caſu tenetur iurare conuentus. Et hic intellectus prima facie videtur placere lecturæ:quia in ea non fit mentio de iuramento.Sed tamen ſtricta diſputatio cogit deſtruere,& non teneri intellectum Petri de Ceruo:quia ſi conuentus ſit in poſſeſsione totius feudi,non obtinebit contra dominum, niſi iurauerit: vt probatur ſ. eod.ibi, ſi verò fuerit in poſſeſsione. Et ibi dixi,ergo multò minus obtinebit agnatus qui eſt in poſſeſsione partis feudi, niſi iurauerit feudum eſſe paternum. ¶ Puto autem veriſsi-
12 mum eſſe intellectum in hoc §.† quòd hic erat contentio de feudo inter dominum & agnatum. Nam agnatus dicebat ſe ſuccedere collaterali defuncto:puta,fratri:quia feudum erat paternum:dominus verò dicebat cōtrarium.Certè ſi agnatus poſſederit medietatem,vel aliquam partem, vel cambium iure proprietatis:obtinebit, dummodo iuret feudum eſſe paternum : vt probatur ſ. eo. in princ.in verbo,ſi verò fuerit in poſſeſsione. & dūmodo fuerit in poſſeſsione per ſpacium anni. Adijcimus ſciente domino & non contradicente, & bona fide:vt vidiſtis ſ.eo.in prin.in gl.quę incipit, in qua ſtetit.& in gl.quæ incipit, hic datur defenſio. & probatur in §. ſin aūt aliquis.ſ. ſi de inueſti.
13 inter do.& vaſ.lis oriatur.¶ † Proſequor intellectū literæ,vel aliis iuſtis rationibus probauerit feudū eſſe paternum ſiue per confeſsionem,ſiue per breue teſtatum,ſiue per extraneos teſtes ſiue alijs modis probandi.Nam ſi plenè probauerit feudum eſſe paternum,res eſſet clara:quia obtinebit.Sin autem ſemiplenè probauerit,puta per vnum parem curię

feudum eſſe paternum, per extraneos teſtes, vel per alias præſumptiones, tunc eſt deferendum iuramentum vaſallo probanti ſemiplenè, ſi videbitur iudici. c. ſacramentum. ꝑ. de conſuetu. rect. feud. Et ſic intelligo iſtum verſiculū, vel aliis iuſtis rationibus. indiſtinctè, prout etiā vidiſtis tex. in ſimili, ſcilicet in eo. in ti. qui ſuc. ten. Et ſic habuiſtis ſeptem
14 intellectus. ¶†Item no. ex gl. ſecundum Bal. quòd vbi dubitatur de latitudine prædiorum feudalium propter æqualitatem formæ, omnia præſumuntur feudalia. Vbi non apparet ratio diuerſitatis, allegat Bal. l. vxori. in prin. de le. iij. ¶In gl. quę incipit, ſed vtrū quæ. diuiditur in duas, in prima format quæ-
15 ſtionē, in ſecūda declarat tex. ibi, & intelligo. ¶†In ea. ibi, reſpōdeo, vtiq;. no. ex hac gl. ſingulari, quòd quemadmodū ad probādum inueſtiturā plerunq; requiruntur pares curiæ vel breue teſtatum: vt no. in c. j. ꝑ. quid ſit inueſtitura: ita in cābio faciendo rei feudalis requirūtur pares curiæ, vel breue teſtatū. Et eſt ratio ſecundū And. quia in cābio ſiue permutatione oportet rē tradi ab vtraq; parte. l. j. ff. de re. permu. ¶Neq; ad reſoluendū contractū feudalem ſufficit ſolus conſenſus, vel ſola retrotraditio: l. ab emptore. ff. de pac. l. j. & ij. C. quādo liceat ab emp. diſcedere. Ergo ſicut ad conſtituendā inueſtiturā feudi requiruntur pares curiæ, vel breue teſtatum plerūq;: ita ad reſolutionē contractus feudalis mediante cābio, requirūtur pares curię, vel breue teſtatū. Facit l. ſi vt proponis. C. de nupt. ¶Circa hāc gl. quærit Andreas: pone ſecundum morem regni,
16 †Maritus conſtituit in dotale caſtrū feudale vxori in die votorū, id eſt nuptiarū, deinde maritus vult poſtea facere cambium cum vxore de dicto caſtro cū alia re: quærit, an requiratur cōſenſus dn̄i feudi? Reſpōdet And. cōſenſum dn̄i requiri, licet ſecus ſit de iure canonico, ſi detur eodē modo, quo eſt penes dantē. c. nuper. de do. inter virū & vx. Facit c. j. circa prin. ꝑ. de prohi. alie. feud. per Fed. ¶Ad fi. gl.
gl. bene

gl.bene loquitur in gl.quæ incipit, hoc eſt ſi inueſtitura.ad fi. Ego aũt in lectione heſterna intellexi aliter iſtum tex.& dicite,vt ibi. ¶In glo.quæ inci-
17 pit,ſed ſi.ad fi.†hęc gl.habetur duobus modis,vno modo affirmatiuè: vt ſi probauerit electio.iuriſiurandi. Et tunc intellectus huius gloſſ.eſt, quòd ſi agens probauerit feudum eſſe paternum,modis de quibus in tex.noſtro, defertur iuramẽtum. ¶Alio modo habetur glo. negatiuè videlicet, ſed ſi non probauerit. Et tũc debetis ſubaudire ad gl.ſed plenè:quia tãtùm ſemiplenè probauerat.Proinde defertur iuramentum,c. ſacramentũ.de conſue.rect.
18 feu. ¶Et not.†quòd xij.ſacramentales ſunt teſtes, qui iurant de credulitate,& non de veritate:vt videbitis in c.j.ꝟ.de conten. inueſti.inter do.& vaſal. ¶In gloſſ.fi.quæ incipit, adeo. ibi non eſt contra. Intelligo hanc glo.hoc modo debere ſtare,videlicet, non eſt contra titulũ ſequentem, ſub rubrica de contentione inter me & dominum de precio fratris. Et ibi glo.in verbo, alienauit. ¶In ea.glo.
19 ad fi.no. fortem oppoſitionem: †Nam dicitur hic per gloſſ. & Doct. quòd defertur iuramentum ſoli actori, vel ſoli vaſallo. Sed contrà: Nam videtur, quòd iuramentum ſolius vaſalli non ſufficiat, ſed requiritur iuramentum xij. ſacramentalium. Vnde opp.de ca.ij.quod incipit, ſi quis ſe.ꝟ.ſi de inueſtit.inter dom.& vaſal.lis oriatur.& d.c.ſacramentum.de conſu.rect.feud. Glo.ſol. primò hic,quòd diſtinguit, an ſit dominus vel fidelis. Sed hæc ſolutio nihil intellectus habet. Secundo modo ſol. gloſſ.quòd aut erat contentio inter dominũ & vaſallum,an feudum ſit antiquum, paternum vel nouum: & tunc non requiritur xij. ſacramentalium iuramentum. Aut eſt contentio inter dominum & vaſallũ, an res ſit feudalis, & tunc requiritur iuramentum xij.ſacramentalium,nec ſufficit iuramentũ ſolius vaſalli. ¶Hanc ſolu.improbat Iac.de Bel. non hic, ſed in c. j.ꝟ.ſi de inueſt.inter dom. & vaſal,

lis oriatur.¶Sed vos poteſtis defendere glo.quòd
imo.In d.c.ij.dominus negabat rem eſſe feudalem,
& ideo Iac.de Bel. aliter ſol.hoc contrarium. Aut
enim eſt præſumptio aliqua pro vaſallo contra dominum,& tunc ſtatur iuramento ſolius vaſalli.Aut
non eſt pręſumptio aliqua,& tunc requiruntur iuramenta xij.ſacramentalium. ¶Vel aliter ſecundũ
eum,Aut vaſallus erat in poſſeſsione,& tunc ſtatur
iuramento vaſalli tantùm.Aut nõ erat in poſſeſsione,& tũc requiritur iuramentũ xij. ſacramẽtalium
20 ſecundũ eum.¶†Notandũ eſt ſecundum Andr.de
Iſer. ꝙ ſi maior pars bonorum ſit feudalis, præſumũtur reliqua bona feudalia:c.j. in fi.ɉ.de contr.in.
maſc.&fœ.de beneficio,de quo dicã.¶Opp.cõtra
tex.Et imò videtur,ꝙ agnatus nõ obtineat ſine iuramento:vnde opp.ſuperiori c.in princ.ver.ſi verò
fuerit. Sol. Fatẽdum eſt,quòd agnatus in §.noſtro
teneatur iurare feudum eſſe paternum, ſecundum
21 Iac.de Bel.¶†Secundò opp.contra tex.quando dicitur,quòd teneatur agnatus probare. Sed contrà
videtur, quòd imo dominus tenetur iurare feudũ
eſſe paternum : d.c.j.§.j.ɉ. de inueſti. in mari.facta.
Sol. Hìc erat præſumptio pro dño, ideo probat agnatus:in cõtrario verò nõ erat:actor ideo probat
22 ſecundũ Iac.de Bel.¶†Tertiò opp.contra tex.d.c.
ij.ɉ.ſi de inueſt.inter do.& vaſal.lis oriatur.Et d.c.j.
§.j.de inueſt.in mari.facta.vbi iurat dominus, non
autem vaſallus,vt hìc.Sol.Iac.de Bel. Aut ſit plena
probatio,& tunc ſine iuramẽto obtinet plenè probans. Aut non eſt plena probatio,& tũc poſsidenti vaſallo defertur iuramentum.Si autem dominus
poſſederit,defertur domino iuramentum. ¶Item
23 opponitur. †Nam dicitur in tex.quòd ratione partis agnatus obtinet totum. Vnde opponitur de l.
qui ſolidum.in princ. ff.de leg.j.de l.ſi quidem. C.
de tranſact.vbi ratione partis nõ obtinetur totum.
& d.l.non hoc. C.vnde cog. quia non probat hoc
eſſe,quod ad hoc contingit abeſſe. Sol. Regula eſt
in

in contrariū. ¶Fallit in feudo, vt hîc: vt in totum integrale præſumatur feudale ratione partis. Ratio ſpecialitatis ſecundum Bal. propter iuramentū fidelitatis, * aliàs eſt indiuiduum, vt no.in l.ſi cuius.in princ.ff.de vſufru. ¶Nec ratio ſpecialitatis Bald. videtur bona, quia text. noſter non ſe fundat propter indiuiduitatē iuramenti: ſed propter
24 poſſeſsionem partis vel alias probationes. ¶†An tamen iuramentum ſit indiuiduum, dicite, vt per Innoc. & cæteros Canoniſtas in c.fraternitatis. de hęreticis.& per Bal.in l.ſi ex falſis,C.de tranſactio. ¶Item opp.contra text. Nam dicitur in text.ꝙ vaſallus obtinebit contra dominum. Sed contrà imo videtur,quòd dominus debeat obtinere ex confeſſione vaſalli, qui confitetur directum dominium eſſe domini,quod directū dominium eſt ſufficiens ad obtinendum in rei vendicatione. l. cuiuſcunq;. §.j.ff.de vſufruct. Et no.in Rubrica ff.de rei vend.
25 Sol.Bal.eleganter,†quòd dictū aduerſarij alterius naturæ & formæ, quàm intendatur per aduerſariū ſuum, non fundet intentionem aduerſarij. Vnde proponens intentionem,non fundat intentionem agentis ſiue præponentis,nec econtrà c.exceptionem.obiiciens.de reg.iur.lib.vj. Nam hîc vaſallus ſiue agnatus confitebatur directum dominium,ſed adiiciebat illam qualitatem, Feudū eſſe paternum: quam qualitatem non intendebat aduerſarius,ſcilicet dominus.Propterea ex confeſsione vaſalli nō
26 fundatur intentio domini.†De hoc tamē articulo, an confeſsio poſsit acceptari ſine qualitate [a] ſua,dicite vt per Cy.& Bal.in l.vnica.C.de confeſsio. & in l.ſi quidē,C,de excep.& in l.non vtiq;.per Bart.
27 ff.de excep. ¶†Quærit Bal.an magis præſumatur pro feudo antiquo,quàm nouo, & reſpōdet quòd ſic, quia magis præſumitur pro factis antiquis: vt hîc,& in c.j.in fi.ī.de gradi.ſucc.in feu. & in c.j.§.j.
28 ī.de inueſt.in mari.facta.¶†QuęritBal.ſi aliquis alleget feudum eſſe antiquū, an teneatur nominare

* *De quo cùm non appareat, quòd cōcernat certam partē, præſumimus ꝙ ſit ſimpliciter iuratū, reſpectu totius.*

a *Et per Bart. pulchrè in l. Aurelius. §. idē quæſiit. ff. de lib. le. Alex. conſi. xcvj. in j. vo. & Paul. in c.tua nobis. de ſpon. Latè Ang.in malef.in gl. comparent inquiſiti. et partim negant, col j. Fely.in c.ſignificaſti.et el ij.ante fi. de homicid. Quid in dictis teſtium, an poſſint pro parte acceptari: Bal. ſuo conſilio lxxx.iij.vo. Alex. conſi. lxx.j. col. j. vol.*

auctorem ſuum? Reſpondet, quòd ſic: c.j. §. ſi quæ. ꝟ. de extraord. cap. al. & meliùs de not. feud. ¶ Vos autem dicite, quòd non tenetur nominare auctorem ſuũ: l. cog. C. de pet. hære. l. regulariter. ff. eo. ti. vt ibi not. & in c.j. de reg. iur. li. vj. ¶ Nec obſtat dictum c.j. §. ſi quæ. quia ibi propter iuramentum. Nã aliud eſt iuramentũ defuncti, aliud hæredis. l. 29 generaliter. in prin. C. de reb. cred. & iureiu. ¶ † Vltimò quærit Bal. Pone, pares curiæ extra iudicium dixerunt ſe non interfuiſſe inueſtituræ, vel ſe nihil ſcire de inueſtitura: quęritur, an poſsint cogi vt dicant veritatem in iudicio: & ſi aliter dixerint in iudicio, quàm extra iudiciũ,[a] an puniantur? Reſpondet Bal. quòd debet cogi dicere veritatem in iudicio, ne veritas pereat: c.j. §. ſi verò. ꝟ. quid ſit inueſtitura. & c.j. §. notandum. ꝟ. de extraordi. cap. vel, de notis feudorum. Et facit quod not. in cap. cùm cauſam. in glo. de teſt. & adiicite ſcripta hęc Bal, in l. Cor. de filiis, &c.

*[a] Adde quod dicit Bal. in §. pen. de notis feu. quòd teſtis qui dixit heri, neſcio: poteſt cras dicere, ſcio. Plura in hoc accumulat Barba. ſuo conſ. xxix. in xij. & ſequẽ. co. ij. vol. Et qui vnum dixit extra iudicium, poteſt aliud deponere in iudicio: vt per Alex. in cõſil. lxxiiij. iij. col. j. vo. & conſ. lvj. ij. col. ij. vol. Faciunt ad hoc quæ ponit Bald. in §. j. per quos fiat inueſt. Pulchrè Ro. ver. limit. ſuo conſilio lv. incipiente, cũ teſtis.*

## SVMMARIVM.

1 *Summa §. ponitur.*

2 *Poßidẽs ſi iurat rectum eſſe feudum, idq; per annum poſſederit, obtinet.*

3 *Dominus ſi probet feudum eſſe guardiæ, obtinet, niſi vaſallus contrarium probet.*

4 *Domino deficiente in probatione, poßidenti iuramentum defertur.*

5 *Negationis & mendacij ratione ſæpe quis punitur.*

6 *Probans plenè, abſoluitur: ſemiplenè, iurat: ſi nihil probetur, et præſumptio ſit pro reo, ei ad purgationem ſui iuramentum defertur.*

7 *Iacobi de Bellouiſu ſententia refutatur.*

8 *Poſſeßio non eſt plena probatio, & ideo ſuppletur per iuramentum.*

Gene

9 *Genere remoto, & quælibet eius ſpecies remouetur.*
10 *Poſſidenti iuramentum defertur, niſi qualitas perſonæ, vel aliæ circunſtantiæ inducant iudicem ad aliter arbitrandum.*
11 *Dominiū vtile ex poſſeſſione in feudis præſumitur.*
12 *Duæ ſolutiones Iacobi de Bellouiſu, ad §.j. de feud. guard. refutantur.*
13 *Aliud eſt, negare factum, aliud qualitatem facti.*
14 *Publicatis atteſtationibus admittuntur teſtes aduerſarij.*
15 *Rectum & ſimplex feudum, quod dicatur.*

§. ITEM SI VASALLVS. ¶Diuiditur hic §. in duas partes, quemadmodum duo ponuntur caſus. Secūda ibi, ſimiliter ſi quis, vſque ad §. ſi quis de manſo. ¶Alij habent ibi rubricam de
1 incremento feudi. Hoc dicit: ¶†Si aliquis poſſederit aliquam rem nomine recti feudi, ei datur defenſio contra dominum dicentem eſſe feudum guardiæ. Si autem dominus probauerit eſſe feudū guardiæ, vaſallus reſtituet rem domino, niſi probauerit vaſallus per pares curiæ vel breue teſtatum inueſtitū ſe fuiſſe nomine recti feudi, poſtquā ſuſcepiſſet guardiam. ¶Idē dicendum eſt, ſi aliquis poſſederit aliquam rem nomine recti feudi, dominus autem dicat ſe dediſſe pro pignore. Ad hoc allegatur hoc
2 §. vſque ad §. ſi quis de māſo. ¶†Not. ibi, *domi-
* ni eſt probatio poſſeſsionis nomine recti feudi ſaltem, & ad minus ſpatio anni, aliàs non obtineret poſsidens. cap. ij. ad finem. §. ſi de inueſt. inter dominum & vaſallum lis oriatur. Et vidiſtis glo. quæ ponit alia requiſita: ſcilicet eodem titu. in princ. ¶In glo. quæ incipit, in qua ſtetit per annum. No.
3 ibi, vel probare per pares. †quòd ſi dominus probauerit eſſe feudum guardiæ, obtinebit dominus, niſi vaſallus probauerit per pares curtis, vel alios

* *Poſsidens ſi iurat, obtinet. S. Sch.*

ſe inueſtituram accepiſſe nomine recti feudi, poſtquam guardiam ſuſcepiſſet. ¶ No. ibi domino ve-
4 ro, † quòd domino deficiente in probatione, defertur iuramentum poſsidēti: qui ſi iurauerit, obtinebit. ¶ Vltimò not. in §. ſimiliter. quòd idē iuris eſt, ſi aliquis poſſederit caſtrum nomine recti feudi, & dominus dixerit ſe dediſſe pro pignore: quia domino incumbit onus probandi. Aliàs obtinebit poſsidens cum iuramento ſuo. ¶ Gloſ. incipiens ita, hic & in ſequē. diuiditur in duas, In prima format opi. quam confitetur, in ſecunda oppo. & ſol. Secunda ibi, item quæritur in iſto §. ¶ In ead. gloſ. ibi. auth. contrà qui propriam. glo. hic fatetur oppoſitionē;
5 † quòd ratione negationis poſtea nō audiatur vaſallus. ¶ Sed hanc opin. gloſſ. improbat Iac. de Bel. quia regula eſt, Neminem puniri ex mendacio vel negatione. l. nemo ex his. ff. de regu. iur. ¶ Fallit in caſibus ibi notatis, vt eſt in authē. contra qui propriam. hic allegata. ¶ Adiicite gloſſam pulchrā magiſtram Io. And. in c. nullus pluribus. de reg. iur. libro vj. And. verò ſaluat gloſſam: Nam gloſſ. vult dicere, quòd ſi cōuentus negaret rem eſſe feudalem, & conuinceretur de mendacio, perderet feudum: c. vaſallus. ī. ſi de feud. fuer. contro. ¶ Hæc ſaluatio And. ad gl. eſt vera in ſe, ſed non cōuenit §. noſtro, quia hic confitebatur vaſallus rem eſſe feudalem: ſed erat contentio de qualitate feudi, an eſſet rectum vel guardiæ. ¶ Ad ſi. gl. hanc ſolut. gl. impro-
6 bat Iac. de Bel. † quia hic non defertur iuramētum ad cautelam, nec in d. l. bonæ fidei. cum ſimil. Quare ipſe Iac. aliter ſoluit: Aut enim eſt plenè probatum, & tunc reus eſt condemnandus. Aut eſt ſemiplenè probatum, & tunc defertur iuramentum in ſupplementum probationis. d. l. in bonæ fidei. Aut nullo modo eſt probatum ab actore, & tunc ſi eſt præſumptio contra reum, defertur iuramētum reo ad purgationē ſui: vt hic & in c. j. §. hoc ita. ī. de con
7 tent. inueſt. inter dom. & vaſ. ¶ † Si verò nulla erat præſum-

præſumptio cōtra reum, tūc ſimpliciter abſoluitur ſine iuramēto. d. l. accuſare. ¶In gl. allegata hæc ſolut. Iac. de Bel. non placet: Nam vult Iac. hîc, quòd ſit præſumptio cōtra reum: ſed hoc eſt cōtra Text. noſtrū, quia imò erat hîc præſumptio pro reo, propter poſſeſsionē caſtri nomine recti feudi: vt probatur in Text. ibi, poſſederit. & ibi, tunc illius erit defenſio qui poſsidet. Secundò, quia ſi eſſet præſumptio contra reum, vt vult Iac. de Bel, non deferretur iuramentum reo: c. ſacramentum. de conſue. rect. feu. ¶Et tamen reo poſsidenti defertur iuramentum in caſu noſtro. Quare puto aliter ſoluen-
8 dum contrarium. †Nam ideo defertur iuramētum poſsidenti, quia poſſeſsio non eſt plena probatio, & ideo debet ſuppleri per iuramentum. ¶Nec obſtat, quòd actor nil probauerit: quia imo dominus habebat intentionem fundata ratione directi dominij, ſecundum Andr. de Iſern. & bene. ¶Extra glo. Iac. de Bel. intelligit verſic. in probatione, &c. duobus modis: Vno modo, quòd hîc primus intellectus Iac. de Bel. in hoc ver. dominus. ſemiplenè probauerat eſſe feudum guardiæ, ideo defertur iuramentū poſsidenti vaſallo. ¶Sed contra hunc in-
9 tellectum opp. ipſe Iac. † quia à quo remouetur genus, remouetur & quælibet eius ſpecies: gl. in l. fi.
a in fin. ff. de ſuis & legit. [a]Sed hic remouetur genus probatio. Ergo & ſemiplena probatio, quæ eſt ſpecies probatio. Sol. Iaco. de Bel. quòd argumentum procedit, quando alia lex non diſtinguit: ſecus, ſi alia l. diſtingueret illud genus. vt nota. in l. de precio. ff. de public. in l. quæſitum. ff. de teſti. ¶Vel aliter poteſtis ſoluere hoc contrarium, quòd quādo non eſt bona conſequentia, remouetur probatio: quia à tertio adiacente ad ſecundum adiacēs non eſt bonum argumentum. l. ſi cum dotem. §. fin. vbi glo. ff. ſol. matr. ¶Alio modo & ſecundo intelligit Iac. de Bel. iſtum ver. quòd hîc dominus nihil probauerat penitus, ſed defertur iuramentū vaſallo:

*a Paul. de Ca. conſi. j. inci. ſi iſte verius. j. volu.*

quia erat præſumptio cõtra eũ, quia erat officiali[s]
domini:puta,guardianus vel guaſtaldio.¶Adiici-
10 te Iac.de Bel.in prin.intellectũ, † ꝙ defertur iura-
mentũ poſsidenti, niſi qualitas perſonæ vel rerum
vel aliæ circunſtantiæ inducant iudicẽ ad aliter ar
bitrandũ: d.c.ſacramentũ. ¶Secundò adiicite,ꝙ
intellectus & concluſio Iac.in d.verſ.domino.non
eſt verus,quia diuinat ad iſtũ tex.contra glo.in l.fi
lium quem habentem.C.fa.herciſ.Nam non appa-
ret hic ꝙ vaſallus eſſet officialis domini.¶Secun-
dò hic intellectus non eſt verus in ſe, quia ſi hic va
ſallus fuiſſet guardianus vel guaſtaldio domini, &
ſic officialis: tunc obtineret dominus contra vaſal
lum:vt eſt caſus in c.j.§.j.ſ.de feu.guar. ¶Et tamẽ
in tex.noſtro dicitur contrariũ,quòd imò vaſallus
iurando obtinebit: vt probatur in text.ibi,tunc il-
lius erit defenſio. Quare verus intellectus huius
ver.domino verò.eſt,ꝙ ſi aliquis poſſederit caſtrũ
nomine recti feudi, & dominus nõ probauerit eſſe
feudum guardiæ, obtinebit vaſallus contra domi-
num mediante iuramento. ¶Deinde Iaco.de Bel.
vult,ꝙ hic §.procedat ſecundum regulas iuris cõ-
munis,nihilq; ſingulare ſit in eo. ¶Ego puto con-
11 trarium,†ꝙ imò ſit ſingulare in feudis:vt ex poſſeſ
ſione præſumatur qualitas vtilis dominij : & ſic,ꝙ
feudum ſit rectum, quod eſt contra ius commune:
quia de iure cõmuni ex poſſeſsione non præſumi-
a tur dominium. [a] l.ſiue poſsidetis. & l.rumores.C.
de prob.& plenè ſcribitur in l.pen.ff.de cond.inſt.
¶Simile vidiſtis ſ.eod.tit.in princ. ver.ſi verò fue
rit in poſſeſsione. vbi ſingulare eſt in feudis, quòd
ex poſſeſsione præſumitur dominium vtile, dũmo
12 do ſint ea quæ dixi vobis, ibi.¶†Opponitur duriſ
ſimè contra tex.d.c.j.§.j.ſ.de feu.guar. vbi poſſeſ-
ſio vaſalli non opitulatur ei. ¶Ibi ponuntur ſolu-
tiones duæ, quarum primam improbat Iac.de Bel.
quia nõ eſt ratio diuerſitatis ſecundũ ſolutionem
Pilei.¶Gloſſam ibi improbat Iaco.quia eſt contra
literam

*a Vide Alexã. ſuo conſilio xxv. in iiij. col. verb.eſt etiã proba-tum. in v. volu. vbi omnino vide.*

literam tex. Quare ſoluit aliter Iac. de Bel. ꝙ in cõtrario confitebatur vaſallus ſe fuiſſe inueſtitũ nomine guardiæ vel guaſtaldiæ de eo quod poſsidebat nomine recti feudi: hic autem ſimpliciter negabat ſe inueſtitum nomine guardiæ. ¶ Hæc ſolutio non placet, licet ſit vera in ſe: primò, quia diuinat ad tex. d. c. j. §. j. Secundò, quia eſt indubitabilis cõtra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. Nã cui dubiũ, ꝙ ſi vaſallus confiteatur eſſe feudum guardiæ vel guaſtaldiæ, quòd debeat ſuccumbere: quia in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis præter in cõdemnando? l. proinde. [a] §. j. ff. ad leg. Aquil. & no. in l. j. C. de confeſſ. ¶ Quare aliam ſolutionẽ dedit Iaco. de Bel. hìc & ibi: quam ſolutionẽ improbaui in d. c. j. §. j. & dicite, vt ſolui ibi. ¶ Deinde oppo. Iac. de Bel. d. c. j. §. is itaꝙ de cõten. inueſt. inter do. & vaſ. vbi probat vaſallus. ¶ Soluit Iac. de Bel. ꝙ ibi erat præſumptio hominis. Hæc ſolutio nihil valet: quia ibi erat præſumptio pro domino contra vaſallum: quia erat vaſallus officialis domini: puta, guaſtaldio: hìc autẽ erat pręſumptio pro vaſallo, qui poſsidebat nomine recti feudi: neq; erat guardianus vel guaſtaldio: vt dixi plenè in d. c. j. §. j. ſ. de feu. guar. ¶ Neq; tangã hìc materiã præſcriptionũ: quia nõ eſt materia feudalis: ſed dicite, vt per Bald. in l. ſiue poſsidetis. & l. neque natales. & l. ſi. C. de proba. & per Bar. in l. ſi. C. de quæſt. ¶ 13 † Item opp. de l. fin. ff. de rei vend. & de §. j. in auth. de trien. & ſemiſ. vbi ex mẽdacio & negatione quis punitur. Sol. Bal. ꝙ quædam ſunt orationes quę ſemel falſæ, ſemper dicuntur falſæ, & loquũtur contraria: quædam verò ſunt quæ tractu tẽporis ſunt veræ & falſæ, & ſic diuerſis tẽporibus. & tunc nõ loquitˀ §. noſter. ¶ Vel aliter, & meliùs, ſecũdũ Iac. de Bel. Aut ſimpliciter negatur factũ, & loquũtur contraria. Aut negatur qualitas facti, & loquitur tex. noſter. ¶ Vltimò oppo. contra noſtrum §. ſimiliter. vbi dicitur, quòd non incumbit onus probandi domino ſe dediſſe

rem

*[a] Iſta regula procedit in criminalibus: ſecus in ciuilibus: vt per Bart. in d. l. proinde.*

rem pro pignore:ſed contrà ipſi vaſallo: §.hoc ita. de content.inueſt.inter do.& va.vbi probat vaſallus,& non dominus.Sol.Iac. Aut vaſallus confitetur ſe accepiſſe rem pro pignore, & loquitur text. noſter. Aut ſumus in caſu dubio : & tunc,quia eſt præſumptio pro domino, defertur iuramentũ domino, c.j.§.j.ſ.de feu.guar.& l.altius.C.de ſeruit. & aqua. ¶Sed nõ placet mihi hoc vltimum,quòd in dubio deferatur iuramentum domino,per text. noſtrum qui vult quòd ratione poſſeſsionis deferatur iuramentum vaſallo in dubio. Simile vidiſtis ſ.eod.in princ.verſic. ſi verò fuerit in poſſeſsione. ¶Nec obſt.d.c.j.§.j.allegatum à Iaco.de Bel.quia reſpõdetur, quòd ibi qualitas officij regulatur ſecundum qualitatem feudi:vt ibi dixi. ¶Nec obſt. d.l.alius.quia ex poſſeſsione in feudis præſumitur vtile dominium,vt dixi in præcedentibus, niſi ſaluando Iac.dixerimus, quòd loquatur, vt in dubio deferatur iuramentum domino, quando vaſallus
14 non poſsideat rem nomine recti feudi. ¶†Et not. ſecũdum Bal.quòd in §.noſtro eſt caſus,quòd publicatis atteſtationibus admittuntur teſtes aduerſarij:quia vltimæ probationes non excludunt veritatem præcedẽtium probationum:l.officium,ff.de rei vend. ¶Et dicitur rectũ & ſimplex feudum,ſe-
15 cundum Bal. †quando non eſt determinatũ & certum ſeruitium,vt not.in §.j.ſ.de feu.guard.& dixi plenè in proœmio huius operis. Tractat hic Bald. materiam vſurarum,& publicationis teſtiũ:quę omnia omitto,quia non pertinent ad materiam feudorũ,cũ intendã ſolùm hic feudalia tractare. Mar.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §.ponitur.*

2 *Manſum quid ſit.*

3 *Iuramentum ad dominum pertinet, ſi dominus in curte aliquid ſibi reſeruârit.*

4 Incre

4 *Incrementum ad vaſallū pertinet, ſi dominus nihil ſibi in curte reſeruârit.*
5 *Intellectus gloſſæ Iacobi & aliorum ad §. ſi quis de manſo.*
6 *Iacobi intellectus reprobatur.*
7 *Incrementum latens & apparens, quid ſit, remiſsiuè.*
8 *Plus iuris habet vaſallus, quàm vſufructuarius.*
9 *Incrementum latens ad vaſallum pertinet.*
10 *Qui totum dicit, nihil excludit.* Et, *quomodo fallat.*
11 *Incrementum quod per alluuionē prædio accedit, poſsidenti acquiritur.*
12 *Incrementum latens vaſallo acquiritur.*

§. SI QVIS DE MANSO. ¶Diuiditur hic §. difficilis in tres partes, quemadmodum tria ponuntur dicta. Secunda incipit ibi, ſed ſi dominus. Tertia ibi, ſi verò fidelis. Et legitur duobus modis vt videbitis ſtatim in glo. j. Hoc dicit ſecū-
1 dum intellectum glo. & Iac. de Bel. ¶†Si de incremento ſit contentio inter do. & vaſal. & dominus aliquid reſeruauerit in curte in qua ſit feudum, vaſallus probabit incrementum ad eū pertinere per pares curiæ, vel breue teſtatum. Si autem dominus nihil ſibi reſeruauerit, & tunc aut vaſallus non eſt in poſſeſsione incrementi, & probabit ipſe vaſallus incrementum ad eum pertinere per pares curiæ vel breue teſtatum. Aut vaſallus eſt in poſſeſsione. Et tunc probabitur per iuramentū ipſius vaſalli incremētū ad ſe pertinere. Ad hoc allegatur
2 vſq; ad §. rurſus. ¶Not. tex. ibi, de manſo. † quòd manſum eſt prædium, in quo manent homines ad colendū. Vos autē dicite, & meliùs: quòd manſum eſt tantum territorium quantum in vno die poſſunt laborare duo bōues, ſecūdum Italicos: vt no. glo. iur. canonici ī. c. j. de cenſi. ¶Not. ſecundò ibi, omne incrementum. hîc vide caſum contra cōmunem

munem ſentētiam pro Bal. quòd iſte tex. loquitur de omni incremento, de quo ſtatim videbimus in
3 gl. ¶ Not. tex. ibi, reſeruauerit. † quòd ſi dominus reſeruauerit ſibi aliquid in curte in quo eſt feudū, incrementum pertinebit ad dominum, niſi vaſallus probauerit inueſtituram incrementi per pares curiæ vel breue teſtatum. ¶ No. tex. ibi, ſed ſi do-
4 minus. † quòd ſi dominus nihil ſibi reſeruauerit in curte, incrementum pertinet ad vaſallum: quod dictum intelligit Iac. de Bel. eſſe verum, ſi vaſallus probauerit inueſtituram incrementi, quando vaſallus non erat in poſſeſsione. Si autē vaſallus erat in poſſeſsione incrementi, ſtabitur iuramento vaſalli: vt ibi ver. ſi verò fidelis poſſeſsione. ¶ In gl. j. ibi, retentio dominij. vt probatur in prin. §. noſtri ibi, ſed ſi dominus. ¶ In ea. gl. ibi idem eſt, vt probatur in ſecūdo reſponſo §. noſtri, ſed ſi dominus. ¶ In ea. gl. ibi ad fi. vt probatur in tertio reſponſo §. j. ſi verò fidelis. ¶ Not. glo. quæ ponit intellectū huius §. quem ſequitur Ia. de Bel. & apoſtillat tex. in ſecunda parte ſecundum hunc intellectum hoc modo in tex. ibi, iure feudi fidelis. & retinebit, ſubaudite probando inueſtituram incrementi, ſi va-
5 ſallus non fuerit in poſſeſsione. ¶ † Petrus verò de Ceruo, & Andre. de Iſernia aliter intelligunt iſtū tex. quòd aut dominus aliquid reſeruauerit ſibi in curte, & vaſallus nō eſt in poſſeſsione incrementi, & tunc incrementum pertinet ad dominum, niſi vaſallus probauerit per pares curiæ vel breue teſtatum ſe inueſtitū de incremento: vt in prima parte §. noſtri ibi, cum fidelis. Aut dominus ſibi nihil reſeruauit in curte, & tunc omne incrementum pertinebit ad vaſallum. ¶ Et ſic varietas eſt in ſecunda parte ibi, ſed ſi dominus. quia ſecundum glo. & Ia. de Bel. iſte ver. ſed ſi dominus. intelligitur, quòd ſi vaſallus non ſit in poſſeſsione, tunc incrementum ad eum non pertinebit, niſi probauerit inueſtituram incrementi. ¶ Sed intellectus Petri & And.

& Bal.

6 & Bal. mihi non placet. ¶ † Nec placet intellectus gl. & Iac. de Bel. primò, quia eſt nimia ſubauditio ad tex. vt tex. intelligatur ibi, retineri: ſi probauerit vaſallus inueſtituram incrementi. Secũdò, quia eſt iſte intellectus gl. & Iac. de indubitabili contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. Nam cui dubium vaſallum debere obtinere in incremento, ſi probauerit per inueſtituram feudi incrementum ad eum pertinere? ¶ Præterea meus tex. eſt facere differẽtiam, an dominus aliquid retinuerit in curte vel non. Primo caſu incrementum pertineat ad dominum, vt in prin. §. noſtri. Secundo caſu pertineat ad vaſallum, vt in ſecunda parte §. noſtri. ¶ Glo. quæ incipit, pręſumitur. diuiditur in duas. In prima gl. declaratur tex. in ſecunda ſoluitur contrarium. l. item ſi fundi. reſtringendo tex. Secũda ibi, vel dicas. ¶ In ea. gl. ibi, neceſſe. vt probatur in

7 princ. §. noſtri. ¶ † In ea. gl. ad fi. ibi not. hanc gl. ſingularem quæ reſtringit §. noſtrum, vt incremẽtum latens acquiratur vaſallo, prout eſt in vſufructuario. ¶ Et quid ſit incrementum latens vel apparens, videte tex. & gl. in §. prętera. Inſti. de rer. di. Hanc gl. non ſequitur Bal. ¶ Imò Bal. in concluſionibus ſuis cõſtituit differentiam inter vaſallum

8 & vſu fructuarium. † Ratio differẽtiæ, quia in vaſallo agitur de magno præiudicio, & ideo non acquiritur ei incrementum: ſed in vſufructuario agitur de paruo præiudicio, & ideo acquiritur ei incrementum: quia vſufructus finitur morte. §. finitur. Inſti. de vſufruc. ¶ Vos tenete gl. noſtrã, quam ſequitur Iac. de Bel. & And. de Iſer. & Alberi. in l. de quibus. ff. de legi. Ratio, quia ſi alluuio acquiritur vſufructuario qui minus iuris habet, quãtò magis vaſallo qui plus iuris habet? arg. auth. multò magis. C. de ſa. ſan. ec. ¶ Nec obſtat arg. Bal. de perpetuo & magno pręiudicio, &c. quia reſpõdeo, quòd vbi etiã agitur de magno & perpetuo pręiudicio alluuio. acquiritur emptori. l. ſi quis id quod. in prin. ff. de reſcin.

de reſcin. ven. l. Iul. §. ſi Tit. ff. de ac. emp. l. ſed ſi
9 quis proprietatis. ff. de vſufru. cũ ſi. ¶ †Ex prędictis habetis ſingularem concluſionem, quæ limitat iſtũ tex. vt incrementũ latens per alluuionẽ pertineat ad vaſallum: vt hac gl. quam ſequuntur Ia. And. & Alberi. in d. l. de quibus. niſi tenor inueſtituræ fortè eſſet ad oppoſitum: puta, quia inueſtitura diceret, quòd incrementum etiam latens pertineat ad dominum. Nam tenor inueſtituræ diligenter attẽdẽdus eſt, vt dixi in procemio huius operis. Ex qua concluſione ſequitur, quòd prin. §. noſtri habeat
10 locum ſolùm in incremento apparẽte. ¶ †Nec obſtat tex. hîc in princ. ibi, omne incrementum. quia regula illa quæ totum dicit, nihil excludit. l. à procuratore. C. mandati. recipit limitationem, niſi reſtringatur ab alia lege: vt no. gl. in l. fi. C. ſine cẽſu, vel reliquijs. Sed iſte terminus vniuerſalis, omne. hîc in tex. limitatur per tex. in d. l. item ſi fundi. §. j. ff. de vſufruc. ¶ Glo. fi. quæ incipit, talis. ad fi. bene ait. ¶ Vltimò Bal. intelligit iſtum tex. ibi in ſecũda parte, ſed ſi dominus. quòd iſte tex. intelligatur de omni incremẽto, ſiue ſit latens per alluuionem ſiue apparens, dummodo poſtea vniatur ſecundũ opi. ruſticorum: vt not. glo. in §. prætérea. Inſti. de
11 re. di. ¶ No. ſingulare verbum, †quòd ſi fiat incrementum prędio meo per alluuionem, ſi poſſideam prædium meum: certè abſque alia apprehenſione dicor poſsidere incrementum per alluuionem. Ita elegãter dicit Bar. in tractatu Tiberiadis, in verbo, acquiruntur nobis. per l. iij. in princip. ff. de acqui. poſ. ¶ Dixerit aliquis, ergo in dubio in §. noſtro vaſallus poſsidens feudum, intelligitur etiam poſ-
12 ſidere incrementum: †Et ſic in dubio incrementũ pertinebit ad vaſallum, ſi iurauerit: vt in ver. ſi verò fidelis in poſſeſsione. ¶ Sed vos dicatis, quòd §. noſter, vt ſtatim vidiſtis in glo. ij. intelligitur de incremento ſeparato, & tunc ex poſſeſsione feudi non poſsidetur incrementum: quia ceſſat ratio dictæ l.

iij. in

iij.in prin.ff.de acquir.poſſ. & conſequenter ceſſat ratio Bar.in dicto tractatu. Vbi autem incrementũ non eſſet ſeparatum,tunc hic §.& dictum Bart.haberent locum : videlicet, quòd quando eſt incrementum non latẽs,ſed apparens,veruntamen cum prædio feudali:vaſallus poſsidens feudum intelligeretur poſsidere etiam incrementum vnitum, & ſic defertur ei vaſallo iuramentum vnitum:vt in §. noſtro,ver.ſi verò fidelis in poſſeſsione.Vbi autem incrementum eſſet latens per alluuionem,tunc indiſtinctè pertinet ad vaſallum ſine iuramento : d.l. ſi fundi.§.j.&ij. Et ſtatim vidiſtis in gl.ij.ad fi.

## SVMMARIVM.

1 *Summariũ huius §.ſecundum Iacobum de Bellouiſu.*

2 *Intellectus Iacobi ad hunc §.*

3 *Reprobatur Iacobi intellectus.*

4 *Intellectus Petri de Ceruo ad §. rurſus. cum eius refutatione.*

5 *Intellectus Laudenſis ad hunc eundem §.*

6 *Antiquum feudum, reſoluto iure primi vaſalli, non reuertitur ad dominũ, ſed ad proximiorem agnatũ.*

7 *Reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris.*

8 *Limita,ſi ſecundus vaſallus eſt paratus ſeruire.*

9 *Limita ſecundò, ſi primus vaſallus refutauerit feudum agnato proximiori.*

10 *Acceptor ſecundus, ſi alio contractu quàm feudali, feudum habeat, non reſoluitur eius ius: ſecus, ſi ſine voluntate.*

11 *Vaſallus ſecundus inuitus ſeruire non cogitur primo domino.*

12 *Dominus per ſubtractionem beneficij, ſecundum vaſallum ad ſeruiendum compellere poteſt.*

13 *Actio perſonalis non ſequitur feudum.*

g

14 *Vaſallus ſecundus licet acquiſierit ius in feudo per præſcriptionem: tamen reſoluto iure primi vaſalli, eius ius reſoluitur.*

15 *Vaſallus ſecundus ſi iuſto errore præſcripſit vltra confines: reſoluto iure primi, ius quoque ſuum amittit.*

16 *Feudum pro dote reſtituenda obligari nequit.*

17 *Incrementum an ſit vaſalli vel domini.*

18 *Incrementum ſi ſit dotale, augetur ſeruitium: ſi particulare, minimé.*

19 *Incrementum factum induſtria hominis, non auget ſeruitium.*

20 *Territorium poſitum inter duos alueos, cuius ſit, remiſſiué.*

21 *Caſtri vaſalli augmentati ſequuntur progenitores.*

22 *De molendinis, fluminibus, & aqua, remiſſiué.*

§. RVRSVS SI ALIQVIS. ¶ Hic §. eſt notabilis, & habet varias lectiones: qui diuiditur in duas partes: quemadmodum duo ponuntur dicta. Secunda ibi, & ſi ille. Hoc dicit ſe-
1 cundum Iac. ¶ †Si inueſtitura fuerit facta cum omni incremento: incrementum ſpectat ad vaſallum, non ad dominum: & reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris cum omni incremento. Ad hoc allegatur ſecundum lect. Iacob. de Bellou. ¶ Not. ibi, viuente eo. ſubaudiendum eſt ad text. ſecundum Iacobum de Bellou. etiam mortuo eo, à quo inueſtituram accepit. Sic non eſt differentia, an viuente inueſtitore fiat incrementum vel eo mortuo ſecundum Iacob. & eodem modo ſubaudit ad tex. ibi, poſt mortem. eodem modo & viuente eo. Et ſic vult in effectu Iacob. quòd ſi fiat inueſtitura feudi ſiue inueſtitore viuo, ſiue eo mortuo, omne

omne incrementum pertineat ad vaſallum, non ad dominum: quando inueſtitura eſt facta à domino, 
2 vt omne incrementũ pertineat ad vaſallũ. ¶†Hæc lectio licet ſit in ſe vera, tamen non conuenit literæ, quia litera noſtra conſtituit differentiam, an viuente eo à quo vaſallus ſuſcepit inueſtituram, an verò poſt mortem: vt in tex. ibi, viuente eo. & in tex. ibi, poſt mortem. Et tamen ſecundum lect. Iac. illa verba in tex. eſſent ſuperflua contra §. quibus. in prima conſtitutione C. item quia verba de-
a bent aliquid operari. [a] l. ſi quando. ff. de leg. j. cum ſi. ¶Fuit alia lectio in hoc §. quòd in prin. huius §. ſit caſus, quòd primus vaſallus inueſtiuit ſecundũ vaſallum cum omni incremento. Et ſi incrementum fiat viuente primo vaſallo: pertinet ad ſecundum vaſallum: ſi verò poſt mortem primi vaſalli decedentis ſine liberis, & conſequenter reuertatur feudum ad dominum: tunc incrementum pertinet ad dominum: vt in ſecunda parte §. noſtri.
3 ¶†Sed hęc lectio improbatur hîc, quia primus vaſallus non poteſt alteri infeudare, niſi cum eiſdem modis, qualitatibus, & pactis quibus eſt ipſe inueſtitus: c. j. §. ſi verò. ꝗ. de l. Conradi. Sed primus vaſallus non erat inueſtitus cum omni incremento. Ergo non poteſt conſtituere alium vaſallum cum omni incremento: quia faceret deteriorem domini conditionẽ. ¶Contrà §. ſi verò. ꝗ. de inueſti. de re alien. facta. Nam vidiſtis in §. ſi quis de manſo. ꝰ. quòd incrementum aliquãdo pertinet ad dominũ. Propterea primus vaſallus in perniciem domini non poteſt dare in feudum alteri cũ omni in-
4 cremento. ¶†Quare fuit alia & tertia lectio Petri de Ceruo: videlicet, ꝙ in prin. huius §. vaſallus fuit inueſtitus à dño cum omni incremento. Si poſteà fiat incrementũ, eſt vaſalli, non dñi, ſiue fiat incrementũ viuente dño, ſiue poſt mortem. ¶In ſecũda verò parte huius §. ꝙ ſi poſt mortem primi vaſalli decedentis ſine deſcendentibus maſculis, & ſic

*a Et quòd omnẽ verbũ quantũcunq; minimum debet eſſe cum virtute aliquid operãdi, fuit dictum Bald. ventilatum ab Alex. ſuo conſ. xj. in ij. volum. et conſ. cxviij. in j. col. v. vol. Fely. in c. Rodulph. col. iij. verſi. ij. regula, de reſcri. Iaſ. in l. ſi conuenerit vlti. col. ff. de iur. om. iu. & in l. filiusfamil. §. diui. col. vj. in ver. pro iſta eorum reſponſione, de leg. j.*

quando reuertitur feudum ad dñm, ſi fiat incrementum, eſt domini, non vaſalli. Ergo à contrario ſenſu ſi fiat viuente primo vaſallo incrementum, tunc erit ſecundi vaſalli incrementum. ¶Hæc tertia lectio licet ſit vera in ſe, tamen deſtruit textum noſtrum in verbo, viuente. Nam mens & verba §. noſtri volunt conſtituere differentiam, an viuente primo vaſallo, an eo mortuo fiat incrementum. Quare putarem veriſsimum intellectum eſſe hoc
5 modo: ¶†Nam in princ. huius §. primus vaſallus erat inueſtitus de feudo cum omni incremento, deinde primus vaſallus inueſtiuit alium de eodem feudo cum omni incremento, deinde contingit feudum eſſe augmentatum alluuione, vel alio incremento: certe incrementum viuente primo vaſallo, & ſic non reuerſo feudo ad dominum, pertinebit ad ſecundum vaſallum, & ſic incrementum erit ſecundi vaſalli. Si verò incrementum fiat poſt mortem primi vaſalli decedētis ſine deſcendentibus maſculis, & ſic reuerſo feudo ad dominum, & tunc omne incrementum pertinebit ad dominum: quia quēadmodū feudum reuertitur ad dominū, ita & omne incrementum cum reſoluto iure datoris: ſcilicet primi vaſalli. Reſoluatur ius acceptoris, id eſt ſecūdi vaſalli, & ita conſtituetur differentia, an primus vaſallus decedat ſine liberis, an verò viuat, vt in tex. noſtro: quia primo caſu ſi decedat primus vaſallus, tūc feudum reuertetur ad dominum cum omni incremento: vt in tex. ibi, & ſi ille inueſtituram. Secundo verò caſu, quando viuente primo vaſallo, & ſic ſi non eſt reſolutum ius datoris, omne incrementum pertinebit ad ſecundum vaſallum: vt probatur in tex. ibi, viuente eo à quo accepit, ipſius erit. ¶No. hîc eſſe caſum ſingu
6 larem ibi, vel ad alium. †quòd vbicunque feudum eſt antiquum vel paternum reſoluto iure datoris, id eſt primi vaſalli, feudum non reuertitur ad dominum, ſed ad proximiorem agnatum, ſecundum

And.

And. de Iſer. qui allegat c.j.ꝟ. ſi vaſal. feud.priu.cui de. Et allegat etiã c.j.§.penul.quæ fuit prima cauſa benef.amit. Et ſic apoſtillabitis tex.hoc modo ibi, ad eum.ſcilicet,quando feudum non eſt antiquum vel paternum. Et in tex.ibi, vel ad alium.ſubaudite ſcilicet agnatum, quando feudum eſt antiquum vel paternum. ¶In gl.vnica.quæ incipit in §.iſto, diuiditur in duas. In prima colligit notabile :in ſecunda format quæſtionem. Secunda ibi, ſed quæ-
7 ritur. ¶In ea.gl.ibi,l.j.no. †quòd reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris : quod notabile ſic pleniùs eſt diſtinguendum ſecundum Iac.vt ſecundus ſcilicet acceptor feudi habeat feudum ex contractu feudali:& tunc reſoluto iure datoris, reſol-
8 uitur ius acceptoris, vt hac glo. ¶†Fallit,quando ſecundus vaſallus eſt paratus ſeruire primo domino, & ſuſcipere inueſtituram iuramẽto fidelitatis, dummodo inueſtitura ſecũda ſit facta ſine fraude:
9 c.j.§.j.qualiter olim feu.ali.po. ¶†Fallit ſecundò, ſi primus vaſallus refutauerit feudum agnato proximiori qui erat ſucceſſurus in feudum.c.j.§.ſed & res.ꝟ.per quos fiat inueſtitura.c.j.§.& ſi clientulus,
10 ꝟ.de alie.feud.paterni. ¶†Aut ſecundus acceptor habet feudum per alium contractum,quàm feudalem : & tunc aut cum voluntate domini:Primo caſu nõ reſoluitur ius acceptoris reſoluto iure datoris. Aut ſine voluntate domini:Et tunc reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris in feudum:§. rurſus.ꝟ.tit. proximo. Si verò contractus non erat licitus,tunc ſtatim feudum aperitur domino : c.j.ꝟ. de alien. feud.& ꝟ.de prohib.feud. alien. per Fede, c.j. Et ſic habetis in feudis deciſum argumentum, an reſoluto iure datoris,reſoluatur ius acceptoris.
11 ¶†Ad fin.glo.articulus glo.noſtræ pulcher eſt,an ſecundus vaſallus cogatur inuitus ſeruire primo domino? Reſpondit Iacob. & And. de Iſer. quòd non : quia quemadmodum ſocius ſocij mei non eſt meus ſocius : l. nam & ſocius. ff. pro ſocio. ita

vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus. ¶ Fatetur tamen, quòd ſi vaſallus ſecundus velit, poteſt ſeruire primo domino: vt probatur in cap.j.§.j.ꝭ. qualiter olim feud.alien.po.dummodo vaſallus ſecundus ſit eiuſdem qualitatis, prout primus: c.j. ꝭ.de l.Conradi.Et videbitis plenè not.in c.j.§.prę-
12 terea.ꝭ.de capi.Conradi.¶ †Bal.autem tenuit contrarium, quia imo dominus per ſubtractionem beneficij, id eſt feudi compellet ſecundum vaſallum ad ſeruiendum ei. Allegat not. per gloſſ.in §. adeo. Inſti. loca. Secundò mouetur per gloſſ. in l. pro hærede.§.ſi quidam tamen.ff.de acquir. hære. ¶ Ego autem ſequor Iacob.& Andre. primò, quia eſt textus rotundus qui non reperitur correctus in c. j. §.j.ꝭ. qualiter olim feud. alien. po. Secundò
13 moueor ratione: † Nam actio perſonalis non ſequitur feudum: l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. l. fin. ff. de contrahend. emptio. cum vulgaribus: ergo actio perſonalis competens domino contra primum vaſallum non poterit dirigi cõtra ſecundum vaſallum tenentem feudum. ¶ Nec obſtat dict. §. adeo. in gloſſ. qui non dicit ibi, quòd primus dominus habeat actionem contra ſecundum emphyteotam: ſed notanter glo.dicit, quòd primus emphyteota habet vel actionem pręſcriptis verbis,vel condictionẽ contra ſecundum emphyteotam. ¶ Et eodem modo primus vaſallus habet actionem,id eſt condictionẽ ex moribus contra ſecundum vaſallum. Nam ſecundum Baldum hîc in compoſitione, licet primus vaſallus transferat dominium in ſecundum vaſallum: vt notatur in l. ſi vt certò. §. ſi duobus vehiculum. ff. commodati.tamen remanet actio propter ſeruitia primo vaſallo: vt notatur in cap.ij. de exceſsi. prælatorum. ſecundum Bal. ¶ Hîc non obſtat dict. §. quòd ſi tamen. quia reſpondeo quòd gl. vult quòd creditor poſsit mitti in poſſeſsionem in ius libertorum vel vaſallorum debitoris ſui: non autẽ quòd dominus

poſsit

poſsit cogere ſecundum vaſallum ad ſeruiendũ ei. Faciunt plenè no.per Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff.de damno infect. & quod eleganter ſcribit Bal.in authen.ei qui iurat. C.de bon.auct.iudi. poſſ. & dicam vobis plenè in cap.j.de prohi.alien.
a feu.per Feder. ª ¶ †Quid autem ſi ſecundus vaſal
14 lus acquiſiuerit ius in feudo per præſcriptionẽ, an reſoluto iure primi vaſalli reuertetur vnà cum feudo dictum ius præſcriptionis ad dominũ? Reſpondet ꝙ ſic. Ratio peregrina, & ſingularis eſt: quia vbi præſcriptio venit in ſequelam tituli: tunc ad quem peruenit titulus, vadit etiá ius præſcriptionis. l.ſi alienam.in princ.ff.de don.cau.mor.Et no. in l.indebiti. §.ſed ſi nummi. ff.de condict.indeb.
15 ¶†Quid autem ſi vltra confines & terminos ſecũdus vaſallus prȩſcripſit iuſto errore, an reſoluto iure primi vaſalli, reſoluatur etiam ius ſecundi vaſalli, ita vt hæc præſcriptio reuertatur ad dominum? Et videtur quòd ad neutrum. Sed hoc eſt impoſſibile, ſecundum Baldum: quia feudum conſolidatur proprietati. Sed videtur contrá: argum. l. debitor. §. fi. ff. ad Treb. ¶Vos tenebitis cõtrà per tex. §.noſtri, vbi reuertitur feudum cum omnibus incrementis ad dominum. Secundò faciunt iura allegata per Bal.in præcedenti quȩſtione. ¶Nec obſt. d.l.debitor.§.fi.quia reſpondeo, quòd loquitur in fideicommiſſo, in cuius reſtitutione non veniunt accepta ex vltima voluntate: puta, per contractum vel ſententiam. ¶Eodẽ modo ſi vnus ex ſociis feudatariis præſcriberet inter confines alterius ſocij vaſalli, reſoluto iure prȩſcribẽtis reuertitur feudũ ad dominum cum iure præſcriptionis, ſecundum Bal.hîc. puta, ſi princeps conceſsiſſet in feudũ territorium duobus, & vnus præſcripſiſſet intra confines alterius: certè reſoluto iure præſcribentis, feudũ reuertitur ad dominũ cum iure prȩſcriptionis:
16 arg.huius §. ¶†Vltimò, ſi quis obligaret feudum pro dote reſtituenda, non valet obligatio. c.j. §.do

*a Et quòd dominus ſuperior nõ poſſit cogere vaſallum vaſalli ſui ad præſtãdum ſibi ſeruitia, tenet* D. Franc. Cur. *in trac. feu. in viij. charta, iiij. part. verſi. aggredior primã regulam. in fi. col. vbi etiam ſequitur ſeq. conclu. iſt. q.*

17 nare.ꝟ.qual.feud,ali.poſſ.ſecundum Bald. ¶† Cùm quæritur, an incrementum ſit vaſalli vel domini: diſtingue ſecundum Iac.de Bel. Aut incrementum eſt factum labore vaſalli, aut natura ſiue caſu fortuito. Primo caſu ſi ſeparatum eſt incrementum, illud eſt vaſalli: Si autem non eſt ſeparatum, eſt feudi: vt probatur in c.j.§.contrario.ꝟ.de inueſt.de re. ali.fact. Secundo caſu, aut certum eſt, quòd omnino incrementum debet eſſe vaſalli: quia ita tenor inueſtituræ cantat: & tunc eſt vaſalli: vt in §. noſtro. Aut eſt certum, quia ita eſt conuentum, vt incrementum non ſit vaſalli. Et tunc ſi eſt incrementum latens, eſt vaſalli propter impoſsibilem diſcretionem: ſecus ſi ſit apparens. l.item ſi fundi. §.j.ff. de vſufruct. ¶Ego autem tenerem contra Iacob. de Bel. in hoc punctulo, quòd imò omne incremẽtum ſiue latens ſiue apparẽs, ſit domini: quia tenor inueſtituræ ſic cantat, vt omne incrementũ ſit domini, non vaſalli, & tenor inueſtituræ in feudis vt dixi vobis proximè in prooemio huius operis, debet attendi. ¶Nec obſt.l.item ſi fundi.§.j.allegata: quia loquitur in dubio, nos in caſu certo, & bene poſsibilis eſt diſcretio incrementi à feudo: verbi gratia, feudum erat decem iugerũ per alluuionem augmentatum, vt ſit xx.iugerum. certè hoc caſu poſsibilis eſt diſcretio. ¶Proſequor Iac. Aut ſumus in caſu dubio, quia non apparet in inſtrumento feudali cuius debeat eſſe incrementum: & tunc

18 dicite, vt dixi in §.ſi quis de manſo.ſ̃.eo. ¶† Quærit And.de Iſer. an per incrementum feudi augeatur ſeruitium? Concludit, quòd aut augmentũ eſt totale; puta, quia incrementum eſt tãtum vel plus quantum eſt feudum, & tunc augebitur ſeruitium. Aut augmentum eſt particulare, quia non eſt tantum quantum feudum: & tunc non augebitur ſeruitium, arguendo per locum à cõtrariis in emphyteota: quia ſi perit res tota, liberabitur emphyteota: ſi verò pro parte, nulla liberabitur arte. l.j.C.de iure

iure emphy. ¶Ego tenerem contra And. quia ipſe arguit à contractu emphyteotico, non tamen augetur. Sol. Gloſſ. communiter eſt approbata, & ibi Barto. & Saly. poſt omnes in l.j. C. de iure emphy. Ergo eodem modo in contractu feudali propter
19 incrementum non augebitur ſeruitium. ¶† Quærit And. pone, eſt factum incrementum, neque natura, neque caſu, ſed facto hominis: puta, dedit in feudum vnam domum, deinde augmẽtauit dominus feudum dando palatium: quæritur, an augmẽtabitur ſeruitium? Concludit And. quòd non. Mouetur, quia imputet ſibi dominus, qui non impoſuerit certam legem ſeruitij. l. veteribus. ff. de pac. l. fina. de pact. conuen. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ff. loca. ¶Sed contra And. facit, quòd ſeruitia in feudis regulariter non ſunt determinata in inſtrumento feudali. c. j. in fi. j. in quibus cauſis feud. amit. Et dixi vobis in diuiſione feudorum in prin. operis. Et dicuntur ſeruitia conſueta: argum. l. ex certo. C. loc. Et quia ſecundum naturam eſt, quem ſequuntur commoda, ſequantur incommoda. l. ſe-
20 cundum naturam. de regu. iuris. ¶† Quærit Andr. princeps conceſsit tibi feudum, puta caſtrum, & mihi quoque aliud caſtrum in feudum: inter quæ caſtra eſt flumen in medio, diuidens tuum caſtrum à meo, deinde vis ac impetus fluminis rumpit territorium tuum, & fecit alueum nouum in territorio tuo: quæritur, an territorium poſitum inter alueum veterem, & alueum nouum ſit meũ, an tuũ? De quo articulo, quia eſſet neceſſe hìc examinare materiam, dicite vt plenè not. in l. adeo. §. inſulam. & in l. ergo. §. tribus. ff. de acquiren. rerum domin. & per Bartolum in tractatu Tiberiadis. & per Baldum in rubrica, & in l. prima ff. de rerum diuiſio-
21 ne. ¶† Quærit Bal. Princeps dedit tibi in feudum caſtrum reſeruatis aliquibus vaſallis, deinde augmentatum eſt caſtrum: quia vbi tempore inueſtituræ erant centum perſonæ, nunc ſunt mille: quæri-

tur cuius erit hoc augmentum? Reſpondit Bald. quòd ſuffecti, id eſt deſcendentes ſequuntur progenitores ſuos. l.cùm ſcimus. C.de agric.& cenſi.
22 l.poſſeſsionum.C.commu.iud.cum ſimi. ¶†Quærit hîc Bal.de molendino, de fluminibus, de aqua: de quibus dicite vt per Bart. in l.quò minus. ff.de fluminibus, &c.

## Quibus modis feudum amittatur. Titulus V.

¶Continuatio Rubricæ ad pręcedẽtes eſt in Tex. Poſſet totus titulus diuidi in x.partes: quemadmodum x.cauſę amiſsionis feudi ponuntur in hoc tit. Partes per ſe patent, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium §.huius.*
2 *Quæ ſunt iuſtæ cauſæ exhæredationis,dicũtur etiã iuſtæ cauſæ priuationis feudi.*
3 *Quæ ſunt iuſtæ cauſæ reuocandæ donationis, ſunt iuſtæ cauſæ amißionis feudi.*
4 *Vaſallus an debeat iuuare dominum iniuſtè præliantem,remißiuè.*
5 *Vaſallus etiam dominum extra territorium iuuare tenetur:aliàs feudum perdit.*
6 *Limita,vt non perdat, niſi dominum deceperit.*
7 *Vaſallus poteſt præponere ſalutem propriam,ſaluti domini.*
8 *Vaſallus relinquens dominum in prælio campeſtri, etſi ſtatim redeat,priuatur.*
9 *Mortiferè vulneratus,quando dominus dicatur.*
10 *Error non auget delictum.*
11 *Vaſallus relinquens dominum , etiam contra hoſtes obti-*

*obtinentem, feudo priuatur.*

12 *Dominus in dubio præſumitur deceſsiſſe ex vulnere.*

13 *Vaſallus relinquẽs dominum ſecũdò vulneratum, non perdit feudum.*

14 *Duo fratres ſi ſint, quorum alter dominum relinquat, alter defendat: an relinquens feudo priuetur.*

15 *Pars ciuitatis toti Reipublicæ præiudicare nequit.*

16 *Dominus ex iiſdem cauſis priuatur proprietate, ex quibus vaſallus vtili dominio.*

QVIA SVPRA DICTVM. ¶Hoc dicit totus titulus iſte: Si vaſallus peccauerit in domino, feudum amittit: ſed non reuertitur ad dominum. Hoc dicit totus iſte titulus. Tamen ego legã per
1 particulas. ¶ †Et ſi vultis ſummarium per partes,
a hoc dicit: Vaſallus perdit feudum, ſi in campeſtri [a] prelio reliquerit dominum commorantem, neque mortuum neq; mortiferè vulneratum. In text. ibi, verò non mortuum. nota, ꝙ quo ad perdendũ feudum, paria ſunt relinquere dominum nõ mortuũ,
b vel non mortiferè [b] vulneratum. Ergo à contrario ſenſu: ſi vaſallus reliquerit dominum mortuum vel mortiferè vulneratum in prelio campeſtri, nõ perdit feudum: argu. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui
2 mand. eſt iuriſd. ¶†Et no. duas ſingulares regulas: Quarum prima eſt: quæ ſunt iuſte cauſæ exhæreda
3 tionis, dicũtur iuſte cauſe priuationis feudi. ¶†Secũda regula, quæ ſunt iuſte cauſæ reuocãdæ dona-
c tionis, ſunt iuſtæ cauſæ amiſsionis feudi: [c] vt probatur in cap. j. ꝙ quæ fuit prima cau. benefic. amitt. ¶Et ſi vultis ſcire cauſas exhæredationis & reuocationis donationis, videte text. in l. fina. C. de reuocand. donat. & in §. cauſas. in authen. vt cum de app.

a *Quid ſi ſit prælium priuatũ, & nõ cãpeſtre? Vide D. Fran. Cur. in tra. feu. j. chart. iiij. par. verſic. circa primã cauſam.*

b *Vide D. Iac. in verb. & promiſerũt eidem domino ſuo præſtare ſeruitia: col. viij. verſic. xiij. Quæro vbi enumerat caſus in quibus poteſt vaſallus impune relinquere dominum in prælio?*

c *Sequitur D. Iaſ. in prælud. col. viij. quòd ex cauſis quibus poteſt donatio inter viuos reuocari, ex eiſdẽ poteſt vaſallus priuari feudo. Adde Bald. in l. iij. C. de inoff. teſta.*

app.cogno.& glo.in c.Quintauallis.de iureiuran.
¶Iſta gloſſ.vnica quæ incipit, nunquid eſt.diuiditur in quatuor,quemadmodum quatuor formãtur quæſtiones.Secũda ibi,ſed quæro.Tertia ibi,quid enim ſi brachiis. Quarta ibi, ſed conſueuit. ¶In
4 quarta glo.ibi,c.j.Iac.de Bel.concludit, †quòd vaſallus debet iuuare dominum iniuſtè præliantem: xiiij.quæſt.vj.c.j.De hoc tamen dicite,vt dicam in
5 c.j. ¶†Circa iſtam particulam glo.concludit Bal. quòd,ſi rex Francię cum magno exercitu cõtra hoſtes eſſet extra regnum ſuum : & mandaret vaſallis ſuis,vt venirent ad auxilium ſuum: tenentur va
a ſalli obedire: [a] aliàs priuarentur feudo.¶Nec obſtat l.fin.ff.de iuriſd.omnium iudicum.quia reſpõdeo,quòd Rex exiſtens cum magno exercitu contra hoſtes, dicitur ibi habere territorium, & iuriſdictionem ſecundum Cynum in additionibus, in l.iij.ff.de off.præſid.& Iac.Butr. in l.cunctos populos.C.de ſumma trinita.& fide cathol.¶In eadem glo.ibi,vt ibi dicitur.hanc gloſ. limitat veram Bal.
6 † vt non perdat feudum,niſi vaſallus deceperit do
b minum: [b] puta, quia alius erat vaſallus iturus cum domino,niſi iſte iuiſſet,qui poſtea receſsit:arg.l.in commodato.§.ſicut.ff.commod.quia non oportet beneficiis decipi,ſed iuuari. ¶In ead.ibi,ſed ſi plures.limitabitis glo. ſecundum Bal.niſi vaſallus qui non eſt potẽs ad prælium, poſsit iuuare dominum clamore:in l.cum dominus.ff.ad Sillan. ¶Ad fi.gl.
7 ſignabitis hanc glo.perpetuò.† quòd vaſallus po
c teſt præponere ſalutem [c] propriam ſaluti] domini.
8 ¶†Quæro,quid ſi vaſallus reliquerit dominum in prælio campeſtri, & ſtatim reuerſus fuerit, an priuetur feudo?Reſpondet,quòd non:argu.l.qui falſam.ff.ad leg. Cor. de fal. ¶Ego putarẽ contrariũ: primò per tex.noſtrum,qui non diſtinguit, an ſtatim,an ex interuallo:arg.l.de precio.de Publ.Secũdò ratione moueor,& fortiùs : Nã lex cõſiderauit momentũ,& punctũ : vbi ſignat iure miniſteriũ.l.
ſed &

*a An vaſallus teneatur iuuare dominũ præliantẽ extra territorium,ponit D.Fran. Curt. in j. charta,iiij. par.verſ.iij. cadit neceſſaria dubitatio.* D.Ia. *in ver. & promiſerũt eidẽ domino ſuo. col. ij. verſicu.iiij. quæro.*

*b Iſtã limitationem Bal. ſequitur D. Franc.Cur. in ij. chart. iiij.par. verſicu.v.cadit dubitatio.*

*c Vide de hoc per D.Frãc. Cur. in tra. feud.j.char. iiij.par.ver. iiij.cadit circa præmiſſa. D.Iac.in ver.& promiſerũt eidẽ domino ſuo præſtare ſeruitia. col. viij. verſic. xiij.quæro.*

ſed & peritus.in fi. vbi glo.ff. quod metus cauſa. ¶Et not.de puncto in l.Arethuſa.ff.de ſta.ho.Sed in momento horæ periculum eſſet domino fortaſſe illa hora quòd hoſtes inuaderēt dominū.¶Nec obſt.l.qui fálſam.quia regula eſt in contrariū:quia
a in delictis non eſt locus pœnitentiæ.[a] l.qui ea mē-
9 te.ff.de fur.cū ſi. ¶†Quæro,quando dominus dicatur mortiferè vulneratus? Reſpondit Bal. quòd ſi impoſsibilis vel difficilis ſit curatio,dicitur mortiferè vulneratus : ſecus , ſi facilis ſit curatio : ar.l. marcem.ff.loca.& l.ab hoſtibus.§.fi.ff.ſo.ma.¶Vos adijcite,ſtandum eſſe iudicio medicorum.l.ſemel. C.de re mil.lib.vj.Et no.in prima cōſtitutione Di
10 geſtorū.¶†Quid autē ſi vaſallus relinqueret dominum, putans eum non mortiferè vulneratum, cùm in veritate eſſet mortiferè vulneratus:an per-
b det feudum ? Reſpondit Bal. quòd non:[b] quia error non auget delictum:vt l.inter omnes.§.rectè.
11 ff.de fur.¶†Quæro,ſi vaſallus reliquerit dominū in prælio qui dominus obtinuit contra hoſtes,vel in nullum incidit periculum , an priuabitur feudo vaſallus qui reliquit dominum? Reſpondit Bal. eū priuari : quia tex.noſter loquitur indiſtinctè. Et quia iſta fuga vaſalli eſt res pernitioſa.l.Cicero. ff. de pœnis. vos melius allegate:l.ſi quis aliquem. §.abortionis.ff.de pœnis.ibi,pernitioſi ex emphy.
12 ¶†Quid ſi dominus vulneratus deceſsit, an preſumatur deceſsiſſe ex illo vulnere:vt ſcilicet vaſallus relinquens dominum non perdat feudum?Reſpódeo ſecundum Bal.quòd præſumitur in dubio deceſsiſſe ex vulnere,niſi probetur contrariū:quia exitus acta probat : & effectus denotat cauſam:

*a Adde quòd D.Frā.Cur. in trac.feud. in j. char. iiij.par.ver. vij. quæro. tenet cum D.Lau.hic, & dicit iſtā quæſtionem decidi per doctrinā Bart. in d.l ea mēte. vbi vult quòd quoniam actio eſt à principio pœnalis: quòd in caſu iſto non habet locū pœnitentia.*

*b Adde D.Frā. Cur.in trac. feud.j.char. iiij.par.ver. x.quæro.vbi dicit quòd veritas iſtius art.depēdet ab eo,an delictum nemini nocens ſit punibile. Tenet tamē cū D.Lau.hic.Et ibidē in ver.ſeq.tenet cū d.Lau.hic,quòd præſumatur in domino dominus vulneratus deceſsiſſe ex vulnere:vbi dicit quòd admittitur vaſallus ad probandum, quòd dominus deceſsit propter mala medicamēta:& nō ex eo quòd fuerit vulnus mortale. Et quid quando fuga vaſalli nō nocuit domino:vide D.Iac.in verbo,& promiſerunt eidem domino ſuo præſtare ſeruitia.col. viij.ver.quæro, ponamus.*

13 vt l. rē non nouam. ad fi. C. de iudi. ¶ † Quid ſi dñs relictus à vaſallo in prelio ſit vulneratus mortiferè, deinde iterū & ſecundò dominus fuit vulneratus: ex quo ſecundo vulnere deceſsit dominus, an vaſallus perdat feudum? Bal. concludit, quòd non: quia vaſallus relinquit dominum mortiferè vulneratum, vt hîc. ¶ Nec obſtat l. huic ſcripturæ. §. j. ff. ad l. Aquil. quia reſpondet Bald. quòd fictio illius l. non habet locum in feudis. Vel aliter: Ego reſpōdeo, quòd ibi erat dubium, an primum vulnus erat mortale: propterea non tenetur de occiſo, ſed de vulnerato. At in caſu noſtro certum erat eū mortiferè vulneretū: ar. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.
14 iuncta glo. in d. l. huic ſcripturæ. §. j. ¶ † Quæro, ſunt duo fratres vaſalli in prælio cū domino: quorum vnus derelinquit dominū, alius verò ſua probitate defenſauit dominum ab hoſtibus, an frater qui dereliquit dominum, priuabitur poſſeſsione feudi? Determinat Bal. quòd nō. l. ſi is qui duos. ff. de libe. lega. ¶ Ego ſub dubio fortè teneo contra Bal. Nam delictum & culpa debent tenere auctorem ſuum. l. ſancimus. C. de pœnis. l. crimen. ff. eo. ti. quod ſtatuitur in duabus perſonis, ſtatuitur in vna: l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. Sed ſi ambo fratres vaſalli reliquiſſent dominum, perderent feudum: vt in hoc principio. Ergo ſi vnus reliquerit dominū, pro portione ſua debet perdere feudum. Facit l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Faciūt ſcripta per Bal. in ſimilibus in l. fraudati. ff. de Publi. Et quod no. glo. in l. communi diui. niſi ſaluando Bal. intellexerimus, quādo feudum eſt indiuiduum: vt feudū Marchię, ducatus, &c. c. j. §. producatur. ꝟ. de prohi. alie. feu. per Fede. arg. dicta l. ſi is qui duos. Nam liberatio per acceptilationem factam vni ex correis debendi, ſociis, extenditur ad alium ſocium: quia impoſsibile eſt vnum liberari ſine reliquo. arg. l. iij. §. nunc de effectu. ff. de libe. leg. Facit l. eandem. §. j. ff. de duobus reis. Secus autem ſi feudū ſit diui-

uiduum

15 duũ hic ceſſante ratione d.l.ſi is qui duo. ¶†Quid ſi communitas Senenſium haberet feudum ab eccleſia, vel ab Imperatore, & pars vna ciuitatis: puta, populares commiſerunt cauſam vnam priuationis feudi, an ciuitas perdet feudum, cùm alia pars ſcilicet nobilium, non ſit in culpa? Reſpondet Bal. quòd non: quia neque delinquendo neque contrahēdo vna pars ciuitatis nocet toti ciuitati: arg. no.in c.noſtra.de iniur.ſecundum Bal. Faciunt no. per Bar.in ſimili in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Et faciunt etiam ſcripta per Bar.in l. aut facta. ff.de pœnis. ¶Subdit Bal. vnam pulchram regulam in materia feudorum, quòd ex quibus cauſis vaſallus perdit feudum, ex eiſdem dominus priuabitur proprietate: c.j. qualiter dom. propr. priuetur. Quid enim ſi prælatus eccleſiæ quæ eſt domina feudi, committit cauſam priuationis feudi contra vaſallum, an eccleſia priuabitur proprietate? Concludit Bal. ſe remittendo ad no.in c.j.§.fi.j. de capi.Conradi, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus amicitiam contrahens cum inimicis domini, feudo priuabitur.*

2 *Limita, niſi dominus fuerit ignorans.*

3 *Vaſallus non priuatur, niſi cauſa cognita.*

4 *Fallit in culpa alienationis feudi.*

5 *Vaſallus delinquens in domo domini cũ ſorore eius, vel vxore extra domum: feudo priuabitur.*

6 *Colloquium turpe non facit perdere feudum: ſecus, turpe oſculum.*

7 *Vaſallus cõcumbens cum vxore domini, feudo priuatur, ſi faciat id ſciens: ſecus, ſi ignorans.*

8 *Quod dicitur de vxore, an locum habeat in concubina.*

ITEM

§. ITEM SI FIDELIS. ¶Iſte §. diuiditur in vij. partes, quemadmodum ponuntur ſeptem cauſæ priuationis. Secunda ibi, aut cõcũbere. Tertia ibi, aut cum ea. Quarta ibi, vel cũ filia. Quinta ibi, aut nuru. Sexta ibi, aut cum nepte. Vltima ibi, aut cum ſorore. Hoc dicit: in hoc §. turpi ponuntur ſeptem cauſæ priuationis feudi. ¶Not. ex hoc tex. quod dixi in ſummario in gl. quæ incipit, vel cum inimicis domini: ſ.ti. de feu. guar. vbi vna concluſio Iaco. de Bel. & And. ibi, §. cùm patro-
1 nus. ¶†Not. glo. allegabilem in curiis principum contra vaſallos contrahentes amicitiam cum inimicis domini, quia priuabuntur feudo: quia præſumptio eſt, quòd in perniciem domini contracta fuerit amicitia: contra quam præſumptionem admittitur probatio in contrarium: vt l. diuus. ff. de in integ. reſti. l. non ſolùm. §. denuo. ff. de ritu nup. puta, iuſtus metus excuſaret vaſallum contrahentẽ amicitiam cum inimicis domini. arg. l. nouiſsimè.
2 ff. quòd fal. tuto. auctor. ¶†Ad fi. glo. hanc glo. limitabitis veram ſecundum Iac. de Bel. & Bal. niſi dominus fuerit ignorans, vel niſi dominus non habuerit ſpacium quærendi: arg. l. mater. ff. de inoffi. teſta. & l. excipiuntur. ff. ad Silla. ¶In gl. quæ incipit, hoc ideo. ad fi. De hac gl. dicite vt plenè no. in l. ſi quis nõ dicá rapere. C. de epiſc. & cle. ¶In glo.
3 quę incipit, puta vnde quid. ad fi. not. † quòd vaſallus nõ priuatur feudo, niſi cauſa cognita & ſententia priuatiua. ¶Fallit in culpa alienationis feudi.[a] ſecundũ Bal. allegantẽ no. in c. ex parte. de feudis.
4 ¶†In glo. quæ incipit, quidam habent. ad fi. Bal. tenet contra iſtam glo. quòd imo ratione loci priuatur vaſallus feudo. ¶Vos autem diſtinguẽdo cõcordabitis: Aut loquimur in ſorore domini, & tũc ſi delictum fiat in domo domini, priuatur vaſallus feudo: ſecus, ſi extra domũ. Et ita loquitur Bal. Aut loquimur in vxore domini, filia, nuru vel nepte: & tunc non diſtinguitur, an delictum fiat in domo domini

*a Iſtud eſt magnum dictum & magna limitatio ad regulã quòd vaſallus nõ poteſt priuari feudo, niſi cõuicta culpa: vt non procedat, quãdo vaſal. filius priuatur per alienationẽ: ita dicit mirabile. Et vide D. Franc. Cur. qui multa in contrariũ adducit, in tract. feud. pen. cha. iij par. ver. poſt enumeratas cauſas.*

5 domini,vel non:†quia vtrobique priuatur vaſallus
feudo. Et hanc differentiam ponit tex.in cap.j.§.
item ſi dominus. infrà, quæ fuer. prima cauſa be-
nefic. amit. Et ideo ſecundum Iacobum de Bello-
uiſu litera debet ſtare hoc modo. Hoc ita obti-
a net, ſi in domo domini maneat: [a] ſubaudite, non
autem debet dicere. in text. Simpliciter hoc ita
6 obtinent. ¶† An colloquium turpe vaſalli faciat
perdere feudum, ſiue perſuaſiones? Reſpondit
Andreas de Iſer. & Baldus, quòd non: ſecus in
oſculo turpi:vt probatur in tex.ibi,turpiter.Et ſe-
cus, ſi vaſallus dederit vel opem vel conſilium,
vel perſuaſerit:quia tunc amittit feudum.arg.l.ſæ-
pe.de verborum ſignificat. l.j.§. perſuadere. ff. de
ſeruo corrupto. ¶ Item not.illud verbum ſingu-
lare ſecundum Baldum quòd oſculum pacis in ec-
cleſia non remititit iniuriam: ſed bene rancorem.
7 arg.n.o.in cap.olim. de iniur. ¶† Item limitabitis
iſtum textum quando vaſallus fuit ſciens: ſecus,
ſi ignorabat iuſta ignorantia eſſe vxorem domini
vel filiam: arg.gloſſ. in ſequeuti §. quæ incipit, ita
tamen. Et not. ſecundum Baldum, quòd illa ver-
ba, aut concumbere ſe exercuerit.non referuntur,
niſi ad vxorem domini. ¶ Ego puto contrarium,
quia vna determinatio,&c. argu.l.quamuis. C.de
de impu. & aliis ſubſti. Secundò, quia clauſula in
principio poſita refertur ad omnia ſequentia: vt
not.in l.ſi idem cum eodem.§.fi.§.de iuriſ.om.iud.
b in l.j.C.de lib.præte.vel exhęredat. [b] ¶ †Et not.
8 quòd Bald. vult quòd hic §. habeat locum etiam
in concubina domini. ¶ Ego puto contrarium,
quia ſumus in materia pœnali. Ergo ſtrictè pro-
cedendum: arg.l.cùm quidam.de lib. & poſthum.
Secundò,quia non eadem ratio in concubina pro-
ut in vxore: quia dignior eſt vxor quàm concubi-
na: & magis enim fauemus vxori quàm concubinę
in diſpoſitionibus iuris.l.item legato.§.parui.ff.de
legat.iij. & dixi in l.j.cum authent. ſua.§. vnde vir

*a Quid in ſorore domini iam maritata, quæ tamen adhuc erat in domo domini: vide Do. Fran. Curt. in trac. feu. iij. charta, iiij. par. verſicul. circa hanc cauſã.*

*b An prædictæ procedãt in eo, qui turpiter loquitur cum vxore domini: vide D. Fran. Cur. in trac. feud. in ij. chart. iiij. part. verſic. iiij. principalis cauſæ priuationis. Et ad omnia hîc dicta de vxore domini, vide Do. Franc. ibidẽ in verſic. ij. princi. cauſa priuationis, &c.*

& vxor. quia illa lex & illud edictum non habent locum in concubina, neq; in concubinario.[a]

[a] *Contra D. Lauden. hoc optimo fundamẽto tenet Do. Curt. in trac. feu. in j. chart. iiij. par. ver. circa hãc ſecũdam cauſam. Et quid in pediſſequa domini, & quid ſi pſonæ ſuprà nominatæ ſint meretrices, an procedat iſte tex. D. Frãc. ibidẽ in cõſi. ij. ver. quæro. & verſi. ſe. Vide D. Iaco. in ver. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere. co. viij. verſic. nona cauſa. vbi ponit de vxore ſorore pediſſequæ domini, etc.*

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus aſſultum faciens in perſonam domini, feudo priuatur.*

2 *Aggredi locum, quando vaſallus dicatur.*

3 *Vaſallus occidens fratrem ſuum feudo priuatur.*

4 *Nepotis appellatione continetur filius fratris.*

5 *Libellarius contractus, quid ſit.*

6 *Vaſallus plus medietate concedens libellario ſeu pignoris nomine, feudo priuatur.*

7 *Vaſallus cedens loco trãſactionis plus medietate, feudo priuatur.*

8 *Vaſallus aggrediens locum in quo dominus ſit, ſiue ſciens, ſiue ignorans, perdit feudum.*

9 *Vbicunq; vaſallus facit contra formam fidelitatis, feudo priuatur.*

10 *Grauiùs dicitur facere delinquendo contra iuramentum, quàm contrahendo.*

11 *Vaſallus alterius locum aggrediens in quo ſit dominus, non priuatur, ſi ſit ignorans.*

12 *Vaſallus proditoriè interficiens fratrem domini, feudo priuatur.*

13 *Vaſallus interficiens dominum ad ſui defenſionem, non priuatur.*

14 *Vaſallus propter proditionem feudum amittit.*

15 *Vaſallo interficiente proprium fratrem, feudum reuertitur ad agnatos.*

16 *Cucurbitationis delictũ maius eſt, quàm homicidij.*

17 *Vaſallus ſiue alienet totum, ſiue partem, feudo priuatur.*

18 *Vaſallus alienans non perdit feudum, niſi perueniat ad actum traditionis.*

19 *Prælatus an poßit remittere feloniam, ita vt vaſallus non perdat feudum.*

20 *Vaſallus an propter neceßitatẽ poßit alienare feudũ.*

§. SIMILITER SI DOMINVM. ¶Diuiditur in ſex partes quemadmodum ſex ponuntur cauſæ feudi priuatiuæ. Secunda incipit ibi, vel caſtrum. Tertia ibi, item ſi fratrẽ. Quarta ibi, vel nepotẽ. Quinta ibi, aut ſi libellario. Sexta ibi, aut pro pignore. Hoc dicit hic §. Similiter hîc ponuntur ſex cauſæ priuatiuæ feudi, quibus feudũ
1 ad dominum reuertitur. Hoc dicit: ¶†No. ibi, aſſilierit. quòd ſi vaſallus inſultum fecerit in perſonam domini, feudo priuatur. Et not. quòd aſſultus dicitur, id eſt in alium ſaltus ſiue pedes ſiue eques: ſiue in terra ſiue in mari. l. j. §. cũ arietes. ff. ſi quad. pau. fe. dic. l. quẽadmodum. §. ſi nauis. ff. ad l. Aqui. Vbi aũt inuicem vaſallus & dominus non poſsint attingere: puta, in duabus turribus: tunc non dicitur inſultus ad perſonam, ſed ad locum, ſecundum Bal. hîc allegantem tex. ibi, vel caſtrum. Nam iſte §.
2 in prin. ſuo loquitur de inſultu in perſonam. ¶†Et dicitur aggredi locus ſecundũ Bal. à vaſallo, quando poteſt proiicere iacula, [a] vel aliter expugnare locum: quod tamen puto relinquendum arbitrio iudicis. l. j. in fi. ff. de iure deli. ¶No. tex. ibi, ſciens. ſubaudiẽdum eſt, maximè. quia idem eſt ſi ſit ignorans, vt ſtatim videbimus in gloſſ. & not. text. coniuncta glo. quòd aliquando verba iuris non ſignificant miniſterium iuris. Nam licet tex. dicat, ſciens.
3 idem tamẽ ſi ignorans. ¶†No. ibi, ſi fratrem. quòd vaſallus occidens fratrem ipſius vaſalli vel filium
4 fratris perdit feudum. ¶†Et not. tex. ibi, nepotes. quòd appellatione nepotis continetur filius fratris: quod facit ad priuilegia. Ex propria ſignificatione nepos non ſignificat filium fratris. leg. iure-

*a Cum iſta & ſeq. deciſ. tenet ſimpliciter Cur. in tract. feud. ij. chart. iiij. par. ver. ix. & ver. x. cũ priuationis. vide D. Iac. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt non cõmittere. col. ix. verſic. x. cauſa priuationis.*

conſultus.ff.de gradi.l.liberorum.de verborum ſignification. quia ſignificat filium filij propriè: de quo articulo dixi plenè in l.fin.C.de ſucceſſ.edict.
5 ¶ † Not. ibi, libellario. quòd libellarius contractus dicitur ſecundum Iacob.de Bello, contractus emphyteoticus, vel quando feudatarius hoc modo cõcedit vt ſemel, puta ad 29.annos: pone, duos ſolidos ſoluat, vel quando datur ad renouandum: vel ſecundum Bart. in l.ſi finita.§. ſi de vectigal. ff. de damno infe. quando vaſallus concedit feudum alicui ſub viliſsima penſione.capi.j. qualiter feud. olim alien.po.& in c.j.de prohib. feud.alienat.per Lotha. Vel ſecundum Bald.libellus ſiue precariè contractus dicitur, quando vaſallus vel emphyteota concedit vſque ad xxix.annos cum pacto, vt det nunc: pone, duos ſolidos pro qualibet libra extractionis ſiue exiſtimationis rei, & omni anno recipiens ſoluat vaſallo vel emphyteotę centum: puta ſtaria frumenti, pro recognitione & cenſu: vel quando fit cũ pacto: vt fiat renouatio finitis xxix. annis, & iteratò ſoluatur aliqua certa quantitas nomine laudemij. c. j. quid iuris, quãdo vaſallus poſt alienationem feudi feud. recuperauit. De iſtis tamen contractibus qui magis ſunt conſuetudinis, quàm iuris, dicite vt not.in auth.ingreſsi.C.de ſacroſanct.eccle.in l.j.C.de iure emphyte.& ibi per Cynum, & Canoniſtas in c.in præſentia.de proba.
6 ¶ †No.ex eodem text. quòd ſi vaſallus plus quàm ex medietate feudi conceſſerit libellario, aut pignoris nomine: tũc vaſallus perdit feudũ. ¶ Quid autem iuris ſi hodie dicam in gloſſa, Nota in tranſactione, alij habent, re tranſacta. Exponit Iacob.
7 de Bellovi. hunc textum hoc modo: † quòd ſi vaſallus ceſſerit loco tranſactionis pro pignore plus medietate feudi, perdit feudum: quia vaſallus dicitur bracator: c. j.ſ. de feud. dato in vicem legis commi. ¶ Bal.autem aliter exponit, quòd vaſallus perdit feudum, ſi dederit pignora plùs medietate feudi

ſeudi cum pacto, vt ſorte non ſoluta ad tempus dominium feudi pignorati ſit creditoris.arg.l.j.C.de pact.pignor. ¶ Vel aliter ego intelligerem textum generaliter, qualitercunque vaſallus dederit pignori plus medietate feudi, ita vt dominium remaneat penes creditorem: vt probatur in text.ibi, vel dolo hoc geritur. ¶ Gloſſ.quæ incipit, ita tamen. diuiditur in tres. In prima gloſſa tollit tacitum contrarium de c.j.ꝟ.de noua form. fide. In ſecunda contra dictam tacitam ſolutionem format contrarium. Et ſoluit in tertia forma aliud contrarium. Secunda ibi, ſed tu inſtabis. tertia ibi, licet videatur obuiare. ¶ In ea. ibi, facit vt intelligatis
8 gloſſ.oppo. † Nam tex.noſter vult, quòd vaſallus priuetur feudo, quãdo aggreditur caſtrum in quo ſciuerit eſſe dominum vel dominam. ¶ Sed contrà, quia ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit ibi dominum vel dominam, priuatur feudo: cap.j.de noua form.fide. ¶ Glo. noſtra fatetur contrarium ſubaudiendo, maximè. Ex qua gloſſ.no.quòd vaſallus aggrediens caſtrum domini, priuatur feudo: ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit dominum vel dominam
9 ibi eſſe. ¶ † Ex ea.gl.no.pulchram regulam ſecundum Iacobum de Bell. quòd vbicunq; facit vaſallus contra formam fidelitatis iurameti, perdit feu-
10 dum. ¶ In ea.glo.ibi, priuatur.no. † quòd grauius dicitur facere vaſallus, quando delinquendo facit contra formam iuramenti, quàm quando contrahendo: tamen hodie etiam contrahendo: puta, alienando vaſallus priuatur feudo. c.j.ꝟ.de prohib.
11 feu. ali.per Fed. ¶ † Ad fi.glo.no.differentiam, an vaſallus aggreſſus fuerit locũ domini vel alterius: quia primo caſu ſiue ibi ſit dñs ſiue non, priuatur feudo: ſed ſecũdo caſu quando locus aggreſſus nõ eſt domini, non priuatur vaſallus feudo, niſi ibi fuerit dominus vel domina. ¶ In gl.quæ incipit, quęritur.ad fi.not. ſecundum Iac.de Bel. Andr. & glo.
12 † quòd ita demũ vaſallus occidens fratrem domini

vel ipſius vaſalli, perdit feudum, ſi proditoriè interfecerit: aliàs ſecus.c.j.an ille qui interfecit fratrem domini. Et dicitur proditoriè interfeciſſe: quando diffidentia eſt aggreſſus, & interfecit fratrem: Pro quo allegate dictum Io.Andre.in c. pro humani.de homicid.in nouella. Et not.in l. ex hoc
13 iur.ff.de iuſti.& iur. ¶ Et not. † quòd vaſallus qui interfecit etiam dominum ad ſui defenſionem, nõ perdit feudum: vt not.in §.ſi quis alium.ī. de pace
14 tenenda.Facit l.vt vim.ff.de iuſt.& iure. ¶ † Et no. ex hac glo. ſecundum Iacob. de Bel.quòd propter proditionem vaſallus perdit feudum. Ratio verò, quia feudum dicitur à fide: vt vidiſtis in proœmio huius operis. Facit c.j.ī.in qui.cau.feud.amit. Sed
a proditor [a] non habet fidem.igitur,&c. ¶ Item no,
15 † quòd vbi vaſallus interfecit fratrem domini, feudum reuertitur ad dominũ. vt hoc §. Si autem interfecerit fratrem ipſius vaſalli, feudum reuertitur ad agnatos: de quo videbimus in c. ſi vaſallus culpam.ī.ſi de feud.ſue.contro.& in c.j.ſi vaſallus feu. pri.cui def. ¶ Sed contra iſtum tex.& glo. oppo.
16 de §.item ſi fidelis.ī.eo. † vbi cucurbitas ſororem domini priuatur feudo. Sol.ſecundũ Iac.de Bel. & Bal.Maius eſt delictum cucurbitationis, quàm homicidij.l.iſti quidam.§.penult.ff.quod metus cauſa. ¶ In glo.quæ incipit, nunquid à toto.ad ſi. not.
17 † quòd hodie vaſallus ſiue alienet totũ ſiue partem feudi, priuatur toto. ¶ Sed quando alienat partem
b de æquitate canonica, non priuatur toto feudo: [b] ſed parte alienata, ſecundum Baldum allegantem
18 no.in c.ex parte. extra, de feudis. ¶ † Notandum eſt multùm ſingulariter ſecundum Bald. hìc, quòd vaſallus vendendo vel pignori obligando, vel aliter alienando, non perdit feudum: niſi perueniat ad actum traditionis. vt not. per Dy. & alios in l. alienatum.ff.de verborum ſignifi. ¶ Vos adiicite no.allegantem Spec.ti.de loca.§.nunc aliqua.verſi. xcv. an prælatus poſsit remittere feloniam & iniuriam

*a Et quis dicatur proditor, ponit Bar.in l. reſpiciendum. §.delinquũt ff.de pœ. Adde etiã quòd cum D.Laudenſ. hìc tenet Curt. in tract. feud. iij.char.iiij. part. verſi. xxj.cauſa.*

*b An per alienationẽ partis priuetur vaſallus à toto, D.Frã. diſcutit plenè in tract. feu.pen.charta iiij.part. verſi. reſtat tamẽ adhuc.*

iniuriam vaſallo?Ego conſului in tali caſu:Epiſcopus Aſteñ.habet multos vaſallos,quorum vnus aggreſſus eſt caſtrum epiſcopatus Aſteñ. propter quam feloniam vaſallus perdit feudum : vt hoc §. quærebatur,an epiſcopus poſſet remittere hanc

a feloniam [a] vaſallo, † ita vt vaſallus retineat feu-

19 dum?Bald.in cap.j.in iij.collat.ā.qui feudum dare poſſunt. concludit, quòd aut iniuria eſt propriè prælati, & poteſt eam remittere. Aut eſt communis,prælati & capituli:& tunc non poteſt remittere ſine capitulo,argumen.not.in l.ij.C.de liber. & eorum liberis. ¶Vos adiicite,quòd prædicta ſunt vera, niſi iniuria reſpiciat principaliter eccleſiam: vt eſt in caſu præmiſſo. Nam tunc prælatus nō poteſt remittere iniuriam eccleſiæ:vt gloſſ.ordinaria in cap.deſideres.& cap.contingit.de ſententia excommun. Ratio, quia prælatus non eſt dominus, ſed adminiſtrator. cap.fraternitatem. de donatio. Et no.quod Ardi.in cap.ſtatutum. de reſcriptis.in vj. ¶Sed adminiſtrator non poteſt facere gratiam remiſsiuam : l.præſes. & ibi in gloſſ.C.de tranſact. Facit l.ambitioſa.ff.de decre.ab ord.fac. ¶Et quia prælatus non poteſt remittere iura eccleſiæ:vt no. Innocen.in cap.accedentibus. de priuile.Limitate prædicta, niſi expedierit eccleſiæ facere hāc ra-

b miſsionem : [b] puta, quia vaſallus eſſet potens taliter,quòd ſi prȩlatus non remitteret,deſtrueret bona eccleſiæ:argumen.not.in l.pactum curatore.C. de pact.& ibi per Baldum. ¶Opponit hîc Bald.de cap.j.ꝟ.de ſucceſsio.feud. & ſoluit faciendo tres caſus:quia aut delinquitur in perſona domini,aut ex perſona domini, aut alienando : de quibus dicam vobis latè in cap.j.§.fina.ꝟ.quæ fuerit prima cau.benefic.amit.& ibi per Iacobum de Bel.& Bald. ¶Vl-

20 timò quærit Bald. † an vaſallus propter neceſsitatem poſsit alienare feudum ? De quo articulo dicam plenè in cap.j.ꝟ.de prohib.feud.alien. per Federicum, &c.

*a Adde, quòd in propriis terminis de epiſcopo conſuluit* D.Iaco.*quamuis non faciat mentionem de* D.Laud. *hîc in tract. feu.in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere.in xv.col. verſi. quidā epiſcopus.*

*b Anſolus prælatus poſsit remittere feloniam,ponit* D. Frāc. Cur. *in tract.feu.vij. char.ij.par. verſi. xxvj. & vltimò quæro.*

# SVMMARIVM.

1 *Olim alienatio licita erat ad medietatem vſque: hodie verò prohibita eſt.*

2 *Hodie etiamſi minus medietate vaſallus alienet, priuatur.*

3 *Hæredis verbum, in feudis intelligitur de deſcendentibus maſculis.*

4 *Vaſallus poteſt refutare feudum domino.*

5 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, niſi vaſallus paratus ſit ſeruire domino.*

6 *Terminus vniuerſalis negatiuus recipit limitationē & reſtrictionem.*

7 *Cum hærede & ſine hærede quis decedere poßit reſpectu diuerſorum.*

8 *Feudum ſi euincitur culpa datoris, acceptor de euictione agit: ſecus, ſi ſine culpa auctoris.*

§. 1 RVRSVS SI FIDELIS. ¶Pro euidentia ſciendum eſt, † quòd olim erat licitum alienare, vel ad libellū dare feudum vſque ad medietatem: hodie autē iure nouiſsimo eſt prohibitum. c.j. de prohib. feu. alie. per Feder. ¶Item ſciendum, quòd præcedenti proxi. §. contractus erat licitus: licet hodie iure nouiſsimo, ſecus: vt

2 ſtatim dixi. Hoc dicit: ¶ †Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. No. primò, quod dixi in ſummario: Not. ibi, minus medietate. Quid autem ſi medietatem feudi dederit ad libellū, vel pignori obligauerit? Reſpondeo idem, prout ſi minus medietate. c.j.ꝟ. de alie. feud. ſecundum Iacob. de Bel.

3 ¶No. ibi, quod ſine hærede. † quòd in feudis verbum, hæres. debet intelligi de deſcendentibus maſculis. cap.j. §. & ſi clientulus.ꝟ. de alien. feu. l. ex facto. §. fin. cum glo. ff. ad Treb. ¶No. tex. ibi, domino re-

4 no refutauerit. †quòd vaſallus poteſt refutare feu dum domino. c.j.§.fin.ꝓ de vaſal.qui contra conſt.
5 Loth.¶ †No.tex.ad fin.quòd ſi vaſallus qui dedit feudum ad libellum vel pignori, refutauerit feudum:quòd ſoluitur ius accipientis ad libellum vel pignori. ¶Sed contra hunc tex.oppo. de c.j.qualiter olim feud.alien.pot. Solut. Secundum Iacobum de Bello.Andr.& Bald. ſubaudiendum eſt ad textum ibi, nullo iure. ſe aduerſus dominum tue-
a ri poterit,niſi acceptor paratus ſit ſe inueſtire, [a] & ſeruire domino:vt in contrario allegato. Tene mẽ
6 ti hanc limitationem, † quia terminus vniuerſalis negatiuus recipit limitationem & reſtrictionem. Facit l.ob æs.C.de præd.minor.& l.fin. C.ſine cen ſi.vel reliquiis. ¶Gloſ.vnica.diuiditur in tres. Nã in j.glo.ſe remittit:in ſecunda quærit ſe remittendo : in tertia quærit & ſoluit. Secunda incipit ibi, ſed quæritur. Tertia ibi,ſed nunquid. ¶In eadem
7 ibi,in aliis bonis. not.gloſſ. †quòd quis poteſt decedere cum hærede, & ſine hærede eodem tempore reſpectu diuerſorum. Nam reſpectu bonorũ feudalium poteſt decedere ſine hærede : vt hoc §. in bonis autem allodialibus cum hærede quemadmodum miles.l.ſi certarum.§.Iulianus.ff. de teſtamen.mil.Et dixi in l.j.& in l.milites.C.de teſtamẽ. mil. ¶In eadem gloſ.ibi,cum de re aliena. vos ſoluite contra gloſſ. ſecundum Iacob.de Bel.& Bald.
8 † Aut culpa auctoris : & ſic primi vaſalli euincitur feudũ:puta,propter feloniam primi vaſalli:& tunc indiſtinctè acceptor poteſt agere de euictione, vt no.in c.j.in princ.de inueſti.de re ali.fact.ſiue fuerit ſciens ſiue ignorãs acceptor. Aut euincitur feu dum naturaliter ſine culpa auctoris, id eſt datoris: puta, quia primus vaſallus decedit ſine hærede: vt in §.noſtro,& tunc non agitur de euictione. Gloſ. eſt valde ſingularis in l.ſi familiæ.C.fami.herc.niſi acceptor fuerit ignorãs,vel ſibi prouiderit de euictione per pactum vel ſtipulationem : vt not.in l.ſi

a *Hanc limitationẽ refert & ſequitur D. Iaco. in verbo,& vnus ex dictis vaſallis. pen.col.verſic. dubitatur etiam.*

fundum.C.de euictio. & facit quod eleganter ſcripſit Angel.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verborum oblig.¶Ad finem glo.no.quòd ſi culpa ſecundi vaſalli primus amittat feudum, reſoluitur etiam ius ſecundi vaſalli acceptoris. ¶Opponit Bald.contra iſtum tex.de l.ſi partem.§.fi.ff.quemadmodum ſeruit.amit.de l.fin.ff.de pact.cum ſimilibus. vbi factum vnius non nocet alteri. Sol.contrarium eſt verum, niſi natura rei ſit ad id deſtinata.l.qui cum alio.ff.de regul.iuris.Vos allegate rationem tex.in l.ſi quis domum.§.j.ff.locati.Proſpicere enim debuit, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Conſentienti vt perdatur ius ſuum, non datur regreſſus ad ius cui renuntiauit.*

2 *Dominus conſentiens vaſallo alienanti, an etiã intelligatur conſentire quo ad directum dominium.*

§. 1 PRAETEREA SI ILLE. ¶† Conſentienti vt perdatur ius ſuum, non datur regreſſus ad ius ſuum cui renuntiauit: Hoc dicit hic §.præterea. ¶Not.ſummarium, & duobus modis ponit caſum in hoc §.Pone: eſt cõſuetudo, ꝙ primogenitus ſuccedat in regno vel alio principatu: ſecundogenitus cum conſenſu primogeniti fuit inueſtitus de hoc regno, principatu vel alio feudo, certè ſecundogenitus erit rex, princeps,& habebit feudum.Vel aliter pone caſum:Omnes filij æqualiter ſuccedunt in feudo: vt vidiſtis ſ.qui feud.dare poſſ.c.j.§.cùm verò Conradus.Vnus ex filiis ſi vult inueſtituram in feudo eſſe alterius fratris ſui: certè frater ſolus inueſtitus habebit feu-
2 dum.¶Circa iſtum tex.quærit Bal.†quid ſi dominus conſentiat vaſallo alienanti feudum, an intelligitur ſolùm conſentire quo ad vtile dominium, an etiam quo ad directum?Reſpondit Bald.ꝙ quo
a ad vtile dominium tantúm: [a] qui allegat Innoc.in c.inter

*a D. Laur. in conſi.ſancimus. infrà, quo tempo. mil. & ibi addidi.*

c.inter dilectos.de fide inſtru.¶In gl.quæ incipit, ſed nunquid.ad fin. Dicite de hac glo.vt plenè per Bart.in l.quæ dotis.ff.ſol.matrimo.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium totius §.ponitur.*
2 *Diuiſio feudi inter fratres locum habet.*
3 *Si feudum ſit indiuiſibile, quomodo fieri poßit diuiſio feudi.*
4 *Fratre plus medietate ſuæ medietatis alienante, ac decedente, feudum ad dominum reuertitur.*
5 *Feudum de camera & cauena, quid ſit.*
6 *Feudum de curte, quid ſit.*
7 *Diſtrictus quid ſit.*
8 *Feudum nouum alienatum, ad dominum reuertitur: antiquum, ad agnatos.*
9 *Frater fratri in feudo nouo ſuccedit, quando hoc eſt pactum.*
10 *Feudum in curte domini nec olim nec hodie alienari poterat: ſecùs, ſi extra curtem eſſet.*
11 *Dominus ſi remittat feloniam, dicitur feudum antiquum, non nouum.*
12 *Duo domini ſi ſint, & alter velit remittere, alter verò non: quid iuris.*
13 *Bonis vaſalli confiſcatis, feudum non confiſcatur.*
14 *Vaſallus ſi permiſerit hoſtes domini venire in territorium domini, an proditor dicetur.*
15 *Vaſallus deſtruens rem feudalem, perdit feudum.*
16 *Bonæ fidei emptor in feudo habet regreſſum ad pretium de euictione.*
17 *Tranſueſtiti, monſtra laruarum appellantur.*

§. ITEM

§. 1 ITEM SI FVERINT DVO. ¶ † Si fratres diuidant feudum, & vnus plus medietate ſuæ medietatis alienauerit, & ſine hærede deceſſerit, feudum reuertitur ad dominum, & ſi feudum fuerit in curte domini vel extra curtem & in eo dominus habuerit diſtrictum vel honorem, pro nulla parte vaſallus poteſt alienare feudum ſine cõſenſu domini. Hoc dicit vſque ad finem tit. ¶ Not. ibi, accepit. ſubaudite, ſub nomine ſuo & nomine fratris cum pacto, vt vnus ſuccedat alteri in feudo.

2 ¶ Not. text. ſingularem ibi, diuiſerit. † quòd inter
a fratres habet locum diuiſio feudi, [a] neque cadunt
3 à iure feudi: † Quod eſt limitãdum, niſi ſit feudum indiuiſibile: puta, regni, ducatus, marchionatus: c. j. §. propterea. ͡j. de prohib. alien. feud. per Federic. Nam tunc non poteſt fieri diuiſio, niſi quo ad commoditatem. Bart. in l. inter tutorem. ff. de adminiſt. tut. Et aliàs conſului in cauſa marchionum. & facit gloſſ. in l. ſi familiæ. C. famil. herciſcundæ.

*a Quando poſſit de feudo fieri diuiſio, ponit D. Alexan. ſuo cõſilio vij. in princi. in v. volu. latiùs conſil. xxv. in col. iij.*

4 ¶ † No. tex. ibi, feudum ad dominum. ſi fratres diuiſerunt feudum, & vnus alienauerit plus medietate ſuæ medietatis, & deceſſerit ſine hærede, feudum reuertitur ad dominum. ¶ Item ex §. item ſi
5 quis. nota hic, † quòd ſi reperitur feudum de camera. Ecce exemplum: Rex dat tibi cẽtum aureos omni anno de camera ſua fiſcali, certè dicitur feudum de camera, vel quando ſuper gabellum vel vectigalibus dat annuum reditum. Reperitur feudũ etiam de cãneua, quod eſt, quando princeps vel alius dat panes vel vinum omni menſe vel omni an-
6 no. ¶ † Vel aliter poteſt intelligi text. noſter, quòd feudum de curte eſt, quando princeps habet plurima prædia in vno loco vel caſtrum, & dat vnum manſum vel prædium in feudũ. Nam tunc dicitur feudum de curte domini, ſecundum Iacob. de Bel. ¶ Not. ex text. ibi, aliqua parte: quòd ſi feudum eſt in curte domini, non poteſt aliqua ex parte ſine cõ
7 ſenſu domini alienari. ¶ † No. ibi, diſtrictum. quid ſit di-

a ſit diſtrictus.[a] & not.per gl.in §.rurſus.Inſtitu. de actio.ſecundum Bal.& faciunt notata in l.j. §. cum vrbem.ff.de offi.præfec.vrbis. & c. inter dilectos. de fide inſtru. & quod not.in c.j. de capi. qui cur. ven.¶Opp. contra tex. dicitur in §. item ſi duo. quòd feudum reuertitur ad dominnm. Sed cōtrà,
8 †quòd imo reuertatur ad agnatos:c.j.§.hoc quoq;. ꝟ.de ſucceſ.feu.Solu.Aut loquimur in feudo nouo, & loquitur tex.noſter:Aut loquimur in feudo antiquo ſiue parerno, & loquitur contrarium. Eodē modo ſoluitur cōtrarium:c.Titius.infrà, ſi de feu. fue. contro.De quibus tamen duobus contrarijs
9 dicite vt plenè ſcribā in dicto c.Titius.¶†In gloſ. hoc intellige ibi,c.j.no.quòd iſte §.debet intelligi,quando eſt factum pactum in feudo nouo, vt vnus frater ſuccedat alteri:aliàs §. noſter eſſet de indubitabili contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic.nam in feudo nouo regulariter frater nō ſuccedit fratri:c.j.§.cum verò Conradus. ꝟ. qui feu. da.poſ.Vel aliter poteſt poni in illis caſibus & fallentiis in quibus frater ſuccedit fratri in feudo nouo:vt no.in c.j.ꝟ.qui feu.da.poſ.ſecundum Iac. de Bel. ¶Ad fi. gloſ. dicite, vt dicam in c.j.§. hoc quoque.ꝟ. de ſucceſ. feu.in glo. quæ incipit, quod
10 vulgò.ad fi.¶†No.quòd aliquando feudum eſt in curte domini vel extra curtem, & dominus habet diſtrictum vel honorem:& tunc nec olim nec hodie aliqua ex parte poterat alienari: vt hoc §. noſtro.Aut feudum non eſt in curte domini, aut honor vel diſtrictus domini:& tūc olim poterat alienari vſque ad dimidiam:ꝟ. eo.ti. §. rurſus. Hodie iure nouiſsimo, ſecus:c.j.infrà, de prohi.ali.feud.
11 per Federic.¶†Extra glo.no.quòd ſi dominus re-
b mittat feloniam vaſallo,dicitur feudum antiquū,[b] non nouum:Gloſ.eſt in l.quod dicitur.ff.de impēſis in rebus do.fac. ¶†Quæro, vaſallus commiſit
12 feloniam,& ſunt duo domini feudi indiuiſibilis,vt ducatus,&c.vnus vult remittere feloniā,alius nō: quæritur,

a *Et quid ſit diſtrictus, vide D.Ale. latè in l.j.§. ſiue autē.ff. de no. oper. nunc.plenè Fely.in c.Rodulphus. in verbo, diſtrictus. de reſcrip.*

b *Vide D.Iac. in ver.dictique vaſalli promiſerūt non cōmittere. in col. fi.ver. dubitatur etiā.*

quæritur, quid iuris? Reſpondeo vt no. gloſ. in ſimili de iure patro. in l. ij. C. de lib. & eorum lib. &
13 per Bal. in l. j. ff. de rerum diui. in q. xxxvj. ¶ † Quęro, bona vaſalli ſunt confiſcata, an feudum dicatur
a confiſcatum? [a] Reſpondeo, quòd non: quia feudũ reuertitur ad dominũ & ad proprietarium: vt no.
14 Bal. in dicta l. j. in q. xl. ¶ † Quæro, vaſallus permiſit hoſtes venire in territorium domini, an dicatur
b proditor, [b] vt perdat feudũ? vt l. ſiquis à barbaris. C. de re mili. lib. x. & in l. cælicolarũ. C. de Iudęis. & no. Bal. in d. l. j. in xl. q. Et adijcite prędictis auth. ſi verò dominus tẽporalis. C. de hæreticis. & quod not. Oldra. xvij. conſilio. & Bal. in l. j. C. de bonis quæ libe. & Alberi. in l. cùm duobus. §. j. ff. pro ſocio. & quod not. in clemen. paſtoralis. de re iud.
15 ¶ † Item no. quòd vaſallus perdit feudum, quando
c deſtruit & malè regit rem feudalem: [c] vt fecit Fredericus qui exinaniuit regnum dominio tyranni-
16 co: c. ad apoſtolicæ. de re iudi. in vj. ¶ † Item not. quòd bonę fidei emptor in feudo habet regreſſum
d de euictione [d] ad præcium, non ad intereſſe. Secus in malæ fidei poſſeſſore, qui non habet regreſſum

*a An confiſcatis bonis veniat feudũ, latè Alex. conſ. xxxiij. in ij. col. primo volu. & conſi. lxxxix. prima colum. in iiij. volu. Areti. conſi. x. col. j. D. Fran. Cur. in trac. feu. colũ. ſi. quintæ partis. D. Iac. in ver. dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col. pe. verſ. videamus nunc generaliter.*

*b Et quis dicatur proditor, vide D. Ia. in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col. v. ver. ſed pro declaratione quæro.*

*c — Dicit tamen D. Iaſ. in prælud. colum. xxvj. verſi. iuxta proxi. præcedentem quæro. Quòd requirũtur tria, vt vaſallus malè vtẽs re feudali poſsit priuari: vide pulchrè D. Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. col. j. ff. ſolu. mat. Bal. in §. pen. infra, de pa. tenenda. Et an de eius facere iuſticiam ſubditis debeat priuari feudo, D. Iac. in ver. Marchio. v. col. ver. quæritur etiam, quid ſi deneget iuſticiam domino. Vide D. Laud. infra in c. j. §. illud tamen. col. j. quæ fuit prima cauſa benef. amit. Et de vaſſallo qui malè vtitur re feudali, vide D. Frã. Cur. in tract. feud. v. chart. iiij. par. verſic. xxij. cauſa priuationis. D. Iac. in verſi. dictique vaſalli promiſerunt non committere. col. x. verſi. xij. cauſa.*

*d Emptor bonæ fidei an agat de euictione, & an poſsit agere ad intereſſe, & quid ſi emptor malæfidei ſtipuletur de euictione, an poterit tunc precium repetere: hæc omnia tangit D. Fran. Cur. in tract. feud. in xiij. char. quartæ partis, verſic. xxvj. quæro. cum duobus verſ. ſequentibus.*

neque

neque ad precium neque ad intereſſe: vt videbitis in c.j.§.callidis.ſ.de prohi.feu.ali.per Fede.quia ſu
17 mus in feſto carniſpriuij.¶†Quæro, quomodo appellentur iſti ludi tranſueſtitorum? Reſpondeo appellantur ludi reatiales & tranſueſtiti nominantur monſtra laruarum, vel aliàs appellantur miniæ.l. miniæ.C. de epiſco.aud.& in c.cùm decorē.de vita & hone. cleri.¶Suſcipiētes veſtes ſacerdotales monacales vel clericales pro ſe laruando, debent in exilio poni:tex.in auth.de ſacroſan.eccle. aliàs, epiſcopis.§.fi.& plené.¶Et ſuſcipientes etiā veſtes laycales in iniuriam alicuius,tenentur iniuriarum: glo.eſt verò in auth.de ſan.epiſ. §. fi. Secus ſi accipientur veſtes laycales ad iocum,vel non ad iniuriam:quia tunc non tenentur ad iniuriarum, niſi irent per templa Dei:d.c.cum decorem,&c.

## Epiſcopum vel Abbatem vel Abbatiſſam vel dominum plebis feudū dare non poſſe.

## Titulus VI.

¶Cōtinuatur hæc rubrica ad præcedētes hoc ordine:Suprà viſum eſt in ti. qui feu.da.poſſ.in rebus eccleſię,nūc cōpetēti ord. ſubijcitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium §. huius.*

2 *Papa Vrbanus ſtatuit, ne res Eccleſiæ in futurum dari in feudum poſſent.*

3 *Vrbanus ij.in concilio Thuronenſi ſecundum Archidiaconum infeudationem rerum Eccleſiaſticarum prohibuit.*

4 *Feudum ab Eccleſia datum ante ſynodum Thuronenſem, confirmatur.*

5 *Conſuetudo infeudandi ſi ſit in Eccleſia, valet.*

*6 Prælatus*

6 *Prælatus rem quam reperit in ingreſſu, datã in feudum, ſi ad eccleſiam reuertatur, infeudare poteſt.*
7 *Lex ſummi* Pontificis *non afficit caſus præteritos.*
8 *Tituli qui vocentur.*
9 *Eccleſia vacante rectore ſuo, res ſolita in feudum dari, infeudari non poteſt.*
10 *Bona* Eccleſiæ *quæ ſunt in libera poſſeßione* Eccle*ſiæ, non poſſunt dari in feudum.*
11 *Bona* Eccleſiæ *non conſueta dari in feudum, ſed ei incorporata, infeudari nequeunt.*
12 *Feuda an ſint de menſa domini.*
13 *Eccleſia an poßit cõcedere in feudũ ſine ſolẽnitate.*
14 *Bona quando dicuntur* Eccleſiæ *incorporata.*
15 *Antiquum feudum per duo inſtrumenta probatur.*
16 *An ex poſſeßione antiqua præſumatur conſuetudo infeudandi.*

ITEM SI EPISCOPVS. ¶Diuiditur vſq; ad §. quinetiã. in tres partes. Nam in prima prohibet res eccleſiæ dari in feudũ. In ſecunda confirmat dationes præteritas. In tertia approbat cõſuetudinem dandi in feudum bona eccleſiæ. Secũ-
1 da ibi, quod autem. Tertia ibi, idem iuris. ¶†Papa
Vrbanus in ſynodo ſtatuit res eccleſiæ non poſſe
dari in feudum in futurum: præteritas autem da-
tiones approbat & conſuetudinem dandi in futu-
rum confirmat. Ad hoc allegatur hoc prin. ¶No.
2 ibi, de rebus eccleſiarum. †quòd papa Vrbanus ſta
tuit in ſancta ſynodo, vt res eccleſiæ in futurum
3 dari nõ poſſunt in feudum. ¶†No. ibi, ſancta ſyn-
odo. hæc ſynodus ſecundum And. de Iſer. non re-
peritur in Decretalibus, neque decretis. Nam non
eſt c. nulli. de rebus eccle. non alie. neque c. de lay-
cis. xij.

cis.xij.q.ij. ¶Vos adiicite Andr. quòd Arch.in c.
ij.de decimis.facit mentionem de hac ſynodo Vr-
bani.Nam Arch.ibi ait,quòd Io.Nonus papa Vrba
nus ij.cōgregauit conſiliū Thuronenſe,id eſt ſyn-
odū Thuronenſem,& ſtatuit prout in text.noſtro.
4 ¶†No.tex.ibi, quod autem antè.ꝙ feudum eccle
5 ſiæ datū ante ſynodū Vrbani,confirmatur.¶†No.
ibi,idem iuris.ſecundū verum intellectum,quòd ſi
eſt conſuetudo eccleſiæ dandi in feudū, valet talis
6 conſuetudo.¶In gl.vnica ibi,exponimus.†nā Iac.
Columbi qui gloſſauit hoc opus feudale, ſummam
feudalem quoq; cōpóſuit: in qua ſumma ſecūdum
Bal. concludit Iaco. Columbi, quòd ſi prælatus in
ingreſſu eccleſiæ reperit rem datā eccleſiæ in feu-
dum : ſi poſtea reuertatur ad eccleſiā, poterit eam
dare in feudum: vt hoc c.quia primo caſu eſt in li-
bera poſſeſsione eccleſiæ, non autem ſecūdo caſu.
7 ¶†Ad fi.glo.nota, quòd decretum ſiue lex ſummi
Pontificis non afficit, neq; ligat caſus præteritos,
8 ſed futuros.facit l.leges. C.de legibus. ¶ † Circa
tex.quæro,qualiter intelligitur tex.ibi,& tituli vo
cantur? Reſpondeo ſecundum And.& Bald.quòd
res eccleſiæ dicuntur tituli eccleſiæ , quando ſunt
in libera poſſeſsione eccleſiæ,in hoc tex. Secundo
modo ſumitur titulus pro eccleſia ſubdita:puta,ca
nonica inſtitutione.c.j.de regulis iuris,in vj. Ter-
tio modo ſumitur titulus: puta,quando epiſcopus
confert alicui eccleſiā in titulum. Nam bona dictę
eccleſiæ collata in titulum non poterit epiſcopus
concedere in feudum ſine rectore eccleſiæ : argu-
ment.huius tex. Facit quod nota.in cap.primo,de
rebus eccle. non aliena. libro vj. Secus ſi eccleſiā
non conferetur in titulum, ſed eſſet beneficium
manuale: vt dixi vobis ſecundum Bal.in c.j.ſuprà,
9 qui feudum dare poſſunt. ¶ † Alij habent in text.
& tituli vacat.& tunc exponitur,quòd vacante ec-
cleſia rectore ſuo, non poſsit res ſolita dari in feu-
dum, infeudari iuxta ſcripta in ca.primo, de rebus

eccl.non alie.in vj. Vel etiã poteſt intelligi ſecun-
dum Bal.vt bona eccleſie non poſſit rector conce-
dere in feudum in tẽpus vacationis,& ſic in tẽpore
mortis rectoris eccleſiæ: quia huiuſmodi expecta-
tio mortis eſt triſtiſsimi euẽtus : l.fi.C.de pactis.c.
ij.de cõceſſ.præb. ¶ Opponitur contra tex.& imò
videtur, ꝙ bona eccleſiæ poſsint dari in feudum.
Vnde opponitur de capitulo, ex parte. de feu.Sol.
Hîc ponitur regula,ibi fallẽtia. Vel aliter ſecundũ
10 Petrũ de Ceruo quẽ ſequitur Bal. † Bona eccleſiæ
quæ ſunt in libera poſſeſsione eccleſiæ, nõ poſſunt
dari in feudum:vt hoc capitulo noſtro.Si aũt bona
nõ ſint in libera poſſeſsione eccleſiæ:puta,quia oc-
cupantur à tyranno, poſſunt dari in feudum:dicto
capitulo,ex parte. Conſultius tamen eſt,vt ſi bona
ſint magni ponderis vel pretij,fiat infeudatio con-
ſulto Romano pontifice ſecundũ Bal.hîc. Alij ſol-
uunt aliter, quòd c.ex partè. loquitur in bonis re-
galibus quæ poſſunt dari in feudũ:Text. verò no-
ſter loquitur in aliis rebus.Sed Bal.improbat hanc
ſolutionem:& tunc quia difficiliùs alienantur con
ceſſa eccleſiæ à principe: §.ea verò.in auth.de alie.
emph. ¶ Et no.per gl.in auth.hoc ius porrectũ.C.
de ſacroſan.eccl.& dixi vobis de intellectu dicti c.
ex parte.in cap.j.in princi.ꝫ. qui feudum dare poſ-
11 ſunt. ¶ †Secundò opp.contra Tex.de c.j.in princ.
ꝫ.qui feu. dare poſſ.vbi bona eccleſiæ poſſunt dari
in feudum? Reſpondeo ſecundũ Bal.in c.j.in prin.
ꝫ.qui feud.da.poſſ.quòd hîc papa Vrbanus impro-
bat conſuetudinem quæ erat indiſtinctè, quòd
bona eccleſiæ poſsint dari in feudum , etiamſi ſint
reuerſa ad eccleſiam, ac incorporata ſiue ſint in
dominio eccleſiæ vel aliter. Ego reſpondeo & cla-
riùs, quòd imo concordat. Nam in c.j.in princip.
bona eccleſiæ non conſueta dari in feudum,infeu-
dari non poſſe textus vult, ꝫ. qui feud. dare poſſ.
id quod & hîc tex.noſter vult. Idem iur.eſt in ver-
bo, antiquitus.quòd cùm antiquitus ſint ſolita in-
feudari

feudari,poſſunt infeudari: cùm arg.à cõtrario ſen-
a ſu ſit validiſsimum [a] in iure. l. qui teſtamento. §. ſi
mulieri.ff. de teſta.& l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius
12 cui man.eſt iuriſ. ¶†Quæro,an feuda ſint de men
ſa epiſcopi? Reſpondeo, quòd nõ: cùm vtile do-
minium non ſit penes eccleſiam. Inno. & alij in c.
vt ſuper.de reb.eccle.non alie. Facit quod not.per
Bal.in auth.hoc ius porrectum. ꝯ.de ſac.ſanct.ecc.
Et videbitis gloſſ.in cle. frequens.de excep.præla.
13 ¶†Secundò quæro,quando eccleſia conſueuit da
re in feudum, an poſsit concedere in feudum ſine
b aliqua ſolennitate? [b] Reſpondeo, quòd ſic, ſecun-
dum Bar.& And.in l.ſi vacantia. C.de bon.vacan.
lib.x.& ſecundum Ant.de Bu.in c.in præſentia.de
proba.niſi bona eſſent incorporata: vt hoc c. no-
14 ſtro. ¶†Tertiò quæro, quando bona eccleſiæ di-
cantur incorporata? Quidam volunt,quòd dican-
tur incorporata,quando in feudum vel in emphy-
teoſim concedi conſueuerunt. Maiores noſtri in
hoc articulo variârunt. Nam Bald.vult quòd ſuf-
ficiat eccleſiam eſſe in poſſeſsionem: vt ipſe ponit
in c.j.de clerico qui inueſtiturã ſe.Hęc opi.repro-
batur per l.iij.C.de bo.vac. Tertia fuit opi. Arch.
xxxv.q.viij.c.j.de re.eccl.in vj.quòd ſi eccleſia per
annũ ſteterit in poſſeſsiõe,probatur incorporatiò.
Hanc opi.improbat Bar.& Ang. in d.l.ſi vacãtia.in
repe.Ang.per d.l.ſi vacantia. Quare dicunt ipſi ꝙ
ad hoc vt probetur incorporatio,eſt neceſſe quòd
officialis deputatus ab epiſcopo vel capitaneo in-
corporet, vel quòd bona reperiantur deſcripta in
numero aliarum rerum mẽſæ eccleſiæ vel epiſcopi
ſecundum l.iij.& l.ſi vacantia.allegatas. ¶Itẽ pro-
batur incorporatio ſi eccleſia poſſederit per xxx.
annos contra laycum: vel per quadraginta contra
aliam eccleſiam. l. ſicut.& l.omnes.C.de præſcrip.
xxx.vel xl. an. auth.quas actiones. C. de ſacroſan.
eccle.ſecundum And.de Iſer.in c.j.in princ. ꝯ. qui
c feu.da.po.Tene menti prædicta, [c] quia ſingularia.

a An in iſtis cõſuetudinibus feudalibus liceat ſumere arg. à cõtrario ſenſu. vide Do. Franc.Curt. in iij.charta j.par.verſi. iiij.princip. quæro. Do. Iaſ.plenè in l.j.co.nona, verſ. vltra eos nouiter limita.ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi.

b Et de hoc vide D. Fran. Cur.in trac. feu.j. chart. ij.par.ver.j. igitur quæro.

c Vide in hoc articulo plenè Domin. Fran.Curt. in trac. feu. tertia char. ij.part.verſic. quintò principaliter quæro.

15 ¶ † Quæro, an per duo inſtrumēta probetur feudū antiquum? Reſpōdeo ſecundū Rayn. de For. in prima rubrica C. & Alb. in l. non eſt nouū. ff. de legi. quòd duo inſtrumenta ſufficiunt ad probandum feudum antiquum & nouum: vt vidiſtis in proœmio huius operis in diuiſione feudorum. Et licet duo inſtrumenta ſufficiant ad probādum feudum antiquum, tamen conſuetudo eccleſiæ infeudandi requirit ſpaciū xl. an. ſecundum Iac. de Bel. & And. & ibi dixi plenè in c. j. in princ. ū. qui feu. dare poſſ.

16 ¶ † Et an ex poſſeſsione antiqua præſumatur conſuetudo infeudandi: dicite vt plenè no. per Cy. in l. matrē. C. de prob. & no. per ſcribētes in l. ſi certis annis. C. de pact. & in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & per Ang. in l. qui aliena. ff. de acq. hæredi. & per Ard. in c. j. de verb. ſignific. l. vj. & per to. An. & Gemi. c. ij. de decimis. in vj. & plenè no. in c. cum applica. de his quæ fi. à præla. ſine conſ. cap.

## SVMMARIVM.

1 *Tenor inueſtituræ vult, vt deſcendentes maſculi & fœminæ ſuccedant.*

2 *Exiſtente maſculo, fœmina non ſuccedit, licet actum ſit, vt maſculi & fœminæ ſuccedant.*

3 *Copula et, interdum magis ſtat ſubordinatiuè, quàm copulatiuè.*

4 *Paria ſunt, non extare maſculum, vel ſtatim deceßiſſe.*

5 *Paria ſunt, maſculum non extare, vel extare, & ſtatim repudiare ſucceßionem.*

6 *Primus intellectus ad hunc §. Iacobi de Bellouiſu.*

7 *Andreæ de Iſernia duplex intellectus ad §. quinetiam.*

Intel

8 *Intellectus Andreæ reprobatur.*
9 *Baldi intellectus ad eundem §. qui itidem reprobatur.*
10 *Limitatio ad textum §. noſtri, ſecundum Iacobum de Bellouiſu.*

§. a QVIN ETIAM SI QVIS. [a] ¶Iſte §. habet varios intellectus, vt dicam in glo. Hoc dicit: ¶Exiſtente maſculo, fœmina non ſuccedit, licet actum ſit vt maſculi & fœminæ ſuc-
1 cedant. ¶†No. primò ibi, vt eius deſcẽdentes maſculi & fœminæ. quòd tenor inueſtituræ cantabat vt deſcẽdentes maſc. & fœminæ ſuccedant. ¶No.
2 ibi, relicto maſculo. †quòd fœminæ nõ ſuccedunt in feudum, etiam ſi ſit dictum, quòd fœminæ & maſculi deſcendentes ſuccedant, quòd exiſtente maſculo non ſuccedit fœmina. ¶Et ſic nota caſum, quòd copula &, in caſu huius §. non copulat ſenſum, ſed verba, & ſtat magis ſubordinatiué. Nã in
3 tellectus horum verborũ eſt, †quòd maſculi ſi ex-
b tent, primò ſuccedant: [b] ſi autem non ſuperſint maſculi, quòd tunc fœmina ſuccedat. ¶Gloſſa vnica diuiditur in tres partes. In prima quærit, & ſoluit. In ſecunda dat fallẽtiam. In tertia aliam fallentiam. Secunda ibi, vbi fortè. Tertia ibi, vel vbi maſculus. ¶In eadem ibi, §. ij. not. quòd etiam ſi actum ſit in inueſtitura feudi, vt maſculus & fœmina ſuccedant, exiſtente maſculo non ſuccedit fœmina. ¶In ea. ibi. l. poſthumus. not. gloſſ.
4 valde ſingularem in feudis, † quòd paria ſunt non
c extare [c] maſculum, vel ſtatim deceſsiſſe. Hanc gl. improbat And. per l. quod certatum. C. de poſthu. hæredi. inſtit. ¶Nec obſt. l. poſthumus. de iniuſto, rupto & irri. teſt. allegata in gl. quia loquitur quando mortuus eſt poſthumus, viuente teſtatore auo: nos autẽ loquimur poſt mortem patris vaſalli. Gl. quoque ſequuntur ac tenent Iacobus de Bellouiſu.

a *Et an diſpoſitio iſtius §. procedat in feudo eccleſiæ, videque ponit Fely. in c. quæ in eccleſiarum. vlt. col. de conſtitu.*

b *Vide in propriis terminis D. Alex. ſuo conſ. nono, per totũ, in v. volu. Aretin. & Sonzi. in l. Gallus. §. etiamſi. in ij. col. ff. de lib. & poſth.*

c *Vide de hoc artic. Do. Iaſo. in l. ij. in fin. C. de poſthu. hær. inſt. D. Frã. Cur. in trac. feud. xiij. co. iij. par. ver. xxvij. quæro. ibi, retenta igitur hac cõmuni, &c.*

hîc,& Baldus in l.vnica. §.in nouiſsimo. C. de caduc.tollend.pro qua gloſſ.adduco textum bonum in c.nam & ego.de verborũ ſignificatione. ¶Non etiam obſt.l.quod certatum:quia reſpondeo quòd loquitur de rigore iuris ciuilis:vel,ibi nõ erat cauſa confirmãs:nos aũt loquimur de ęquitate feudali,prout de ęquitate prętoria in dicta l.poſthumus, ¶Nec obſt.ꝙ l.poſthumus.loquatur viuẽte teſtatore: quia reſpõdeo, quòd quemadmodum cauſa confirmãs facit reconualeſcere teſtamentũ, quando poſthumus moritur viuo patre: vt dixi vobis in l.poſthumo. C.de bonorũ poſſeſsione cõtra ta. ita in caſu noſtro cauſa pacti, vt maſculus & fœmina ſuccedant, quod non eſt ruptũ natiuitate maſculi: facit vt perinde ſit, ac ſi maſculus nunquam natus
5 fuiſſet. ¶Ad fi. gl.nota† ꝙ paria ſunt maſculũ non extare,vel extare & repudiare ſucceſsionem feudi. Facit l.ij,§.ſed & ſi ſint ſui.ff.ad Tertull.& id quod dixi vobis plenè in l.qui ſe patris. C.vnde liberi.in illo articulo,an in ſuis ſit locus ſucceſſorio edicto.
6 ¶Not.† ꝙ ſi maſculus decedat, fœmina ſuccedit in feudum: quem intellectum glo.ſequutus eſt hîc Iacobus de Bellouiſu, quem defenſabo infrá. ¶Secundus
7 eſt intellectus Andreæ, † quòd hic vaſallus fuit inueſtitus, vt deſcendentes maſculi & fœminæ ſuccedant: deinde maſculus deceſsit nullis relictis deſcendentibus, ſed relicta ſola ſorore: quæritur, an ſoror ſuccedat? Determinat Andreas,quòd non ſuccedit fratri, per iſtum textum. Et eſt ratio, quia tenor inueſtituræ loquitur de ſucceſsione deſcendentium, non autem collateralium. Sed ita eſt, quòd hic agitur de ſucceſsione collateralium: quia ſoror vult ſuccedere fratri in feudum: argum.l.ſed ſi plures. §. ij.ff.de vulga.
8 & pup.¶†Hic intellectus And.non placet:Primò, quòd in feudis eſt regula, Vbicunq; actum eſt maſculum & fœminam ſuccedere, non exiſtente maſculo ſuccedit fœmina: cap.primo,§. filia.not.ſ.de ſucceſ.

ſucceſſ.feu. Secundò per text.in c.j.ꝟ.de eo qui ſibi & hæred.ſuis. Tertiò, quia iſta ſoror non ſuccedit, fratri, imò venit prouidentia patris: vt in ſimili vidiſtis glo.in ca.j.§.cùm verò Conradus.ꝟ.qui feudare poſſ. & maximè: quia veriſimile eſt patrem voluiſſe prouidere, vt non exiſtentibus maſculis ſuccedant fœminæ ordine ſucceſsiuo: argu.eorũ quæ no.in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſthu. ¶Poſſet ſeruari intellectus Andr. vt ſi actum ſit, ꝙ exiſtente maſculo & fœmina, non ſuccedat fœmina, etiamſi deceſſerit maſculus. Sed iſte intellectus eſſet indubitabilis contra l.quod Labeo. de Carb. edicto. Nam maxima eſt in feudis, Vt tenor inueſti

a turæ feudalis ſit ſeruandus:[a] vt dixi vobis in procemio huius operis. ¶Tertius eſt intellectus And. ꝙ erat inueſtitus vaſallus eo tenore, vt maſculus & fœmina filia ſuccedant in feudo, ita ꝙ pactũ reſpectu filiæ ſit perſonale: deinde deceſsit vaſallus relicto filio & filia, an deſcendens ſuccedat in feudũ? Certè dicendũ eſt, ꝙ non: quia tenor inueſtituræ loquebatur de fœmina prima, & de filia primi vaſalli: non autem de filia ſecũdi vaſalli, & ſic de filia filij: arg.l.bonos.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi. ¶Nec obſt.ꝙ pactũ dicatur eſſe reale: l.iure gentiũ.§.pactorũ.ff.de pac. quia reſpondet And. illud verum in dubio: nos autem loquimur, quando certum eſt ꝙ pactũ ſit perſonale. Iſte intellectus, licet ſit verus in ſe: tamen non applaudet literæ: quia nõ apparet in tex. ꝙ pactũ fuerit perſonale. Imò apparet contrariũ ibi, vt eius deſcendentes maſculi & fœminæ: argu.l.de precio.de Publ.& l.ſi pluribus. de lega.ij.& arg.no.in l.ſi is qui eccle. §.vtrũ.ff.de reb.du. Itẽ quia indefinita ęquipollet vniuerſali: vt plenè per Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſt.& iur. Item quia pactũ ĩ dubio, eſt interpretãdũ reale: vt plenè

9 no. per Bar. in l.qui ĩ futuris.ff.de pact. ¶†Vltimus eſt intellectus Bal. ꝙ hîc ſit caſus, ꝙ poſtquã ſemel eſt excluſa fœmina à maſculo, ſemper intelligatur

*a Adde, quòd tenor inueſtituræ derogat omni feudorũ materiæ, & omni iuri feudali.* Ponit D. *Laud. ſuprà in ca.j. in prin. col. j. qui feud. dar. poſſ.* Ad *quod plura accumulauit* D. *Iaſ. in prælud. col. xxxiiij. verſicul. iiij. diuiſio.*

a excluſa [a] in feudis. Et inducit ad ſtatutum, quam inductionem omitto, cùm non ſit de materia feudali. Sed iſte intellectus Bald. reprobatur eiſdem rationibus quibus improbaui And. in primo intellectu. ¶ Verus eſt ergo intellectus gloſſ. hic quem ſequitur Iacob. de Bel. qui perfectè intellexit textus feudales, videlicet quòd exiſtẽte maſculo non ſuccedat fœmina, mortuo autem maſculo ſuccedat fœmina. cap. j. §. filia. j. de ſucceſſ. feud. ¶ † Vltimò
10 not. ſingularem limitationem Iacob. de Bel. ad text. noſtrum: Nam debet intelligi in feudo recto & ſimplici, in quo exiſtente maſculo non ſuccedat fœmina: ſecus ſi feudum eſſet datum ad ſeruitium incertum eodem tenore, vt maſculus & fœmina ſuccedant. Nam tunc fœmina ſuccedit vnà cum maſculo, dummodo ſit tale ſeruitium quod poſsit
b per ſe vel alium explicare: [b] l. Titiæ textores. §. nihil. de legatis primò. §. emphyteoſim. in authent. de non alien. & l. ſi quis Titio. & l. ſi mulieri. ff. de vſufruct. accreſc. ſecundum Baldum, quod eſt bene peregrinum. Martinus Lauden.

## SVMMARIVM.

1 *Ponitur ſummarium §. huius.*

2 *Balbutiens vaſallus non perdit feudum.*

3 *Mutus vaſallus ſi ſit pauper, poteſt retinere feudũ vſque ad alimenta.*

4 *Mutus propter morbum, non perdit feudum: ſecus, ſi ob aliam cauſam.*

*a Adde quòd cõmunis opin. eſt contra d. Laud. hic, quòd imo fœmina ſemel excluſa ſit perpetuò excluſa. Et iſtud habet locũ nõ ſolũ in materia feudali, ſed etiam in materia iuris cõmunis. Ita illã dicit cõmunem D. Frã. Cur. in tra. feud. in ij. char. iij. partis, verſicul. xxvij. quæro. vbi illã communem limitat duobus modis, & ibi in ſequen. q. examinat, an fœmina ſemel admiſſa ad ſucceſsionem: quia non erat maſculus: repellatur poſtea maſculo ſuperueniente: de qua per Alex. conſi. xx. iij. col. in j. volu. Fely. in c. in præſentia, xxij. col. verſi. fallit ij. de probat.*

*b Contrariũ tenet D. Frã. Cur. in tract. feu. in ij. char. iij. par. ver. ix. fallit. quia licet iſto caſu ceſſet vna ratio, ſcilicet præſtandi ſeruitij: tamẽ militãt omnes aliæ cauſæ, ob quas fœmina non ſuccedit in feud. Et an hæc limitatio ſit vera, vide Alex. not. conſi. ix. in ij. col. v. vol. Vide pro hoc not. dictum Bal. in tit. de pace Conſtantiæ. in verbo, non obſtante.*

§. MVTVS

§. a 1 MVTVS FEVDVM RETINERE.[a] ¶Hoc dicit: † Vaſallus effectus mutus non poteſt retinere feudum, niſi quo ad ſe alimentandum, ſi feudum ſit magnum, & nõ habet aliunde vaſallus, vnde ſe alimẽtet, & prædictis omnibus caſibus feudum reuertitur ad dominum. ¶Not. ibi, retinere. quòd vaſallus mutus eſt cauſa
2 priuata communis feudi. ¶†No. ibi, qui nullo modo. loquitur à cõtrario ſenſu, quòd ſi vaſallus non eſſet effectus mutus, ſed balbutiens: quia bene poteſt loqui, ſed non ita perfectè ſicut antea, nõ perdit feudum. ¶No ibi, retinere. gloſſate ſic: l. ſe ali-
3 mentare. ¶ † Ex eodem text. not. quòd ſi vaſallus effectus mutus ſit pauper, poteſt retinere feudum vſque ad alimẽta, dummodo feudum ſit magnum. ¶Not. ibi, in omnibus caſibus huius tituli quibus vaſallus perdit feudum, certè reuertitur ad domi-
4 num. ¶†In gloſſ. vnica ad fin. dicite, quòd qui efficitur mutus propter morbum, nõ perdit feudum: ſecus, ſi ob aliam cauſam. Et de hoc §. dicam in c. j. an mutus vel aliàs imperfectus. ¶Et not. vnum iocum Bald. hìc, qui ait quòd vidit hominem in villa Peruſina qui non audiebat, ſi quis alloquebatur eum cum alta voce, tamen intelligebat ſi quis loquebatur planè in gutture eius.

a *Ad materiã §. mutus. vide multa not. per Alexan. ſuo cõſ. xxxvj. col. ij. j. volum. Bal. in titu. de pa. Conſtã. in verb. non obſtante. Et hũc §. limita vt per Bald. in eod. titul. in verbo, libellaret. in fin. præpoſ. Mediol. in titu. an mutus vel ſurdus. j. col. ver. dicit tamẽ hìc Bal. Omnino Iaſ. in l. de quibus. in xiij. col. ver. nota tamen. ff. de legibus.*

## De natura feudi. Titulus VII.

¶Continuatur hæc rubrica ad præcedentes hoc ordine ſecundum Iac. de Bel. s. in tit. qui feu. dare poſſ. & viſum eſt conſtituendam eſſe differentiam inter minores & maiores. Verùm quia hodie hæc differentia corrigitur in hoc titulo noſtro: ideo ſubiicitur rubrica de natura feudi.

### SVMMARIVM.

1 *Dominus hodie nõ poteſt auferre feudum, niſi coniuncta culpa.*

2 *Feudum habet ſuam diſpoſitionem naturalem.*

3 *Princeps inueſtito non poteſt auferre feudum: niſi cum de culpa conuicerit.*

4 *Capitanei ſi aliquem inueſtierint de feudo, nõ poſſunt feudum auferre ſine cauſa.*

5 *Minimi valuaſores feudum poſſunt auferre ſine culpa.*

6 *Dominus nullus ſiue maior, ſiue minor, hodie poteſt auferre feudum ſine culpa.*

7 *Brocardica via non eſt ſecura.*

8 *Hoſtenditiæ quid ſint.*

9 *Papa vel Imperator neminem niſi coniuncta culpa deinueſtire poteſt.*

10 *Fallit, niſi conſuetudo infeudaudi ſit cauſa euerſionis ſtatus imperialis.*

11 *Iuriſdictio omnis eſt penes Imperatorem.*

NATVRA FEVDI. ¶Diuiditur hic titulus in quinque partes. Nam in prima ponit negatiuũ. In ſecunda illud extẽdit. In tertia ponit dictum affirmatiuũ. In quarta ponit duas exceptiones. In quin-
1 ta corrigit differentiá. Hoc dicit: ¶†Hodie dominus non poteſt auferre feudum, niſi coniuncta culpa, licet olim eſſet differẽtia inter maiores & mino-
2 res. Hoc dicit totus hic titulus. ¶†No. ibi, natura. quòd feudum habet diſpoſitionẽ ſuam naturalem. Simile dicimus in l. pacta conuenta. ff. de contrah. em. in gl. & not. in l. iure gentiũ. §. quinimo. cũ ſeq.
3 ff. de pact. ¶†No. ibi, ſi princeps inueſtierit aliquẽ de feudo, non poteſt auferre feudũ, niſi coniuncta
4 culpa: concord. c. j. ĩ. feu. ſine cul. non amit. ¶†No. ibi, idem eſt ſi inueſtituta. ꝙ ſi capitanei inueſtierint aliquẽ de feudo, non poſſunt feudum auferre ſine cauſa. Et qui dicãtur capitanei vel maiores vel

minores

minores valuaſores, dixi in c.pe.in prin.ſ.qui feu.
5 da.poſſ.¶†No.tex.ibi,ſi verò.ꝙ ſi minores vel mi
nimi valuaſores inueſtierunt aliquẽ de feudo,poſ-
ſunt auferre feudum ſine culpa. ¶Fallit primò in
tex.ibi,niſi vaſallus fecerit hoſtẽ:vt in text.vel niſi
6 feudũ ſit pretio emptũ.¶†No.vltimò tex.ibi,mo-
derni. ꝙ hodie nemo dominus ſiue maior ſiue mi-
a nor poteſt auferre feudum, niſi coniuncta culpa. a
¶Glo.quæ incipit,ſimile.diuiditur in tres partes,
quemadmodũ tria ponuntur brocardica. Secunda
ibi,itẽ colligitur ad hũc.Tertia ibi,item colligitur
7 ꝙ licitũ eſt.¶In ea.glo.ad ſi.licet Iac.de Bel. †hic
examinet hanc viã brocardicã,tamẽ quia nõ perti-
net ad feudũ,omittã : tum etiã quia non eſt via ſe-
cura. Credo ꝙ ſint verba Cyn.in l.ita demũ.C.de
proc. ¶Extra gl.declaro tex.ibi,niſi fecerit hoſtẽ.
8 †Nam vaſallus dicitur facere hoſtem,quãdo vadit
cum domino contra hoſtes. Hinc eſt ꝙ hoſtendi-
tias appellamus ſubuentiones quas facit vaſallus
domino pergenti cõtra hoſtes: puta,dãdo equos,
arma vel homines vel pecuniã. c.j. §.ſimiliter.ꝗ.de
cap.Conra.ſecundũ And.de Iſern.quod notabitis
9 vt ſciatis quid ſignificent hoſtẽditiæ. ¶†Extra gl.
quæro, an Papa vel Imperator poſſit priuare regẽ
ducem vel marchionẽ vel aliũ principẽ dignitate
regali,ducali,&c,vel regno,ducatu vel marchiona
tu?Reſpõdeo ſecundũ Bal.ꝙ nõ:niſi cõiuncta cul-
pa:vt eſt caſus in prin.huius c.amplius. Neque ſuc
ceſſor in princip.neq; ſedis apoſto.poſſint ſine cõ
iuncta culpa.c.nouit.de iudi.ſecundũ Bal. Et ita fa
moſus legatus principis Illuſtriſſimi reſpõdit Im-
10 peratori Sigiſmũdo.¶Limitate tamẽ prędicta eſſe
vera, niſi cõſuetudo infeudãdi eſſet cauſa euerſio-
nis vel quaſi,ſtatus imperialis vel monarchiæ,ſecũ
dũ Bal.in auth.oẽs peregrini. C.cõia de ſuc. quod
tenete cordi.Nã licet deus ſubiecerit leges princi
pibus mũdi,nõ tamẽ ſubiacent cõtractus & lauda-
biles cõſuetudines feudorũ:vt plenè no.in l.digna

a *Faciũt quæ decidit Do. Fran. Curt. in trac.feu. in vj.chart. ij.par.verſi. xij. principaliter quæro.Vide Bal. cõ.cclxxvij. & ſequẽ. in iij. vol. Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. xx.col.de cõſtitut.*

vox. C.

11 vox.C.de legi.¶†Quæro,an Imperator poſſet infeudare caſtrum alicuius ciuitatis Lombardię?Reſpondit Bal.quòd ſic:quia omne imperium omníſque iuriſdictio eſt penes Imperatorem. l.deprecatio.ff.ad legem Rhodiam de iactu.l.j.ff.de conſtit. princ. ¶Neque obſtat pax Conſtantiæ:quia reſpódeo ſecundum Bal.quòd pax fuerit perpetua inter imperium & Lombardos:tamen obligatio non durauit niſi vſque ad triginta an.Adiicite Bal.ea quæ ſcripſerunt Odofr.& Bal. in extrauaganti de pace Conſtant.in verbo,xxx.annis. Adiicite quoq; Bal. quòd hodie Imperator non poſsit infeudare aliquam ciuitatem vel caſtrum in Lombardia: quia Imperator iam infeudauit illum ducem Mediolani de terris Lombardiæ, quem non poſſet deinueſtire, niſi coniuncta culpa: vt eſt caſus in c. noſtro, in prin.Nam præfatus dux habet duo feuda ducalia:& vltimum feudum cum omni imperio & regalibus,& vidi vtrunque feudum.Sic ego quoque vidi,& legi.Simile dicit hìc Bal. Nam Imperator Federicus inueſtiuit communitatem Papień. de comitatu cum terris ſuis,certè non poſſet deinueſtire, niſi coniuncta culpa:ſicut etiā in hac vlt.quæſt. ſua poteſtate vel imperio non poſſet inuadenti regnum,ducatum,&c. confirmare: l.auctoritate.C. vnde vi.ſecundum Bal. Tene mēti, quia ſingularis gloſſ.ij.oppo.& non ſol. Soluite ſecundum ea quæ dixi in cap.j.in fi.qui feud.dare poſſunt.

## De ſucceſsione feudi. Titulus VIII.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt qui feu.da.poſſ. Verùm quia in feudo ſucceditur:ideo competenti ordine ſubiicitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Maſculi in feudo ſuccedunt:non fœminæ.*
2 *Collateralles an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita: remiſſiuè.*

3 Inte-

3 *Inteſtatus & inteſtabilis,quid differant.*
4 *Filius in feudo ſuccedit iure ſucceßionis: non teſtati, vel inteſtati.*
5 *Feudum tranſit cum vniuerſitate.*
6 *Filij æqualiter ſuccedunt in feudo, licet pater aliud diſpoſuerit.*
7 *Grauamen impoſitum rei feudali à patre, quo ad fructus valet.*
8 *Statutũ quòd vaſalli poſſint teſtari in re feudali,quo ad ſubditos,valet.*
9 *Primogenitus natura furioſus non ſuccedit:ſecus, ſi accidentaliter ſit demens.*
10 *Exhæredatus filius an ſuccedat in feudo.*

SEQVITVR DE SVCCESSIONE. ¶Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit,quid iuris in ſucceſsione collateralium in feudo paterno. In tertia de ſucceſsione fœminę. In quarta,de ſucceſsiõe collateraliũ in feudo nouo. Secũda ibi,hoc quoq;. Tertia ibi,filia verò. Quarta ibi,in alio verò feudo. Hoc dicit hoc prin. vſq;
1 ad §.hoc quoq;. ¶†In feudo ſuccedunt deſcẽdẽtes maſculi, non fœminæ: neque in feudo valet ordinatio teſtamenti. Ad hoc allegatur hoc prin.
2 Not. quod dixi in ſummario. ¶†Quærit Bal. an collaterales ſuccedant in ſtirpes, an in capita: de
3 quo dixi in c. j. ſuprà, qui feudum da. poſ. ¶†Secundò examinat hîc Bal. differẽtiam inter verbũ,
a inteſtatus [a] & inteſtabilis: quem articulũ omitto: quia non pertinet ad materiam feudalem, de quo tamẽ diſputabo in l. cum antiquioribus. C. de iure
4 deliber. ¶†Quæro, pater inſtituit filium in feudũ, an ſuccedat filius iure teſtati vel inteſtati? Reſpondet Bald. quòd neutro modo,ſed iure ſucceſsionis feudi.

*a Differẽtiam inter inteſtatũ & inteſtabile examinat Bar. in leg. j. in princi. ff. de ſuis & legi. Ro. ſuo conſ. iiij. & conſ. xxxij. j. col. Pulchrè Ale. conſi. cxv. j. co. ij. vo. Fel. latè in proœ. Decre. co. iij. & col. v. vbi allegat multa conſilia. Faciũt quæ in ſimili decidit Bar. in l. cẽturio. co. iiij. & ibi Iaſ. & alij de verbo, ſi ſine liberis deceſſerit. ff. de vulga.*

feudi.Simile dicimus de acqui. per arroga. Addo
quòd inuenitur ſucceſsio anomala: gl. in verbo,
ſucceſsio. Inſtitu.de eo qui liber.cauſa bo.ali.Sub-
5 dit tamẽ Bal.†quòd poſſumus dicere feudũ tranſ-
ire cum vniuerſitate:propterea venit in petitione
a hæreditatis feudũ:[a] l.item videndum.& ibi not.ff.
de peti.de quibus tamẽ videbimus in c.j. ĩ.an agna.
6 vel filius repudi.hæredi.¶†Quęro, pater inſtituit
filium vniuerſalem hęredem,alium verò filiũ in re
certa:quæritur,an iſti filij ſuccedant æqualiter in
feudo? Vide Bart.quòd nó,in l.quotiés.C.de hære
di.inſt.¶In cõtrariũ determinat Bal.quòd imo æ-
qualiter. & allegat no.in l.vt iuretur.§. ſi liberi.de
oper.lib.& no.per Iac.de Bel.& videbimus in c. j.
an agna.vel filius. Et adde dicta per Cyn. & Bald.
7 in l.liberti. C.de oper.liber.¶†Quæro, pater gra-
uauit filium vt daret omni anno duas amphoras
b vini naſcituri ex vinea feudali:quæritur,an valeat[b]
grauatio? Reſpondet Bal.quòd ſic:quo ad fructus.
l.in ædibus.§.j.ff. de donat.¶Sed contrà ſtringũt
quæ videbimus in c.j.de prohi.alie.feu.per Fe. Nã
erit articulus valde dubius,an valeat relictum pro
anima in re feudali. Videbimus in proximo c. ſ.
8 allegato.¶†Quæro,an valeat ſtatutum, vt vaſalli
poſsint teſtari in re feudali? Reſpondeo ſecundum
Bal.valet,quo ad ſubditos,non quo ad eccleſiá,&
non ſubditos:c.eccleſia ſanctæ Marię. & c. quæ in
9 eccleſiarum de conſtit.¶† Vltimò quæro,eſt con-
ſuetudo quòd primogenitus regis vel ducis ſucce
dat in regno, ducatu, &c.an à natura furioſus vel
c mente captus ſuccedat?[c] Notat ſingulariter Bal.
quòd non,ſecus ſi accidentaliter eſſet effectus de-
mens:quia tunc daretur curator iuxta ſcripta in c.

a *An feudum veniat in peti.hæredi. examinat D.Iaſ.in præ lu. in xvj. col. ver. an aũt feu.peti. &c.& dicit quòd eſt ſubtilis paſſus, in quo Bar. fuit ſibi ipſi contrarius Alex. in cõſ. xcj.in ij.du. j.vo.& cõſi. c.col.ſi.in eo. vbi loquitur in cõtractu emphyt. Et an ſ.u. dicatur peruenire filiis iure hæreditario, vide Alex. conſi.xix.in prin.v. vol. Panor. cõſi. iij.in ij. col. verſi.ſi aũt dictus comitatus.ij.volu. Iaſo. in auth.hoc ãplius.pe.col. ver.vij.limita.C. de fideicom.*

b *An valeat grauamen impoſitum filio de dando amphoras vini de vinea feudali, vide Alex.ſuo conſil.xvij.j.col. v. volu.*

c *Sequitur D. Iac.in verbo, dux Sabaudiæ.in iij.col.Ibi etiam examinat an ſi primogenitus ſit ∣ pubes,poſſit per ſe regere, an verò debat dari curator.*

grandi

grandi.de ſupplen.negli. præla. lib. vj. & not. per Archi.ij.q.v.aliàs,vj. ¶Item obijcitur in nouella
10 in c.cũ inter.de elec.de quibus quærit Andre.†an exhęredatus filiusſuccedat in feudo? Et dixit quòd non:quando mala mente eſt facta exhæredatio:in c.j.qui feu.da.poſ.Nec placet illa doctrina, quòd quando nominatim eſt acceptum feu.ſub nominibus propriis pro patre,& filio:quòd tunc exhæredatio patris non nocet filio,ſecundum Andre. qui allegat Modernos tempore ſuo ita tenere.Ratio, quia proprium nomen eſt adiectum ad demonſtra tionem naturæ feudalis.l.iure gentium.§.pactorũ. l.qui in fur.ff.de pac.& ibi not.

## SVMMARIVM.

1 *Frater in feudo paterno ſuccedit,& fratri filia non ſuccedit,niſi aliter conuentum fuerit.*

2 *Fratres inuicẽ poſſunt diuidere feuda, niſi feuda ſint Marchionatus,comitatus,&c.*

3 *Renuntiatione à patre in manus domini facta, vt filia inueſtiatur: ſi frater alienauit partem feudi,feudum ad dominum reuertitur.*

4 *Hæredis verbum in feudis accipitur pro deſcendente.*

5 *Paternum feudum dicitur vſque ad quartum gradum,incluſiuè.*

6 *Paternum feudum tranſit ad deſcendentes maſculos, vſque in infinitum.*

7 *Inducta ad augmentum,non inducũt diminutionem.*

8 *Paternum feudum ſucceſſionem vſque in infinitum admittit.*

9 *Filiæ non ſuccedunt in feudo, licet id conuenerit,niſi deficientibus maſculis.*

*Agnati*

10 Agnati in feudo nouo non ſuccedunt.

11 Conſuetudine, quæ alienatio permiſsa ſit.

12 Alienatio facta conſuetudine permittente, filium alienatoris agnatis præfert: ſecus, ſi ea fiat conſuetudine permittente

13 Alienata parte feudi, feudum paternum ad agnatos reuertitur: nouum verò ad dominum.

14 Alienatore olim mortuo, ſine agnatis feudum ad dominũ reuertebatur: ſi autẽ ſupereſſent agnati, præferuntur domino.

15 Alienatore etiam viuente dominus poteſt redimere feudum ſolutione precij: agnati tamen ei præferuntur.

16 Alienatio titulo venditionis olim vſque ad medietatem feudi valebat.

17 Alienatio feudi ſiue particularis, ſiue totalis, hodie prohibita eſt.

18 Agnati præferuntur domino in auocando feudum alienatum.

19 Agnatus hodie etiam non expectata morte alienatoris, reuocat partem feudi alienatam.

20 Feudum nouum alienatum reuertitur ad dominum: paternum ad agnatos, ſi iſti ſuperſint.

21 Agnatus poſterior admittitur ad reuocationẽ partis alienatæ à priore gradu.

22 Agnati tam nati quàm naſcituri mortuo alienatore ad partem feudi alienatã admittuntur.

23 Agnatus prior gradu prior quoque admittitur.

24 Filius etſi renuntiet feudo, tamen nepos conceptus poſt mortem aui ſuccedere poteſt.

25 Feudum regulariter progreditur ad deſcendentes: nõ

vt hære-

*vt hæreditarium,ſed vt ex prouidentia legali.*

26 *Filius licet renunciauerit feudo paterno, tamen non nocet nepoti.*

27 *Feudum reſpectu diuerſorum poteſt dici nouum & paternum.*

28 *Frater ſi conſentiat fratri alienanti, non nocet filijs fratris conſentientis.*

29 *Conſenſus patris in feudo hæreditario nocet filijs: ſecus in feudis ex legis prouidentia.*

30 *Factum patris an noceat filio.*

31 *Dominus inueſtiuit T.& S.et eorũ altero deficiente, feudum totum ad alterum pertinet.*

32 *Patre inueſtito pro ſe & deſcendentibus maſculis ac fœminis,hæ nõ ſuccedunt,niſi maſculis deficiẽtibus.*

33 *Pater qui ſuſcepit feudum pro ſe vſque ad quartam generationem,ſi alienet,an noceat deſcendentibus.*

34 *Vltimæ allegationi doctorum eſt ſtandum.*

35 *Feudum eſt de cohærentibus perſonæ.*

36 *Vaſallus qui ea conditione vtile dominium accepit ne alienet,an alienando noceat filio.*

37 *Vaſallus qui ita alienauit,ſi dominus cõſenſerit, non amittit feudum.*

38 *Vaſallus qui alienat quantum de iure poteſt, non amittit feudum.*

39 *Feudum pro legato non eſt obligatum.*

§. HOC QVOQVE OBSERVATVR. ¶Hic eſt §. difficilis, & habet duas lectiones, & loquitur in alienatione per vẽditionẽ: quas lectiones videbimus in gl.magna. Hoc dicit
1 vſq; ad fi.ti.¶†In feudo paterno ſuccedit frater,& fratri filia non ſuccedit in feudo,niſi aliter cõuentũ fuerit.Hoc dicit vſq; ad fi. ¶No.ibi,partẽ ſuam.

2 not.ſecundum And. † hic eſſe caſum, quòd fratres poſſunt inuicem diuidere feuda, niſi ſit feudũ marchionatus, ducatus, & comitatus. c.j.§.præterea.ꝟ. de prohi.alien.feu.per Fe.& vidiſtis ſ.in tit.in qui. mo.feu.amit.§.itẽ ſi duo fuerint fratres. ¶No.ibi,
3 vel fecerit inueſtituram. † quòd ſi pater renunciauerit inueſtituræ in manibus domini, vt filia ſua inueſtiatur, ſi dictus pater deceſſerit ſine hærede maſculo, feudum reuertitur ad agnatũ, quando frater
4 alienauit partem feudi. ¶No.verbũ, hærede.† quia in feudis hæres ſumitur pro deſcendente: c.j.§. & ſi clientulus.ꝟ.de alie.feu. ¶No.ibi, feudum pater-
5 num.ſecundum Bal.† quòd feudum paternum dici tur vſq; ad quartum gradum, incluſiuè: poſtea verò appellatur feudum antiquum, poſtquàm tranſiuit quartum gradum. ¶Ex quo infert Bald. quòd ſi fuerit conceſſum, vt paternum: non tranſibit vltra quartum gradum. Propterea vt tollatur omnis dubietas in inueſtitura feudali, ponũtur illa verba, in feudum paternum & antiquum, ſecundum Bal.
6 ¶Hic non placet illatio Bald. † Nã ſi princeps vel alius conceſſerit caſtrum vel aliam rem in feudum paternũ, feudum tranſit ad deſcendẽtes maſculos vſq; in infinitũ: vt vidiſtis caſum in c.j.& §.cũ Conrad.& §. hoc quoq; notandũ.ſ.qui feu.da.po. Nã natura feudi eſt, vt trãſeat ad deſcendentes vſq; ad infinitum: vt ibi dicit tex. Secundo modo per tex. in c.j.de gradi. ſuc.in feud. Vbi ad literam eſt verbum, feudum paternum.& tamen hîc ſumitur quando feudum habuit initium in perſona ſtipitis com-
7 munis. Tertio mouetur,† quia inducta ad augmentum non inducunt diminutionem.l.legata inutiliter.ff.de adi.leg.Sed ita eſt, quòd verbum, feudum paternum.in inueſtitura inducit augmẽtum vt demonſtrabo. Igitur non operatur diminutionem. Probo, quòd verbum, paternum.inducat augmentum: Nam ſi non eſſet iſtud verbum, paternum.in inueſtitura, certè dicitur feudum nouum: vt hîc

proba

probatur in fi.Sed additio qualitatis paternæ operatur vt non cenſeatur feudum nouum, ſed paternum,modò noſcis quòd maioris effectus eſt feudũ paternũ,quàm nouum: quia in paterno agnati ſuccedunt,in nouo autem non:vt probatur in tex.noſtro hic,& vidiſtis in c.j.§.cũ verò Conrad.allega.

8 ¶†Nec ob.hic tex.quē allegat Bal.quia reſpõdeo, quòd licet poſt quartũ gradum feudũ nominetur

a antiquũ,tamen in feudo antiquo ſiue paterno [a]ſuccediturvſq; in infinitũ:quia deſcendentes maſculi poſſunt ſuccedere.¶No.ibi,filia.ꝙ filia non ſuc-

9 cedit in feudũ. ¶ †Not.ibi,niſi inueſtitura. quòd ſi in inueſtitura ſit conuentum vt filij & filiæ ſuccedant in feudo,non ſuccedunt filiæ niſi deficien-

10 tib. maſculis:quod eſt notabile.¶†No.ibi,in alio. quòd in feudo nouo non ſuccedũt agnati: & dicitur nouum feudum, quod tamen habuit initium à fratribus. ¶Opp.contra iſtũ tex.Dicitur in tex. ꝙ agnatus poterit reuocare feudũ poſt mortem alienati. Sed cõtrà:Et imo videtur,quòd etiam in vita alienantis poſsit reuocari:vnde oppo.de c.Titius. ſi de feu.fu.controu.Sol. ſecundum Iac.de Bellou. Aut enim fit alienatio iure & conſuetudine permittente: & tunc non reuocatur feudum,niſi poſt mortem alienantis: vt hoc §.Aut fit alienatio iure & conſuetudine prohibente:& tũc in vita alienantis poteſt reuocari: ita loquitur in contrarium ſecundum Iac.de Bel.cui adiicite,quòd licet hæc ſolutio ſit in ſe vera: vt videbim⁹ in gl.magna:tamen nõ eſt bona ſolutio,quo ad tex.d.c.Titius.Nam in d.c. Titius. dicitur ꝙ alienatore demũ mortuo agnatus reuocabit feudũ:ergo ille tex. concor.cum text.noſtro,vt demũ alienatore mortuo reuocet a-

11 gnatus feudũ.¶†Operæpreciũ eſt quærere quę dicatur permiſſa vel prohibita alienatio à cõſuetudine? Reſpõdet Iac.tria iura cõſuetudinaria eſſe conſideranda: Primũ,eſt ius antiquum: quo iure erat permiſſa alienatio feudi vſque ad medietatem ſiue

a *Et an & quando feudũ dicatur paternũ, & quando antiquũ, vide Alex. conſi. ij. col. ij. in v. volu. & no.cõſ.xxvj col.pe.in eo.*

per venditionem, ſiue per libellum capit. j. infrà, qualiter olim feud.po.alie. Secundum,ius nouum fuit:vt alienatio eſſet permiſſa vſq; ad medietatem per libellum tantùm: vt vidiſtis s.quib.mod.feud. amitta.§.item ſi fratrem.& §.fi.Tertium & vltimũ, eſt ius nouiſsimum:quo prohibetur omnis alienatio.c.j.ĩ.de prohi. feu. alie.per Fed.ſecundũ Iac.de Bell. ¶Cui adiicite quòd etiam hodie vaſallus poteſt alienare dando alteri in feudum : vt gl.approbata, & ibi dicam in §.j.§.præterea.ĩ.de ca. Conra.
12 ¶†Secundò opponitur contra tex.Dicitur in tex. quòd ſi alienator deceſſerit ſine hærede maſculo. quaſi innuat à contrario, quòd ſi alienator decederet cum hærede maſculo: tunc hæres maſculus alienatoris excluderet agnatũ à ſucceſsione.¶Sed contrà d.c. Titius. allegato, vbi agnatus excludit filium alienatoris. Sol. Aut fit alienatio conſuetudine permittente: & tunc filius alienatoris excludit agnatos,vt hìc. Aut fit alienatio conſuetudine prohibente, & tunc agnatus excludit filium alienatoris: & ita loquitur contrarium ſecundum Iac.de
13 Bellou. ¶ † Oppó. & dicitur,quòd alienata parte feudi, feudum reuertitur ad agnatos. Sed contrà, quòd imo ad dominum ſecundũ opinionem dicti §. qui fratrem. s. quibus modis feud. amitta. Sol. Hìc nos loquimur in feudo poterno, ibi in nouo: vt not. ſecundũ Bal.& Iac. Vel aliter,ibi non erant agnati : hìc autem ſic. ¶Gloſſ.magna diuiditur in quatuor partes. In prima gloſſ.intelligit in alienatione per libellum : In ſecũda in alienatione titulo venditionis. In tertia ponit quid interſit. In quarta oppo.& ſoluit. Secunda ibi, vel ſi vis intelligere. Tertia ibi,hodie verò. Quarta ibi, ſed videtur quòd dominus. ¶In eadem glo.ibi,c.j.not.quòd olim valebat alienatio per libellum vſq; ad medie-
14 tatem feudi. ¶†In eadem ibi, §. ſi clientulus. not. quòd mortuo alienatore olim feudum reuertebatur ad dominum, quando non ſupererant agnati: dicto

dicto §. ſi clientulus. Si autem ſupereſſent agnati,
15 præferuntur domino: vt hoc §. noſtro. ¶† In eadem glo.c.j. not.quòd olim vſque ad medietatem
feudi valebat alienatio titulo venditionis.¶ In ea.
16 ibi,§.porro. nota etiam,†quòd viuente alienatore
dominus poteſt redimere feudum ab emptore ei
ſoluendo precium. Præfertur tamen agnatus domino in redimendo, vt etiam in prohibendo:vt ꝟ.
qualiter olim feud.alie.pot. §. porrò. ſiue penult.
Et hodie hoc ius non eſt correctũ, quia quod non
17 mutatur,&c.l.ſancimus.C.de teſtam.¶†In eadem
gloſſ.per leges Lotha.& Fede.not. hodie eſſe prohibitam feudi alienationem,ſiue totalis ſiue particularis ſit:c.j.ꝟ.de prohib.ali.feud.per Lotha. & ſic
hodie vaſallus non poteſt alienare vſq; ad dimidiã
18 feudi. ¶In eadem ibi,præcepimus.in fi. no.†quòd
agnati non pręferuntur domino in auocando feudum alienatum ſecũdum Pet.de Ceruo, quem hîc
refert Bal.de rigore per c.ex parte,extra,de feudis.
¶Vos tenete gloſſ. quam ſequuntur Iac. de Bello.
& And.hîc & Bal. qui dicit eam eſſe æquam, quòd
imo feudum alienatũ reuertitur ad agnatos,quando eſt antiquum & paternum: non autem ad dominum:pro qua ſententia eſt tex.hîc. Secũdò facit
ratio, quia quemadmodum agnati præferuntur in
redimendo & prohibendo: d.capit. j. §. porro, ita
agnati præferuntur domino, quando feudum eſt
alienatum: & hanc rationem hic ſenſit glo.noſtra.
Tertiò facit alia ratio:quia quemadmodum agnati
præferuntur domino, quando vaſallus committit
culpam in alia perſona quàm in domino: c.ſi vaſallus.ꝟ.ſi de feu.fuerit controuer. & c. vaſalli,ſi vaſal.
feud.priu. cui def.ita etiam præferatur agnatus domino in feudo alienato: & hanc quoque rationem
ſentit hîc glo. ¶Non obſtat c.ex parte,quia loquitur in feudo nouo. Vel aliter,Ibi non erant agnati.
Vel aliter, Erat tale feudũ in quo non ſuccedebant
agnati. Iſta eſt prima ſolutio & melior. Et ſimilem

ſol.gl.dat hîc ad c.j.§.deniq;.ſ.ex qui.cau.feu.amit. Deinde ſentit hîc glo. quòd ſi vaſallus alienauerit feudũ, deinde deſcendentes eius nunquam admittuntur ad feudum. Contrarium verò ſentit gloſſ. quæ incipit,quid igitur.auth.ſi frater. ¶Et contra hanc gl.eſt text. noſter hîc ibi,ſi moriatur ſine hærede maſculo. à contrario ſenſu, vt dixi in textualibus. ¶In ea ibi,c.j.not. etiam ſecundum Iac. de Bel.quòd hodie iſte §.eſt in hoc correctus : vt ſtatim nõ expectata morte alienatoris,agnatus reuo-
19 cet partem feudi alienatam : † quia hodie nedum totalis, ſed etiam particularis alienatio eſt prohibita:c.j.ſ.de prohibi.ali.feud.per Fede. ¶In eadem gl.ad fi.glo.bene ſoluit contrarium §.denique. al-
20 legata in glo.†quia quando feudum eſt nouũ,tunc reuertitur ad dominũ : quando eſt paternum ſiue antiquum, reuertitur ad agnatos,non ad dominũ, niſi non ſuperſint agnati : quia tunc reuertitur ad dominum,ſecundũ gl.hîc.¶Circa hanc gl.quęro, qua actione agnatus reuocat partem feudi alienatam ? Reſpondeo, vtili rei vendicatione : l.j. & l. quotiens.C.de donatio.quæ ſub modo.ſecundum
21 Andr. ¶†Secundò quæro, quòd ſi agnatus primi gradus voluerit alienare partẽ primi feudi alienatam,an ſequens agnatus in gradu admittatur: & ſic de ſingulis ? Reſpondeo, quòd admittitur ſequens in gradu : argument.leg.cum pater.§.libertus. ff.de legat. ij. Nam quando priori conceditur, non eſt denegandum poſteriori. l.aſsiduis.C.
22 qui po.in pign.habe.ſecundum Andre. ¶†Quæro, an agnati tam nati quàm naſcituri poſt alienationem feudi admittantur mortuo alienatore ad partem feudi alienatam? Et videtur quòd non,per l. hîc allegatam in gloſſa de libertis & eorum lib. l.ij. ¶ Econtrà quòd etiam futuri & naſcituri: argumento ff.de reb.dub. l.ſi cognati. ¶ Item aliàs concepti etiam, & nati poſthumi poſt teſtamentum, & de alio motrimonio, intelliguntur. l.iij. ff.de

23 ff.de iniu.rup.ſecundũ And. ¶†Quæro,an omnes agnati diuerſorum graduum ſimul admittantur ad partem feudi alienatam? Reſpondeo qui prior eſt in gradu,priùs admittitur.l.cùm ita.§.in fideicom miſſo.ff.de legat.ij.¶Quæro,pone Titius ſuſcepit feudum pro ſe & deſcendentibus ſuis, deinde deceſsit Titius relicto filio qui filius poſtea grauauit filium:filius iſte Titij prædefuncti renuntiauit feu do: quæritur, an nepos conceptus poſt mortẽ aui poſsit ſuccedere in feudo? Videtur dicendum, ꝙ non,per l.Titius.& l.prætor.ff.de ſuis & legi. cum
24 ſimilib. ¶†In contrarium determinat Bal.in l.ſi in perſonam.C.de fideicomm.& in l.qui ſe patris.C. vnde libe. Ratio,quia hìc nepos non venit ad ſucceſsionem feudi ex perſona filij, ſed ex prouidẽtia legali ſiue conſuetudinaria,c.j.§.hoc quoque notandum.ſ.qui feud.dare poſſunt.¶Non obſt.l.Titius.cum ſim.quia loquuntur iſta iura,quando nepos non venit ex prouidentia legali.Nam loquuntur in hæreditaria ſucceſsione: ex qua ſolutione poteſtis inferre,quòd ſi feudum eſſet hæreditariũ, ita vt deferetur deſcendentibus vt hæredibus,tũc nepos qui non eſt conceptus tempore aui,nõ poſſet ſuccedere ex perſona propria. Nam aliquando feuda ſunt hæreditaria. Præterea veniunt in petitione hæreditatis,vt no.in l.& non tãtùm.in prin. a
25 ff.de pet.hære.†Regulariter autem ex natura feudi feudum progreditur ad deſcendentes,nõ vt hæ
a reditarium, a ſed ex prouidentia legali ſiue cõſuetudiuaria. c.j.§.cum verò Cõradus. & §.hoc quo-
26 que notandum.allega.¶†Et eſt notandum ſecundum Bal.in d.l.ſi in perſonam. quòd licet filius renuntiauerit feudo paterno, tamen non nocet nepoti.c.j.ſ.de vaſallo decrepitæ ætatis.& c.j.ſ.de gra
27 dib.ſucceſſ.in feu.Et no.ſecundum Bal.hìc,†quòd feudum poteſt dici nouum & paternum reſpectu diuerſarũ perſonarum:exẽpli gratia, Titius & Caius ſunt inueſtiti de feudo, deinde Caius genuit

*a Et quid ſit feudum hæreditarium, & an veniat in petitione hæreditatis, pulchrè D.Frã. Curt.in vij. char.in viij. q.j.par. ver ſicu.iiij.ſub hac prima ſpecie.*

filium & nepotem ex filio: certè hoc feudum eſt paternum reſpectu filij & nepotis, reſpectu autem Titij dicitur eſſe nouū: quia feudū habuerit exordium in perſona Titij, vt hoc §. noſtro, in fi. ¶ Gl, quid ergo erit, diuiditur in duas: in prima format quæſt. in ſecunda opponit & ſoluit. Secunda ibi,
28 ſed quomodo. ¶ † In eadem ibi, emancipatum. no, quòd ſi frater conſentiat fratri alienanti, non nocet filiis conſentientis. ¶ In ead. gloſ. ad fi. Iaco. de Bel. intelligit gloſ. hoc modo: Aut feudum eſt no-
29 uū aut antiquū. † Primo caſu cōſenſus patris nocet filiis: ſecūdo caſu nō nocet filiis. ¶ And. verò ſubtiliùs conſiderauit glo. Nam mens gloſſ. eſt ſecundum eum: Aut feudum eſt hæreditarium, & tūc cōſenſus patris nocet filio hæredi. l. cum hæres. allega. in glo. l. quæ à patre. C. de reſtit. mil. l. cum à matre. C. de rei vend. quia filius hæres patris non poteſt improbare factum defuncti. l. ex qua perſona, ff. de reg. iu. & l. oportet. allegata in gloſſ. Aut feudum non eſt hæreditarium, ſed ex legis prouidentia: vt regulariter ſunt feuda: c. j. §. hoc quoque notandum, & tunc factum patris non nocet filio. l. ſi arrogator, ff. de adop. cum ſi. ¶ In glo. quæ incipit, ſed hodie. ad fin. dicite vt dixi latè in c. j. ȝ. qui feuda. poſ. ¶ In gl. quæ incipit, nec eius. ad fi. dicite vt dicitur in c. j. ȝ. quemadmo. feu. ad fil. pert. quia improbabo hîc Iac. de Bel. ¶ In gloſſ. quæ incipit, vel extantibus. ad fi. dicite vt dixi in cap. j. epiſcopum vel Abbat. in gloſſ. fin. ad fin. dixi in c. j. ȝ. qui feud.
30 dare poſſunt. ¶ † Quæro, an factum patris noceat filio? Reſpondeo ſecundum Iacob. de Bel. Aut feudum eſt nouum, aut paternum ſiue antiquum: Primo caſu factum patris nocet filio: c. ſi vaſallus culpam. ȝ. ſi de feud. fuer. controuer. vt vidiſtis heri in gloſſ. quæ incipit, quid igitur erit, &c. Secundo verò caſu principali, quando feudum eſt antiquum ſiue paternum: Aut pater alienat, aut cōſentit alienanti, aut aliam culpam committit. Primo caſu, ſi

fit alie-

ſit alienatio iure & conſuetudine permittente, nō nocet filio:vt hoc §.noſtro.Aut ſit iure & conſuetudine prohibente,& tūc nocet filio, ſi aliquid hæreditatis patris habuerit,vel habere potuerit:aliàs ſecus. l.Titius.§.ſi de ſeu.fuer.controuerſ. cap.j.an agna. vel filius repu.hæred. ſecundum Iac. de Bel. & Bal.qui ita intelligit illum titulum. Secundo verò caſu quando pater conſentit alienanti, tunc factum patris non nocet filio:vt vidiſtis glo.quæ incipit, ſi pater. quia ſimplex conſenſus non inducit naturalem obligationem.l.ſi vnus.§.pactus.de pactis.propterea non obligatur filius.Tertio & vltimo caſu, quando pater committit aliam culpam: & tunc ſi viuo auo committat culpam, non nocet
a nepoti, ſiue filio : ſecus ſi poſt mortem aui : [a] quia tunc factū committētis culpam nocet nepoti ſiue filio.l.emancipatum.§.fin. ff.de ſenator.l.ad optimum.§.ſiua.ff.de in ius vocando.l.ij.C.de liber.& eorum liber. l.diuo Marco. C.de quæſt. l.diui fratres.ff.de iure patrona.cum ſimilib.¶Huic diſtinctioni Iacob.& Bald.adiicit quæ plenè dicam vobis in cap.ſi vaſallus culpam.§.ſi de feu.fue.controuer.& no.per Cyn.& Bald.in l.ij.C.de liber.& eorum liber.

31 ¶†Quæro,princeps vel alius inueſtiuit Gayum & Sempronium, & quemlibet eorum inſolidum de feudo:quæritur, an altero deficiente to-
b tum feudum ad alterum pertineat? [b] Videtur dicēdum quòd non:vt hoc tex.noſtro,in fin.¶In contrarium determinat Bald.propter dictionē,quemlibet.arg.not,in l.ſi pluribus.de leg.ij. & in l.credi-
32 tor.§.duobus.ff.manda. ¶†Quæro,pater eſt inueſtitus de feudo pro ſe & deſcendentibus maſculis & fœminis ex corpore ſuo, an filius filiæ ſuccedat
c in feudum? [c] Reſpondet Bal,quòd ſic:l.j.C.de cō-

a An & quando in feudis delictum patris noceat filiis,D.Frā. Cur.in tractat.feu.vj. quæ.v. par, Alexan.conſilio xxvj. in ij. col.v. volumi. D. Iaſ. in tracta.iuris emphyteo.in l. j. iij.col. in iiij.not,

b Vide tu de iſta quæſtione per Alexand.nota. conſil. ij. in ij.& iij.col v. volumi. In contrarium tamē expreſsè cōſuluit conſi. xiij. vltimo dubio.in v. volum. Vide omnino Ro. conſilio xix. Alexā. conſil, xvij. ij.col.v.vol. & conſilio cxxxv. in princ.in eo.& conſil.xxx. iiij.col.j.volum.

c Et cum hac opinione tranſit ſimpliciter D.Franci, Curt.in tractat.feud.in iij chart.iij.part.verſic.xiij. quæro.

di.inſer. Cui adiicite hoc eſſe verum, ſi deficiant maſculi deſcendentes: vt dixit tex. hic in verbo, filia.

33 ¶ † Quæro, pater ſuſcepit feudum pro ſe & deſcendentibus vſque ad quartam generationem, pater alienauit contra naturam feudi: an noceat deſcendentibus ſuis? Bal. hic arguit pro & contra, &

34 non videtur decidere. † No. tamen perpetuò, quod vbicunque doctor allegat pro & cõtrà, vltimæ allegationes dicuntur deciſiones: & videtur doctor

a ſequi illam partem vltimam:[a] arg. eorum. quæ not. Bar. & glo. in l. bona fides. ff. depoſi. ergo Bal. videtur inclinare, quòd factum patris non noceat deſcendentibus, vt videtur caſus in cap. Titius. ſi de feud. fuer. controuer. ¶ Subdit tamen Bald. vnum verbum valde notabile, quòd ſi marchio vel dux inconſulto Imperatore alienauerit marchionale vel ducale feudum, talis alienatio non nocet filio

b ducis [b] aut marchionis. Ratio, quia feudum ducatus vel marchionatus non progreditur per viam ſucceſsionis, ſed filius & deſcendentes capiunt à manu principis. ¶ Adiicite quòd hæc ratio non videtur bona: quia hodie vſurpatum eſt, quòd feudũ ducatus vel marchionatus vadat per ſucceſsiones.

35 c. j. §. de alie. feu. in fi. Cogitabitis. ¶ † Et not. vnum peregrinum ſecundum Bald. hìc, quòd feudum eſt de cohærentibus perſonæ: propterea non acquiritur patri per filium. l. iij. §. ſi quis minori. dum loquitur de militia. ff. de minor. Propterea ſurgit illa mater, vera concluſio, ſecundum Baldum, quòd pater poteſt ſtipulari feudum vni ex filiis, & vni hæredum. l. auus. ff. de pact. iuncta l. fin. C. de pignor.

36 ¶ † Quæro, Titius dedit vtile dominium in feudum cum pacto, ne vaſallus alienet, vaſallus alienauit: quæritur, an noceat filio? Hanc quæſt. format Dyn. ſecundum Bal. hìc, & in l. qui abſentis. §. j. ff.

*a Idem dictũ de gloſſ. quæ videtur approbare vltimam ſecundum gl. & Barto. in dicta l. bona fides. & glo. in l. cum quidã. §. Sabinus. ff. ad Treb. Quod limita vt per Felyn. in ca. j. vlt. col. de conſti. Iaſon in l. ſi tibi. vlti col. ff. ſi certum pet. & in l. ſi idem cum eodem. §. ſi vna. ff. de iuriſdi. omniũ iudicum.*

*b An pater qui ſuſcepit feu. pro ſe & deſcendẽtibus vſq; in quartam generationem, poſſit feudum alienando ipſis præiudicare, vide Alexan. conſilio xxviij. in princ. in v. volum. & conſi. xvij. j. col. in eo. Vide eundem omnino in dicto conſi. xxviij. in penult. col.*

de ac-

de acquir.poſſeſſ.Et faciunt notata in l.ead.l.C.de condi.ob cau.in l.ſi ita quis.§.ea.l.ff.de ver.oblig. Et concludit Bal. quòd ſi non nominatim ſit facta mentio de filio, puta Ioanne filio ſuo: & tunc non nocet factum patris filio. Si autem ſit facta nominatim mentio de filio, & tunc deciſio dependet ab illo articulo, an pater voluerit acquirere filio vt hæredi, de quo articulo per Bal.Bart.& Ang.in l.ſi tibi decem millia.§.ſi pactus.ff.de pact. & per Cy. Bal.& alios in l.liberti.C.de oper.liber.& per Bar. in l.vt iureiurand.§.ſi liber.ff.de oper.liber.In vna lectione plures concluſiones hic ponit Bald. quas examinabo in cap.j.ĩ.de prohi.feu.alien.per Feder.

37 ¶ † Quæro, vaſallus alienauit feudum ſub conditione, ſi dominus & agnati conſenſerint: quæritur, an amittatur feudum? Reſpondit Bal.quòd non.l.

38 ſi quis locuples.in fin.ff.de manu.teſta. ¶ † Quæro, vaſallus alienauit feudum ſub conditione, ſi & in quãtum de iure poteſt, & aliàs non: ſequitur traditio, an perdat feudum? Iaco.de Ardizone, in ſua ſumma, vt hìc refert Bald.tenet, quòd non.l.ſuper conditione.ff.de ſolution. l.qui abſenti. §.j.ff. de acquirend.poſſeſſ.Secus vbi captio fit in traditione: puta, ſi vaſallus tradidiſſet feudum alicui potenti domino, cuius feudi recuperatio eſſet difficilis: quia tunc vaſallus caderet à feudo: quia præceſsit venditio vt infirma, traditio autem vt firmanda. l.& eleganter. in principio. & ibi not.ff.de dolo.Nam proteſtatio iuris non tollit exequutionem facti.l.prima.§.primo.ff.de acquirenda poſſeſſione.l.ſi ſeruus.C.quod cum eo.& plenè per Bartolum in l.non ſolùm. §.morte. ff. de noui operis nuntiatione. ¶ Propterea malè dixit Iacob. in ſua

a ſumma, dum ait, quòd iſte erit modus [a] alienandi

39 feudum:l.fraus.ff.de legib. cum ſimilibus. ¶ † Vos noſtis, quòd pro legato ſunt hypothecata bona defuncti.l.j.C.communia de lega. & plenè in l.j.ff. de lega.j.quæritur, an pro legato ſit obligatum, & hypo-

a *An & quãdo poſsit vaſallus alienare abſq; eo quòd cadat, & per quæ verba poſsit talis alienatio fieri, ponit D. Franc. Cur. in trac.feu. xij. charta, iiij.par. verſic.xxj. quæro. Latè Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. xxxiiij. col. de conſtitu.*

hypothecatum feudum? Reſpondeo, quòd non: ſecundum Baldum in l.ij.C.commun.de lega. Ratio eſt, quia vaſallus non poteſt obligare feudum: c.j. §.donare.ꝗ.qualiter olim feu.ali.pot.c.j.ꝗ.de prohi. ali.feu. per Federicum.

## Qui ſucceſſores teneantur. Titulus IX.

¶Hæc rubrica habetur duobus modis: vno modo ſic: Hîc poteſt eſſe titulus qui ſucce. teneantur, & qui non. Alio modo poteſt haberi, quid iuris ſit, ſi quis fuerit inueſtitus de aliquo feudo. Sed hac rubrica regulariter non vtimur. ¶Continuatur hæc rubrica hoc ordine: Suprà viſum eſt qualiter ſuccedatur in feudum: ideo competenti ordine ſubiicitur rubrica, qui ſuccedere teneantur, & qui non.

## SVMMARIVM.

1 *Totius §. ſumma ponitur.*

2 *Inueſtitura facta de alieno feudo, valet poſt mortem primi vaſalli.*

3 *Inueſtitura celebrata in diem vel ſub conditione, valet.*

4 *Inueſtitura facta in diem vel ſub conditione, ſortitur effectum exiſtente die vel conditione.*

5 *Spes conditionalis inueſtituræ feudi tranſit ad hæredes actiuè & paßiuè.*

6 *Inueſtitura de alieno feudo facta, purè non valet.*

7 *Inueſtitura in diem, vel ſub cõditione, non habet locum in eccleſiaſtica perſona.*

8 *Spes inueſtituræ in diem, vel ſub conditione, tranſit ad hæredes actiuè & paßiuè.*

Formæ

9 *Formæ traditæ à lege nemo poteſt renuntiare.*
10 *Prælatus deponendus poteſt inueſtire de feudo aperto.*
11 *Conditionalia iura non confiſcantur.*
12 *Superior Eccleſiaſticus poteſt reuocare feudum ſub conditione, vel in diem.*
13 *Feudum ſi euincatur ex facto ipſius domini, ipſe tenetur.*

SI QVIS INVESTITVS. ¶Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit vnum dictũ. In ſecunda ponit aliud dictũ. In tertia ponit̃ limitatio primi dicti. In quarta alia limitatio primi dicti. Vel aliter & breuiùs, diuiditur in duas partes: In prima loquitur de feudo conceſſo à layco. In ſecunda de feudo conceſſo ad eccleſiaſticam perſonam. Secũ-
1 da ibi: hoc ita eſt. Hoc dicit: ¶†Facta inueſtitura de alieno feudo in diem, vel ſub conditione, ſortitur effectum vaſallo mortuo ſucceſſore, ſiue præmoriatur inueſtitor, ſiue inueſtitus, ſiue tenens feudũ: & prædicta habent locum quando feudum eſt cõceſſum à layca perſona: ſecus ſi ab eccleſiſtica perſona. Et non valet inueſtitura purè facta de alieno
2 feudo. Hoc dicit totus hic titulus. ¶†Not. ibi, de alieno feudo. quòd valet inueſtitura facta de alieno feudo poſt mortẽ primi vaſalli. Declaro: pone, Marchio inueſtiuit Cayum in feudum de caſtro, deinde dominus marchio inueſtiuit aliũ de dicto caſtro poſt mortem primi vaſalli: certè valet inueſtitura: vt hoc tex. Et ſic nota caſum, quòd dominus poteſt inueſtire alium vaſallũ ſub conditione, cum aperietur feudum. Et not. quia fui interroga-
3 tus à ſenatore magnifico. ¶†No. tex. ibi, vel ſi fuerit inueſtitus. quòd valet inueſtitura feu. celebrata
4 in diem, vel ſub conditione. ¶†Not. ibi, ſiue præmoriatur.

moriatur. quòd facta inueſtitura in diem certum ſiue incertum vel ſub conditione, ſiue præmoriatur inueſtitor, ſiue inueſtitus, ſiue tenens feudum: puta, fortaſsis alius vaſallus ſortietur effectum di-
5 ctæ inueſtituræ exiſtente die vel conditione. ¶ †Et ſic notá hîc eſſe caſum, quòd in feudis ſpes conditionalis inueſtituræ feudi tranſit ad hæredes actiuè, & etiã paſsiuè. Facit §. ex conditionali. Inſtitu. de verborum obligatione. Et ſic magis æquiparatur feudum contractui, quàm vltimæ voluntati: quia ſpes conditionalis in vltima voluntate non tranſit ad hæredes. l. ſi ex plurimis. ff. de ſuis & legiti. & dicam in l. j. C. de his qui ante aper. tab. ¶ Not. text. ibi, licet alij dicant. quòd alij fuerunt in cõtraria opin. ſubaudite, & malè: quòd imo ſpes conditionalis inueſtituræ non tranſit ad hæredes
6 inueſtiti. ¶ †Not. ibi, nam ſi aliquis. ꝙ inueſtitura de alieno feudo facta purè, nõ valet. Tamẽ de hoc notabili dicam in capi. infrà, quid ſit inueſtitura. in capitu. ſi facta. infrà, ſi de feud. fuerit cõtrouerſia. licet Andre. hîc tangat aliqua quę ponam in di-
7 ctis locis allegatis: quia ibi cadit. ¶ †Not. ibi, hoc ita eſt. quòd dicta in præcedentibus de inueſtitura in diem vel ſub conditione, non habent locum in inueſtitura à prælato facta, vel ab eccleſiaſtica perſona: quia ſi ante diem, vel accidentia conditionis pręmoriatur inueſtitor, ſucceſſor eccleſiaſtica perſona non tenetur adimplere inueſtituram feudalẽ. ¶ No. ibi, & hoc intelligendum. quòd id quod dictũ eſt in principio capituli, habet locum quando primus vaſallus deceſsit ſine ſucceſſore: puta, ſiue maſculis, vel etiam agnatis, ſiue ſi feudũ erat antiquum vel paternum: vt vidiſtis in c. j. ſ. de ſucceſſ. feu. ¶ Glo. quæ incipit, & meritò. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit intellectum huius capituli, approbando ſecundum intellectum. In ſecunda contrarium. In tertia opp. & ſol. Secunda ibi, & ſunt hæc omnia intelligenda. Tertia ibi, ſed

opponitur.

opponitur. ¶In ea.glo.ibi, inueſtire filiam ſuam.
8 ¶†No.intellectũ glo.quæ vult quòd opi.ſecunda aliorum,poſita in text. ibi,ſed licet alij dicant.ſit vera.Sed hanc gloſ. improbant cõmuniter Feudiſtæ, maximè Iaco. de Bel. & Andr. & Bald.ꝙ imo prima opin.poſita in tex.quæ eſt,quando ſpes inueſtituræ in diem vel ſub conditione tranſeat ad hæredes actiuè & paſsiuè,ſit veriſsima opi.vt probatur in d.§. conditionali. Nam obligatio poteſt effectum ſortiri,etiam in perſona hæredis ab exordio.l.vnica.C.vt actiones ab hæred. & contra heredem.& dixi in textualibus.¶In eadem gloſ. ibi, is qui deſtinauit.de hoc dicite,vt plenè dixi in c.j. §.qui ſucceſ. te. ¶In ea. glo. ad fi. bene loquitur
9 glo. ¶Extra gloſ. quæro, †an poſsit renunciari beneficio huius conſtitu.ibi,nam ſi aliquis. & ibi, hoc ita? Reſpondit Bal.quòd non:quia formæ traditæ à lege non poteſt renunciari.Allegat Cy. in additionibus in l.cum ventre.ff.de pac. do. quãdo actus eſt nullus.Vos allegate ſcripta in l. ſi quis in
10 conſcribendo. C.de pac. ¶†Secundò quæro, an prælatus deponendus qui nondum eſt accuſatus vel inquiſitus, poſsit inueſtire aliquem de feudo aperto? Reſpondeo,quòd ſic:per no.in c. quapropter.de elec.in nouella ſecundũ Bald.hîc,cui adijcite notata per Inno.in c.cum noſtris.de cõceſsio.
11 præben.¶†Quęro tertiò,laycus inueſtiuit aliquẽ ſub conditione,cuius layci bona fuerunt publicata:quæritur,an fiſcus exiſtente conditione teneatur adimplere dictam feudalem inueſtiturã? Reſp. quòd non:quia fiſcus in hoc æquiparatur prælato. l.quotiens.ff.de noua.ſecundũ Bald. ¶Sed contra Bald.videtur facere:quia iura conditionalia non cõfiſcantur. l.nã ad ea.ff.de condicti. & demõſtra. ¶In gl. alibi dicã de hoc vobis & no.ſecundũ Bal. quòd ſi quis eſt cõtumax, ob contumaciã poſſunt eius bona publicari ex forma ſtatutõrũ:vt not. per Specu.titu.de inſtrumen.edit.§.j.ver. ſed pone. &

no.in capi.veritatis.de dolo & cõtumacia, ſecũdũ
12 Bald.¶†Quæro,an ſuperior eccleſiaſticus poſsit reuocare feudum conceſſum in diem vel ſub conditione,quando prædeceſsit inueſtitor prælatus? Reſpondeo, quòd non ſolùm immediatus rector eccleſię,ſed etiam ſuperior poterit id reuocare:vt no.per Inno.in c.cùm dilectus.de ſucceſ. ab inte-
13 ſta.ſecundum Bal.¶†Vltimò quæro, dominus cõceſsit feudum hoc pacto,quòd non teneatur ipſe de euictione,niſi pro ſuo dato & facto: quæritur, an ſi euincatur ex facto auctoris ipſius domini, teneatur dominus de euictione?Reſpõdeo quòd ſic: ſecundum Bartol. in l. ſi ſeruus. ff. de conditio. furt.licet in contrarium faciat quod not. Cy. in l. ſiue.C.de nego.geſtis.de quo articulo dicam vobis in d.l. ſi ſeruus.

**aliàs,fidelem.*

## De contentione inter dominũ * & vaſallum de inueſtitura feudi. Titulus X.

&

*And. de Iſern. * titul. eſſe non vult. Auctor cõiũctimexponit.*

## De pignori dato feudo, quid iuris ſit. Titulus XI.

Continuatur hoc ordine:Suprà viſum eſt de contentione inueſtituræ in genere, hìc autem reſtat videre in ſpecie. ¶Sed contra hanc continuationem opponitur: quia continuatio debet fieri ad proximos titulos:l.ij.ff.de ſtatu homi.ſed hæc cõtinuatio fit à remotis, quia ſunt quatuor rubricæ intermediæ inter hanc rubricam, & illam de controuerſia inueſtituræ.Solue:Licet illæ quatuor rubricæ ſint intermediæ,tamen bona eſt continuatio,quòd illæ quatuor rubricæ ſunt coniunctæ & pertinentes inuicem:vt vidiſtis in continuationibus earum.Et facit Tex.in d.l.ij.ibi,vt res patitur.

### SVMMARIVM.

1 *Totius tituli ſummmarium ponitur.*

2 *Pares Curiæ qui dicantur.*

*Vbicun-*

3 *Vbicunque eſt controuerſia inueſtituræ feudalis, probatio eſt facienda per pares Curiæ.*

4 *Teſtes in cauſa feudali regulariter non poſſunt eſſe, niſi pares Curiæ.*

5 *Inopia probationum emergente, iuramentum deferendum eſt vaſallo poſſeſſori.*

6 *Poſſeſſor rei feudalis iurat cum duodecim ſacramentalibus.*

7 *Sacramentales qui dicantur.*

8 *Sacramentalibus iuramentum non defertur, niſi ſit præſumptio contra poßidentem.*

9 *Ad purgationem canonicam nõ peruenitur, niſi infamia: ad inquiſitionem non, niſi iudicijs præcedentibus.*

10 *Viam vnam qui elegit, poteſt amplecti aliam.*

11 *Dominus ſi poßideat rem feudalem, ei iuramentum deferendum eſt.*

12 *Clientulus in feudis ſumitur pro vaſallo.*

13 *Vaſallo actori vel guaſtaldioni, licet poſſeſſor ſit, iuramentum non eſt deferendum.*

14 *Officialis ratione officij præſumitur ſubtraxiſſe bona, quæ reperiuntur penes ipſum.*

15 *Lombardæ textus poteſt allegari.*

16 *Caſtrum qui recepit pro pignore, non poterit dicere eſſe feudale, niſi probârit.*

17 *Feudum guardiæ non eſt perpetuum.*

18 *Teſtes qui aliàs non admitterentur, in defectu probationum admittuntur.*

19 *Licet poßidenti vaſallo iuramentum deferatur, fallit tamen in actore & caſtaldo.*

20 *Pares Curiæ quando teſtes vel iudices eſſe queant.*

21 *Vbi eſt præſumptio pro iurante, ſufficit iuramentum ſine duodecim ſacramentalibus: aut præſumptio eſt contra ipſum, & iurabit cum xij. ſacramentalibus.*

22 *Officialis quando præſumatur ditatus ex bonis fiſci.*

23 *Dominus finito feudo, propria auctoritate poteſt ingredi poſſeßionem feudi.*

SI CONTENTIO INTER. ¶ Diuiditur hic titulus in quatuor. In prima traditur forma dirimendæ controuerſiæ inter dominum & vaſallum, quando vaſallus probat vel poſsidet. In ſecunda, quando dominus poſsidet. In tertia de inueſtitura rei quam quis ſuſcepit pro pignore. In quarta de effectu feudi guardiæ vel guaſtaldiæ. Secunda ibi: cæterùm ſi dominus. Tertia ibi, ſimiliter. Quarta ibi, inſuper ſciendum. Item prima ſubdiuiditur in duas. In prima loquitur magiſter feudorum, quando ſunt pares curiæ qui poſſunt probare. In ſecunda, quando eſt inopia probationum. Secunda ibi, inopia. Item ſecunda pars principalis ſubdiuiditur in duas: In prima facit, quod dictum eſt. In ſecunda ponit exceptionem. Secunda ſecundæ ibi, hoc ita niſi clientulus. Hoc dicit:

1 ¶ † Contẽtio inueſtituræ feudalis inter dominum & vaſallum dirimitur per pares curiæ, vel per ſacramentum poſſeſſoris, niſi ſit actor, vel guaſtaldio poſsidens, & feudum guardiæ vel guaſtaldiæ poteſt auferri poſt annum. Hoc dicit totus iſte titulus.

2 ¶ † Not. primò ibi, quòd pares curtis. qui dicantur partes curtis. [a] Nam dicuntur conuaſalli: verbi gratia, dominus inueſtiuit plures vaſallos de diuerſis feudis. Certè iſti vaſalli dicuntur pares curiæ.

3 ¶ † Item no. quòd vbicunque eſt controuerſia inue

*a Qui dicantur pares curiæ, ponit D. Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in vj. col. verſi. vlterius ne incedamus.*

inueſtituræ feudalis, probatio eſt fienda per pares
4 curiæ. ¶†No.ibi,aliud.licet in aliis cauſis regulariter omnes teſtes admittantur: l. j. ff. de teſti. tamen in cauſa feudali non admittuntur niſi ſint pares curiæ:vt hic in tex. De quo articulo dicam plenè in c.j.§.j.quid ſit inueſtitura. vbi gloſſ.magiſtra.
5 ¶†Not.ibi,inopia. quòd emergente inopia probationum: puta, quia non ſint pares curiæ,deferendum eſt iuramentum vaſallo aſſerēti ſe inueſtitum
6 de re quam poſsidet. ¶†No.tex.ibi,cum xij.ſacramentalibus. quòd poſsidens rem feudalem iurat
7 cum xij.ſacramentalibus. ¶†Quęro,qui dicantur ſacramentales? Reſpondeo ſunt teſtes qui iurant ad ſancta Dei euangelia ſecundum conſcientiam & credulitatem ſuam,poſsidentem verè & veritatem iuraſſe. Et dicentur purgare conſcientiam iurantis, quando eſt aliqua ſuſpicio vel præſumptio contra iurantem: vt videbitis in oppo. & proba-
8 tur in Lōbardo intro.qualiter ſe defendant.¶†Et eſt notandum ſecundum And. quòd nunquam defertur iuramentum ſacramentalibus,neq; compelluntur iurare ſacramētales, niſi aliqua ſuſpicio vel præſumptio ſit contra poſsidentem iurantem,quæ ſuſpicio vel præſumptio moueat iudicem ad ſuſcipiendum probationem per xij.ſacramētales.l.pre-
9 ſenti.C.de his qui ad eccl.confug. ¶†Simile dicimus in purgatione canonica, quia præcedente infamia apud graues peruenitur ad purgationem canonicam.c.cum inuentę.de purga.can. per totum. ¶Simile:Etiā de iure ciuili nō peruenitur ad inquiſitionē,niſi per iudicia pręcedētia,per Cy.in l.fi.C.
10 de quęſt.& per Bar.in l.marit⁹.ff.de quęſt.¶†Quęro,poſsidens incœpit amplecti viā ordinariam,volens probare per pares ſe inueſtitū eſſe, deinde videns ſe nō poſſe probare,vult deuenire ad ſacramētum cum xij. ſacramentalibus: quęritur,an poſsit? Videtur ꝙ non:quia poſtquā elegit vnā viam, non poteſt amplecti aliā,variādo:l.fi.C.de codicil.¶In

contrarium tamen hîc videtur ſentire And.de Iſer.
per.tex.noſtrũ,qui loquitur indiſtinctè.Et adiicite
notata per Innoc.in c.nouit.de iud.& in c.cum ve-
11 teri.per Cano.de elec. ¶†No.ibi,cæterum.quòd
ſi dominus poſsideat rem de qua eſt controuerſia
inter dominum & fidelem, deferendum eſt iura-
12 mentum domino cum xij.ſacramentalibus.¶†No.
text. ibi, clientulus in feudis ſumitur pro vaſallo.
13 ¶†No.ex eo text.ſingulari vnũ intellectum, quòd
licet vaſallus poſsideat rem,tamẽ non eſt deferen-
dum iuramentum ei, quando eſt actor vel guaſtal-
dio domini,ſed ſtandum eſt iuramẽto domini. Vel
aliter ſecũdum Iac.aliũ intellectum:ꝙ quando dñs
poſsidet, ſit deferẽdum iuramentũ domino cũ xij.
ſacramentalibus:tamen ſi vaſallus ſit actor vel gua
ſtaldio domini, tunc erit deferendum iuramẽtum
14 dño ſine xij. ſacramentalibus. ¶†No.ibi,nam ali-
quando bona multa.quòd ratione officij præſumi-
tur officialis ſubtraxiſſe vel obtinuiſſe multa bona
domino quæ reperiuntur penes ipſum officialem:
15 de quo ſtatim dicã in opp. ¶†No.ibi,in Lõbarda.
quòd text. Lombardæ poteſt allegari: quod an ſit
16 verum,dixi in procemio operis. ¶†Item no.quòd
ſi quis recepit caſtrum vel aliam rem pro pignore,
non poterit dicere eam eſſe feudalem, niſi proba-
uerit text.de quo dixi plenè in c.j.§.ſimiliter.ȝ.de
17 contr.inueſt. ¶†No.tex.ibi,inſuper ſciendum.ꝙ
feudum guardiæ vel guaſtaldiæ non eſt perpetuũ:
imo poteſt auferri à dño, quia non eſt perpetuum:
18 de quo dixi plenè in c.j.ȝ.de feu.guar. ¶†In gloſſ.
j.ad fi.no. quòd in defectum probationum admit-
tuntur teſtes qui aliàs non admitterentur. ¶In gl.
quæ incipit, huic ſimile.ad fi.not. quòd poſſidenti
in dubio defertur iuramentũ:de quo arg.dicam in
l.admonendi.ff.de iureiu.& facit quod no.in §. ſa-
a cramentum.ĵ.de ſucceſ.rec.feu. [a] ¶Gl.j. vt detur.
diuiditur in tres partes.Nam in prima ponit vnum
intellectũ,in verſi.hoc ita,niſi clientulus.In ſecun-

*a Et ſic præſumitur pro poſſeſſore,et de commodo poſſeſſionis ponit Alexand. no. conſ. lxxiij. in col. fin. v. vol. Infinita ponit Barbat. conſil. xxiij. in vj. dubio. in j. volum. Alexan. no. cõſ. cxl. in prin. in v. volu.*

da ponit aliũ intellẽctũ in eo.verſi. Et prędicti duo intellectus procedunt, ſi litera ſit affirmatiua: ſcilicet hoc modo: ſcilicet, religioni dñi ſtatur. In tertia parte gl. ponit tertium intellectum prout litera eſt negatiua, hoc modo: videlicet, religioni nõ ſtatur. Et tunc eſt ſubaudiendum, ſcilicet vaſalli: non autem, domini. ¶In ea.gl.ibi, Pyleus, no. primum intellectum, quòd iſte titulus nõ referatur ad proximum reſponſum, ſed ad præcedens mediatum.

19 ¶†Nam licet poſsidẽti vaſallo deferatur iuramentum, fallit tamen ſi ſit actor vel guaſtaldio dñi. ¶In ea.ibi, cum xij.no. ſecũdum intellectum, quòd iſte ver. hoc ita. referatur ad reſponſum proximum immediatè: & tunc ſenſus literæ eſt, quòd licet domino poſsidenti deferatur iuramentum cum xij. ſacramentalibus: tamẽ fallit, ſi vaſallus ſit actor vel guaſtaldio domini: quia tunc domino defertur iuramentum ſine xij. ſacramentalibus. Et prædicti duo intellectus procedunt, quando litera eſt affirmatiua. ¶Ad fi.gl.no. expoſitionem aliam ad tex. prout litera eſt negatiua: & eſt idem tamen intellectus in effectu, prout dicit gl. in prin. ſui: & ſic quo ad effectum, non ſunt niſi duo intellectus, licet tres quo ad verba. ¶Gl. hoc intelligo. diuiditur in tres. In prima opponit de §. ſimiliter. ponendo: & ponit ſolutionem. In ſecunda format aliam oppo. In tertia ſoluit ſecundo modo contrarium dicti §. ſimiliter. ponendo alium intellectum in §. noſtro. Secunda ibi, huic obuiari videtur. Tertia ibi, vel aliter dic. ¶Ad fi.glo. de hoc dixi plenè in c.j.§. ſimiliter. hîc

20 allegato. Poſtea dicite, vt ibi. ¶†Extra glo. oppo. dicitur in tex, quòd pares curiæ erunt teſtes, & nõ iudices. Sed contrà, imo debent eſſe iudices. d.c.j. de controu. apud pares termin. & d. c.j.§. plene.ꝗ. de prohi. feu. ali. per Fede. ¶ Sed eleganter Iac. de Bel. Aut pares ſunt plures, puta ſex, vel octo: & tũc poſſunt vti vtroq; officio iudicandi & teſtificãdi: quia duo erunt iudices: alij verò teſtes. Aut pares

curię ſunt pauci, fortè vnus vel duo: & tũc ſi fienda ſit probatio per pares curiæ, non per alios teſtes: puta, inueſtitura noua, & tunc pares curiæ erũt teſtes, non aũt iudices: ne copia probationum anguſtetur: l. quoniam. C. de hæreti. Aut probatio poteſt fieri per alios, quàm per pares curiæ, puta inueſtitura antiqua, & tunc pares curiæ erunt iudices, poſtquã alij teſtes ſunt & loquãtur contraria. Aut ſumus in caſu dubio, & tunc pares ſunt teſtes, non iudices: [a] vt hic in tex. quia faciliùs reperiuntur iudices quàm teſtes ſecundum Iac. de Bel. quæ

*a Vide in hoc D. Iacob. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in vij. co. ver. quid autem ſi dominus.*

21 tene menti. ¶ † Itẽ opponitur contra tex. noſtrum, & imo videtur ꝙ poſsit fieri probatio cũ iuramẽto ſine xij. ſacramentalibus. Vnde opponitur de c. ij. ꝟ. ſi de inueſt. inter do. & vaſal. lis oriatur. Sol. Vbi eſt præſumptio pro iurãte, ſufficit iuramentũ ſine xij. ſacramentalibus. Ita loquitur contrarium: Aut eſt præſumptio contra iurantem, & tunc debet iurare cum xij. ſacramẽtalibus: vt hic in tex. Ratio quia xij. ſacramentales debent haberi, quando eſt præſumptio vel ſuſpicio contra iurãtem, quæ ſuſpicio purgabitur per xij. ſacramentales, qui iurabunt ſecundum conſcientiã & credulitatem ſuam iurantem verum iuraſſe. l. ſuſpicio. titulo, qualiter ſe defendant in Lombarda. fere per totũ illum titulum. Si verò ex ſuſpicione aliquà putabat iudex iurantem vaſallum ſe inueſtitũ de feudo non iuraſſe veritatem, tunc compellit iurantem iudex vt habeat xij. ſacramẽtales. ¶ Item opponitur de §. ſi aliquis. ꝟ. de controuer. inueſtit. Vos reſpondete, quòd hic actor vel guaſtaldio habebat præſentẽ adminiſtrationem: in contrario autem præteritam: quia fuerat guaſtaldio guardianus: de quo dixi in ca. j. §. j.

22 ꝟ. de feu. guar. ¶ † Item opponitur cõtra Tex. quòd imo officialis non præſumatur ditatus ex pecuniis fiſci vel principis. l. ſi defunctus. C. arbitr. tutel. Sol. Aut bona fiſci principis reperiuntur penes officialem, & tunc præſumitur ditatus de bonis domini:

mini:vt hîc in text. Aut ſunt alia bona quæ nō ſunt domini, neque fiſci: & tunc non præſumitur ditatus de bonis domini, vel fiſci. ¶Sed contra hanc doctrinam Iacob. de Bel. opponitur de glo. in l. facultas. C. de iure fiſci. libro x. vbi in dubio præſumitur officialem emiſſe prędia de bonis principis, vel fiſci. Solu. ſecundum Baldum: Illa eſt intelligenda vera, quando officialis non reddit ratiōnē adminiſtrationis, neque reſtituit reliqua: ſecus, ſi officialis reddidiſſet ratiōnē, & reliqua reſtituiſſet. dicta l. ſi defunctis. & facit quod not. Cyn. in auth. alie. quibuſcunque modis. ē. de ſacroſanct. eccleſ.

23 ¶†Vltimò dicit hîc Bal. quòd ſi vaſallus finito feudo: includat oſtia, poterit dominus propria auctoritate ingredi poſſeſsiones feudi ſui.[a] Allegat not. per Innoc. in cap. j. de immun. eccleſiarum. De hoc articulo dicite, vt per gloſſam & Doct. in l. ij. C. de iure emph. per Inno. & alios in cap. potuit. de loc. & per Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua. verſicu. xl. cum duobus ſequentibus.

a *Et an poſſit dominus propria auctoritate ingredi feudum. D. Iac. in verbo, & promiſerūt eidem domino preſtare ſeruitia. col. penul. verſicul. vlterius quæro.*

## De contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti. Titulus XII.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt de controuerſia inter dominum & vaſallum de feudo: hîc autem reſtat videndum de controuerſia inter dominum & fratrem ſuperſtitem prædefuncti vaſalli, de portione feudi eiuſdem vaſalli prædefuncti. Propterea ſubiicitur rubrica de contentione inter me & dominum de portione fratris mei.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*

2 *Caſus figuratur.*

3 *Frater ſuperſtes ſi ſuam partem ſaltem poſſederit, per annum, ei iuramentum defertur.*

4 *Frater ſuperſtes ſi nullam portionem ſuſceperit, & poſſederit, iuramentum ei non defertur.*

5 *Domino poßidenti defertur iuſiurandum.*

6 *Frater ſuperſtes licet ſuccubuerit in portione fratris prædefuncti, tamen non perdit aliud feudum quod habet à domino,*

7 *Vaſallus agens contra dominum, probando inueſtituram feudi per inſtrumētum, vel pares curiæ: obtinebit contra dominum: quia dominus non poteſt referre quæſtionem dominij.*

8 *Reus an poßit referre quæſtionem dominij, quādo actor habet cauſam à reo.*

9 *Portionis appellatione licet contineatur medietas, aliquando tamen continetur maior vel minor portio,*

10 *Alienatio detentionis, impropriè dicitur alienatio.*

11 *Agnato etiam non poßidenti defertur iuſiurandū, cùm eſt contentio de qualitate feudi.*

12 *Partis ratione alienatæ ſine conſenſu domini, an vaſallus cadat à toto.*

SI CONTENTIO FVERIT. ¶Diuiditur in tres. In prima loquitur: quādo frater ſuperſtes recepit partē ſuam ſiue eam poſsideat ſiue alienauerit. In ſecūda loquitur, quando frater ſuperſtes nullam partem feudi receperit, neque poſſederit. In tertia loquitur, quādo vaſallus per pares curiæ vel breue teſtatum probat inueſtituram. Secunda ibi, ſi verò nullam. Tertia ibi, ſi tamen vaſallus.

Hoc

1 dicit:¶†Fratri ſuperſtiti defertur iuramentum de portione feudi fratris prædefuncti, ſi frater ſuperſtes receperit partem feudi: ſi verò nullam partem feudi receperit, neque poſſederit: tũc domino poſſidenti defertur iuſiurandum, & vaſallus obtinebit in feudo contra dominum, ſi probauerit inueſtituram feudalem & feudum eſſe paternum. Hoc
2 dicit totus hic titulus. ¶†No.tex.ibi, de portione feudi fratris. quòd hic duo fratres diuiſerunt feudum, & alter frater poſt diuiſionem deceſsit nullo relicto hærede maſculo: contentio modò eſt inter dominum & fratrem ſuperſtitem de portione feudi fratris prædefuncti. Nam dominus dicebat feudum eſſe nouum, propterea ſucceſsionem ad eum pertinere: frater autem ſuperſtes dicebat feudum eſſe paternum, & conſequenter ſucceſsionem feudi ad eum pertinere: quæritur quid iuris?
3 ¶†Not. ibi, tãquam habuerit meam partem. quòd ſi frater ſuperſtes habuerit ſuam partem, quã poſſederit ſaltem per annum, defertur iuſiurãdum ei de anno probando: in cap. fin. §. ſi de inueſt. feu. ori. lis inter dom. & vaſal. ¶No. ibi, ſiue alienam. quòd facta alienatione defertur iuſiurandum fratri ſuperſtiti: quod notabile qualiter intelligatur, dicam in gloſſ. ¶Not. ibi, ſi pater. Not. formam iuramenti, qualiter frater ſuperſtes debet iurare feudum eſſe paternum, ſed paternum in me fuiſſe inueſtitum. ¶Not. ibi, licet non poſſederit. quòd poſsidere, vel non poſsidere portionem feudi fratris prædefuncti nihil facit quo ad deferendum iuramentum fratri ſuperſtiti, dummodo frater ſuperſtes poſſederit portionem feudi quę ſibi obuenit in partem.
4 ¶†No. ibi, ſi verò nullam. quòd ſi frater ſuperſtes nullam portionem ſuſceperit feudi, & poſſederit: tunc non defertur iuſiurandum in ſupplementum probationis alicui partium, quando non eſt iuſta cauſa motiua deferendi iuramentum alteri partiũ. Faciunt quæ videbitis anno futuro in l. admonen-

di.ff.de iureiurando. ¶Not.ibi, niſi propter iſtam
5 rationem: †quòd domino poſsidéti defertur iuſiu randum:c.j.ſ̄.tit.proximo. Vel aliter poteſt intelligi ſecundum Bald.Nam quia præſumptio erat pro vaſallo:quia dominus nõ negabat eſſe feudum:ſed negabat qualitatem feudi.Præterea defertur ſacramentum domino cum duodecim ſacramẽtalibus. c.j.ſ̄.titu.prox.Vel aliter & tertiò poteſt intelligi, quòd hîc actor ſuperſtes, erat actor vel guaſtaldio domini.Propterea defertur iuramentum domino. Sed hic intellectus non placet Iacob. quia hîc non erat contentio de portione feudi fratris ſuperſtitis: ſed erat contentio de portione feudi fratris præmortui.Propterea Iacob.de Bel. aliter intelligit hunc text. quòd,frater prædefunctus fuerat actor,vel guaſtaldio domini:ideo defertur iuramé-
6 tum domino.c.j.§.fin.ſ̄.de feud.guar. ¶†No.tex. ibi,non vt ego. No.quòd licet frater ſuperſtes ſuccubuerit in portione fratris prædefuncti, tamẽ frater ſuperſtes non perdit aliud feudum quod habet à domino. ¶No.ibi,ſi tamen vaſallus habet.quòd ſi vaſallus probauerit per pares curię,vel breue teſtatum feudum eſſe paternum,obtinebit cõtra dominum ſiue poſſederit vel non. ¶Eſt hîc aduerten-
7 dum ſecundum Andr. †quòd ſi vaſallus agat cõtra dominum probando inueſtituram feudi per inſtrumentum vel pares curiæ, obtinebit contra dominum: quia dominus à quo habuit cauſam vaſallus agẽs,nõ poteſt referre quæſtionem dominij. l.nec creditores.C.de pig.act. Secus autem ſi agẽs agat contra alium, non contra dominum:quia tunc ſola inueſtitura nõ probat dominium vel quaſi: imò eſt neceſſe quòd agens probet inueſtientem dominum, & ſibi traditam poſſeſsionem feudi:quia nemo dat quod non habet:l.traditio.ff.de acqui. rer. domi.l.alienatio.ff.de contrah.empt.l.cum res.C. de proba.cum ſim. Adiicite ſcripta per Bar.in l.cõmodare.cum l.ſequen.ff.commo.& in l.ſi alienam.

ff.ſolut.

ff.ſoluto matrimon. vbi examinatur ille articulus,
8 †An reus poſsit referre quæſtionem dominij, quãdo actor habet cauſam à reo. in gloſſ.j. ad finem.
9 ¶†Not. quòd licet in dubio appellatione portionis contineatur medietas: l.filiarum. §.portionis. ff.de verborum ſignific.tamen aliquando appellatione portionis continetur maior vel minor pars, quàm dimidia: vt exemplum in hoc cap. & probatur in cap.j.§.cum autem. ſ.de controuer.inueſti. ¶Gloſſ.intelligo. diuiditur in tres partes, quemadmodum tres ponuntur intellectus.Secunda ibi, vel fortè. tertia ibi,vel ratione. ¶In eadem glo.alienauit.not.primum intellectum, quòd hic frater ſuperſtes non alienauit partem ſuam feudalem reſpectu dominij, neque poſſeſsionis duntaxat: ſed alienauit reſpectu detentionis, quia alius detinebat portionem fratris ſuperſtitis: propterea frater ſuperſtes dicitur poſsidere. ff.de acquiren.poſſeſſ.
10 ¶†No.ſecundò, quòd alienatio detentionis dicitur impropriè alienatio. Sed hæc prima lectio glo. licet ſit vera in ſe, facit tamen violentiam lect. ſiue poſsideam ſiue alienaui: quare dicat text. ſiue
11 poſsideam ſiue non. ¶†In eadem gloſſ.ibi, paternum.not.ſecundam lectionem, quòd hîc non erat contentio inter dominum & fratrem ſuperſtitem, an res ſit feudalis: ſed erat contentio de qualitate feudi, an feudum ſit paternum, vel nouum: quo caſu defertur iuramentum agnato. Sed contra hanc lect.oppo.de cap.j.ſ.titu.proximo, vbi non poſsidenti non defertur iuramentum. Solut.Ibi loquitur quando erat cõtẽtiò cum res ſit feudalis: nos verò loquimur, quando erat contentio de qualitate feudi: quo caſu defertur iuſiurandũ agnato, & non poſsidenti: vt hîc. Dixi tamen plenè de hoc in
12 cap.j.ſ.de controuer.inueſtit. ¶†Ad finem gloſſ. notab.tertium intellectum, videlicet, quòd defertur iuramẽtum fratri ſuperſtiti, ſiue poſsideat portionem ſuam feudi obuentam in diuiſione; ſiue

aliena-

alienauerit, dummodo ante alienationem poſſede rit frater ſuperſtes portionem ſuam feudi ſaltem per annum:c.j.in fi.ī.ſi de inueſt.inter dom. lis ori. ¶Sed contra hanc lectionem oppo. & videtur, ꝙ hæc lectio non ſit vera: quia vaſallus alienans feudum,cadit à feudo:c.j.ī.de prohib.feu.ali.per Fed. Ergo non defertur iuſiurãdum fratri ſuperſtiti qui alienauit. Sol.Hic frater qui alienauit, recepit cãbium vel præcium,quod ſuccedit loco rei.l.ſi rem. & præcium.ff.de pe.hæred.l.Imperator.ad fi.ff.de leg.ij.Et eſt caſus in c.j.§.cum autem. ō.de contro uer.inueſt.& alienauit cum conſenſu domini. Vel aliter, & ſecundò, Iſte frater ſuperſtes dedit alteri in feudo : quod quidem poteſt fieri ſine conſenſu domini.c.j.§.præterea.ī.de cap.Conrad.Vel aliter & vltimò ſecundum Andr. Alienatio partis feudi non facit cadere à toto : c.j.ī.de vaſ.qui contr.con ſtitu.Loth.De hoc tamen articulo,an ratione partis alienatæ ſine conſenſu domini vaſallus cadit à toto, dicite vt dicam in c.j.ī.de prohib. feud.alien. per Federicum.

## De alienatione feudi. Titulus XIII.

¶Hæc Rubrica continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt quibus modis feudũ amittatur:verùm quia alienatio eſt vnus ex modis perdendi feudũ, propterea competenti ordine ſubiicitur Rubrica de alienatione feudi. Mart.Lauden.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium totius tituli ponitur.*
2 *Clientulus pro vaſallo accipitur.*
3 *Partis appellatione in dubio intelligitur dimidia.*
4 *Vaſallus olim poterat alienare vſque ad dimidiũ,ſed id ho-*

*id hodie corrigitur.*

5 *Vaſallus ſi alienet partem,perdit feudum.*

6 *Alienans an in totum perdat feudum,an pro parte prohibita alienari.*

7 *Alienatio permiſſa vaſallo, intelligitur de alienatione per libellum.*

8 *Mediolanenſes ſeruant,quòd vaſallus etiam in totũ poßit alienare ſine conſenſu domini.*

9 *Conſuetudo irrationabilis valet dummodo non nutriat peccatum.*

10 *Alienatio quot modis dicatur, remißiuè.*

11 *Alij licitum eſt pro parte quod non liceret in totũ.*

12 *De pluribus cum vnum conceditur, reliqua prohibentur.*

13 *De pluribus cum vnum negatur,alia intelliguntur permiſſa.*

14 *Obligatio feudi pro pignore, an hodie valeat pro parte.*

15 *Tria iura conſiderantur in alienatione feudorum.*

16 *Caſtrum in prædio feudali conſtructum,an dicatur feudale, vel allodiale.*

17 *Hæres regulariter non poteſt mitti in poſſeßionem rerum feudalium, per teſtamentum.*

18 *Dominus à vaſallo excomunicato ſeruitia requirere poteſt.*

SI CLIENTVLVS VOLVERIT. ¶Iſtud capitulũ hodie quo ad alienationem,parũ valet:quia hodie corrigitur vt videbitur in proceſſu.Eſt tamẽ vtile, quo ad alia multa. Diuiditur totum iſtud in quatuor.In prima ponitur, quando 2 & quali-

& qualiter ſit conceſſa alienatio feudi. In ſecunda parte, cui fiat per libellũ. In tertia ponitur, quando ſit alienatio cũ voluntate dñi, ſiue non: aut agnato proximiori. In quarta & vltima de ſucceſsione feudi marchionatus vel ducatus. Secunda pars ibi, inde põt pręſumi. Tertia ibi, & ſi clientulus. Quarta ibi, in feudo. Iterum prima principalis ſubdiuiditur in quinq; particulas: Nam in prima dictum, in ſecunda imponit pœnam, in tertia declarat tex. in quarta corrigit prædicta, in quinta ponit conſuetudinem Mediolanenſem. Secũda ibi, alioquin & feudum. tertia ibi, quod dictum eſt. quarta ibi, huic conſuetudini. quinta ibi, Mediolanen. Hoc d.

1 ¶†Vaſallus etiã ſine domini volũtate poteſt alienare feudum vſque ad mediam partem, vlteriùs autem non poteſt. Et ſi alienauerit vltra mediam, cadit à feudo, & alienatio eſt nulla. Et quod dictũ eſt de alienatione vſq; ad mediam, intelligitur de alienatione per libellum. Prædicta autẽ hodie corriguntur per l. Lotharij. quę prohibet alienationẽ. Per libellum autem Mediolanen. de conſuetudine ſeruant vt in totum feudum poſsit alienari per li-

2 bellum. Hoc dicit vſque ad §. inde poteſt. ¶†Not. primò ibi, in clientulis. quòd cliẽtulus hîc ſumitur pro vaſallo. Nam clientulus ſiue clientula dicũtur familiares domeſtici qui pręſtant ſeruitium: l. cliẽtes. ff. de vſu & habi. & de iſtis familiaribus in l. j. & ij. C. de epi. & cle. per Bal. Propterea reperiũ cliẽtulus qui ad inſtar clientis pręſtare debet ſeruitiũ domino: c. j. ꝟ. qui cau. feu. amit. Et dixi vobis in prin. huius operis in definitione feudi. ¶Not. ibi, par-

3 tẽ ſuam. iuncto tex. ibi, in medium. †No. quòd appellatione partis in dubio intelligitur dimidia: de quo dixi ſ. ti. proxi. in glo. ¶Not. ibi, ſine domini

4 voluntate. † quòd vaſallus poteſt alienare feudum vſque ad dimidiam. Sed hodie hoc corrigitur per l. Lotharij. vt probatur in tex. ibi, huic conſuetu-

5 dini derogatur. ¶†No. ibi, vltra. quòd vaſallus nõ

poteſt

poteſt alienare feudum vltra dimidiam: & ſi alienauerit feudũ, alienatio eſt nulla, & perdit feudũ.
6 ¶Sed pulchrum eſt videre, †an in totũ perdat, an pro parte prohibita alienari? Dy. tenet quòd pro parte alienata: c.j. de vaſallo qui cõtra conſt. Loth. feud. Ant. de Ceruo tenuit contrarium, quòd imo hodie perdat totum: c.j. de prohi. feu. ali. per Loth. & per ſe. Bal. autem ſoluit vtrunque: Aut loquitur de rigore, & perdit totum. Aut de æquitate, & perdit niſi partem feudi. Et Guil. de Cu. cum Ang. in l. pe. C. ad Sylla. tenuit, quòd niſi pro parte. Facit l. reſcriptũ. ff. de his qui. vt indignis. ¶Not.
7 ibi, † quod dictum eſt in ſuperioribus, vaſallum poſſe alienare pro parte, non intelligitur de omni
8 alienatione, ſed de alienatione per libellũ. ¶†No. ibi, per Mediolanenſes. quòd ſeruant de conſuetudine ſua, quòd vaſallus etiam ſine conſenſu domi-
9 ni poſsit alienare totũ feud. ¶†No. ibi, irrationabiliter valere conſuetudinem irrationabilem, dũmodo nõ ſit corruptela & nutriat peccatũ: c. fi. de conſue. c. cum decorem. de vi. & ho. cle. & not. in l.
10 de quibus. ff. de legib. ¶†Hîc ponit Bal. quot modis dicatur alienatio, cuius dictũ omitto, &c. Adijcite tamen not. in l. fi. C. de re. alie. non ali. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de ver. ob. in gl. j. ad fi. ¶No. viam
11 brocardicã, id eſt ſpinoſam. †Nã alij licitũ eſt pro parte, quod non liceret in totum. ¶In glo. per l. Lotharij. ad fi. quòd contrà in feudis hæredit. Iſte verſi. huic conſuetudini derogat per l. Lotharij.
12 ¶†In glo. ſic ergo. ibi, remouetur. not. quòd cum de pluribus vnum conceditur, reliqua prohiben-
13 tur. ¶†In ea. ibi, cum prętor. no. alium modum arguendi: de pluribus vnũ cũ negatur, alia intelliguntur permiſſa. Et de iſtis modis arguendi plenè ponit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. &
14 cle. ¶†Ad finẽ glo. not. titulũ quęſtionis gl. videlicet, vtrùm hodie valeat feu. obligatio data in pignore pro parte? Et gl. videtur cõcludere quòd hodie

die etiam feudũ poſsit pignori obligari vſque ad dimidiã. ¶Nec obſt.c.j.ꝟ.de proh.feu.ali.per Fed. quia ibi loquitur de fraudulenta pignoris obligatione. Sed hodie vaſallus nõ poteſt pignori feudũ obligare in parte vel in toto:quia caſus rotundus in c. j.ꝟ.de prohi.feu.ali.per Fe.deducẽdo hoc mõ: Nã prooemiũ eſt cauſa feudalis decidendi : l. fi. ff. de hęredi.inſti.¶Sed Imperator in d.c.j.in prooemio ponit rationem quæ etiam habet locum in pignore.Ergo pignore obligato ſiue in toto ſiue in parte,eſt prohibita ordinatio intrandi feudũ olim

15 ali.Po.ſol.no.ſecundum Iac.de Bel.†Nam tria iura ſunt conſideranda,ius antiquum,ius nouum & ius nouiſsimum.Nam de iure antiquo poterat fieri alienatio,etiam in totum ſecundum formam d. c.j. qualiter olim feu.ali.po.Secundum,fuit ius nouũ: quòd feudum poſsit alienari per libellum vſq; ad dimidiam:vt eſt caſus in tex. noſtro. Tertium,eſt ius nouiſsimum:quo iure prohibetur alienatio o-

16 mnis.c.j.ꝟ. de prohi.feu.ali.per Fed. ¶† Quæro ſi vaſallus cõſtruat caſtrum in prędio feudali,an caſtrum dicatur feudale vel allodiale? Reſpondeo, quòd dicitur feudale ſecundum Bal.in l.j.ff. de re.

17 di.in vij.& viij.q.¶† Secũdò quęro,an hęres poſſit per teſtamentum mitti in poſſeſsionem, etiam bonorum feudalium ex edicto diui Adria? Alberi. determinat,quòd ſic,in l.fi.C.de edic.di.Adri.tol. quod dictum intellige verum,eo caſu quo vaſallus poſsit teſtari de bonis feudalibus:puta, quia conceſſa licentia à domino teſtandi.Aliàs regulariter

18 ſecus:c.j.ꝫ.de ſucceſ. feud. ¶†Vltimò quæro, an poſsit dominus requirere ſeruitium à vaſallo, etiã publicè excommunicato? Reſpondeo,quòd ſic:c. inter alia.de ſen.excõ.Et no.Ant.de Bu.in c.nuper. eo.ti.licet vaſallus non teneatur præſtare ſeruitiũ & fidelitatem domino publicè excommunicato: c.domino guerram. Finitur ꝟ. hic l.Cor. & c.fi. de pœnis.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §. ponitur.*

2 *Eccleſia non deſinit hæres eſſe: cenſetur enim perpetua.*

3 *Vaſallus poteſt concedere feudum per dimidiam ad libellum perpetui, priuato.*

4 *Priuatus ſemper obuiat iuſtitiæ.*

5 *Dictio, inde. illatiua.*

6 *Eccleſia interdum deterioris eſt conditionis, quàm priuatus.*

7 *Prodeſſe velle omnibus, & nemini nocere, ſatis eſt.*

8 *Eccleſia nunquam moritur: propterea feudum non reuertitur ad dominum.*

9 *Vaſallus cur poßit priuato concedere feudum ad libellum perpetuum, ſine conſenſu domini.*

10 *Vſusfructus non debet eſſe perpetuus, ſecus contractus feudalis.*

11 *Eccleſia cultrix & auctrix iuſtitiæ, non patitur aliquid contra iuſtitiam in ſe, vel in alio.*

12 *Vaſallus ciuitati infeudare poteſt.*

13 *Vaſallus hodie ad libellum dare prohibetur.*

14 *Eccleſia licet nõ ſoluat penſionem annuam, quæ debetur ex diſpoſitione conuentionali, tamen à iure ſuo non cadit.*

§. INDE POTEST PRAESVMI. ¶ Diuiditur in tres. In prima ponit dictum, cui poſsit vaſallus concedere feudũ ad libellũ vſq; ad dimidiã. In ſecunda ponitur ratio dicti huius. In tertia alia ratio. Secunda ibi, an nunquã reuerſurum.
1 Tertia ibi, eccleſiæ cultus. Hoc dicit: ¶ † Licet vaſallus poſsit concedere feudum vſque ad dimidiã priuato, non tamen poteſt concedere eccleſiæ

m

Hoc dicit vſq; ad §.& ſi cliētulus.quòd feudū non poteſt concedere eccleſiæ.Hoc dicit vſq; ad §.& ſi clientulus.quòd feudum non poteſt concedere vaſallus ad libellum perpetuum eccleſię. ¶Not. ibi, quia nunquid.Ratio decidēdi pręcedentis notanda, quòd nunquam reuerteretur feudum ad do-
2 minum. ¶†No.ibi,eccleſia non deſinit hæres eſſe:
3 cenſetur enim perpetua. ¶†Not.ibi,quòd obſeruandum erit priuato, videlicet quòd vaſallus poſſit concedere feudum per dimidiam ad libellū perpetuò priuato. ¶No.ibi,eccleſia tutrix.quòd eccleſia non patitur aliquid cōtra iuſticiam in ſe, vel
4 in aliō. ¶†No.ibi,priuatus.quòd priuatus ſemper
5 obuiat iuſticiæ: in gl.j.ibi,præſumi poteſt. ¶†No. quòd dictio,inde.in tex.poſita, venit illatiuè, hoc modo: Nam ſ.dictum eſt,quòd vaſallus poſsit vſque ad dimidiam feudum ad libellum concedere. Inde quæritur, an poſsit concedi eccleſiæ feudum ad libellum perpetuum? ¶In ea.gl.ad fi.de hoc dixi in principio huius capituli, quòd hodie pignoris obligatio in feudo non tenet: c.j.ī.de proh.feu.
6 ali.per Fe. ¶† In gl.quę incipit,eſt ergo.ad fi.not. quòd interdum deterioris conditionis eſt eccleſia,quàm priuatus: licet regulariter contrá. l.fi.C. de ſa.ſan.ec. Et ratio ponitur in tex. noſtro, vt videbimus ſtatim in oppoſitionibus in gl. iſtud ver-
7 bum.ad fi. ¶†No.quòd ſatis eſt velle prodeſſe omnibus, & nemini nocere. Nam ſecundum Ang. vera eſt innocentia: quia nec ſibi nec alteri nocet. ¶Sed oppo. contra text. quia ratio text. non eſt bona: quia non ſit vnquam reuerſurum ad dominum: quod imo poteſt. Nam reſoluto iure datoris,ſcilicet vaſalli concedentis ad libellum,reſoluitur ius acceptoris.§.rurſus.ſ.quib.mod.feu.amit. Sed ita eſt, quod poteſt, reſoluit ius datoris: quoniam poteſt decedere ſine hærede maſculo, & ſic reuertitur feudum ad dominum:vt probatur in ſeq.ergo poteſt reuerti feudum ad dominum. Sol.
Reſtrin

Reſtringẽdus eſt tex.hoc modo:videlicet,niſi reſol uatur ius datoris,vel procedat tex. noſter. Vel aliter ſoluit tex.noſt. Non cõſiderauit reſolutionem datoris, ſed acceptoris. Declaro: Nam ſi vaſallus poteſt dare feudum ad libellum eccleſiæ, certè feudum nunquam reuertitur ad dominum:quia eccleſia nunquam moritur: & ſic inſpicitur perſona ac-
8 cipientis. ¶†Secundò opp. contra iſtum textum, qui conſtituit differentiam inter priuatum & eccleſiam.Sed contrà:Vbi eſt eadem ratio,ibi eadem iuris cenſura.l.illud.ff.ad l.Aqui. Sed ita eſt, quòd eadẽ ratio in eccleſia prout in priuato: prout probabo.igitur,&c. Quòd ſit eadem ratio, probabo: Aut reſoluitur ius datoris, & tũc reſoluitur etiam ius acceptoris, & tunc feudum non reuertitur ad dominum,ſed ad vaſallum.Soluit Iac.de Bel.fatendo contrarium: quòd text. malè loquatur. Propterea ponit aliam rationem, quia durum eſt litigare contra eccleſiam: vt no. in l.fi.C.de iure emphy.& in c.potuit.de loca. Vos autem dicite contra Iac.de Bel.quòd imo tex.bene loquitur. Neq; enim doctor eſt tantæ auctoritatis, vt poſsit reprobare text. quia auctoritas doctoris eſt probabilis, ſed nõ neceſſaria.Sed auctoritas tex.eſt neceſſaria: vt not.gl.in l.j.C.de legib.Quare non obſtat ratio Iac.de Bel.quia reſpondeo,quòd imo ratio tex.eſt optima.Nam eccleſia nunquam moritur,quemadmodum neq; imperiũ.c.ſi gratioſè.de reſcrip.li.vj. & §.ſi licentia. in authent. qũo opor. epiſcopos.
9 Propterea feudum nõ reuertitur ad dñm.¶†Tertiò opponitur contra tex.ibi,priuatus.no.& videdetur, ꝙ imo priuatus non poſsit: quia leges oẽs ligant:l.leges.C.de legi.Sol.Iaco.de Bel.quòd iſte tex.loquitur de facto, non de iure. Vos aũt dicite ex auctoritate And. quòd imo iſte tex.loquitur de iure,non de facto. ¶Vnde pro intelligentia oppo. Nã dicitur in tex.ꝙ vaſallus poſsit cõcedere feudũ ad libellũ perpetuũ priuato ſine cõnſenſu dñi. Sed

contrà, quia nemo ſine volũtate dñi poteſt diſpo-
nere in re domini:l.fi.C.de pact.l.in re.C. mãdati.
¶A cõtrario ergo non poterit vaſallus ſine conſen
ſu domini concedere ad libellum.Sol.In hoc puta-
mus poſſe obſt. naturam iuſticiæ de conſuetudine
feudali:vt hîc. Ratio huius conſuetudinis eſt,quia
qui in vno grauatur,in alio debet alleuiari.l.eũ qui
in precio.ff.de iureiuran. Sed grauatur vaſallus, vt
ſi decedat ſine hęrede maſculo,feudum reuertatur
ad dominum : vt probatur in ſeq.§.Ergo debet re-
leuari in alio, vt poſſit concedere feudum ad libel
lum ſine domini voluntate vſque ad dimidiam pri-
10 uato: vt probatur in prin.c.noſtri. ¶†Quartò op.
de vſufruct.ff.de vſufr.vbi extinguitur vſusfructus
ſpacio centum annorum. Soluit Iac.de Bel. Aliud
eſſe in vſufructu, aliud in contractu feudali vel em
phyteotico. Cauſa eſt: quia vſusfructus non debet
eſſe perpetuus, ne proprietas remaneat inutilis do
mino. l.Titius.§.Titio.ff.de condictio. & demon.
& gl.in l.in annalibus.C.de legibus.quæ ratio ceſ-
ſat in cõtractu emphyteotico:§.adeo.Inſt.de loca.
11 ¶†Quintò opp.contra tex.& imo videtur,ꝙ con-
ſuetudo de qua in tex. eſt, non valet:quia eſt cõtra
libertatem eccleſiaſticã: auth.caſſa.C.de ſacroſan.
eccl.c.nouit.de ſent.excom. Reſpondet Bal.quòd
cõſuetudo de qua in tex.noſtro,eſt rationabilis na
turalis & æqua:quia eccleſia cultrix & auctrix iu-
ſticię non patitur aliquid contra iuſticiam in ſe vel
in alio :vt in tex.noſtro. Et ſciendũ,quia ſi reperia-
tur inſtrumẽtum,in quo dicatur quòd Titius con-
ceſſit feudũ ad libellum , intelligitur in perpetuũ:
arg.tex.noſtri ibi,libellum perpetuum. ſecundum
12 Iac.de Bel.& Bal.hîc. ¶†Quæro,quid in ciuitate,
an vaſallus poſſit infeudare feudum ciuitati ? Re-
ſpondet Iac.de Bel.quòd ſic : arg.huius tex. ratio-
ne ſui , id eſt quia nunquam reuerſurum ſit ad do-
minum,minimè obſtante: & arg.l.an vſufructus.ff.
13 de vſufuct.cum ſi. ¶† Adiicite Ia.quòd hodie va-
ſallus

ſallus non poteſt dare ad libellum, vt probatur in prin.c.noſtri.Et dixi vobis in lectione pręcedenti.

14 ¶†Vltimò vaſallus cum voluntate domini conceſſit feudum eccleſiæ ad libellum cum certa penſione annua:quæritur, an eccleſia non ſoluens penſionem cadat à iure ſuo? Bald.reſpondet,quòd non.l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. ¶ Nec obſt. l. placet.de ſacroſan.ecc. quia reſpondeo in tributis quę veniunt ex diſpoſitione legis:non autem ex diſpoſitione conuentionali. Et pro ſententia Bald. allego duas gloſſ.Io.And. in c.ad apoſtolicæ.de re iudi.in vj. Et dixi vobis in procœmio huius operis.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium §. ponitur.*

2 *Alienatio ad libellum olim valebat,hodie ſecus.*

3 *Vaſallus alienãs ad libellum,ſi deceſſerit ſine hærede maſculo,feudum ad dominum reuertitur.*

4 *Hæredis appellatione in feudis continetur deſcendens maſculus.*

5 *Alienatione facta cũ domini voluntate, feudum non reuertitur ad dominum.*

6 *Alienatio facta fratri vel agnato, perpetuò manet firma, cùm aliàs frater vel agnatus eſſet ſucceſſurus.*

7 *Hæredis appellatione hæredes continentur in infinitum.*

8 *Fallit in feudo.*

9 *Fallit in caſibus notatis in l. ex facto. §.final. ff. ad Trebell.*

10 *Filij appellatione in feudis continentur omnes deſcendentes maſculi.*

11 *Intellectus verſic'ali, fratri verò.*

12 *Secundus intellectus eiuſdem verſiculi.*
13 *Tertius intellectus.*
14 *Quartus intellectus, vt intelligatur continuatiuè.*
15 *Statutum loquens, vt primogenitus ſuccedat in feudalibus, non extenditur ad allodialia.*

§. ET SI CLIENTVLVS FECERIT. ¶Hic §. eſt in verſi. fratri. ac valde difficilis. Nam Iac. legit tribus modis. Tamen ego le-
1 gam quatuor modis. Hoc dicit: ¶†Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris: quando vaſallus alienauit ſine volũtate domini. Si verò cum domini voluntate, perpetuò valet alienatio in dominũ, ſi facta fuerit alienatio agnato. Hoc dicit vſque ad
2 §. in feudum. ¶†No. quòd alienatio facta ad libellũ, olim valebat hodie ſecus, vt dixi in princ. huius
3 tituli. ¶†No. ibi, ſine hærede. quòd ſi vaſaſallus alienans ad libellum deceſſerit ſine hęrede maſculo
4 deſcendente, feudum reuertitur ad dñm. ¶†Not. tex. ſingularem ibi, quod verbũ. quòd in feudis appellatione hæredis continetur deſcendens maſcu-
a lus:[a] de quo in §. cum verò Conrad. ſ̃. qui feud. da.
5 poſſ. ¶†Item no. quòd ſi fiat alienatio feudi cũ domini voluntate à vaſallo, remaneat firma alienatio licet vaſallus alienans deceſſerit ſine hærede maſculo. Et ſic not. hîc eſſe caſum pro q. quam ponit And. de Iſer. Et ibi dixi ſ̃. qui ſucce. teneâtur. Nam cõſenſus domini in alienatione parificatur alienationi feudali. Conſequenter ergo hoc caſu non
6 reuertitur feudum ad dominum. ¶†Not. ibi, fratri, nota quòd alienatio facta fratrĩ, & conſequenter agnato, perpetuò remaneat firma, cum aliàs frater vel nepos, & cõſequẽter agnatus ſit ſucceſſurus in feudo: capit. j. §. ſed & res.q̃. per quos fiat inueſtitura. Et ſic nota hîc eſſe caſum, quòd licet vaſallus alienans agnato deceſſerit ſine hærede maſculo, feudum tamẽ non reuertitur ad dominũ.

[a] *Vide ad quid hoc põderetur per Ale. conſ. xvij. in princi. in v. vol. & conſ. xxvj. colu. pe. in eo. Itẽ qualiter intelligatur hoc verbum, hæres. vide Ale. no. cõſ. xxxij. aliàs, cxxxij. ij. co. in v. vol. Vide no. dictũ in conſilio clxxxvij. ij. col. in eod.*

¶In

7 ¶ †In gl. quæ incipit, hoc caſu. ad finem. no. quòd
appellatione hæredis continentur hæredes vſque
in infinitum, etiam ſi ſint extranei. l. ſciendum. l. hę
8 redis appellatio. de verb. ſig. ¶ †Fallit in feudo, in
quo appellatione hæredis cõtinentur maſculi de-
9 ſcendẽtes tantúm: vt hoc §. ¶ †Et fallit in caſibus
notatis in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. in d. l. ſcien-
dum. & l. cum antiquitas. C. de vſufruct. in gl. Hoc
ergo dicitur ibi, ſcilicet ſuccedunt. Vera ſolut. eſt
10 prima. ¶ Ad fin. glo. no. †ꝙ in feudis appellatione
a filij [a] continentur omnes deſcendentes maſculi.
¶ In gloſſ. ſubaudi. ad finem. In hac gloſſ. exami-
11 natur intellectus verſicu. fratri verò. † Nam pri-
mò legitur vt referatur ad principium huius capi-
tuli, quòd alienatio ſine voluntate domini eſt per-
miſſa vſque ad dimidiam: in hoc verò verſic. fratri.
dicitur quòd alienatio feudi etiam vltra dimidiam
facta agnato, valet: quando feudum eſt paternum.
12 † Secundus intellectus eſt, vt referatur ad princi-
pium §. noſtri. Nam in §. & ſi clientulus. dictum
eſt, quòd ſi vaſallus alienauerit vſque ad dimidiã,
& deceſſerit ſine hærede maſculo, feudum reuer-
titur ad dominum: ſed in verſi. fratri verò. dicitur,
quòd ſi vaſallus alienauerit feudum ſine voluntate
domini agnato, non reuertitur feudum ad domi-
num, licet vaſallus alienans deceſſerit ſine hærede
13 maſculo. †Tertius intellectus eſt, quòd verſ. fratri
verò. referatur ad ver. prox. pręcedentẽ, videlicet,
ſi verò cum domini volũtate. Et ſit intellectus hoc
modo: Nã dictũ eſt in prox. præcedenti ver. imme-
diato, ꝙ ſi vaſallus alienauerit feudũ cũ voluntate
domini, permanet firma alienatio feudi, ſcilicet in
præiudiciũ dñi conſentientis & vaſalli alienantis.

a *An in feudis appellatione filiorũ cõtineãtur nepotes, eſt articulus valde dubius, & ſunt opiniones hinc inde. Examinat plenè D. Fran. Cur. in tra. feud. in xj. char. ij. par. verſic. circa hanc materiam acquiſitionis feudi, &c. vbi fœdere diſtinctionis cõcordat opiniones: probando quòd in feudis habitis à principe, appellatione filiorũ veniãt nepotes: ſecus in habitis ab inferiore à principe. Eũ omnino vide. Et per D. Iacob. in verb. præſentes & recipientes. col. j. vbi indiſtinctè tenet appellatione filiorum contineri nepotes. De hoc artic. vide Alex. in l. Gallus. §. inſtituẽs. in col. fi. ff. de lib. & poſth. & in cõſi. cxxiiij. incip. ſuper primo quæſito. col. iij. in vol. iiij. & per eundẽ conſi. xvij. inc. põderatis his. col. j. in v. vol. vbi ponit, quid in emphyteoſi, de qua per eundẽ in l. quod dicitur. col. xij. ff de verb. obl.*

Non autem hæc alienatio nocet agnatis. Et tunc eſt neceſſe apoſtillare text. hoc modo: Ibi ſtabilis permanet alienatio:ſubaudite, in præiudicium domini conſentientis, & vaſalli alienantis: ſed fratri vel nepoti alienatio facta per libellum non nocet.
14 ¶ † Quartus intellectus, vt legatur continuatiuè vſque ad finem titu. & nullus ſit §.in ver. in feu-
15 do comitatus. ¶ †Extra gloſſ.quæro, quid ſi ſtatuto cauetur,quod primogenitus ſuccedat in feudalibus, an tale ſtatutum habeat locum in allodialibus? Bald.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure. determinat,quòd non: quia iſtud ſtatutum eſt exorbitans à iure communi:propterea eſt ſtrictè intelligendum:l.ſi verò.§.de viro.ff.ſoluto matrimon.& faciunt notata per Barto. in l.cunctos populos.C. de ſumma trinit.& fide catho.vbi ponit de conſuetudine Galliæ.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §.ponitur.*
2 *Deſcendentes ſuccedunt in feudum dignitatum.*
3 *Conſuetudines malæ non ſunt ſeruandæ.*
4 *Vſurpare, an ſit dictio media.*

§. SI VERO CVM DOMINI. ¶Legitur duobus modis: Vno modo,quòd verbum, vſurpatum. poſitum in text. ſumatur in malam partem. Et hæc lectio communiter non tenetur,
1 Alio modo, dignitatis. ¶†Non habet locum ſucceſsio de iure, licet conſuetudine ſeruetur cōtra-
2 rium.Hoc dicit. ¶†No.hìc eſſe caſum valde ſingularem ibi, vſurpatum. quòd deſcendentes ſuccedūt in feudum dignitatum:quod eſt notabile propter mortem illuſtrium principum. Nam licet dignitates non obtineantur ſucceſsione, ſed collatione vel electione: in authen.vt iudices ſine quo-
quo

quo ſuffrag. & l.j. ff. ad legem Iul. de ambi. tamen conſuetudine vſurpatum eſt contrarium, vt ſuccedãt deſcendentes [a] maſculi, non tamen omnes, ſed primogenitus. cap. j. §. præterea. ꝗ. de prohib. feud. ali. per Fed. ¶ †In glo. vnica ad fi. not. intellectum gl. quòd malæ conſuetudines non ſunt ſeruandæ. Vel dicite, quòd ſi verbum, vſurpatum. ſumitur in bonam partem, cõſuetudines feudales ſunt ſeruandæ. c. j. in princip. ꝗ. & ita communiter tenent Doc. Feudiſtæ, maximè Iacob. de Bel. & Bal. ¶ Andr. hìc voluit ſaluare vtranque lectionem. Aut conſideramus conſuetudinem antiquam feudorum: & tunc ſit vera prima lectio. † Aut conſideramus iura noua feudalia: & tunc verbum, vſurpatum. ſumitur in bonam partem, vt probatur in cap. j. §. præterea. ꝗ. de prohib. alienatione feu. per Federicum. Sed hæc conſideratio Andr. inducit iurium correctionem, quæ eſt euitanda. l. j. C. de inoff. donat. Nam vult effectu And. quòd iſte text. in verbo, vſurpatum. corrigatur per §. præterea. quia magis placet conſideratio Bal. quòd ſumatur, vſurpatum. in bonam partem. Quærit hìc Bald. de quæſtion. in qua conſuluit vnum collegium Papienſ. contrarium; de quo dicam in cap. Titius. ꝗ. ſi de feud. fuer. controuerſia.

a 3 4

*a An & quãdo feuda dignitatũ trãſeant ad hæredes, vide D. Ia. in verbo, dux Sabaudiæ. in iij. col.*

## De feudo marchiæ, vel ducatus, vel marchionatus. Titulus XIIII.

¶Hæc Rubrica habetur duobus modis: Vno modo, qualiter vſus beneficij ſit retinendus. Et hac rubrica communiter non vtimur. Alio modo habetur rubrica de feudo marchiæ, ducatus, vel comitatus. Et hac Rubrica communiter vtimur. ¶ Continuatur hoc modo: Suprà viſum eſt in titulo præcedenti, ad fi. de dignitate comitatus vel marchionatus: propterea competenti ordine ſubiicitur hæc Rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Notabile, quod continet ſummarium §.*

2 *Filij non ſuccedunt in dignitatibus regalibus, ducalibus, & ſimilibus. Id tamen conſuetudine abrogatum eſt.*

3 *Feudum marchiæ, ducatus, vel comitatus, dupliciter poteſt conſiderari.*

4 *Dignitates conferuntur ab Imperatore, tanquam à culmine.*

5 *Hæreticum eſt dicere duo eſſe principia.*

6 *Succeſsio non eſt in feudis dignitatum, niſi per inueſtituram.*

7 *Deſcendentes maſculi in feudis non habentibus dignitatem, ſuccedunt vſque in infinitum.*

8 *Licet in alijs ſucceſsionibus non ſuccedatur, niſi vſque ad decimum gradum: in feudis tamen eſt aliud.*

9 *Capitanei maiores habent ſucceſsionem in feudo.*

10 *Conſobrini intelligũtur qui ſunt nati vel ex duobus fratribus, vel duabus ſororibus.*

DE MARCHIA. ¶Hoc capitulum, vſque ad capitulum, ſi duo fratres. diuiditur in duas. Nam in prima loquitur de feudo dignitatis, in ſecunda de aliis feudis non habẽtibus annexam dignitatem.
1 Secunda ibi, ſi capitanei. Hoc dicit: ¶ † In feudo habente annexam dignitatem, non eſt ſucceſsio, niſi Imperator per inueſtituram hoc fecerit: in aliis autem feudis non habentibus annexam dignitatem, eſt locus ſucceſsioni in tantum quòd ſi decedat ſine hærede maſculo, ſuccedunt agnatiſsimo etiam conſobrini. Hoc dicit vſque ad capit. ſi duo
2 fratres. ¶†Not. hic eſſe caſum. quòd in dignitati-

bus

bus regalibus, ducalibus, & ſimilibus filij non ſuccedunt de iure: [a] quod tamē conſuetudine eſt abrogatum, quia conſuetudine ſeruatur contrarium hic. Et ita communiter tenent hic Feudiſtæ. Sed operæprecium eſt quærere in feudo dignitatis rationem, quare non ſuccedunt maſculi? Reſpondeo ſecũdum Andream, propter magnitudinem & excellentiam. Vel aliter ſecundum Baldum: Nam dignitates magnæ faciliter reuertuntur ad principium ſuum: argumen. l. filio quem. ff. de liberis & poſthum. & l. Lucius. in princip. ff. de legat. primò. Nam quemadmodum radij ſolis non ſeparantur à ſole, ita dignitates & iuriſdictiones non ſeparantur à republica, & Papa, & Imperatore: vt notabiliter ſcripſit Ioan. And. in nouella. in cap. venerabilem. de relig. domib. ſecundum Bald. & facit quod no. in cap. venientes. de ſacroſanct. eccl. Propterea iuriſdictiones non poſſunt alienari, licet plerũque conſuetudine ſeruetur contrarium: vt vidiſtis ſ. titu. j. in fi. Et facit quod no. Archid. v. q. l. ſed obiicitur. Adiicite ſecundum Alb. in l. fin. C. de iur. omn. iudic. quòd in partibus vltramontanis regulariter iuriſdictiones & feuda poſſunt alienari & diuidi de conſuetudine. Dicite, vt ibi. ¶ † Aduertendum
3 quoque eſt ſecundum Andr. de Iſern. quòd poſſumus dupliciter conſiderare feudum marchiæ, ducatus, vel comitatus: Vno modo, quando Papa dat feudum marchiæ, anchonæ, vel feudum ducatus ſpoletam quo ad exercitium, non tamen quo ad proprietatem quemadmodum tempore florenti Roma. Nam licet tale feudum conceſſum duret vſque ad mortem præſidentis, non tamen tranſit ad hæredem, quemadmodum non tranſit officium præſidatus. l. prima. C. de offic. legat. proconſul. quia intelligitur electa induſtria. l. prima. § ne autem. C. de caducis tollendis. l. inter artifices. ff. de ſolution. Vel etiam ſi Papa concederet feudum marchiæ quo ad reditus. Nam tale feudum non

[a] *Limita hoc notabile multis modis, vt per Alex. conſil. ij. col. pen. in v. volum.*

nõ tranſiret ad hæredes, quemadmodum feudum
ſoldatæ non tranſit ad hæredes:cap.j.§.j.ꝟ.quis di-
citur dux, marchio vel comes. Et iſtis reſpectibus
feudum marchiæ, ducatus vel comitatus nõ trãſit
ad hæredes. Et ita intelligitur tex.noſter. Intelliga
tur quoque tex.ſ.tit.prox.in fin.prout verbum, v-
ſurpatum.fuerit in malam partem. ¶ Aliquando &
ſecundò cõſideramus feudum marchiæ, ducatus,
vel comitatus prout conceditur reſpectu proprie-
tatis: vt eſt exemplum in illuſtribus ducibus Me-
diol.vel Burgundiæ, & illuſtriſsimo duce Mutinę,
nouello & reg. &c. Et tunc tranſit feudum ad de-
ſcendentes maſculos:videlicet ad primogenitum:
& ita intelligatur text. in §.propterea.ꝟ.de prohib.
ali.feud.per Feder. Nam tales duces vel reges ha-
bẽt vtilia iura feudalia & iuriſdictionalia, licet re-
ſpectu generum ſingulorum dicantur habere iura
directa, ſecundum Bald.in l.j.C.vnde cogna. & in
4 rub.ff.de bonorum poſſeſſ.hæred.pet. ¶ † Not.ibi,
in Imperatore.quòd dignitates cõferuntur ab Im-
peratore, velut à culmine, licet ſecundum Bald. Pa
pa vſurpet quantum poteſt. Sed ſalua reuerentia
Bald.imò ſecundum catholicam conditionem, o-
a mnis iuriſdictio, omne imperium, habitu[a] eſt in Pa
5 pa: † quia hæreticum eſſet dicere, quòd ſint duo
principia, duo capita:vt plenè diſputat poſt Hoſti.
Ioan.And.in c.cauſam quæ.qui filij ſint legi.& per
Ant.de Bu.in c.per venerabilem.eod.tit.licet quo
ad exercitium habeat Imperator iuriſdictionem
ſuam ſeparatam. Neque intendat Papa falcem po-
nere in alienam meſſem.cap.nouit.de iudic. Et di-
6 xi plenè in diſputatione legitimationis. ¶ † Not.
ibi, per inueſtituram. quòd in feudis dignitatum
non eſt ſucceſsio, niſi per inueſtituram. Et tunc
non eſt propriè ſucceſsio, ſed habetur ex proui-
dentia legali:vt dixi plenè in c.j.§.cum verò Cõra
7 dus.ſ.qui feu.da.poſ. ¶ † No.tex.in §.ſi capitanei.
ꝙ in feudis non habentibus dignitatẽ ſuccedunt
deſcen-

*a Adde tamẽ, quòd quã-uis omnes dignitates conferantur ab Imperatore, vt hîc dicitur: tamẽ poteſt populus ſibi creare ducem, ſecũdum D. Ia. in trac. feu. in verb. dux Sabaudiæ. col. j.*

deſcendentes maſculi vſque in infinitum. ¶Quid
auté in collateralibus? Dixi plenè in c.j.§. cũ verò
Conradus.allegato.Et hic dicit Bal.vnum verbum
8 magis quàm ſingulare.†Nam licet in alijs ſucceſ-
ſionibus non ſuccedatur vltra x. gradum : in glo.
Inſti.de ſucceſ.cogna.tamẽ in ſucceſsione feudali
ſucceſsiõ fit in infinitum,donec ſint agnati primi
ſtipitis.Ecce exemplum:pone,deceſsit Rex Fráciȩ
nullo relicto deſcendente:reperitur vnus eius a-
gnatus,qui eſt in centeſimo gradu,vel vltrá.Certè
a ſuccedit in feudo regali.[a]¶Oppo.cõtra tex.†Ná
9 dicitur in tex.quòd capitanei maiores habent ſuc-
ceſsionem in feudum. Sed contrà: quia capita-
neus maior cenſetur comes:ꝫ.qui feud.da.poſ.in
prin.Ergo nõ habet locum ſucceſsio in prin. capi-
tuli noſtri.Sol. Diſiũctiua,vel.in tex.poſita ibi,ma
ioris vel pro,id eſt minores.Vel aliter & ſecundò,
hîc loquitur de capitaneo maiore qui erat inueſti.
de plebe,& ſic non habebat annexam dignitatem
10 feudum.¶Et no.tex.†quòd ibi cõſobrinus intel-
ligitur de filiis natis ex duobus fratribus,licet pro
priè conſobrini ſint nati ex duabus ſororibus. Sed
eſt neceſſe ſic interpretari:quia in feudis deſcen-
dentes fratres non ſuccedunt,vt dixi in c.j. §. hoc
quoque notandũ.ꝫ.qui feu.da poſ. Vel aliter, hic
feudum erat fœmineum.c.j.ꝑ.de feu. fœminæ.¶In
gl.magna ad fi.ponit viam brocardicam in gl. hoc
olim.ad fi.Dicite vt dixi plenè in c.j.ꝫ. qui feu.da
poſ.¶Sequitur,&c.Aliqui libri habent rubricã de
inueſtitura noui feudi:qua rubrica non vtimur re
gulariter,ſed eſt c. quod incipit:ſi duo fratres.ſi-
tuatum ſub ti.de feudo mar. du. vel comita.

a *Refert & ſimpliciter ſequitur D. Ia. in tract. feu. in verbo, dux. in iij. col. D. Frã Cur. in tract. feu. in ix. char. iij. par. ver. ſucceſsiuè expedito ſecundo &c. etiam ſi illius ver. Vide Iaſ. omnino in l. certũ. in j. colũ. C. vnde cognati. Vide pulchrã cauti. Cepo. ſua caut. xij. alias, cxij.*

## SVMMARIVM.

1 *In nouo feudo frater fratri non ſuccedit, niſi pactum ſit in contrarium.*

In

2 *In paterno feudo frater fratri ſuccedit.*
3 *Linea deſcendentium magis eſt priuilegiata in ſucceſsione feudali, quàm collateralium.*
4 *Pactum derogat naturæ feudali.*
5 *Fœminæ licet non ſuccedant de natura feudi, tamen per pactum ſuccedunt.*
6 *Ius accreſcendi ſolùm reſpicit ſuum ſtipitem in feudis.*
7 *Filius non tenetur conferre feudum fratribus acquiſitum poſt mortem patris.*
8 *Brocardica via, id eſt ſpinoſa, parum prodeſt.*

§. SI DVO FRATRES. ¶Diuiditur in tres. In prima dictum. in ſecunda exceptio. in tertia comprobatio à ſimili. Secunda ibi, pactũ.
1 Tertia ibi, quod diximus. Hoc dicit: ¶†In nouo feu. fratri frater nõ ſuccedit, niſi pactũ ſit in cõtra
2 riũ. ¶†No. ibi, in nouo beneficio nõ ſuccedit frater fratri, ſed in paterno ſecus: de quo dixi in c. j. §. cũ verò Cõradus. ſ. qui feu. da. poſ. ¶No. ibi, maſ-
3 culini ſexus ſuccedũt in nouo feu. Et ſic no. † ꝙ in ſucceſsione feudali eſt magis priuilegiata linea deſcẽdentium, quàm collateralium: quia in feudo nouo ſuccedunt deſcendentes maſculi, non colla-
4 terales. ¶No. ibi, per pactũ. † quòd per pactum derogatur naturæ feud. Nam pactum facit quòd col-
a laterales ſuccedunt in feudo [a] nouo. ¶†Not. ibi,
5 quòd de natura feudi fœminæ non ſuccedunt, tamen per pactum ſuccedunt: de quo dixi ſuprà §. hoc quoque notãdum. ſ. qui feu. da. poſ. ¶Oppo. & imo videtur, quòd ſaltem iure accreſcẽdi frater obtineat portionem fratris prẽmortui ſine deſcendentibus maſculis: quia hic erat coniunctio realis, verbalis & ſanguinis. l. j. §. ſiis ita. C. de cadu. tol. l. recõiuncti. ff. de le. iij. & l. j. ff. de vſufruc. accreſ. So.

a *Pactum contra naturã feudi valet, tamen dicitur tũc feudum impropriũ: vt per D. Frã. Cur. in v. char. j. part. col. penul.*

Succeſ-

6 †Succeſſorium edictũ,& ius accreſcendi in feudis reſpicit ſolùm ſuum ſtipitem:& ſic cùm hîc ſit feudum nouum,& ſic non habeat ſtipitem,non habet locum ius accreſcendi: vt plenè per Bal. in l.j. C.
7 quando non pe.¶†Quæro,pater acquiſiuit feud. filio,an teneatur filius hoc feudum conferre fratribus?Reſpondeo ſecundum Bar. in l.j.§. nec caſtrenſe.de colla.bo.Aut filius acquiſiuit in vita patris,& tunc tenetur conferre.Aut poſt mortem pa
8 tris,& nõ tenetur conferre.¶†In glo.quę incipit, apud.ē. ad fi.Iac. de Bel. & Pet.de Ceruo fuerunt Doc.Bononien.vt hîc refert Bal. quorum natura eſt amplecti viam brocardicam. Et primus auctor huius rei fuit Pyleus,qui poſuit opuſculum brocardicorum. & intitulatur libellus diſputationis Pylei. Et ego ſemper omiſi viam brocardicam quam poſuit Iac.de Bel.quia non pertinet ad materiam feudalem.

## An maritus ſuccedat vxori in beneficio. Titulus XV.

¶Rubrica habet vario modo: Vno modo ſic,quo ordine ſuccedant filij in bonis:qua non vtimur. Alio modo, de feudo fœminæ.Et,an maritus ſuccedat in beneficio: qua vtimur.¶Cõtinuatur hoc ordine:Suprà viſum eſt de ſucce. feud.&,an frater fratri ſuccedat:nunc videndum reſtat, an maritus ſuccedat vxori. Meritò ergo ſubiicitur hæc Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*
2 *Maritus non ſuccedit vxori in feudo.*
3 *Vxor poteſt dare feudum in dotem marito.*

Maritus

4 *Maritus ſi fuerit ſpecialiter inueſtitus de feudo vxoris, ei in feudo ſuccedit.*

5 *Limitta: ſi ſit inueſtitus de conſenſu vxoris: ſecus, ſi de re tanquam dotali.*

6 *Maritus quo caſu in feudo vxoris ſuccedat.*

7 *Filij non ſuccedunt in feudo fœmineo de rigore conſuetudinis.*

8 *Differentia non eſt inter capitaneos maiores & minores, quo ad ſucceßionem.*

9 *Statuta recipiunt interpretationem in materia feudali à conſuetudine.*

10 *Statuta recipiunt interpretationem paſsiuam.*

11 *Maritus pro oneribus matrimonij quæ ſuſtinet, fructus totius dotis lucratur.*

12 *Mulier pro alio in dotem non poteſt dare feudum, pro ſe verò ei conceditur.*

SI FOEMINA. ¶Diuiditur in tres. In prima ponit, an maritus ſuccedat vxori in feudum. In ſecunda, an filij ſuccedant matri in feudo fœmineo. In tertia ponitur declaratio præcedentium. Secuncunda ibi, & ſi ipſa fœmina. Tertia ibi, hoc dici-
1 mus. Hoc d. ¶†In feudo nō ſuccedit maritus vxori: & filij de æquitate quæ eſt ſeruanda, ſuccedunt matri in feudo fœmineo, licet de rigore conſuetudinis ſecus. Et prædicta habent locum in capitaneis maioribus, & minoribus valuaſoribus. Hoc d.
2 ¶†No. ibi, nullo mō. quòd maritus non ſuccedit
3 vxori in feudo. ¶†No. ſecundò, quòd vxor poteſt
4 dare feudū in dotem marito. ¶†No. ibi, niſi ſpecialiter inueſtitus. quòd ſi maritus fuerit ſpecialiter inueſtitus de feudo vxoris, ſuccedit maritus vxori in feu. Hic verſiculus qualiter intelligatur, ni ſi

niſi ſpecialiter fuerit inueſtitus. declarat Bal.ſecũdum Pe. de Ceruo hoc modo: † Nam ſi de conſenſu vxoris, vel poſt mortem vxoris dominus inueſtiuit maritum de feudo nomine mariti, & vt de propria re,tũc ſuccedit maritus in feudum. Secus autem, ſi eſſet inueſtitus maritus de feudo tanquã de re dotali,vel parafrenali. Nam tunc non ſuccedit maritus in feu.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dotis.
6 ¶†Ego intelligo hoc modo: ꝙ maritus non ſuccedit vxori in feudo,niſi ſit pactum factum quòd ſuccedat in feu.Vel,niſi ſpecialiter dominus inueſtierit maritum non facta mentione de re feudali tanquam feudali, vel parafrenali,vel vt in re propria. Nam tex.noſter ſimiliter loquitur, quãdo maritus ſpecialiter eſt inueſtitus de beneficio.Quinetiã intellectus Petri & Bal.ſit verus.¶†No.ibi,& ſi ipſa
7 fœmina.quòd de rigore cõſuetudinis filij non ſuccedunt in feudo fœmineo, licet ſecus de æquitate quæ præfertur rigori. l.placuit. C. de iudi. cum ſi.
8 ¶No.ibi,hoc dicamus de capitaneis.†quòd prædicta omnia habent locum in capitaneis ſiue in maioribus ſiue in minoribus valuaſoribus. ¶In glo.j. ad ſi. pro clariori intellectu oppo.contra text.hoc modo: Nam dicitur in tex.quòd maritus non ſuccedit vxori. Sed contrà de leg. j. vnde vir & vxor. vbi deficientibus aſcendentibus, deſcendentibus vel collateralib. ſuccedit maritus vxori.Sol.Text. noſter dicit quòd nõ ſuccedit in bonis feudalibus. Contrarium loquitur in aliis bonis ſecundum gl. Andr.& Bal. Ex qua ſolutione infert Bald. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd vxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem,tale ſtatutum non habebit locum in feud. Nam ſi vxor dederit feudũ in dotem virtute ſtatuti,nõ ſuccedit maritus vxori.Sed contrà videtur,quòd imo maritus ſuccedat vxori in feud. quando ſtatutum loquitur ſimpliciter. Ergo,&c.l.de precio.de Publi. Secundò,quia maritus ſuſtinet onera matrimonij. Ergo debuit

lucrari dotem feudalem, vt in regula, ſecũdum na-
9 turam. de reg. iur. Defendite Bal. † quia ſtatuta recipiunt interpretationem in materia feudali à conſuetudine. Nam vbicunq; ſtatutum loquitur generaliter, & ſumus in materia feudali, magis decurrimus ad interpretationem huius operis, quàm iu-
10 ris ciuilis. ¶ Non obſt. primum, † quòd ſtatuta recipiunt interpretationem paſsiuam. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falcidiam. Et per l. omnes populi.
11 ¶ Non ob. ſecundum, quia reſpõdeo, † quòd mari-
a tus pro oneribus matrimonij[a] quę ſuſtinet, fructus totius dotis ei lucro cedunt. l. pro oneribus. C. de iur. dot. ¶ Vltimò opp. contra dominum, quòd mulier poteſt dare feudum in dotem, & imò videtur ꝙ non. d. c. j. §. donare. ꝗ qualiter olim feu. alij poſ.
12 Vbi non poteſt feu. dari in dotẽ? Reſpondeo, † pro alio non poteſt. ita loquitur d. §. donare. pro ſe bene poteſt, ſcilicet in dotem feudum concedere, vt probatur in tex. noſtro ſecundum Bal. quod no. Et facit quod no. in l. fi. cum auth. ſua. C. cõmunia de
b leg.[b] & l. fi. per Bal. C. de re. alie. non ali. in gl. fi. ad fi. Hæc gl. ponit viam brocardicam, an æquitas pręferatur rigori: de quo articulo in l. j. C. de legib. l. placuit. de iudiciis.

*a Statutum, quòd maritus lucretur dotem, &c. Vide in hoc artic. Alex. latè conſil. clviij. v. vol.*

*b Et adde Fely. not. in c. qui in eccleſiarum. in iij. col. de cõſtitut.*

## De feudis datis minimis valuaſoribus, quid iuris ſit. Tit. XVI.

¶ Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt de maioribus vaſallibus, nunc autem videndum eſt de minoribus & minimis vaſallibus. Propterea ordine competenti ſubiicitur hæc Rubrica de minimis vaſ. valuaſoribus, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*
2 *Minores valuaſores poſſunt alij dare feudum.*

Feudum

3 *Feudum datum minimis valuaſoribus cenſetur feudum precarium.*

4 *Minimi valuaſores ſi acceperint feudum dato precio infeudanti, in eius eſt poteſtate, vel reſcindere contractum, vel precium reſtituere.*

5 *Contractus an valeat, qui eſt in poteſtate alterius contrahentium.*

6 *Dilatio cedit ad commodum poſſeſſoris.*

SI MINORES VALVASORES. ¶†Minores valua-
1 ſores poſſunt accipere feudum à minimis valuaſoribus ad libitum ſui, niſi precium datum fuerit: quo caſu reſtitutio precij eſt fienda.Hoc dicit totum iſtud capitulum: ¶†Nota ibi,
2 minores valuaſores.not.quòd minores valuaſores
3 poſſunt alij dare feudum. ¶†Item not.quòd feudum datum minimis valuaſoribus cenſetur feudum precarium: quia quandocunque dominus vo
4 luerit, tollere poteſt. ¶ † Not.ibi,excepto.quòd ſi minimi valuaſores acceperint feudum dato precio infeudanti, eſt in poteſtate infeudãtis, vel non reſcindere contractum feudalem:vel ſi velit reſcindere,debet preciũ reſtituere.Nam bona fides non patitur,vt infeudans habeat rem & precium: l.bona fides.ff.de re.iu. ¶ Opp.contra iſtum textum, & imo videtur,quòd non poſsit infeudans tollere feudum ad libitum. Vnde oppo. d.c.j.§.de natura feu.Sol.Hodie iſte text. eſt correctus per tex.in d. c.j.prout vult glo.ſe.hìc quæ incipit,in totum cor-
5 rectum eſt.¶†Secundò opp.& videtur,quòd non valet contractus feudalis, quando eſt in poteſtate infeudantis, an valeat vel non. l.in ementis. C. de contrahen.empt. Sol.Baldus,quòd hic contractus non infirmatur, licet contractus ſit in poteſtate

alterius contrahentium:gl.no.ſecundum eum in l. inter ſtipulantem. §.ſi ſtipulante.ff.de verb.oblig. Vos poteſtis ſoluere aliter, quòd imo ſubſtantia contractus non eſt in voluntate alterius cōtrahentium: ſed reſolutio contractus eſt in poteſtate infeudantis, quemadmodum dicimus in precario.l.
6 incommo.§.ſicut.ff.commo. ¶†Quæro,pone, infeudans in caſu huius capituli obtinuit precium & petit feudum cum fructibus medio tēpore perceptis,an debeat audiri quo ad fructus? Reſpond. quòd non, quia dilatio cedit ad commodum poſſeſſoris, niſi dilatio eſſet data ad conſeruationem fructuum.l.mulier. §.ſi hæres.& l.poſtulante.ff. ad Trebel.l. in fideicommiſſo. §.cum Pollidius. ff.de vſur. Facit quod no.in l.emptor.ff.de rei ven.Nam dilatio legalis nemini debet eſſe nociua: l. poſthumus.ff.ad Sylla.l.fi.§.donec.ff.de iure delib.

## Quibus modis feudum amittatur. Titulus XVII.

Continuatur hoc ordine: Suprà titulo proximo viſum eſt qualiter vaſallus poteſt priuari feudo ad voluntatem domini: nunc vidēdum reſtat de aliis modis priuandi vaſallum feudo. Propterea competenti ordine ſubiicitur rubrica, quibus modis feudum amittatur. Martinus.

## SVMMARIVM.

1 *Ex quatuor cauſis hic enumeratis & ſimilibus, vaſallus perdit feudum.*
2 *Maiores valuaſores, capitanei dicuntur.*
3 *Domini vaſallorum, ſeniores appellantur.*
4 *Vaſallus dominum dimittens in bello, feudo carere debet.*

Creden

5 *Credentia quid ſit.*

6 *Secretum dicitur, quod dominus non vult ſciri ab alio.*

7 *Vaſallus ſcienter manifeſtans ſecretum domini, feudo priuatur.*

8 *Vaſallus faciens inſultum contra perſonam domini ſcienter, feudum amittit.*

9 *Similitudo culpæ requirit ſimilitudinem pœnæ & ſupplicij.*

10 *In feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia, etiam in pœnis.*

11 *Similitudo culpæ quæ dicatur.*

12 *Vaſallus vt feudo priuetur ob manifeſtationem credentiæ, duo requiruntur.*

13 *Conſpiratio non punitur, quando non fuit facta animo damnificandi.*

14 *Vaſallus ita demum priuatur feudo, ſi ſciẽter cognouerit damnum domini ſui.*

15 *Affectus vaſalli non punitur, niſi effectus ſit ſecutus.*

16 *Dolus in dubio non præſumitur: &, qui dolum allegat, eum probare tenetur.*

17 *In delictis dolus præſumitur, ſi non probetur contrarium.*

18 *Vaſallus qualiter probet, quòd non animo damnificandi, ſecretum domini manifeſtauerit.*

19 *Vaſallus copulans amicitiam cum inimicis domini, an præſumatur id feciſſe animo dominum damnificandi.*

20 *Secreta principum reuelans, qualiter puniatur.*

21 *Fructus an ſint reſtituendi domino à die com-*

*miſſæ felloniæ.*

22 *Vaſallus aduocatus non poteſt præſtare patrocinium contra dominum.*

23 *Heres vaſalli non poßidens feudum, intra annum & diem inueſtituram petere non cogitur.*

SI CAPITANEI. ¶ Diuiditur in quinque partes. Nam in primis quatuor partibus ponuntur quatuor cauſæ priuandi vaſallum feudo. In quinta ponitur extenſio ad ſimiles culpas. Secunda ibi, ſi credentias. Tertia ibi, ſi valuaſore. Quarta ibi, ſi ſcienter. Quinta ibi, vel ſimilem
1 culpam. Hoc dicit: ¶ † Ex quatuor cauſis hîc enumeratis, vel ex ſimilibus culpis priuatur vaſal-
2 lus feudo. Ad hoc allegatur. ¶ † Nota ibi, capitanei. quòd maiores valuaſores capitanei dicuntur. De quo vidiſtis in capitulo primo in princi. ſuprà, qui feudum dare poſſunt. & in cap. j. de na-
3 tura feud. ¶ †Nota ibi, ſeniores. quòd domini va-
4 ſallorum appellantur ſeniores. ¶ †Nota ibi, in bello. quòd ſi vaſallus dimiſerit dominũ in bello, carere debet feudo. quod notabile qualiter intelligatur, vidiſtis in capitulo primo: ſuprà, quibus modis amittatur feudum. ¶ Nota ibi, ſi creden-
5 tias. † Nota, quòd credentia dicitur, quando alicui cõmittitur ſecretum ſuum. ¶ Et nota in extrauaganti, de pace Conſtantiæ. in verbo, cre-
6 dentiarum. † Secretum dicitur, quod non vult dominus ſciri ab alio: vt notat. in leg. eius qui in prouinciam. ſi cert. petatur. & xxij. quæſt. j. cap.
7 de forma. ¶ Nota ibi, damnum ſcienter. †quòd ſi vaſallus ſcienter in damnum domini manifeſtauerit ſecretum ei commiſſum à domino, debet perdere [a] feudum. Nam proditor eſt qui aliena ſecreta reuelat: vt notat. in dicto capit. de forma. ¶ No-

[a] *An et quando reuelans ſecretum domini perdat feudũ, vide D. Iacob. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col. viij. ver. viij. cauſa.*

8 ¶†Not.ibi, ſi ſcienter. quòd ſi vaſallus fecerit in-
ſultum contra perſonam domini ſcienter, priuatur
9 feudo. ¶†Not.ibi tex.valde ſingularem, vel ſimi-
lem culpam. Similitudo culpæ requirit ſimilitudi-
nem pœnæ & ſupplicij. Nã licet priuilegium quod
eſt contra ius commune, non extendatur ad caſus
prætermiſſos: cap. licet. de tranſact. & no. in l.fi. de
conſtitut. principum. tamen ſimilitudo culpæ ex-
10 tenditur: vt hic eſt caſus. ¶†Not. ex eodem text.
quòd in feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia,
etiam in pœnis. Sed pulchrum eſt videre quæ dica
11 tur ſimilitudo culpæ? Reſpondet Bald. †quòd vbi-
cunque l. principis, iudex vel ratio naturalis dicãt
ſimilitudinem culpæ: ibi dicitur eſſe ſimilitudo v-
nius ſpeciei ad aliam, l. & ideo. l. non poſſunt. ff. de
legi. Quis autem debeat arbitrari hanc ſimilitudi-
nem culpæ? Reſpondet Bald. quòd iudex: dict. l. &
ideo. & dicta l. non poſſunt. Facit l. voluntatis. C. a
de fideicommiſſ. ¶In gloſſ. nunquid. ibi, priuatur
12 à feudo. No. hîc eſſe gloſſ. pulchram, †quòd vaſal-
lus non priuatur feudo, licet manifeſtauerit cre-
dentiam domini, vbi cõcurrunt duo: primò, quòd
iſta manifeſtatio non damnificauerit dominum: ſe
cundò, quòd vaſallus manifeſtauerit ſecretum do-
mini, non animo damnificandi. ¶Ad finem gloſſ.
13 notab. † quòd aliquando conſpiratio non puni-
tur, quando non fuit facta animo damnificandi.
14 ¶In gloſſ. illud intelligo vbi agnouerit. no. †quòd
ita demum priuatur vaſallus feudo, ſi ſcienter co-
gnouerit damnum domini ſui. Nam ſi ignoranter,
non priuatur: vt eſt exemplum in ſequenti par-
a te gloſſ. [a] ¶† Ad finem gloſſ. notab. quòd non pu-
15 nitur affectus vaſalli, niſi ſit effectus ſequutus: de
quo in c. j. §. quib. mo. feu. amit. ¶Extra gl. quæro,
quis probabit, quòd animo damnificandi dominũ
vaſallus manifeſtauerit credentiam: ſibi commiſ-
16 ſam à domino? Reſpondet Andr. † quòd in dubio
non præſumitur dolus, & qui allegat dolum, tene-

*a Et quid de percutiente ignoranter famulũ poteſtatis, ponit Alber. in j. par. ſtatutorum, quæ. xliij. incip. itẽ, &c. Vide Ro. conſi. ccccxliij. incipien. circa prepoſitã. Alex. plura cõſi. lxv. iij. vol. & cõſi. cxiiij. in j. volu. Facit gloſſ. & ibi Bart. in l. j. ff. de recept.*

tur probare, l.quoties. §.qui dolo. ff.de probatio. Ergo dominus tenebitur probare, ꝙ vaſallus manifeſtauerit ſecretum animo damnificandi dominum. Et probatur ex coniecturis & arg.princ.ſi vaſallus habeat exoſum dominũ ſuum: vel ſi aliàs vaſallus cõmiſit culpam contra dominũ. l.dolum. C. de dol.l.nõ omnes. §.à barbaris.ff.de re mil. ¶ Sed And.voluit opin.contrariam, quæ dicitur eſſe ſua: quia quando gl.vel Doct. ponit plures opiniones, vltima dicitur eſſe ſua, niſi conſtet de mente Doc. In contrarium, ſecundum alleg.no.Bal. in auth.ex
17 teſtamento.C.de collat.Itaq; And.ait,† ꝙ vaſallus tenebitur probare, ꝙ non animo damnificandi dominum manifeſtauerit credentiam domini ſui.Ratio:Nam vaſallus manifeſtás ſecretum domini,delinquit:quia facit contra iuramentum ſuum.c.j.de forma.Ergo præſumitur in dolo,quia in delictis in dubio præſumitur dolus, ſi non probetur contrariũ.l.ſi non intra.C.de iniur.l.j.& ibi no. C.ad leg. Corn.de ſicar. Et fuit no.Inno.in c.j.de præſump. Fateor equidẽ, ꝙ ſi eſſent probationes hincinde, & eſſent dubiæ, ſtaretur iuramento vaſalli:gl.Inſt. de act.§.ſunt & alię.Bar.in l.cui.§.iiſdẽ.ff.de accu. & no.per Iac.de Arc.ibi,l.pro hærede. ff.de acqui.
18 hæ.† Sed operæpreciũ eſt quærere,qualiter probabit vaſallus, quòd non animo damnificandi dominum manifeſtauerit ſecretum? Reſpondet And. dando exemplum:puta,ſi vaſallus animo laudandi dominũ ſuum in magnificis geſtis, dixit ſecretum
19 domini ſui,& ſic in ſimilibus caſibus. ¶ † Quid autem ſi vaſallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini ſui, an præſumatur feciſſe animo damnificandi dominũ? Reſpondet Andr. quòd non. quòd imo hoc caſu dominus tenebitur probare, quòd vaſallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini animo damnificandi dominũ:quia hæc copulatio amicitiæ non eſt de genere prohibitorum. Allegat not.in l.liberi.C.de offic.teſtament.

¶ Hìc

20 ¶†Hic ponit And. qualiter puniatur reuelans ſecreta principium. Verùm, quia non eſt materia feudalis, omittam. Videbitis gloſſ. in dicto cap. de for
21 ma. quam gloſſ. limitat And. ¶†Quæro, ſi vaſallus commiſit feloniam: vt eſt exemplum in ca. noſtro, an fructus ſint reſtituendi domino à die commiſſæ feloniæ? Reſpondeo quòd ſic, ſecundum ſingularem no. Guil. & Ang. in l. j. C. de his quib. vt indig.
22 ¶†Quæro, an vaſallus aduocatus poſsit præſtare patrocinium contra dominum ſuum? Reſpondeo, quòd non, niſi pro ſe & coniunctis ſuis: ſecundum
23 Specu. titu. de aduoc. §. j. ¶†Quæro, hæres vaſalli non poſsidẽs feudum, non petiit inueſtituram intra annũ & diem à domino ſuo, an priuabitur feudo? Reſpondeo, quòd non: ſecundum Baldum in l. ſolennibus. C. de rei vend. quod not. ad limitationem eorum quæ not. in cap. j. ꝟ. quo tempo. mil. inueſt. pet. deb. & in cap. j. quę fuit prima cau. benefi. amittendi, &c.

## Apud quem vel quos controuerſia feudi definiri debeat. Titulus XVIII.

¶Continuatur hoc modo: Quoniam in curia principum verſantur quæſtiones feudorum, & dubitatur apud quem vel quos definiri debeãt: ideo ſubiicitur hæc Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium principij ponitur.*
2 *Contentionem inter capitaneos, & minores valuaſores, pares curiæ dirimunt.*
3 *Differentia non eſt conſtituenda inter maiores & minores valuaſores, quando agitur de priuatione feudi.*

4 *Pares curiæ non ſunt iudices inter conuaſallos, ſed dominus.*
5 *Imperator eſt iudex, tanquam dominus.*
6 *Iudex quis ſit in controuerſiis feudalibus.*
7 *In cauſa meri poſſeſſorij, Ordinarius eſt iudex.*
8 *Criminaliter ſi agunt occaſione feudi, dominus non cognoſcit.*
9 *Prorogatio non habet locum in feudis.*
10 *Vaſalli etiam legitimè alienantis pœna nocet emptori.*

SI CONTENTIO. ¶Diuiditur in duas. In prima loquitur de contétione inter capitaneos. In ſecunda loquitur de contentione inter minores & maiores vaſallos. Secunda ibi, ſi non fue-
1 rit. Hoc dicit: ¶†Si cótentio ſit inter capitaneos, cognoſcit & definit Imperator: ſi autem inter minores & maiores valuaſores, cognoſcunt pares cu-
2 riæ, vel iudex curiæ. ¶†Not. ibi, capitaneos. ꝙ vbi eſt contentio inter capitaneos, vel minores valuaſores, pares curiæ vel iudex curiæ cognoſcunt de huiuſmodi controuerſia: in glo. j. ad fin. Signabitis gl. quæ declarat, qui dicantur capitanei in feudis.
a Ná capitanei [a] ſunt duces, marchiones, qui habét
3 feudum ab Imperatore. ¶†In gl. ibi, hodie. ibi, etiá inter capitaneos. no. glo. quæ vult, quòd hoc prin. hodie corrigatur. ¶Sed hanc gl. improbat Iacob. quoniam c. j. de natu. feudi, tanquam anterius non potuit diuinare & corrigere hoc ca. poſterius, l. nó eſt nouum. ff. de legi. ¶Non obſt. d. c. j. de nat. feu. quia loquitur, an dominus auferre poſsit feudum non coniuncta culpa, & dicendum eſt quòd non: quo caſu non eſt conſtituenda differétia inter maiores & minores valuaſores & capitaneos: nos autem

*a Capitanei qui dicantur, & quare ita vocentur, ponit D. Iaſ. in c. j. in prin. col. x. verſic. in tex. ibi, &c. qui feu. da. poſſunt.*

tem loquimur, quis dicatur iudex in controuerſia feudali. Propterea ego reprobo gloſ. alia ratione,
4 quia vult glo.†quòd pares curiæ ſint iudices inter conuaſallos. Et hoc eſt falſum: quia imo dominus. §.præterea.in c.j.ẜ.de prohib.ali.feu.per Feder.niſi ſaluando glo.intellexerimus, quòd erat contentio inter dominum & vaſallum: quia tunc pares curiæ
5 ſunt iudices:d.c.j.§.præterea.¶†In ea.gl.ad fi.gl. aliter intelligit iſtum tex. ꝙ non corrigatur, quia quilibet tenebat feudum ab Imperatore, quia Imperator eſt iudex tãquam dominus. d.§.præterea. ¶Opp. extra gl.de c.j.ẜ.de lege Cõra. vbi pares curiæ cognoſcunt, non autem Imperator: vt hic dicit text. Sol. Ibi loquitur de conſuetudine particulari Mediolanenſi, hìc autẽ loquimur de conſuetudine
6 generali feudorũ. ¶†Secundò opp. cõtra iſtũ tex. in quo dicitur, ꝙ ſi eſt contro. inter maiores & minores, cognoſcũt pares curiæ. Vnde opp. de c.j.§. præterea. de proh. feu. ali. per Fed. ſed dominus cognoſcit, nõ pares curiæ. Eſt fort. ſol. ſecundũ quoſdam, quos videtur hìc ſequi Bal. dũ apoſtillat text. ibi, minores & maiores. Primò, quia ſi minores habent feudũ à maioribus: aut eſt contentio inter capitaneos, & cognoſcit Imperator. Aut eſt cõtẽtio inter maiores, & minores: & cognoſcunt pares curię: vt hìc. Aut eſt contentio inter alios, puta minores, & tunc cognoſcit dñs feudi: d.§.præterea. Hãc ſol. improbat Iac. de Bel. quoniã d.§.præterea. loquitur indiſtinctẽ. Ergo indiſtinctè intelligẽdus. l.de precio.ff.de Public. Quare ſol. ipſe aliter: Aut eſt contentio inter capitaneos, & cognoſcit Imperator, vt hoc princ. Aut eſt cõtẽtio inter alios vaſallos, & tũc ſi ſint pares curiæ, cognoſcunt, vt hìc: ſi autem non ſunt pares curiæ, tunc cognoſcit dominus. Hæc ſolut. non placęt: quia diuinat ad §. præterea. cõtra gloſſam: l. filium quem habentem. Secundò, quia ille textus loquitur indiſtinctè, ſiue ſint pares, ſiue non. argument. dicta l. de

precio.

¶ Præterea traditur regula à gloſſ. in cap. cæte-
rùm. de iudic. quòd vbi eſt contentio inter conua
ſallos, dominus eſt iudex, non autem pares curiæ.
¶ Quare ſoluerem hoc cõtrarium hoc modo: Aut
enim eſt contentio inter conuaſallos de feudo, &
cognoſcit dominus feudi:d.§.præterea. Aut eſt cõ
tentio inter dominum & conuaſallum ſiue conua-
ſallos,& tũc aut Imperator eſt dominus & cogno-
ſcit Imperator, vt hoc princ. Aut alius inferior eſt
dominus feudi, & tunc cognoſcũt pares curiæ: vt
hoc c.noſtro,in fi.& d.§.præterea.ad fi.Et apoſtil-
late tex.noſtrũ hoc modo: Videlicet, inter capita-
neos,ſubaudi & dominum, ſcilicet Imperatorem.
& in tex.ibi,minores & maiores, ſubaudite domi-
num. Nam in hoc cap.erat contentio inter domi-
num & vaſallos. Vel eſt neceſſe dicere,quòd iſte §.
corrigatur per d.§.præterea. ſi intellexerimus iſtũ
tex.in fi.quòd ſit contro.inter vaſal. Sed quia legũ
correctio eſt euitanda:l.j.de inoff.do.ideo præce-
dens intellectus magis placet, quòd hîc erat con-
tentio inter dominum & vaſallos. ¶ Oppo.& imo
videtur, quòd iudex ordinarius rei vel arbiter co-
gnoſcit de c.ij.ī.de leg.Conrad.& de c.j.de inueſt.
in mar.facta. Sol.Ibi erat contentio inter vaſallos,
qui tenebant feudum ab alio. Et pulchrè declarat
gl.in c.j.§.præterea.de prohib.alie.feu.per Fed. &
videbitis in cap.j.ī.de inueſt.in ma.facta. Et ibi per
7 Bald.in d.§.præterea. ¶ † Quæro,an in cauſa meri
poſſeſſorij feudi,dominus ſit iudex? Bald.ſe remit-
tit ad nota.in d.c.cæterùm.de iudic. Vos dicite,ꝙ
dominus feudi non eſt[a] iudex,ſed ordinarius:glo. a
8 eſt notab.in d.§.cæterùm. ¶ † Quæro,ſi agatur cri
minaliter occaſione feudi,an dominus feudi ſit iu-
dex? Reſpondit Bal.ꝙ non:l.ſolemus.§.latruncula
tor.ff.de iudic.Et vide ſcripta per Inn. in d. c.cæte
9 rùm. ¶ † Et no.ꝙ nõ habet locũ prorogatio iuriſd.
in feudis: quia vbicunque lex imponit neceſsita-
tem fori,non poteſt fieri prorogatio iuriſdic. ſine
volun-

*a In cõtraria opinione eſt D.Frã.Cur. in trac.feu. iij.char. vltimæ part. verſicul.vj. quæro. quã dicit eſſe cõmunem. Ibi etiam examinat, an cauſa poſſeſſorij ſit diuerſa à cauſa petitorij, an verò ſit eiuſdẽ qualitatis. In hoc articulo diſtinguit D.Ia.in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in col.v.verſicu.in hac materia poteſtis ſic concludere.*

a voluntate iudicis, ad quem pertinet iuriſdictio:[a] ſecundum Bal.in l.cum eorum.ff.de ſen.& interlo.
10 omnium iudi. ¶†Pone, Vaſallus alienauit legitimè feudum, deinde ipſe vaſallus alienans commiſit feloniam dignam priuatione feudi:certum eſt quòd feudum reuertitur ad dominum, & ſic felonia vaſalli alienantis nocebit emptori ſecundum Cy. & Ang.in l.fi. §.j.ſi autem ſub conditione.C.communia de legatis.

a *Vide de hoc art. plenè d. Fran. Cur. in trac. feu. iij.cha.ylti. par. ver. v. quæro. vbi examinat an in prorogatione iſta ſufficiat tacitus cõſenſus domini. Vide etiã D.Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in col. xiij. in ver. dubitatur etiam.*

## SVMMARIVM.

1 *Summarium §.ponitur.*
2 *Alienatio feudi neque in totum, neque pro parte hodie fieri poteſt.*
3 *Feudum alienatoris decedentis ſine hærede maſculo, ad dominnm reuertitur niſi ſint agnati.*
4 *Quatuor intellectus ad iſta verba: ſiue totum, ſiue partem alienauerit.*
5 *Hæredis appellatione in feudis continetur maſculus deſcendens.*
6 *Debet, verbum neceßitatiuum, aliquando reſoluitur in verbum poteſtatiuum: & ſic econtrá.*
7 *De decimus inueſtitus non poteſt alium de ipſis infeudare.*
8 *Fallit in eccleſia: nam ea infeudari poteſt.*

SI ALIQVIS DE CAPITANEIS.
§. ¶Iſtud capitul.legitur duob.modis in gl.Vno modo,q̄ dictio, vel.ſtet correctiuè. Alio modo,quòd non ſtet correctiuè.Tertio modo legitur ſecũdum Andr. de Iſer.quòd tenore huius c.poterat alienari totum feudũ. Quarto modo ego intelligo,Inueſtitus poterat alienare feudum vel fortaſſis fuit conſenſus domini cũ reſeruatione iuris ſui in alienatione totius feudi. His pręmiſsis hoc d.

4 *Maritus ſi fuerit ſpecialiter inueſtitus de feudo vxoris, ei in feudo ſuccedit.*

5 *Limitta: ſi ſit inueſtitus de conſenſu vxoris: ſecus, ſi de re tanquam dotali.*

6 *Maritus quo caſu in feudo vxoris ſuccedat.*

7 *Filij non ſuccedunt in feudo fœmineo de rigore conſuetudinis.*

8 *Differentia non eſt inter capitaneos maiores & minores, quo ad ſucceſsionem.*

9 *Statuta recipiunt interpretationem in materia feudali à conſuetudine.*

10 *Statuta recipiunt interpretationem paſsiuam.*

11 *Maritus pro oneribus matrimonij quæ ſuſtinet, fructus totius dotis lucratur.*

12 *Mulier pro alio in dotem non poteſt dare feudum, pro ſe verò ei conceditur.*

SI FOEMINA. ¶Diuiditur in tres. In prima ponit, an maritus ſuccedat vxori in feudum. In ſecunda, an filij ſuccedant matri in feudo fœmineo. Intertia ponitur declaratio pręcedentium. Secuncunda ibi, & ſi ipſa fœmina. Tertia ibi, hoc dici-
1 mus. Hoc d. ¶†In feudo nō ſuccedit maritus vxori: & filij de æquitate quæ eſt ſeruanda, ſuccedunt matri in feudo fœmineo, licet de rigore conſuetudinis ſecus. Et prædicta habent locum in capitaneis maioribus, & minoribus valuaſoribus. Hoc d.
2 ¶†No. ibi, nullo mō. quòd maritus non ſuccedit
3 vxori in feudo. ¶†No. ſecundò, quòd vxor poteſt
4 dare feudū in dotem marito. ¶†No. ibi, niſi ſpecialiter inueſtitus. quòd ſi maritus fuerit ſpecialiter inueſtitus de feudo vxoris, ſuccedit maritus. vxori in feu. Hic verſiculus qualiter intelligatur, ni ſi

niſi ſpecialiter fuerit inueſtitus. declarat Bal.ſecũ-
5 dum Pe. de Ceruo hoc modo: † Nam ſi de conſenſu vxoris, vel poſt mortem vxoris dominus inueſtiuit maritum de feudo nomine mariti, & vt de propria re,tũc ſuccedit maritus in feudum. Secus autem, ſi eſſet inueſtitus maritus de feudo tanquã de re dotali,vel parafrenali. Nam tunc non ſuccedit maritus in feu.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dotis.
6 ¶†Ego intelligo hoc modo: ꝙ maritus non ſuccedit vxori in feudo,niſi ſit pactum factum quòd ſuccedat in feu.Vel,niſi ſpecialiter dominus inueſtierit maritum non facta mentione de re feudali tanquam feudali, vel parafrenali,vel vt in re propria. Nam tex.noſter ſimiliter loquitur, quãdo maritus ſpecialiter eſt inueſtitus de beneficio.Quinetiã in-
7 tellectus Petri & Bal.ſit verus.¶†No.ibi,& ſi ipſa fœmina.quòd de rigore cõſuetudinis filij non ſuccedunt in feudo fœmineo, licet ſecus de æquitate quæ præfertur rigori. l.placuit. C. de iudi. cum ſi.
8 ¶No.ibi,hoc dicamus de capitaneis.†quòd prædicta omnia habent locum in capitaneis ſiue in maioribus ſiue in minoribus valuaſoribus. ¶In glo.j. ad fi. pro clariori intellectu oppo.contra text.hoc modo: Nam dicitur in tex.quòd maritus non ſuccedit vxori. Sed contrà de leg.j. vnde vir & vxor. vbi deficientibus aſcendentibus, deſcendentibus vel collateralib. ſuccedit maritus vxori.Sol.Text. noſter dicit quòd nõ ſuccedit in bonis feudalibus. Contrarium loquitur in aliis bonis ſecundum gl. Andr.& Bal. Ex qua ſolutione infert Bald. quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd vxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem,tale ſtatutum non habebit locum in feud. Nam ſi vxor dederit feudũ in dotem virtute ſtatuti,nõ ſuccedit maritus vxori.Sed contrà videtur,quòd imo maritus ſuccedat vxori in feud. quando ſtatutum loquitur ſimpliciter. Ergo,&c.l.de precio.de Publi. Secundò,quia maritus ſuſtinet onera matrimonij. Ergo debuit

lucrari dotem feudalem,vt in regula,ſecūdum na-
9 turam.de reg.iur. Defendite Bal. † quia ſtatuta recipiunt interpretationem in materia feudali à conſuetudine. Nam vbicunq; ſtatutum loquitur generaliter, & ſumus in materia feudali, magis decurrimus ad interpretationem huius operis,quàm iu-
10 ris ciuilis. ¶ Non obſt. primum, † quòd ſtatuta recipiunt interpretationem paſſiuam.l.j.§.lex Falcidia. ff. ad leg.Falcidiam. Et per l.omnes populi.
11 ¶Non ob.ſecundum,quia reſpōdeo,†quòd mari-
a tus pro oneribus matrimonij[a] quę ſuſtinet,fructus totius dotis ei lucro cedunt. l.pro oneribus. C.de iur.dot. ¶Vltimò opp.contra dominum,quòd mulier poteſt dare feudum in dotem, & imò videtur ꝙ non.d.c.j.§. donare.⁊.qualiter olim feu. alij poſ.
12 Vbi non poteſt feu.dari in dotē? Reſpondeo, † pro alio non poteſt. ita loquitur d.§.donare.pro ſe bene poteſt, ſcilicet in dotem feudum concedere, vt probatur in tex.noſtro ſecundum Bal.quod no.Et facit quod no.in l.fi.cum auth.ſua. C. cōmunia de
b leg.[b] & l.fi.per Bal.C.de re.alie.non ali. in gl.fi.ad fi.Hæc gl.ponit viam brocardicam,an æquitas pręferatur rigori: de quo articulo in l. j.C. de legib.l. placuit.de iudiciis.

*a Statutum, quòd maritus lucretur dotem, &c. Vide in hoc artic. Alex. latè conſil. clviij.v.vol.*

*b Et adde Fely.not. in c. qui in eccleſiarum. in iij.col.de cōſtitut.*

## De feudis datis minimis valuaſoribus, quid iuris ſit. Tit. XVI.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt de maioribus vaſallibus, nunc autem videndum eſt de minoribus & minimis vaſallibus. Propterea ordine competenti ſubiicitur hæc Rubrica de minimis vaſ. valuaſoribus,&c.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*

2 *Minores valuaſores poſſunt alij dare feudum.*

Feudum

3 *Feudum datum minimis valuaſoribus cenſetur feudum precarium.*

4 *Minimi valuaſores ſi acceperint feudum dato precio infeudanti, in eius eſt poteſtate, vel reſcindere contractum, vel precium reſtituere.*

5 *Contractus an valeat, qui eſt in poteſtate alterius contrahentium.*

6 *Dilatio cedit ad commodum poſſeſſoris.*

SI MINORES VALVA-
1 SORES. ¶†Minores valua-
ſores poſſunt accipere feudum à
minimis valuaſoribus ad libitum
ſui, niſi precium datum fuerit:
quo caſu reſtitutio precij eſt fien
2 da.Hoc dicit totum iſtud capitulum: ¶†Nota ibi,
minores valuaſores.not.quòd minores valuaſores
3 poſſunt alij dare feudum. ¶†Item not.quòd feu-
dum datum minimis valuaſoribus cenſetur feu-
dum precarium: quia quandocunque dominus vo
4 luerit, tollere poteſt. ¶ †Not.ibi,excepto.quòd
ſi minimi valuaſores acceperint feudum dato pre-
cio infeudanti, eſt in poteſtate infeudãtis, vel non
reſcindere contractum feudalem:vel ſi velit reſcin
dere,debet preciũ reſtituere.Nam bona fides non
patitur,vt infeudans habeat rem & precium: l.bo-
na fides.ff.de re.iu. ¶ Opp.contra iſtum textum,
& imo videtur, quòd non poſsit infeudans tollere
feudum ad libitum. Vnde oppo. d.c.j.§.de natura
feu.Sol.Hodie iſte text. eſt correctus per tex.in d.
c.j.prout vult glo.ſe.hîc quæ incipit,in totum cor-
5 rectum eſt.¶†Secundò opp.& videtur,quòd non
valet contractus feudalis, quando eſt in poteſtate
infeudantis, an valeat vel non. l.in ementis. C. de
contrahen.empt. Sol.Baldus,quòd hic contractus
non infirmatur, licet contractus ſit in poteſtate

alterius contrahentium:gl.no.ſecundum eum in l. inter ſtipulantem. §.ſi ſtipulante.ff.de verb.oblig. Vos poteſtis ſoluere aliter, quòd imo ſubſtantia contractus non eſt in voluntate alterius cótrahentium: ſed reſolutio contractus eſt in poteſtate infeudantis, quemadmodum dicimus in precario.l.
6 incommo.§.ſicut.ff.commo. ¶†Quæro,pone, infeudans in caſu huius capituli obtinuit precium & petit feudum cum fructibus medio tépore perceptis,an debeat audiri quo ad fructus? Reſpond. quòd non, quia dilatio cedit ad commodum poſſeſſoris, niſi dilatio eſſet data ad conſeruationem fructuum.l.mulier. §.ſi hæres.& l.poſtulante.ff. ad Trebel.l. in fideicommiſſo. §.cum Pollidius. ff.de vſur. Facit quod no.in l.emptor.ff.de rei ven.Nam dilatio legalis nemini debet eſſe nociua: l. poſthumus.ff.ad Sylla.l.fi.§.donec.ff.de iure delib.

## Quibus modis feudum amittatur. Titulus XVII.

Continuatur hoc ordine: Suprà titulo proximo viſum eſt qualiter vaſallus poteſt priuari feudo ad voluntatem domini: nunc vidédum reſtat de aliis modis priuandi vaſallum feudo. Propterea competenti ordine ſubiicitur rubrica, quibus modis feudum amittatur. Martinus.

### SVMMARIVM.

1 *Ex quatuor cauſis hic enumeratis & ſimilibus, vaſallus perdit feudum.*
2 *Maiores valuaſores, capitanei dicuntur.*
3 *Domini vaſallorum, ſeniores appellantur.*
4 *Vaſallus dominum dimittens in bello, feudo carere debet.*

Creden

5 *Credentia quid ſit.*
6 *Secretum dicitur, quod dominus non vult ſciri ab alio.*
7 *Vaſallus ſcienter manifeſtans ſecretum domini, feudo priuatur.*
8 *Vaſallus faciens inſultum contra perſonam domini ſcienter, feudum amittit.*
9 *Similitudo culpæ requirit ſimilitudinem pœnæ & ſupplicij.*
10 *In feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia, etiam in pœnis.*
11 *Similitudo culpæ quæ dicatur.*
12 *Vaſallus vt feudo priuetur ob manifeſtationem credentiæ, duo requiruntur.*
13 *Conſpiratio non punitur, quando non fuit facta animo damnificandi.*
14 *Vaſallus ita demum priuatur feudo, ſi ſciēter cognouerit damnum domini ſui.*
15 *Affectus vaſalli non punitur, niſi effectus ſit ſecutus.*
16 *Dolus in dubio non præſumitur: &, qui dolum allegat, eum probare tenetur.*
17 *In delictis dolus præſumitur, ſi non probetur contrarium.*
18 *Vaſallus qualiter probet, quòd non animo damnificandi, ſecretum domini manifeſtauerit.*
19 *Vaſallus copulans amicitiam cum inimicis domini, an præſumatur id feciſſe animo dominum damnificandi.*
20 *Secreta principum reuelans, qualiter puniatur.*
21 *Fructus an ſint reſtituendi domino à die com-*

*miſſæ feloniæ.*

22 *Vaſallus aduocatus non poteſt præſtare patrocinium contra dominum.*

23 *Hæres vaſalli non poßidens feudum, intra annum & diem inueſtituram petere non cogitur.*

SI CAPITANEI. ¶ Diuiditur in quinque partes. Nam in primis quatuor partibus ponuntur quatuor cauſæ priuandi vaſallum feudo. In quinta ponitur extenſio ad ſimiles culpas. Secunda ibi, ſi credentias. Tertia ibi, ſi valuaſore. Quarta ibi, ſi ſcienter. Quinta ibi, vel ſimilem
1 culpam. Hoc dicit: ¶ † Ex quatuor cauſis hîc enumeratis, vel ex ſimilibus culpis priuatur vaſal-
2 lus feudo. Ad hoc allegatur. ¶ † Nota ibi, capitanei. quòd maiores valuaſores capitanei dicuntur. De quo vidiſtis in capitulo primo in princi. ſuprà, qui feudum dare poſſunt. & in cap. j. de na-
3 tura feud. ¶ †Nota ibi, ſeniores. quòd domini va-
4 ſallorum appellantur ſeniores. ¶ †Nota ibi, in bello. quòd ſi vaſallus dimiſerit dominũ in bello, carere debet feudo. quod notabile qualiter intelligatur, vidiſtis in capitulo primo: ſuprà, quibus modis amittatur feudum. ¶ Nota ibi, ſi creden-
5 tias. † Nota, quòd credentia dicitur, quando alicui cõmittitur ſecretum ſuum. ¶ Et nota in extrauaganti, de pace Conſtantiæ. in verbo, cre-
6 dentiarum. † Secretum dicitur, quod non vult dominus ſciri ab alio: vt notat. in leg. eius qui in prouinciam. ſi cert. petatur. & xxij. quæſt. j. cap.
7 de forma. ¶ Nota ibi, damnum ſcienter. † quòd ſi vaſallus ſcienter in damnum domini manifeſtauerit ſecretum ei commiſſum à domino, debet perdere [a] feudum. Nam proditor eſt qui aliena ſecreta reuelat: vt notat. in dicto capit. de forma. ¶ No-

[a] *An et quando reuelans ſecretum domini perdat feudũ, vide D. Iacob. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col. viij. ver. viij. cauſa.*

8 ¶†Not.ibi, ſi ſcienter. quòd ſi vaſallus fecerit inſultum contra perſonam domini ſcienter, priuatur
9 feudo. ¶†Not.ibi tex. valde ſingularem, vel ſimilem culpam. Similitudo culpæ requirit ſimilitudinem pœnæ & ſupplicij. Nā licet priuilegium quod eſt contra ius commune, non extendatur ad caſus prætermiſſos: cap. licet. de tranſact. & no. in l. fi. de conſtitut. principum. tamen ſimilitudo culpæ ex-
10 tenditur: vt hic eſt caſus. ¶†Not. ex eodem text. quòd in feudis proceditur de ſimilibus ad ſimilia, etiam in pœnis. Sed pulchrum eſt videre quæ dica
11 tur ſimilitudo culpæ? Reſpondet Bald. † quòd vbicunque l. principis, iudex vel ratio naturalis dicāt ſimilitudinem culpæ: ibi dicitur eſſe ſimilitudo vnius ſpeciei ad aliam. l. & ideo. l. non poſſunt. ff. de legi. Quis autem debeat arbitrari hanc ſimilitudinem culpæ? Reſpondet Bald. quòd iudex: dict. l. & ideo. & dicta l. non poſſunt. Facit l. voluntatis. C. de fideicommiſſ. ¶In gloſſ. nunquid. ibi, priuatur
12 à feudo. No. hìc eſſe gloſſ. pulchram, † quòd vaſallus non priuatur feudo, licet manifeſtauerit credentiam domini, vbi cōcurrunt duo: primò, quòd iſta manifeſtatio non damnificauerit dominum: ſecundò, quòd vaſallus manifeſtauerit ſecretum domini, non animo damnificandi. ¶Ad finem gloſſ.
13 notab. † quòd aliquando conſpiratio non punitur, quando non fuit facta animo damnificandi.
14 ¶In gloſſ. illud intelligo vbi agnouerit. no. † quòd ita demum priuatur vaſallus feudo, ſi ſcienter cognouerit damnum domini ſui. Nam ſi ignoranter, non priuatur: vt eſt exemplum in ſequenti par-
a te gloſſ. [a] ¶† Ad finem gloſſ. notab. quòd non pu-
15 nitur affectus vaſalli, niſi ſit effectus ſequutus: de quo in c. j. §. quib. mo. feu. amit. ¶Extra gl. quæro, quis probabit, quòd animo damnificandi dominū vaſallus manifeſtauerit credentiam: ſibi commiſ-
16 ſam à domino? Reſpondet Andr. † quòd in dubio non præſumitur dolus, & qui allegat dolum, tene-

a *Et quid de percutiente ignoranter famulū poteſtatis, ponit Alber. in j. par. ſtatutorum, quæ. xliij. incip. itē, &c. Vide Ro. conſi. cccclxiij. incipien. circa prępoſitā. Alex. plura cōſi. lxv. iij. vol. & cōſi. cxiiij. in j. volu. Facit gloſſ. & ibi Bart. in l. j. ff. de recept.*

tur probare, l.quoties. §.qui dolo. ff.de probatio. Ergo dominus tenebitur probare, ꝙ vaſallus manifeſtauerit ſecretum animo damnificandi dominum.Et probatur ex coniecturis & arg.princ.ſi vaſallus habeat exoſum dominũ ſuum: vel ſi aliàs vaſallus cõmiſit culpam contra dominũ. l.dolum.C. de dol.l.nõ omnes. §.à barbaris.ff.de re mil.¶Sed And.voluit opin.contrariam, quæ dicitur eſſe ſua: quia quando gl.vel Doct. ponit plures opiniones, vltima dicitur eſſe ſua, niſi conſtet de mente Doc. In contrarium, ſecundum alleg.no.Bal. in auth.ex
17 teſtamento.C.de collat.Itaq; And.ait,† ꝙ vaſallus tenebitur probare, ꝙ non animo damnificandi dominum manifeſtauerit credentiam domini ſui.Ratio:Nam vaſallus manifeſtãs ſecretum domini,delinquit:quia facit contra iuramentum ſuum.c.j.de forma.Ergo præſumitur in dolo,quia in delictis in dubio præſumitur dolus, ſi non probetur contrariũ.l.ſi non intra.C.de iniur.l.j.& ibi no. C.ad leg. Corn.de ſicar. Et fuit no.Inno.in c.j.de præſump. Fateor equidẽ, ꝙ ſi eſſent probationes hincinde, & eſſent dubiæ, ſtaretur iuramento vaſalli:gl.Inſt. de act.§.ſunt & aliæ.Bar.in l.cui.§.iiſdẽ.ff.de accu. & no.per Iac.de Are.ibi,l.pro hærede. ff.de acqui.
18 hæ.†Sed operæprecium eſt quærere,qualiter probabit vaſallus, quòd non animo damnificandi dominum manifeſtauerit ſecretum? Reſpondet And. dando exemplum:puta, ſi vaſallus animo laudandi dominũ ſuum in magnificis geſtis, dixit ſecretum
19 domini ſui,& ſic in ſimilibus caſibus.¶†Quid autem ſi vaſallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini ſui, an præſumatur feciſſe animo damnificandi dominũ? Reſpondet Andr. quòd non. quòd imo hoc caſu dominus tenebitur probare, quòd vaſallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini animo damnificandi dominũ:quia hæc copulatio amicitiæ non eſt de genere prohibitorum. Allegat not.in l.liberi.C.de offic.teſtament.

¶Hic

20 ¶†Hic ponit And. qualiter puniatur reuelans ſecreta principium. Verùm, quia non eſt materia feudalis, omittam. Videbitis gloſſ. in dicto cap. de for
21 ma. quam gloſſ. limitat And. ¶†Quæro, ſi vaſallus commiſit feloniam: vt eſt exemplum in ca. noſtro, an fructus ſint reſtituendi domino à die commiſſæ feloniæ? Reſpondeo quòd ſic, ſecundum ſingularem no. Guil. & Ang. in l. j. C. de his quib. vt indig.
22 ¶†Quæro, an vaſallus aduocatus poſsit præſtare patrocinium contra dominum ſuum? Reſpondeo, quòd non, niſi pro ſe & coniunctis ſuis: ſecundum
23 Specu. titu. de aduoc. §. j. ¶†Quæro, hæres vaſalli non poſsidēs feudum, non petiit inueſtituram intra annū & diem à domino ſuo, an priuabitur feudo? Reſpondeo, quòd non: ſecundum Baldum in l. ſolennibus. C. de rei vend. quod not. ad limitationem eorum quæ not. in cap. j. ꝟ. quo tempo. mil. inueſt. pet. deb. & in cap. j. quę fuit prima cau. benefi. amittendi, &c.

## Apud quem vel quos controuerſia feudi definiri debeat. Titulus XVIII.

¶Continuatur hoc modo: Quoniam in curia principum verſantur quæſtiones feudorum, & dubitatur apud quem vel quos definiri debeāt: ideo ſubiicitur hæc Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium principij ponitur.*
2 *Contentionem inter capitaneos, & minores valuaſores, pares curiæ dirimunt.*
3 *Differentia non eſt conſtituenda inter maiores & minores valuaſores, quando agitur de priuatione feudi.*

4 *Pares curiæ non ſunt iudices inter conuaſallos, ſed dominus.*
5 *Imperator eſt iudex, tanquam dominus.*
6 *Iudex quis ſit in controuerſiis feudalibus.*
7 *In cauſa meri poſſeſſorij, Ordinarius eſt iudex.*
8 *Criminaliter ſi agunt occaſione feudi, dominus non cognoſcit.*
9 *Prorogatio non habet locum in feudis.*
10 *Vaſalli etiam legitimè alienantis pœna nocet emptori.*

SI CONTENTIO. ¶Diuiditur in duas. In prima loquitur de contétione inter capitaneos. In ſecunda loquitur de contentione inter minores & maiores vaſallos. Secunda ibi, ſi non fue-
1 rit. Hoc dicit: ¶†Si cõtentio ſit inter capitaneos, cognoſcit & definit Imperator: ſi autem inter minores & maiores valuaſores, cognoſcunt pares cu
2 riæ, vel iudex curiæ. ¶†Not. ibi, capitaneos. ꝙ vbi eſt contentio inter capitaneos, vel minores valuaſores, pares curiæ vel iudex curiæ cognoſcunt de huiuſmodi controuerſia: in glo. j. ad fin. Signabitis gl. quæ declarat, qui dicantur capitanei in feudis.
a Nã capitanei [a] ſunt duces, marchiones, qui habẽt
3 feudum ab Imperatore. ¶†In gl. ibi, hodie. ibi, etiã inter capitaneos. no. glo. quæ vult, quòd hoc prin. hodie corrigatur. ¶Sed hanc gl, improbat Iacob. quoniam c. j, de natu. feudi, tanquam anterius non potuit diuinare & corrigere hoc ca. poſterius, l. nõ eſt nouum. ff. de legi. ¶Non obſt. d. c. j. de nat. feu. quia loquitur, an dominus auferre poſsit feudum non coniuncta culpa, & dicendum eſt quòd non: quo caſu non eſt conſtituenda differẽtia inter maiores & minores valuaſores & capitaneos: nos autem

*a Capitanei qui dicantur, & quare ita vocentur, ponit D. Iaſ. in c. j. in prin. col. x. verſic. in tex. ibi, &c. qui feu. da. poſſunt.*

tem loquimur, quis dicatur iudex in controuerſia feudali. Propterea ego reprobo gloſ. alia ratione,
4 quia vult glo.† quòd pares curiæ ſint iudices inter conuaſallos. Et hoc eſt falſum: quia imo dominus. §. præterea. in c. j. ꝗ. de prohib. ali. feu. per Feder. niſi ſaluando glo. intellexerimus, quòd erat contentio inter dominum & vaſallum: quia tunc pares curiæ
5 ſunt iudices: d. c. j. §. præterea. ¶† In ea. gl. ad fi. gl. aliter intelligit iſtum tex. ꝙ non corrigatur, quia quilibet tenebat feudum ab Imperatore, quia Imperator eſt iudex tãquam dominus. d. §. præterea. ¶ Opp. extra gl. de c. j. ꝗ. de lege Cõra. vbi pares curiæ cognoſcunt, non autem Imperator: vt hic dicit text. Sol. Ibi loquitur de conſuetudine particulari Mediolanenſi, hic autẽ loquimur de conſuetudine
6 generali feudorũ. ¶† Secundò opp. cõtra iſtũ tex. in quo dicitur, ꝙ ſi eſt contro. inter maiores & minores, cognoſcũt pares curiæ. Vnde opp. de c. j. §. præterea. de proh. feu. ali. per Fed. ſed dominus cognoſcit, nõ pares curiæ. Eſt fort. ſol. ſecundũ quoſdam, quos videtur hîc ſequi Bal. dũ apoſtillat text. ibi, minores & maiores. Primò, quia ſi minores habent feudũ à maioribus: aut eſt contentio inter capitaneos, & cognoſcit Imperator. Aut eſt cõtẽtio inter maiores, & minores: & cognoſcunt pares curię: vt hîc. Aut eſt contentio inter alios, puta minores, & tunc cognoſcit dñs feudi: d. §. præterea. Hãc ſol. improbat Iac. de Bel. quoniã d. §. præterea. loquitur indiſtinctẽ. Ergo indiſtinctè intelligẽdus. l. de precio. ff. de Public. Quare ſol. ipſe aliter: Aut eſt contentio inter capitaneos, & cognoſcit Imperator, vt hoc princ. Aut eſt cõtẽtio inter alios vaſallos, & tũc ſi ſint pares curiæ, cognoſcunt, vt hîc: ſi autem non ſunt pares curiæ, tunc cognoſcit dominus. Hæc ſolut. non placet: quia diuinat ad §. præterea. cõtra gloſſam: l. filium quem habentem. Secundò, quia ille textus loquitur indiſtinctè, ſiue ſint pares, ſiue non. argument. dicta l. de

precio.

a voluntate iudicis, ad quem pertinet iuriſdictio:[a] ſecundum Bal. in l. cum eorum. ff. de ſen. & interlo.
10 omnium iudi. ¶†Pone, Vaſallus alienâuit legitimè feudum, deinde ipſe vaſallus alienans commiſit feloniam dignam priuatione feudi: certum eſt quòd feudum reuertitur ad dominum, & ſic felonia vaſalli alienantis nocebit emptori ſecundum Cy. & Ang. in l. fi. §. j. ſinautem ſub conditione. C. communia de legatis.

a *Vide de hoc art. plenè d. Fran. Cur. in trac. feu. iij. cha. vlti. par. ver. v. quæro. vbi examinat an in prorogatione iſta ſufficiat tacitus cõſenſus domini. Vide etiã D. Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in col. xiij. in ver. dubitatur etiam.*

## SVMMARIVM.

1 *Summarium §. ponitur.*
2 *Alienatio feudi neque in totum, neque pro parte hodie fieri poteſt.*
3 *Feudum alienatoris decedentis ſine hærede maſculo, ad dominnm reuertitur niſi ſint agnati.*
4 *Quatuor intellectus ad iſta verba: ſiue totum, ſiue partem alienauerit.*
5 *Hæredis appellatione in feudis continetur maſculus deſcendens.*
6 *Debet, verbum neceſsitatiuum, aliquando reſoluitur in verbum poteſtatiuum: & ſic econtrá.*
7 *De decimus inueſtitus non poteſt alium de ipſis infeudare.*
8 *Fallit in eccleſia: nam ea infeudari poteſt.*

SI ALIQVIS DE CAPITANEIS.
§. ¶Iſtud capitul. legitur duob. modis in gl. Vno modo, q̀ dictio, vel. ſtet correctiué. Alio modo, quòd non ſtet correctiué. Tertio modo legitur ſecũdum Andr. de Iſer. quòd tenore huius c. poterat alienari totum feudũ. Quarto modo ego intelligo, Inueſtitus poterat alienare feudum vel fortaſſis fuit conſenſus domini cũ reſeruatione iuris ſui in alienatione totius feudi. His pręmiſsis hoc d.

1 ¶†Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris. Hoc d. ¶No. ibi, totum hic videri eſſe caſum, quòd vaſallus licitè poſsit alienare totum feudum: quod notabile qualiter intelligatur, ſtatim decla-
2 rabo. ¶†In glo. no. ibi, vel partem. quòd licita eſt alienatio partis feudi. ¶Sed contra vtrunque notabile opp. de c.j. ꝟ. de proh. feu. ali. per Fe. Reſpondeo, quòd hodie neque in totum, neque pro parte
3 poteſt alienari feudum. ¶†No. ibi, & ipſe. ſubaudi, vaſallus. quòd ſi vaſallus alienans, vel eius hęres deceſſerit ſine hęrede maſculo deſcendēte, feudū reuertitur ad dominum: quod limita eſſe verum, niſi eſſent agnati alienantis, & feudum ſit paternū vel antiquum: quia tunc non reuertitur ad dominum, ſed ad agna. ſecundū And. de Iſer. qui ſe remittit ad no. in c.j. ꝟ. de ſuc. feu. ¶Et ibi in §. iſtud. intelligo ibi, expoſitum eſt. nota primū intellectū,
4 †quòd hæc dictio, vel ſtet correctiué: quia non poteſt alienari feudum totū, ſed pars. §. rurſus. ꝟ. qui mo. feu. amit. ¶Ad ſi. gl. no. ſecūdum intellectum, quòd hic facta fuit alienatio totius feudi de facto, quæ non valuit: licet prima facie videretur, quòd deberet valere: quia emptor erat bonæ fidei. Sed non valet, licet habeat regreſſum contra datorem ad precium. §. callidis. in c.j. de prohi. feu. alie. per Fe. ¶Tertius eſt intellectus And. quòd illud c. refert ius antiquiſsimum feudorum, quo iure valebat totalis alienatio feudi: ſed hodie non valet neque in parte, neque in toto: vt vidiſtis in c.j. ꝟ. de alie. feu. ¶Ego intelligo tex. hoc modo: quòd hic valuit alienatio totalis feudi, quia dominus conſenſit alienationi totalis feudi, reſeruato tamē iure ſuo. ¶Nec ob. ſi aliquis dixerit, ſi dominus conſenſit alienationi. Ergo ſtabilis permanet alienatio, licet vaſallus alienās deceſſerit ſine herede: vt probatur in c.j. §. ſi verò cum domini voluntate. ꝟ. de ali. feud. quia reſpondeo contrarium eſſe verum, niſi dominus reſeruaſſet ius ſuum: vt plenè

in l.

in l. non ſolum. §.morte.ff. de oper. noui nun. Et
5 in l. pacta nouiſsima.C. de pac. ¶†In glo.j.fine fi-
lio.ad fi.not.quòd in feudis appellatione hæredis
6 continetur maſculus deſcendens. ¶†In glo. fi.ad
fi.not. quòd verbum, debet.neceſsitatiuum, ali-
quando reſoluitur in verbum poteſtatiuum vt hîc,
quia refertur ad dominũ ſiue creditorem:ſic econ
tra verbum poteſtatiuũ reſoluitur in verbum ne-
ceſsitatiuum: l.Gallus. in ver.poſsit.in prin.ff. de
lib.& poſth.& per Bart.in repetitiõe l.creditores.
7 C.de pign.¶†Extra gl.quando vaſallus canonicè
inueſtitus de decimis ab eccleſia vult alienare feu-
dum decimarum infeudando alium laycum: quę-
ritur,an poſsit? Videtur dicere,quòd ſic:c.j.§. prę
terea.& ibi glo.j.de capi.Conra.¶In contrariũ ta-
men eſt veritas, quòd imo non poſsit in feud.da-
re,neque alienare, ſecundum Inno. Hoſt. & Io.de
Ligna. qui aiunt eſſe communem ſententiam in c.
prohibemus.de decimis.& ſic no.regulam & fal-
lentiam:Vaſallus poteſt alteri infeudare:d. §. prę-
terea.vbi reg.niſi in decimis.d.c. prohibemus.vbi
not. ¶Sed contra prędictam fallentiam oppo.de
c.cum apoſtolica.de his quæ fi.à pręla.ſine cõſen-
8 ſu ca. †licet vaſallus non poſsit infeudare, neque
alienare decimas in laycum,tamen poteſt in eccle
a ſiam:d.c.cùm apoſtolica.ibi tex. [a]

*a Adde D. Laud.ſuprà in c. j. in prin. col. fi. vbi addidi, quib. mod. feu. amit.*

## Conſtitutiones feudales Domini Lotharij Imperatoris,quas ante ianuam B. Petri in ciuitate Romana condidit ob ſeruandas. Titulus XIX.

Continuatur hoc ordine: Viſum eſt de conſue-
tudinibus feudalibus, nunc autem videndum eſt
de conſuetudinibus imperialibus infeudalibus
condi-

condi.à Lothario Imperatore, & durant vſque ad ti.Quemadmodum ad filiam feu. pertineat.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium principij ponitur.*

2 *Imperator antequam coronetur, vocatur* Rex Ro*manorum,poſt coronationem* Imperator.

3 Imperator *exiſtens in vrbe* Romana,*poteſt condere legem vniuerſalem toti orbi,non autem ſpecialē de ciuitate* Romana.*Ratio hîc addita.*

4 *Lombardiæ terræ ſubditæ ſunt imperio,mediatè.*

5 *Tuſciæ ciuitates ſubditæ ſunt imperio.*

6 *Verona appellatur etiam* Brennona*:à duce Brenno Gallo qui eam condidit.*

7 *Sypontus hîc vocatur ciuitas Senarum, ſecundum Andream.*

8 *Conſtitutiones debent fieri de conſilio ſapientum.*

SI QVIS EX MILITVM.
1 ¶†Imperator Lotha.mandat obſeruari conſtitutiones ab eo editas conſilio prudentum in feudis circa ſucceſsiones vel culpas,vel reliqua.Ad hoc allegatur vſq; ad
2 rubricā,Imperator Lotha.Eugenio Papæ. ¶†No. ibi,regis.quòd antequam coronetur Imperator, non appellatur Imperator, ſed rex Romanorum poſt coronationem appellatur Imperator:vt notat Bar.in rub.j.Digeſtorum, & no.in cle.j.de iureiu.
3 ¶†No.ſecundò hîc eſſe caſum, quòd Imperator exiſtens in terris eccleſiæ: puta,in ciuitate Roma na,poteſt condere legem vniuerſalem toti orbi, licet non poſsit condere l.ſpecialem de ciuitate Romana:quia eſt eccleſię Romanæ.l.j.§.qui in vrbem.in glo.ff. de offi.præfec.vrb. & lxiij.di.c. ego Ludo-

4 Ludouicus.& in d.cle.j.de iureiur. ¶†No.hîc eſſe caſum ibi,medio.quòd terræ Lombardię ſunt ſubditæ imperio, ſcilicet mediatè, ſed immediatè duci hodie, quia ſunt ei ſubditæ, vt conſtat ex eius
5 priuilegio quod vidi. ¶† No.ibi,Florentię,Lucæ, Pyſæ. quòd ciuitates Tuſciæ ſunt ſubditæ imperio,licet Bart.in l. cunctos populos. & in l.j. C. de bo. vacan.dicat,quòd de facto non recognoſcunt
6 Imperatorem. ¶†No.ibi,Veronæ. quòd antea Verona appellabatur Brennona, ſed cauſa melioris
7 euphoniæ appellatur Verona.¶†No.ibi,Syponti. quòd hæc ciuitas Senarum appellatur Sypontus, ſecũdum And. Non autem poſſumus dicere,quòd loquatur de Syponto Apuliæ: quia regnum Apuliæ eſt eccleſiæ,non autem Imperatoris: quemadmodum ciuitas Romana: vt plenè no. in clem.pa-
8 ſtoralis.de re iudi. ¶Not.ibi,ſapientum.†quòd leges debent fieri cum conſilio ſapientum. concor. l. humanum. C. de legib. ¶In gloſſ. quæ incipit, hanc conſtitutionem. ad fi. dicite, quòd gloſſ. bene loquitur, quando conſtitutiones de quibus fit mentio in hoc text. ſunt conſtitutiones quæ incipiunt à capitulo ſequenti, quod incipit, ſi quis mil. vſque ad rubr. quemadmodum ad filiam feudum pertineat, &c.

## Imperator Lotharius Eugenio Papæ, & vniuerſo populo. Rubrica.

¶In gl.rubricæ ad fi. concludit gl. quòd nonnulli libri habẽt hãc rubricã: videlicet,Eugenio papæ & vniuerſo populo, communiter habetur hæc rubrica. Sciendum quòd hoc c. vſque ad c. ſi quis ſine filio.dicitur nigrum præcedentis capituli. ¶Not. ex ordine huius rubricæ,quòd Imperator ſcribendo Papæ ſe præmittit, tamen dignior eſt Papatus quàm Imperium:vt plenè no.in c.per venerabilem. & c. cum cauſam.qui fi.ſint legi.& not. in epiſtola, inter claras.C.de ſum.tri.

## SVMMARIVM.

*1 Summarium huius capituli, ſecundum communiorem intellectum.*

*2 Militis nomine quilibet vaſallus intelligitur.*

*3 Primus intellectus, vt textus intelligatur de nepote ſuccedente auo.*

*4 Secundus, vt intelligatur de nepote qui præferetur patruo.*

*5 Tertius, vt nepos intelligatur de filio fratris ſuccedente patruo.*

*6 Frater fratri in beneficio non ſuccedit, niſi ſit antiquum.*

*7 Aſcendens in linea directa, non ſuccedit deſcendenti: ſecus, in linea tranſuerſali.*

*8 Patruus ſuccedit nepoti.*

*9 Feudũ inter fratres poteſt diuidi, niſi ſit feudum regale.*

*10 Feudum in diuiſione bonorum inter fratres poteſt venire ad vnum fratrem.*

*11 Fratres ſimpliciter bona diuidentes, non intelliguntur renunciare iuri ſuccedendi in feudo.*

*12 Refutatio ſimplex feudi in manus alterius fratris, non tollit ius ſuccedendi.*

*13 Filius fratris prædefuncti ſuccedit cum patruo.*

SI QVIS MILES. ¶Hoc capitulum in prima parte legitur tribus modis: Primo, ꝙ loquatur de nepote ex filio pręmortuo qui erat ſolus. Secũdo modo legitur de nepote, id eſt de filio fratris. Et primus intellectus magis applaudet literę. Finis huius

huius capitu.legitur duobus modis: vno modo ha betur litera in effectu, ꝗ patruus ſuccedit nepoti ſuo,id eſt filio fratris ſui. Alio modo habetur litera effectu cõtrà,quòd nepos, id eſt filius fratris ſucce dit fratri ſuo. Sed cõmuniter in libris habeť prima litera. ¶His præmiſsis,diuidiť in tres partes,ſicut tria ſunt dicta. Secũda ibi,& ſi nepos.Tertia ibi,&
1 ſi filius fratris.¶†Hoc dicit ſecundum verũ intelle ctum & magis placentẽ literæ: Decedente vaſallo ſuccedit nepos ex filio pręmortuo, & non exiſtẽte linea maſculina deſcendente decedenti, ſuccedit frater fratri,& patruus ſuccedit nepoti,ſi feudũ ſit antiquũ ſiue auitum. Ad hoc allegatur hoc capitu.
2 ¶No.ibi,miles. †ꝗ hîc nõ ſignificat verbũ,miles. iure miniſteriũ. Nam hoc c. habet locũ in omni va ſallo,etiam nõ milite.Nam in dicto tex.locutus eſt de milite, quia cõmuniter feuda dantur militibus, ſecundũ And.de Iſer.hîc.¶Not.tex.ibi,& nepoti.
3 ſecundum primũ intellectum,†quòd vbi miles de-ceſsit relicto nepote ex filio pręmortuo, ſuccedit ipſe nepos in feudo.Iſta eſt prima lectio,quæ vide-tur indubitabilis:quoniam in c.j.§.cum verò Con radus.ſ. qui feu.da.poſſ.dicitur,quòd deſcenden-tes maſculi vſq; in infinitum ſuccedunt in feudum. Sed poſſumus dicere, ꝗ hæc lectura eſt pulchra, quòd hîc nepos ſuccedit auo,pręmortuo patre ſuo ante mortẽ aui. ¶Secundo modo legitur hoc prin
4 cipiũ,†quòd ſi miles vaſallus deceſsit relicto nepo te ex filio præmortuo, necnon fratre ipſius vaſalli, qui eſt patruus huic nepoti:certè nepos pręfertur,
5 quia ſuccedit loco patris ſui. ¶Tertio legitur:†ꝗ hoc verbũ,nepotẽ. in tex.ſumatur pro filio fratris, & quòd hîc ſit caſus notabilis,ꝗ nepos,id eſt filius fratris ſuccedat patruo ſuo in feudo, quando pa-truus deceſsit nullo relicto deſcendente maſculo. Hęc lectio eſt etiã pulchra.Propriè tamẽ nepos eſt filius filij.l.iuriſcõſ.ff.de grad.¶No.in ver.& ſi hic
6 nepos. † ꝗ frater fratri ſuccedit in feudo. ¶Sed

contra hoc notabile op. quòd frater fratri non ſuc cedat in feudo. Vnde opp.de c.ſi duo.de nouo beneficio.aliàs,de fratribus de nouo beneficio inueueſtitis.Sol. Aliqui dicunt ſpeciale in milite: arg. mili.ſed vera eſt ſo. ſed hîc erat antiquum, ibi auté nouum,ſecundum Iac.de Bel.& Bal. ¶No.ex verſ. ſed ſi filius. ſecundum primam lectionem,quòd pa truus ſuccedit nepoti, id eſt filio fratris ſui, ſi hic nepos deceſſerit ſine hærede maſculo. ¶Vel not. ſecundò ſecundam lecturam,quòd nepos,id eſt filius fratris ſuccedit patruo : & tunc hæc lectio erit eadem cum tertia lectione huius principij. ¶Præterea melior eſt præcedens lectura & litera : videlicet, quòd patruus ſuccedit nepoti, ſi feudum ſit
7 auitum. ¶Sed contra hanc lectionem opp.†quòd imo patruus non ſuccedat nepoti. Nam aſcendens non ſuccedit deſcendentibus.c. j.ꝟ.de natura ſucc. in feu.& c.j.ꝟ.de gradi.ſuc.in feu.Sol.Aſcendens in linea directa non ſuccedit deſcendenti (Ita loquitur contrarium):ſed aſcendens in linea tranſuerſali bene ſuccedit in feu. deſcendenti : vt hic ſecundum Iac.de Bel. quod eſt notabile. Declaro : nam pater vel auus qui eſt in linea directa aſcendenti, nõ ſuccedit filio vel nepoti in feudo, niſi tenor inueſtituræ aliud importet : vel,niſi fortè feudum ſit antiquum : de quo alibi dicam, & nũc non affirmo
8 hoc vltimũ exemplum in linea tranſuerſali,†quando patruus ſuccedit nepoti, id eſt filio fratris ſui, vt caſus hîc in ſi. Iſtum textum inducit Andr. de Iſer.contra eos qui interpretati fuerunt conſtitutiones regni, vt patruus non ſuccedat nepoti. Nam hîc eſt caſus contra eos, & illa interpretatio eſt contra Deum & iuſticiam, cum habeamus caſum hîc, ſecundum And.& malè faciunt qui interpretantur iura pro fiſco contra iuſticiam. l.non du bito.ff.de iure fiſc.vbi in dubio eſt iudicandũ contra fiſcum. ¶In gl.quæ incipit,iu ſucceſsione.ibi, ſuccedit,&c.vera eſt hæc opi.gl.vt non ſit ſpeciale
in

in milite: vt dixi in textualibus. ¶In ea.glo.ad fi.
9 ſignabitis iſtam gl. †Ex qua colligitis primo, quòd
feudum inter fratres poteſt diuidi, niſi ſit feudum
regni, ducatus vel marchionatus.c.j.§.preterea.de
10 prohib.feud.alie.per Fed. Secundo modo, †quòd
feudum poteſt venire in diuiſione bonorum inter
fratres ad vnum fratrem tantúm. Videbitis glo.in
11 l.ſi familiæ.C.fa.herci. ¶Tertiò no.ex gl. † quòd
ſi fratres diuidant ſimpliciter bona, non tamen intelliguntur renunciare iuri ſuccedendi in feudo.
Nam ſi vnus fratrum decederet ſine hærede maſculo, ſuccederet ei frater ſuus ſuperſtes. Ratio, quia
a ſimplex diuiſio [a] non tollit ius ſuccedendi. l. cum
pater.§.hæreditatẽ.ff.de legat.ij. eo modo ſi in diuiſione eſſet adiecta clauſula, nihil ſe facturos contra dictã diuiſionem. l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.
12 de ver.ob. ¶Vltimò no. †ꝙ ſimplex refutatio feudi in manibus alterius fratris, non tollit ius ſuccedẽdi in feudum. Nam ſi poſtea deceſſerit frater cui
eſt facta renũciatio, ſine hærede maſculo: ſuccedit
eidem in feudo alter frater ſuperſtes qui renunciauit feudo. Et ſic no.quòd renũciatio ſimplex feudi
antiqui non facit præiudicium notabile, niſi renunciatio eſſet facta, vt dominus inueſtiat, tanquàm de
nouo feudo. Nam tunc frater fratri non ſuccedit
13 in feudo: vt hac gl.noſtra. ¶†Quæro, quid ſi vaſallus decedat relicto fratre & filio fratris prꝑmortui,
an filius præmortui & frater ſuccedant? Reſpondeo, quòd ſic. Caſus eſt in c.j.§.de gradi.ſuc.in feu.
¶Vltimò quæro, Vaſallus deceſsit ſine hꝑrede maſculo, relicto patruo & filio fratris ſui: quæritur, an
patruus ſuccedat in feu.vnà cum filio fratris? Reſpondeo, quòd non, ſecundum Bald. Imo ſuccedet
ſolus filius fratris excluſo patruo.auth.poſt fratres
fratrumq; filios. C. de legit. hæredi. Vos allegate
tex. in c.j.§.de gradi.ſucce.in feudum.

*a Adde quòd etiãſi frater renũciaſſet fratri, et feciſſet generalẽ quietationẽ de toto, eo quòd petere poſſet in hæreditate paterna, nihilominus poſſet adhuc petere feu. vt per Iaſ. in præl. xvij.co.ver. circa. Tamẽ illud ex eo q̃a feu. nõ dicicitur eſſe de hæreditate, vt ibi per eũ et per Al. ſuo cõſ.c. co.ſi.j. vo. Dicit tamẽ D. Iaſ. aduertendũ ad verba renũciationis, vt ibi per ipſũ. Et quòd ſimplex diuiſio nõ præiudicet iuri ſuccedendi, conſuluit Alex. cõſ.xv. vlti. col.v.vo.& conſ.xiij.per totum.in eo.& conſ.xxj.col.iij. in eo.D.Iacobinus in verbo, & vnus ex dictis vaſallis. col.iij. verſic.ſed iuxta prædicta.*

## De beneficio fratris,& qualiter frater in beneficium fratris ſuccedit. Titulus XX.

¶Continuatur hoc ordine:Suprà viſum eſt de ſuc ceſsione fratris, nunc videndum reſtat, qualiter frater fratri ſuccedat. Propterea ſubiicitur de benefic. fratris,& qualiter frater fratri ſuccedat.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius tituli.*
2 *Frater ſuperſtes non ſuccedit fratri in feudo nouo.*
3 *Fallit primò,ſi per inueſtituram actum eſt,vt frater fratri ſuccedat in feudo nouo.*
4 *Fallit ſecundò, ſi domino ſciente feudum ſit emptum de communibus bonis.*
5 *Fallit tertiò, ſi frater nomine ſuo & nomine fratris ſui inueſtitus fuerit de feudo.*
6 *Si dominus duos fratres ſimul inueſtiat de feudo, alter alteri non ſuccedit: ſecus, ſi alterum nomine alterius.*
7 *Fallit quartò, ſi feudũ acquiſiuerunt in hoſte* Regis.
8 *Regis verbum, intelligitur de quolibet principe in principatu ſuo.*
9 *Simul dictio,quomodo hìc accipiatur.*
10 *Feudum amore & honore acquiritur, interdum etiam precio.*
11 *Militia & feudum æquiparantur.*
12 *Feudum de communibus bonis emptum,alteri fratri acquiritur,etiamſi ſimul non habitent.*
13 *Dominus non debet habere vaſallũ quem ignorauit.*
14 *Feudum acquiſitum armis vel equis communibus, communi nomine præſumitur acquiſitum.*

S I QVIS ACQVISIERIT. ¶Hoc capitulum notabile diuiditur in duas. In prima ponit regulam. In ſecunda fallentias. Secunda ibi, niſi per inueſtiturã. Iterum ſecunda ſubdiuiditur in quatuor particulas, quemadmodum quatuor ſunt fallentiæ. Secunda ſecundæ ibi, vel ſuccedit frater fratri. Tertia ibi, vel vtriuſque nomine. Quarta ibi, vel in hoſte regis. ¶Et eſt ſciendum, ꝙ duobus modis habetur litera: vno modo communiter conditione, vel hoc modo: videlicet, vel vtriuſque nomine. Alio modo erat ſine, vel. Hoc di-
1 cit: ¶†In nouo beneficio non ſuccedit frater fratri, niſi in quatuor caſibus hîc notatis. ¶No. text.
2 ibi, non ſuccedit. eſſe regulam feud. † quòd frater
a ſuperſtes nõ ſuccedit fratri [a] in feudo nouo, id eſt quod habet initium in perſonam ipſorũ fratrum, ſiue frater decedẽs ſolus fuerit inueſtitus, ſiue ambo fratres fuerunt ſimul inueſtiti: vt eſt caſus in c. fi. ſ. de feu. march. ¶No. tex. ibi, in fi. per inueſtitu-
3 ram. †No. fallentiam primam. Nam ſi per inueſtituram actum eſt, vt frater fratri ſuccedat in feudo nouo, certè ſuccedit frater fratri defuncto ſine hærede maſculo, & ſubaudite ad text. ibi, ſine maſculo vel alio deſcendẽte maſculo, puta nepote. c. j. §. &
4 ſi clientulus. ſ. de ali. feu. ¶†No. ſecundam fallentiam ibi, de communibus bonis. quòd frater fratri ſuccedit, ſi feudum domino ſciente ſit emptum de communibus bonis, ſiue cõmunis fuerit pecunia precij, ſiue communis ſit res, ex qua peruenit precium. Exemplũ: pone, Titius & Sẽpronius ſunt fratres: Titius emit vel aliter acquiſiuit feudũ de pecunia ſua, & fratris ſui: certè præſumitur emiſſe nomine cõmuni de iure feudi, licet ſecus de iure Romano. l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudic.
5 ¶†No. tertiam fallentiam ibi, vel vtriuſque nomine, quòd ſi vnus frater nomine ſuo, & nomine fra-

*a Limita iſtã regulam ſingula. vt per Alexan. ſuo conſil. ij. col. ij. in v. vol.*

tris ſui inueſtitus fuerit de feudo vel acquiſierit
6 feudum,ſuccedit frater fratri in tali feudo. ¶†No ta differentiam, quòd ſi duo fratres ſint ſimul inueſtiti de feudo:puta,dominus inueſtiuit T.& S.fratres de feud.nouo,certè non ſuccedit hoc caſu frater fratri in feud. vt hoc c.in princip. & in c.fin. ſ. de feud.marchiæ.ſecus autem,ſi dominus inueſtiret vnum fratrem etjam nomine alterius fratris. Nam tunc ſuccedit frater fratri in feudo nouo, vt
7 eſt caſus hic in ver.vel vtriuſque nomine.¶†Not. ibi, vel in hoſte. quartam fallentiam, vt frater fratri ſuccedat in feudo nouo, quando in hoſte regis acquiſierit feudum ſuum.Nam in hoſte regis intelligitur,id eſt in exercitu: vt dixi in ca.j.ſ. de natu-
8 ra feud.& ibi Andr.de Iſern. ¶†Not.verbum,regis. quia intelligitur de quolibet principe in re-
9 gno vel principatu ſuo, ſecundum Andr. ¶†No. ibi, ſimul. quia intelligitur hoc verbum,ſimul acquiſierint. l.fratribus habitantibus ſimul. Vel aliter, vt in exercitu regis in armis & equis commu-
10 nibus.¶†In gloſſ.j.ibi,acquiratur.no.quòd amore & honore acquiritur feudum, interdum etiam precio,ſecundum gloſſam in cap.j.ſ.de feud.da.inuicem l.commiſſo. ſecundum Andream de Iſern. hic. Nam Bal. vult,quòd licet feudum non debeat emi à domino, tamen emptio facta valet, & tenet: vt eſt caſus in cap.j.ſ.quemadmodum ad fil.feud.
11 pertin.†Nam feudum æquiparatur militiæ: vt vidiſtis in prooemio huius operis. Sed militia eſt venalis:l.omnino.C.de inoff.teſtam.& l.fin.C. de pignor.ergo eodem modo feudum poteſt emi[a] à domino.Facit quod vidiſtis in c.j.ad fi.ſ.qui feu.dar. poſſ.& in c.j.ſ.de nat.feu. ¶In ea.gl.ibi, intelligo. de hac via brocardica dicite, vt hic per Iac.de Bel.
12 ¶†Ad fi.gl.no.gl.quæ intelligit iſtũ tex. vt ſi vnus fratrum emat de communibus bonis feudum, frater fratri ſuccedit,licet ſimul nõ habitent, dũmodo domino ſciẽte fuerit emptum, ſi autem non de
commu

a *Quòd poſſit vendi, tenet Do. Iaſ. in prælud. col.v. ſubiicit tamẽ ibi, quòd non dicitur tunc propriè feu. & erit irreuocabile.*

communi pecunia fuiſſet emptum, tūc ita demum ſuccedit, ſi ſimul habitauerint. ¶Quid autem ſi vnus frater nomine ſuo tantùm, non autem ſimpliciter emerit feudum de cōmunibus bonis, an hoc caſu ſuccedit frater fratri? Videtur, quòd ſic, per tex. ibi, de communibus bonis. in ſecunda fallētia. ¶In contrarium determinat And. quia quando emit de communibus bonis, ſimpliciter ſciente domino loquitur tex. noſter: ſecus autem, quando emit nomine ſuo tantùm de communibus bonis. l. cum duobus. §. frater. ff. pro ſoc. l. ſi patruus, C. cōmun. vtr. iud. & probatur ratione: †Nam dominus

13 non debet habere vaſallum quem ignorauit, ſecundum glo. fi. huius capituli. Ergo non acquiritur alteri fratri, cùm domino neſciente fuerit emptum nomine vnius fratris tantùm. ¶Et ſic ergo not. Aliquando duo fratres ſunt inueſtiti de nouo feudo, & non ſuccedit frater fratri. c. j. §. de feu. marchiæ. Aliquando vnus frater eſt inueſtitus de nouo ſimpliciter, & tunc non ſuccedit frater fratri: vt probatur in tex. ibi, vel vtriuſq; nomine. Aliquādo frater acquiſiuit feudum ſimpliciter, quia nō dixit nomine proprio, neq; fratris ſui de communibus bonis: & tunc frater fratri nō ſuccedit, vt ſtatim dixi per rationem gl. fi. ſecundum And. de Iſer. Aliquādo frater acquiſiuit feudum in exercitu regis cum communibus armis vel equis, vel quia habitabant ſimul, vel ex alia negociatione, & tunc frater fratri ſuccedit: vt probatur in text. ibi, in exercitu regis. quod ponitur gratia exempli, ſecūdum And. quia idem eſt in omni alia negociatione communi. Vltimò ſuccedit frater fratri, quando frater eſt inueſtitus nomine ſuo, & fratris ſui, & ſimul habitant, vel tenor inueſtituræ cantat, vt frater fratri ſuccedat. ¶In gloſſ. fi. ad fi. not. egregiam præſumptionem tex. noſtri, ad fi. †Nam quando cum armis vel

14 equis cōmunibus eſt acquiſitum feudū, præſumitur acquiſitū nomine cōmuni: quod eſt notādum.

## De feudo ſine culpa non amittendo. Titulus XXI.

¶Aliqui libri non habent hanc rubricam, ſed regulariter hæc rubrica de feudo ſine culpa nõ amittendo, debet eſſe hîc ante cap. quod incipit, ſancimus. & continuatur hoc modo: Suprà Imperator Lotharius promiſit ſe dictũ de culpis: propterea ſubiicitur hæc rubrica de feudo ſine culpa non amittendo.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*

2 *Vaſallus ſine cauſæ cognitione non debet priuari feudo.*

3 *Cauſæ priuationis feudi ſunt illæ, quas inſerit vaſallus, quando facit fidelitatem domino, & omnes illæ quæ ponuntur in hoc libro feudorum.*

4 *Pares curiæ ſunt iudices ad cognoſcendum, an vaſallus commiſerit culpam.*

5 *Vaſallo recuſante præſtare ſeruitium, domino datur condictio ob cauſam.*

6 *Condictio an detur domino.*

7 *Vaſallus nõ amittit feudum, etiamſi mille annis non ſeruiret domino, quando non eſt neceſſarium.*

8 *Sententia declaratoria an requiratur ad priuationem feudi.*

9 *Miles & vaſallus idem ſunt in vſibus feudorum.*

SANCIMVS VT NEMO MILES. ¶Diuidit in tres partes. Ná in prima ponitur de culpa, quæ eſt in faciendo, & ſic de culpa criminis. Et ſic in ſecunda de culpa quæ eſt in negligendo. In

In tertia reſpondet tacitæ quæſtioni. Secunda ibi, vel ſi dominus. Tertia ibi, nam ſi ſteterit. Hoc di-
1 cit: ¶ † Nemo vaſallus regulariter debet priuari
a feudo ſine cognita & coniuncta culpa. [a] Ad hoc al-
2 legatur. ¶ Not. text. ibi, ſine cognita culpa. † quòd vaſallus ſine cauſæ cognitione non debet priuari feudo. Nam cognita & coniuncta debet eſſe culpa vaſalli: quod notabile facit contra dominos, qui de facto ſine cauſæ cognitione auferunt feuda vaſallis ſuis. ¶ Not. ibi, quando faciunt fidelitatem.
3 † quòd culpæ & cauſæ priuationis feudi ſunt illæ quas inſerit vaſallus, quando facit fidelitatem domino ſuo. ¶ Quid autem iuris ſit, ſi nullæ cauſæ inſeruntur in inueſtitura feudali? Reſpondeo, culpæ & cauſæ priuationis feudi ſunt omnes illæ, quæ ponuntur in hoc libello feudorum: vt vidiſtis ſ.quibus mod. feud. amit. & videbitis in capitulo primo.§.quæ fuit prima cauſa benefic. amit. & in aliis locis huius libelli. Et ſic ergo iſte textus qui loquitur de cauſis & culpis, quas inſerunt vaſalli in inſtrumento fidelitatis vel feudi, loquitur exemplificatiuè, non reſtrictiuè, ſecundum An-
4 dream. ¶ Not. ibi, ſuorum parium. † quòd pares curiæ ſunt iudices inter dominum & vaſallum ad cognoſcendum & definiendum, an vaſallus commiſerit culpam, & debet dominus vnum eligere, & vaſallus alium: & ſi dominus non haberet in curia ſua pares curiæ, tunc actor ſequitur forum rei, vt hæc omnia notantur & probantur in capitulo primo, de controuerſia feud. apud pares termin. Facit l. ſecunda. C. de iuriſdict.
5 omnium iudicum. ¶ Not. ibi, dominis ſuis. † quòd ſi vaſallus recuſauerit præſtare ſeruitium domino, datur condictio ob cauſam domino ad repetendum feudum, quaſi cauſa non ſit ſequuta ob quam datum eſt. l. ſi donatarius. & ferè per totum illum titulum. ff. de condictio. ob cauſam. ¶ Sed opp. & imo videtur, quòd cõdictio ob cauſam non datur domino

a *Adde tu in primis ad hoc cap. quæ plenè attingit Fel. in c. quæ in eccleſiarũ. xxiij. col. de cõſtit.*

domino feudi, niſi in odium furis. l.final.ff. vſufruct.quemadmodum caue.§.itaque.Inſtitu.de actione.ſed dominus feudi eſt dominus ſaltim: dicto cap.j.ī.in quibus cau.feud.amit. & dixi in prooemio huius operis, & maximè in definitione feudi: ergo non datur cōdictio ob cauſam domino.And. hic multùm laborat in hoc contrario.Nam conſtituit differentiā, an dominus feudi agat contra extraneum,quo caſu competit rei vendicatio:an verò contra vaſallum, quo caſu competit condictio
6 ob cauſam:vt hic.Vos ſoluite & meliùs:†Nam cōdictio ob cauſam bene datur domino, ſed non datur domino ad dandum. Ratio, quia ſemel dominus, amplius non poteſt effici dominus. l.iij.§.ex plurimis. ff.de acquirenda poſſeſſ. & not. in l.Meuius.§.duorum:ff.de lega.ſecundò.ſubſtituitur libellus in condictione ob cauſam ad dandum domino.§.itaque.& dicta l.fina.& ſic ergo condictio ob cauſam bene datur domino,ſed ad tradendum, & reſtituendum:vt plenè videbitis in titu.de condict.ob cauſam. ff.ſi certum petatur. niſi in odium furis: quia datur condictio domino etiam ad dandum.Modò ad propoſitum text.noſtri.Hic dominus feudi non agit condictione ob cauſam ad dan dum:ſed ad repetendum:vt dixit text.in verbo,ad
7 repetendum. ¶Not.ibi,nam ſi ſtetit.†quòd ſi vaſallus ſtaret per viginti,vel etiam mille annos,quibus non ſeruiret domino, quia non erat neceſſarium vaſalli ſeruitium domino: vaſallus non amit-
8 tit feudum.¶†Circa iſtud capitulum quæro,nunquid requiratur ſententia priuatoria declaratoris feudi contra vaſallum? Bald.reſpondet diſtinguen do: Aut eſt priuandus feudo : aut eſt priuatus ipſo iure. Primo caſu requiritur ſententia ad eſſe ipſius priuati.l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccleſ.§.œconomus.l.eius qui dilatorem.ff.de iure fiſc. Secundo caſu, quando eſt priuatus ipſo iure,tunc nō requiritur declaratoria ſententia ad eſſe ipſius priuati,

a uati, a ſed bene requiritur ad executionē ipſius: vt no. in c. pro humani. de homici. li. vj. Facit c. cum ſecundum leges. de hære. in li. vj. ¶In glo. vnica ad
9 fi. no. gl. perpetuo. †quòd licet in textu feudali reperiatur verbū, miles. tamen idem eſt in quolibet alio vaſallo, niſi reddatur ratio diuerſitatis inter militem & alium vaſallum, &c.

a *An vaſallus qui priuatur feudo, ſit priuatus ipſo iure, an verò requiratur ſentētia, vide omnino de hoc arti. plenè D. Fran. Cur. in pen. char. iiij. par. ver. poſt enumeratas cauſas, &c. Vide latè Fely. in c. Rodulphus. xxiij. col. de reſcri. Alex. conſ. iij. ij. col. in v. vo. D Iac. in verbo, & promiſerūt eidem domino præſtare ſeruitia. col. xij. ver. quæro nūc, vtrū hoc caſu. & col. pe. ver. vlterius quæro. Eundem in verbo, qui quidem inueſtiti. co. xj. ver. item dubitatur de alia quæſtione*

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §. ponitur.*
2 *Vaſallus concumbens cum vxore domini viuo domino, feudum amittit.*
3 *Idem, ſi concumbat cum vidua domini quæ non trāſiuit ad ſecunda vota.*
4 *Vaſallus dimittens dominum in pugna, priuatur feudo.*
5 *Alienatione rei feudalis vaſallus priuatur ipſo iure, niſi vaſallus neget alienationem factam eſſe.*
6 *Vaſallo licet non poßit auferri feudum niſi coniuncta culpa, tamen poteſt alteri conferri.*
7 *Impotentia vaſalli excuſat vaſallum, dummodo ſit impedimentum graue.*
8 *Rogatus dominorum habetu pro iuſſu.*
9 *Partem feudi qui alienat, non perdit totum feudum.*
10 *Papam percutiens vel detinens, priuatur feudo Eccleſiæ.*
11 *Titulum licet quis regulariter non teneatur oſtendere: tamen qui prætendit ius in re aliena, cogitur.*

§. 1 SI QVIS MILES. ¶Ex tribus cauſis hic inſertis vaſallus amittit feudum. Ad hoc allegatur. ¶No. ibi, vendiderit. †quòd ſi vaſallus vēdiderit totum feudum, amittit feudum & reuertitur

titur ad dominum. ¶ Not. ibi, vel ſi concubuerit.
2 †quòd ſi vaſallus concubuerit cum vxore domini viuo domino, amittit feudum: vt dixi in c.j.§. qui. mo.feu.amitta. ¶ Not. ibi, viuente domino. circa quem tex. quęro, quid ſi vaſallus concubuerit cum vxore quondam domini ſui? Bal. hìc non firmat pedes: Vos diſtinguite cum Andrea de Iſernia in hoc c.§. domino viuente. quòd aut concubuit cũ vxore quondã dñi defuncti, quæ tranſiuit ad aliud votũ, quia accepit aliũ virũ, & tũc vaſallus nõ perdit feu. quia mulieres coruſcant radiis viri ſui viuẽtis.
3 l. mulieres. C. de digni. li. x. †Aut iſta mulier nõ trãſiuit ad ſecunda vota, ſed ſtetit in viduitate: & tunc vaſallus perdit feudum ſi concubuiſſet cum vxore domini vidua. l. fœmina. ff. de ſenatoribus. Adiicite rationẽ, quia mulier vidua cenſetur quodammodo in matrimonio viri prędefuncti: vt tex. & ibi dixi in l. fi. C. de bo. mater. ¶ Not. ibi, vel in
4 pugna. †quòd ſi vaſallus dimiſerit dominum in pugna, & noluerit eum adiuuare, priuatur feudo.
5 ¶ †An autem iſtis tribus caſibus priuetur vaſallus ipſo iure, vel per ſententiam? Bal. hìc concludit, ꝙ duobus vltimis caſibus priuatur per ſententiam:[a] ſed in primo caſu alienationis priuatur ipſo iure ſecundum Inno. in c. ex parte. de feudis. niſi vaſallus neget alienationem feudi factã fuiſſe: quia tunc requiritur ſententia. Et ita intelligitur tex. ibi, amittat. niſi alienatio eſſet notoria: arg. l. j. §. ẽptorem. in prin. ff. de ac. emp. ¶ Et no. ſecundum Bal.
6 †quòd licet feudum non poſsit auferri vaſallo, niſi priùs coniuncta culpa, tamen poteſt alteri conferri, ſi in veritate vaſallus commiſerit culpam. ar. c. licet. de præben. li. vj. ¶ No. ibi, ſi potuerit. hìc eſſe
7 bonum text. †quòd vaſalli impotentia excuſat vaſallum, dummodo impedimentum ſit graue, non facile; ar. l. Cęſar. ff. de Publi. ſecundũ Bal. ¶ Limitabitis tamen, niſi impedimentum & impotentia proueniat ex culpa præcedenti ipſius vaſalli: quia tunc

*a Et an & quando requiratur ſententia, vide omnino pulchrè D. Frã. Cur. in tra. feu. pe. char. iiij. part. ver. poſt enumeratas cãs. Latè Fely. in c. Rodulphus. in xix. colũ. de reſcript.*

tunc impotentia vel impedimentum ipſius vaſalli non excuſat.l. ij. ſi quid certum. & in regula iuris, quando quis. ſecundum Bal. & Iac. de Bel. ¶Glo.j.quærit, quæ incipit,vſu, id eſt voluntate.
8 †No. ꝙ rogatus & conſenſus dominorũ habetur pro iuſſu.Vnde vulgò ſolemus dicere, Eſt rogare ducum ſpecies violenta iubendi.Nam rogationes principis ſunt pręcepta.No.hoc,quod dicitur hîc in milite,habet locum in omni vaſallo : vt dixi in
9 pręcedẽti c.ad fi.¶No.perpetuò, †quòd qui alienat partem feudi,non perdit totum feudum, ſed tantummodo alienata : De quo articulo videbimus in c.j.§.de prohi. ali.feud. per Fed. ¶Extra
10 glo.no.†quòd percutiens Papam vel detinens Papam,priuatur feudo eccleſiæ. c.j. de pœnis.quod no.contra detinentes violenter ſummum ponti-
11 ficem.¶Vltimò no. † quòd licet regulariter quis non teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis: vt not.in l.cogi.C.de peti.hæredi.tamen prætendens ius in re aliena,vt vaſallus,tenetur oſtendere titulum.Bal.in l. ij.C.quomodo & quando iudex. Videte tamen quæ dixi in c.j.§.quo temp.miles in-
a ueſti.petere debe.aliàs,de contro. inue.[a]

*a An teneatur vaſallus oſtendere titulum, &c. decidit D. Iaſ. in prælud. col.xix. verſi. an aũt rex vel princeps. Ponit D. Iaco. vbi arguit ad partes in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt.in vj. col. ver. nunc quæro de quotidiana quæſtione.*

## Quo tempore miles inueſtituram petere debeat. Titulus XXII.

¶Continuatur ad pręcedentes hoc modo,vel ordine : Suprà viſum eſt de cauſis quibus amittitur feudum,verùm quia priuatur vaſallus feudo,ſi nõ petierit inueſtiturã ab hærede domini intra annũ & menſem,propterea ſubijcitur hæc rubrica, &c.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*
2 *Miles tenetur petere inueſtiturã ab hærede domini prædeſuncti intra menſem & annum, aliàs priuatur.*

uatur.

3 Menſis computatio qualiter fiat, remiſsiuè.

4 Quod hîc dicitur de filio, intelligitur etiam de aliis ſucceſſoribus tam tranſuerſalibus quàm deſcendentibus.

5 Iuſta cauſa excuſat vaſallũ, quò minus intra ãnum & diem inueſtituram petat.

6 Leues inimicitiæ vaſallum non excuſant.

7 Abſentia iuſta excuſat vaſallum qui non petijt inueſtituram intra annum & menſem.

8 Vaſallus qui non petijt inueſtituram intra menſem & annum, non deiicitur, niſi cum cauſæ cognitione.

9 Moræ purgatio poſt annum & menſem non admittitur. Ratio hîc poſita eſt.

10 Tempus anni vel menſis hîc eſt continuum & vtile diuerſis reſpectibus.

11 Tempus anni & menſis non currit vaſallo, niſi à die ſcientiæ.

12 Vaſallus licet priuetur ſi non petierit inueſtituram intra annum & diem, id tamen fallit in milite.

13 Vaſallus dicitur contumax, qui non petiit inueſtituram intra annum & diem.

14 Domino vaſallum inueſtiente poſt annum & diem, vaſallus à feudo non cadit.

15 Fallit in domino ignorante qui nõ dicitur remittere ius ſuum.

16 Errans vel dubitans, non præſumitur remittere ius ſuum.

17 Proteſtans non cenſetur remittere ius ſuum.

18 Hæres vaſalli habet annum & menſem integrum.

19 Pupillus qui nõ petiit inueſtituram intra annum & diem,

*diem, non priuatur feudo.*

20 *Infamia domini excuſat vaſallum, qui non petijt inueſtituram intra annum & diem.*

21 *Fama nulla habita de morte domini, excuſatur vaſallus qui non petijt inueſtiturã intra debitum tempus.*

22 *Abſentia neceſſaria, iuſta eſt cauſa excuſandi vaſallũ de non petita inueſtitura iuſto tempore.*

23 *Vaſallus propter abſentiam poteſt petere inueſtituram per procuratorem.*

24 *Dominus recipiens ſeruitium à vaſallo poſt annum & diem, non poterit vaſallum priuare.*

25 *Tempore congruo inueſtitura peti debet: niſi ex neceßitate aliud fiat.*

26 *Loco congruo inueſtitura eſt petenda.*

27 *Locus certus ſi ſit aßignatus à domino inueſtituræ, an alibi recipi poßit.*

28 *Locus à domino aßignatus ſi tutò adiri nequeat, vaſallus excuſatur.*

29 *Inimicitiæ capitales vaſallũ excuſant, etiamſi intra annum non petat inueſtituram per procuratorem.*

30 *Inimicitia ceſſante currit annus & dies.*

31 *Vaſallus qui ex contemptu non petijt inueſtiturã ab hærede domini quem omnes dicebãt defunctum, feudo priuatur, licet dominus reuerſus ſit.*

32 *Dominus qui vaſallum intra annum & diem inueſtire noluerit, proprietate priuatur.*

SANCIMVS, VT NEMO MILES VLTRA. ¶Diuiditur hoc capitul. in duas. In prima ponitur regula. In ſecunda exceptio. Secunda ibi, niſi iuſta cauſa. Hoc d. ¶†Miles vaſallus priua-

1

tur feudo,ſi non petierit inueſtiturã ab hęrede domini poſt mortem dñi intra annum & menſem, niſi ſubſiſtit iuſta cauſa. [a] Ad hoc allegatur. ¶No.tex. ibi,miles. quòd hic text.in princip.ſui,loquitur in milite,non auté in alio vaſallo non milite: vt ſtatim in gl. ¶†No.ibi,annũ & menſem. quòd poſt mortem domini miles vaſallus tenetur petere inueſtituram feudi ab hærede domini prædefuncti: & ſi non petat,priuatur feudo. ¶Et no.tex.ibi,mẽſem. †Qualiter fiat cõputatio menſis, tradit plenè Bar. in l.cum biſſextus.ff.de verb.ſig.& traditur in c.licet. de ſupple.negli.præla. in nouella. ¶Et not. text. ibi, filio. †ꝙ ſi dominus decedat relicto filio vel alio ſucceſſore, puta agnato:ab eodem hęrede, vel ab ipſis petenda eſt inueſtitura:& ſic tex.noſter habet locum,ſiue ſint ſucceſſores à linea recta,ſiue tranſuerſali. ¶Not.ibi,niſi. †Iuſta cauſa [b] excuſat vaſallum,vt non priuetur feudo vaſallus, licet non petierit inueſtituram intra annũ & menſem.¶No. ibi,veluti capitales. Quẽ tex.declarate hoc modo: nimirum ſi ſine culpa vaſalli eſſent inimicitiæ inter dominum & vaſallum,ita quòd non poſſet tutò ire ad dominum,& petere inueſtituram:ſecus,ſi eſſent inimicitiæ ex culpa vaſalli.l.ſi merces. §. culpæ. ff. loca.& traditur in l.pe. ff. ſo. ma. Vel ſi eſſent inimicitiæ inter vaſallum & aliam tertiam perſonam ſine culpa ipſius vaſalli,ita vt non poſsit ire tutò ad dominum ad petendum inueſtituram: arg. l.iij. ff. qui ma.ſecundum Iac.de Bel. ¶Et ponderate tex. ibi,capitales. † quia leues inimicitiæ non excuſarent vaſallum. Et not.ſecundum Bal.quòd ſi vaſallus eſſet ita potens, vt poſſet adire dominum abſque timore inimicorum,non excuſaretur: arg. no. in c.bonę memorię.de elec.& in l.licet.ff.de arbit. Et facit l.de ætate.ff. ad Trebel. Nam etiamſi eſſet peſtis in ciuitate,in qua ſit dominus, nõ teneretur vaſallus adire dominum timore mortis ob peſtem: vt not.in d.l.de ętate.& no.in c. ex parte.de appel. Eodem

Marginal numbers: 2 (in gl. ¶†No.ibi), 3 (†Qualiter), 4 (text. ibi, filio), 5 (tranſuerſali), 6 (ibi,capitales).

a Et adde per hoc dictum ibi, niſi iuſta,&c. pulchram caut. Cepo. ſua cau.cxj. aliàs, eſt in cau.xi.

b Et iuſtas cauſas ob quas excuſetur vaſallus, enumerat Do.Iacob.in verb. qui quidem inueſtiti.co. xiij.ver.nũc videndũ eſt.

¶ Eodē modo propter inimicitias capitales domini ſui excuſaretur vaſallus: cle. paſtoralis. de re iud.
7 ¶ No. ibi, infamia. vt declarabo in gl. No. ibi, † an abſentia iuſta excuſet vaſallum qui non petiit inueſtituram intra annum & mēſem. Et no. verbum, iuſta. quia debet referri ad vaſallum, & debet gloſſari text. vel abſentia iuſta, ſcilicet vaſalli. Non aūt ponderamus iuſtam vel iniuſtam abſentiam domini: & eſt ratio, quia quotiens ſubuenitur præſenti, puta vaſallo contra abſentem, puta dominum: non conſideramus iuſtam vel iniuſtam cauſam abſentiæ. Imo ſimiliter conſideramus abſentiam ſiue iuſtam ſiue iniuſtam ſecundum Bald. hîc, qui allegat not. in l. fin. ff. de in inte. reſti. ¶ Apoſtillate text. ibi, damnetur. ſcilicet vaſallus ad reſtituendum
8 feudum domino, & nota. ex hoc text. † quòd non deiicitur vaſallus qui non petiit inueſtituram intra annum & menſem, niſi cū cauſæ cognitione & ſententia. l. iij. §. ſi ad diem. ff. de re milit. ſecundum Baldum. Nam iudex cognoſcet, an ſubſit iuſta cauſa excuſationis. ¶ Et no. bonum verbum,
9 † quòd non admittitur purgatio moræ poſt annum
a & mēſem: [a] Ratio, quia hîc appoſita eſt dies & pœna: ergo nō admittitur purgatio moræ. l. magnam. C. de contrahen. & cōmi. ſtip. & no. in l. ſi inſulam. ff. de ver. ob. ſecundū Bal. hîc. ¶ Sed contra hoc dictum Bald. oppo. quòd imo admittatur purgatio moræ. Vnde oppono capitul. potuit. de loca. vbi admittitur purgatio moræ, licet ſit dies & pœna. Sol. Aliud eſt in contractu emphyteotico, aliud in contractu feudali: de quo loquitur textus noſter. Et probatur: Nam exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis. l. j. de regulis iuris. l. nam quod liquidè. de penu legata. Sed ita eſt quòd textus noſter excipit iuſtam cauſam. Ergo vbi non ſubeſt iuſta cauſa, priuabitur vaſallus feudo, ſi non petierit inueſtituram intra annum & menſem. Et poteſt eſſe ratio, quare non admittatur pur-

*a Et quòd admittatur purgatio moræ, tenet D. Iac. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. col. x. verſi. nunc eſt videndum.*

gatio morę: quia vbicunq; l. facit extenſionem ipſo iure, non admittitur purgatio moræ: ſecundum notata Dy. in l. ſi ſeruũ. §. de illo. ff. de ver. ob. & no. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. Sed ita eſt, quòd cõſuetudo feudalis facit vt reuertatur dominium feudi ad dñm ipſo iure, quando vaſallus non petiit inueſtituram intra annũ & menſem: c. j. de prohib. ali. feu. per Fe. ſecundum Bal. hic. Nec dicat aliquis ꝙ Bal. videatur contrarius. Nam in pręcedentibus dixit, quòd requiritur ſentẽtia, hic aũt mero iure: quia reſpõdeo, quòd quãuis mero iure retro transfertur dominium ad dñm, tamen requiritur ſententia: vt in ſimili in c. cũ ſecundũ leges. de hæret. l. vj. & in l. eius qui delatoré. ff. de iure fiſ. ¶ Aduertendum eſt,

10 † quòd tẽpus anni vel menſis hic eſt continuũ, & vtile diuerſis reſpectibus. Nã dicitur vtile, quia non currit ignoranti, neq; impedito ex iuſta cauſa: vt in tex. ibi, niſi iuſta cauſa. Dicitur aũt continuũ, quia currit tẽpore feriato, ſiue non: vt no. in l. fi. C. de tẽp. in inte. reſt. pęten. Simile habemus in auth. hodie. C. de app. & facit l. cum ſex. ff. de dila. & l. cuius. ff. de calũ. ſecundum Iac. de Bel. ¶ In gl. j. ad fi. no.

11 † quòd tempus anni & menſis non currit vaſallo, niſi à die ſcientiæ: ſaluo, ſi ſupina eſſet ignorantia: puta, quia oẽs de ciuitate ſcirent mortẽ domini. ¶ Gl. quæ incipit, ſic ergo videtur. diuiditur in duas partes. In prima ſol. In ſecunda quærit. Secunda ibi, ſed pone. ¶ In ea. gl. ibi, ſuperfluum. no.

12 † quòd licet regula ſit, quòd vaſallus priuetur feudo, ſi non petierit inueſtiturã intra annum [a] & diẽ: c. pręterea. de prohi. ali. feu. per Fed. tamen fallit in milite, qui miles habet annum & menſem, vt hic: & intelligitur ſanè de milite militante, non autem de gaudentibus: vt no. Cy. in l. j. C. de iur. & fac. igno. & Bal. in l. in teſtamento. C. de teſt. mili. ¶ In ea gl. ibi, in aliis. Hæc ſol. glo. non eſt bona: quia legum correctio eſt euitãda: l. j. C. de inoff. do. Nam licet conſtitutio Federici ſit poſterior & generalis, tamen

*a Et an tẽpus anni poſſit per dominũ minui: puta an poſſit dominus cogere vaſallum, vt intra ſex menſes debeat petere inueſtiturã, vide D. Iac. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. col. ix. verſi. item quæritur, vos ſcitis. & in x. col. verſi. ſed iuxta prædicta dubitatur. Ponit, quid ſi poſt annum dominus inueſtierit, an videatur remiſſa caducitas.*

men

men non tollit priuilegium militis : arg.gloſſ.ſing.
quam ſemper allegat Bald.in l.in decurionibus.C.
de ſilentiariis. ¶In ead. gloſſ.ibi,§.ſinautem.not.
13 † quòd dicitur vaſallus contumax, qui non petiit
inueſtituram intra annum & diem. Ad fi.gl.not.gl.
14 pro qua conſului hoc anno, †Vaſallum qui non pe
tierit inueſtituram intra annum & diem,non ceci-
diſſe à feudo:quia dominus feudi eum poſt annum
15 & diem inueſtierat. ¶†Quam gl.limitabitis verã,
niſi dñs ſit ignorans,& ignorans nõ dicitur remit-
tere ius ſuum.l.matri.de inoffi.te.& plenè in l.duo
16 fratres.de ver.obl. ¶† Eodem modo dominus er-
rãs vel dubitans non pręſumitur remittere ius ſuũ:
l.ſi per errorem.de iuriſd.om.iudi.l.fi.de condi. &
17 demon.cum ſi. ¶†Eodem modo nõ dicitur remit-
tere ius ſuum, quando proteſtatur nolle remittere
ius ſuum:arg.no.in l. pacta nouiſsima.C.de pac. &
facit quod plene no.in l.non ſolum. §.morte. ff.de
ope.no.nun. Simile Dy. in auth. ſed cum teſtator.
ad l.Fal.¶In gl.inquit.ad fi.dicite ſecundum Iaco.
18 de Bel. & Bald.† quòd hæres vaſalli habebit inte-
a grum annum & menſem.[a] Ratio, quia habet feu-
dum ex prouidentia principis, non autem à præ-
defuncto vaſallo : vt vidiſtis in c.j. ſuprà, qui feud.
dare poſſ.maximè,cùm verò Conradus.Propterea
quodámodo ſucceſſorio edicto defertur feudum,
& propterea habet hæres annũ & menſem vel diẽ:
arg.l.j.§.quibus.ff.de ſucceſ.edict.& l.fi.C.qui ad-
mit.ad bono.poſſeſſ.Et hoc verum,quãdo feudum
eſt antiquum, ſecus ſi nouum : quia tunc non ha-
beret niſi reſtans tempus. arg.l.Aemilius.ff.de mi-
no.¶Gloſſ.ſi habes. diuiditur in tres,quemadmo-
dum tripliciter habetur litera. Secunda ibi, ſi ha-
bes, infamia. tertia ibi, vel ita intelligas, infamia.
19 ¶In eadem gloſſ. ibi,ſi minori. † quòd ſi in litera
ſit infantia, tunc collige, quòd pupillus qui non
petiit inueſtituram intra annum & menſem, vel
diem, non priuatur feudo. Et intelligite textum,

a *Vide D.Iac. in verbo.qui quidem inueſtiti præſtiterunt.co.ix. verſ.ſed iterum dubitatur.*

infantia domini, vel vaſalli non habentis tuto-
rem. ¶ Quid in adulto vaſallo qui non petiit in-
ueſtituram intra annum diem & menſem? Reſpon-
deo, quòd currit adulto, ſcilicet puberi, annus
menſis vel dies, ſed datur in integrum reſtitutio,
ſecundum Bal. & gloſſam in cap.j.de prohib.alien.
feud.per Fede.ibi,c.j. ¶ Not. ſecundum aliam li-
20 teram quæ communiter tenetur: videlicet, †Infa-
mia domini excuſat vaſallum qui non petiit inue-
ſtituram intra annum & diem. Intellige de infa-
mia excõmunicationis maioris, quæ reddit quem
infamem: vt hac gloſſ. Vel intelligito de infamia,
quando dominus eſt bannitus à Papa vel Impera-
tore:& ſic non intelligitur de omni infamia,ſed de
ea, de qua in d. c. j.§. hic finitur lex, deinde inci-
pit conſuetudo regni. ſecundum Bald.hic. ¶ Ad
21 fi.glo.no.ſecundum aliam literam,infamia.† ꝙ nul
la fama habita de morte dñi, vaſallus excuſat qui
non petiit inueſtituram intra tẽpus debitum. ¶ In
22 gloſſ. puta ibi, abundans. not.† quòd non omnis
abundãtia eſt iuſta cauſa excuſandi vaſallum. Nam
abundantia voluntaria vel temeraria non eſt iuſta:
ſecus,ſi ſit neceſſaria vel fortè probabilis:vt not.in
23 l.fi.ff.de in inte.reſt. ¶ Ad fi.gl.no.†quò d propter
abundantiá vaſallus poteſt petere inueſtituram &
præſtare iuramentum per procuratorem:& de hac
gl.dicite,vt ſcribitur per Doc.in l.ij.ff. ſi quis cau-
24 tè.& l.fi.ff.de in inte.reſt. ¶In glo.fi.ad fi.no. † ꝙ
ſi dominus poſt annum diem & menſem recepit
ſcienter ſeruitium à vaſallo, non poterit dominus
priuare vaſallum, quia non petierit inueſtiturã in-
25 tra tépus debitum,&c.Tene mẽti.¶Quęro,†an va
ſallus poſsit petere inueſtiturá tempore noctis vel
prandij domini? Reſpondeo, quòd peti debet
tempore congruo: & ſic non tempore noctis vel
prandij. leg. ſi ſoluturus. ff. de ſolut. & facit quod
not. gloſſ. in l. moræ. ff.de feriis. niſi ex neceſsita-
te hoc fiat, cap.non licitum. de regu. iuris.l.j.ff. de
offi

officio eius. Vel, niſi hoc cõtigiſſet ex culpa domini: quia vaſallus quæſiuiſſet dominum, & non potuit eum inuenire. ¶ Nec obſtat l. iure ciuilis. ff. de cond. & demonſt. ¶ Quæro, quid de loco, an in loco non congruo ſit petenda inueſtitura intra annũ
26 & diem? Reſpondeo, † quòd etiam loco congruo eſt petenda: d. l. ſi ſoluturus. Nam ſi vellet vaſallus petere inueſtituram extra regnum domini, cũ potuiſſet petere in regno vel dominio, neutiquam id ei eſt permittendum. arg. d. l. ſi ſoluturus. Et eſt aduertendũ, ꝙ dominus exiſtens extra dominiũ ſuũ, licet non poſſet exercere quæ ſunt iuriſdi. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. tamen poteſt mandare in territorio non ſuo: l. iij. ff. de off. præſid. cum ſi. ¶ Quæro, dux vel comes mandauit, vt vaſallus præſtet iuramentum in tali loco, an poſsit recipi iuramentũ in alio
27 loco? Reſpõdeo, † Aut locus eſt adiectus cauſa demonſtrationis, & tunc poteſt recipi in alio loco: argu. l. quidã teſtamento. ff. de leg. j. & l. iure gẽtium. §. pactorũ. & no. in l. qui in futurum. §. j. ff. de pact. Aut locus eſt de ſubſtantia, & tunc ſeruãda eſt forma mandati. l. diligenter. ff. mãd. c. Piſanis & Lucanis. in ver. liberè. de reſt. ſpol. c. dilectæ. de reſcrip. Nam non attenditur locus, niſi ſit de ſubſtantia. c. vbi loca. & c. multi. xl. diſt. ¶ Quid autem in dubio? And. de Iſern. videtur innuere, quòd in dubio nõ attenditur locus. Ego putarem, quòd in dubio ſit attendenda forma mandati: arg. d. l. diligenter. & eorum, quæ not. Bar. & Ang. in l. prolatam. C. de ſent. & interloc. om. iud. & quod no. Canoniſtæ in dicta cap. cum dilecta. ¶ Aduertendum tamen eſt,
28 † quòd vbi vaſallus non poſſet tutò adire locum poſitum in mandato domini, excuſaretur vt poſſet in alio loco præſtari iuramentum: l. ſciendum. & l, de ætate. ad Trebellianum. Facit l. ij. §. j. ff. ſi quis caut. & dicit Andr. de Iſern. quòd in regno Siciliæ non perditur feudum, licet vaſallus non petierit inueſtituram intra annum & diem ex ignorãtia

fortè iuris, Videtur ſecus, ſi faceret ex contemptu
principis:quia Rex eſt munificus & liberalis.l.im-
perialis,C.de nupt. & not.in l.& in lege. C.ad leg.
Falc.& poteſt eſſe ratio illius munificentiæ:quia il
le qui nititur tempore,dicitur niti quadam circun
uentione.in auth.de his qui ingred.ad app.§.nolu
mus, Nam eſt iniquum, quòd rex munificus nolit
accipere feudum propter lapſum anni menſis vel
diei, cùm vaſallus hoc non fecerit ex contemptu,
29 ſed magis fortè ignorantia iuris. ¶ †Quæro, ſi va-
ſallus qui non potuit adire dominum propter ini-
micitias, mittere poſſet procuratorem, an perdet
feudum?Reſpondet And.quòd non,per iſtum tex,
ibi, inimicitiæ. Nam propter inimicitias excuſa-
tur, licet non petierit.inueſtituram intra annum
menſem vel diem. ¶Sed pulchrum eſt videre, an
ceſſante inimicitia incipiat currere menſis, annus
vel dies ad petendum inueſtituram:ita vt ſi nõ pe-
30 tierit, perdat feudum?Reſpõdet And. †quòd per-
det feudum, niſi ceſſante inimicitia intra annum
diem vel mẽſem à die ceſſantis inimicitiæ petierit
inueſtituram,arg.l.ſi minori. Cui etſi nõ currit an-
nus vel dies, tamen poſtquã eſt effectus maior,cur
rit. Et poteſt eſſe ratio,quia ceſſante cauſa ceſſat ef
fectus, & quatenus durat cauſa neceſsitatis, eate-
nus durat indulgentia conceſſa propter neceſsita-
tem, vel iuſtam cauſam. l.j.ff.de ſer.l.Titia. §.vſu-
ras.ff.de lega.ij.cum ſi.quod eſt valde notabile. Et
ſic no.limitabitis exceptiones poſitas hìc in tex.vt
currat annus menſis vel dies à die iuſtæ cauſæ ceſ-
ſantis.¶Quæro, Omnes de ciuitate putabant do-
minum vaſalli mortuum,hæres & filius domini ab-
ſtulit feudum vaſalli: quia non petiit inueſtituram
intra annum & diem, deinde dominus viuẽs reuer
ſus eſt domum:quæritur,an vaſallus poſsit recupe
31 rare feudum ſuum?Reſpondet And.†quòd aut va-
ſallus ex contemptu domini non petiit inueſtiturã
intra annũ & diem: quia putabat & ipſe dominum
eſſe

eſſe mortuum, ſicut & alij de ciuitate : & tunc priuatus eſt feudo: quia ſatis eſt contemnere, licet dominus non fuerit mortuus. arg. l. iij. §. item ſi quis per calumniam. & l. fi. §. j. ff. ne quis eum qui in ius
1 voc. ſecus autem, ſi vaſallus hoc non fecit[a] ex con- a. *Vide D. Iac. in verb. qui quidē inueſtiti præſtiterunt iuramētum. col. x. verſic. ſed ponamus, quòd dominus.*
temptu, quinimo putabat eum viuere: arg. l. j. ff. de
32 condict. ſine cau. ¶ Vltimò quæro, † an dominus à quo petita eſt inueſtitura à vaſallo intra annum & diem, ſi noluerit inueſtire vaſallum, priuetur proprietate ſua? Reſpondeo quòd ſic, ſecundum gloſ. in cap. j. §. j. in gloſſ. magna, quæ incipit, not. q̄. per quos fiat inueſt. quod no. contra dominos videbimus in dicto §. j.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium §. ſi quis fecerit.*

2 *Dominus poſtquam inueſtiuit aliquem de feudo, non poteſt alium inueſtire ſine conſenſu primi vaſalli.*

3 *Cambium facere domino, eſt interdictum ſine conſenſu vaſalli.*

4 *Quod fit contra conſuetudinem feudalem, habetur pro infecto.*

5 *Locare feudum non eſt licitum domino ſine conſenſu vaſalli.*

6 *Dominus in feudum dare non poteſt alteri, rem purè alteri prius conceſſam: ſecus, ſi ſub conditione.*

7 *Dominus non poteſt pignorare feudum in præiudicium vaſalli.*

8 *Feudum à domino poteſt alienari cum tota curia.*

9 *Inueſtitura purè facta in alium, licet à principio non valeat: tamen valet, ſi vaſallus decedat ſine hærede.*

10 *Primus vaſallus ſi amittat feudum, reſoluitur etiam ius ſecundi acceptoris.*

§. SI QVIS FECERIT. ¶ † Non va-
1 let inueſtitura, vel cambium facta vel factum à domino, in alium ſine conſenſu vaſalli. Hoc dicit: Apoſtillate textum ibi, ſi quis ſcilicet. & apoſtillate ibi, ſed quia militis vaſalli. ¶ Not. ibi, in-
2 ueſtituram. † quòd poſtquam dominus inueſtiuit aliquem de feudo, non poteſt poſtea alium inueſtire ſine conſenſu primi vaſalli. ¶ Not. text. ibi,
3 vel cambium. † quòd dominus non poteſt facere cambium, id eſt permutationem de feudo ſine cõſenſu vaſalli, cuius erat feudũ. ¶ No. primò ibi, pro
4 infecto. † quòd id quod fit contra conſuetudinem feudalem, habetur pro infecto. arg. l. non dubium. C. de legi. ¶ Gloſ. j. diuiditur in quatuor. In prima formatur quæſtio. In ſecunda & tertia, idem facit. In quarta ponit limitationem ſiue declarationem ad tex. Secunda ibi, item nunquid. Tertia ibi, nunquid pignori. Quarta ibi, hoc intelligo verũ. ¶ In ea. glo. ibi, locare. Huic quæſtioni cui non reſpondet gl. reſpondendo ſecundum Iacob. de Bel.
5 & Bald. reſpondeo, † quòd non eſt licitum domino locare feudum ſine cõſenſu vaſalli in eius præiudicium. arg. c. j. ꝟ. qui. cau. feu. amit. ¶ In ea. gloſſ. ibi, dare. Huic quæſtioni non reſpondet gloſſ. Vos
6 dabitis reſponſum ſecundum Iac. de Bel. † Aut dominus vult alteri dare in feudum, alteri priùs conceſſum in feudum purè: & non poteſt, Aut vult dare ſecundo vaſallo ſub conditione vel in diem incertam: & tunc poteſt, niſi ſit eccleſiaſtica perſona. Et dixi plenè in cap. j. ꝟ. qui ſucceſſ. teneantur. ¶ In ea. gloſſ. ibi, eo dante. Huic quæſtioni reſpon
7 det Bal. † quòd in præiudicium vaſalli non poteſt dominus pignorare feudum. Sed nunquid in præiudicium tertij? Reſpondet, quòd arguitur pro & contrà: vt ſubtiliter colligitur per not. in l. indebiti. §.

ti.§.fina.ff.de condictione indeb. Vos dicite, vt videbimus in cap.j.ī.de prohib.alien.feud.per Federicum.
8 ¶†Ad finem gloſſ. notab. quòd text. noſter loquitur, quando dominus facit inueſtituram vel permutationem de vtili dominio, & ſic de iure vaſalli. Nunquid autem ſi dominus alienaret totum, & ſic ius, quod habet ipſe dominus principaliter, nimirum etiam directum dominium domini? Videbimus plenè in c.j. §. ex eadē lege.ī.de lege Conradi. Nam cum tota curia poteſt alienari. Et facit quod not. in c.j.ī.de cap. qui cur. vendid. Nam videtur eſſe regula, quòd dominus non poſsit alienare proprietatem ſine conſenſu vaſalli: in d.§. ex eadem lege. Proinde hic notabiliter inquit Bald. quòd dominus non poteſt alienare ciuitatē ſuam ſine conſenſu ciuium, & multò minus partem ciui-
a tatis: [a] quia intereſt ſubditorum non habere tot dominos: vt no. in c. dilecti. de maio. & obed. ¶In gloſſ. hoc intelligendum. ad fi. not. gloſ. hîc gl. eſſe,
9 quæ limitat tex. noſtrum, †vt licet à principio non valeat inueſtitura purè facta in alium ſine conſenſu primi vaſalli, tamen ſi vaſallus decedat ſine hærede, valet: vt in §. noſtro: & tūc non agitur de euictione. Gloſſ. eſt valde ſingularis in l. ſi familiæ. C. familiæ herciſcundæ. niſi acceptor fuerit ignorās, vel ſibi prouiderit de euictione per pactum vel ſtipulationem: vt not. in l. ſi fundus. C. de euiction. & facit quod eleganter ſcripſit Angelus in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligatio. ¶Ad
10 finem gloſſ. not. †quòd ſi culpa ſecundi vaſalli primus amittat feudum, reſoluitur etiam ius ſecundi vaſalli acceptoris. ¶Oppo. Bald. contra iſtum textum de l. ſi partem. §. fina. ff. quemadmodum ſerui. amit. de l. fina. ff. de pact. cum ſimilibus. Vbi factum vnius non nocet alteri. Sol. Cōtrarium eſt verum, niſi natura rei ad id deſtinata: l. qui cum alio. ff. de reg. iu. Vos allegate rationem text. in l. ſi quis domum. §. j. ff. locati. reſpicere enim debuit, &c.

a *Vide tu in hoc per Fel. in c. dilecti. in verb. hominibus. de maiorit. & obed.*

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Conſentienti vt perdatur ius ſuum, non datur ad id regreſſus.*
2 *Caſus huius §.*
3 *Dominus conſentiens alienationi, quo ad vtile tãtùm conſentire videtur.*
4 *Vaſallus feudum in quo dominus diſtrictum vel honorem habet, nulla ratione alienare poteſt.*
5 *Diuiſio feudi inter fratres habet locum.*
6 *Si fratres diuiſerint feudum, & vnus plùs medietate medietatis ſuæ alienauerit, feudũ ad dominum reuertitur.*
7 *Feudum de Camera, quid ſit.*
8 *Feudum de Curte, quid ſit.*
9 *Feudum in curte domini non poteſt aliqua parte alienari.*
10 *Diſtrictus quid ſit.*
11 *Feudum antiquum reuertitur ad agnatos.*
12 *Inueſtitura purè facta de feudo nouo, confirmatur, ſi primus vaſallus deceſſerit ſine hærede maſculo.*
13 *Fallit, ſi ſecunda inueſtitura ſit facta pacto nudo.*
14 *Dominus qui proprietatem alienauit, ea non priuatur.*
15 *Dominus qui eandem rem bis alicui inueſtit, nõ incidit in crimen falſi.*

§. 1 SANCIMVS VT NEMO MILES ADIMATVR. ¶ † Conſentienti vt perdatur ius ſuum, non datur regreſſus ad ius ſuum cui renunciauit. Hoc dicit hic §. præterea. ¶ Not. ſummarium; & duobus modis

2 modis ponit caſum in hoc §. Pone, † Eſt conſuetudo, quòd primogenitus ſuccedat in regno, vel alio principatu: ſecundogenitus cum cõſenſu primogeniti fuit inueſtitus de hoc regno, principatu vel alio feudo, certè ſecundogenitus erit rex & princeps & habebit feudum. Vel aliter;Pone caſum, Omnes filij æqualiter ſuccedunt in feudo:vt vidiſtis ſ.qui feud.dare poſſunt. cap.j.§.cum verò Conradus-vnus ex filiis conſenſit, vt inueſtiatur alius frater ſuus de feudo:certè frater ſolus inueſtitus habebit feudum. ¶Circa iſtum tex. quærit
3 Bal.†quid ſi dominus conſentiat vaſallo alienanti feudum,an intelligitur conſentire ſolùm quo ad vtile dominium, an quo ad directum? Reſpondet
a Bald.quòd quo ad vtile tantúm:ᵃqui allegat Inn. in c.inter dilectos.de fide inſtru.¶In glo. quę incipit,ſed nunquid.ad fi. dicite de hac glo. vt plenè per Bar.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matri. MARTINVS
* LAVD.*† Si fratres inuicē diuidāt feudū, & vnus
4 plus medietate ſuæ medietatis alienauerit, & ſine hærede deceſſerit,feudum reuertitur ad dominū, & ſi feudum fuerit in curte domini,vel extra curtem,& in eo dominus habuerit diſtrictum vel honorem:pro nulla parte vaſallus poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini. Hoc dicit vſq; ad fi.ti. ¶No.ibi,accepit.ſubaudite,ſub nomine ſuo & ſub nomine fratris cum pacto,vt vnus ſuccedat alteri
5 in feudo.¶Not.tex.ſingularē ibi,diuiſerit.†quòd inter fratres habet locum diuiſio feudi,neque cadūt à iure feudi:Quod eſt limitandum,niſi ſit feudum indiuiſibile:puta,regni,ducatus, marchionatus.c.j.§.prætereaq̄.de prohi.alie.feud.per Fed.Ná tunc non poteſt fieri diuiſio,niſi quo ad commoditatem.Bart. in l.inter tutores. ff. de admi.tu. & aliàs conſului in cauſa marchionum. & facit gl. in l.ſi familiæ.C.fa.herci.¶Not. tex. ibi, in feudū ad
6 dominum.†quòd ſi fratres diuiſerint feudum, & vnus alienauerit plus medietate medietatis ſuæ, & ſine

*a Adde cõtra Bal. quòd imo per talem conſenſum in alienando præiudicium fit domino etiã quo ad directū dominij.Ideo eſſet vtile, quòd apponeret dominus,ſaluo iure directi dominij.Ita tenet Do. Fran. Cur. in tra. feud. in xvij. char. iiij. part. verſi. iij.cadit neceſſaria dubitatio.*

** Hæc eadē de verbo ad verbū fere leguntur ſupra d.§. itē ſi duo.quib. mod. feud. am.S.Sch.*

& ſine hærede deceſſerit, feudum ad dominum re-
7 uertitur. ¶Item nota ex §. item ſi quis. †quòd re-
peritur feudum de camera. Ecce exemplum, Rex
dat tibi centum aureos omni anno de camera ſua
fiſcali: certè dicitur feudum de camera, vel quádo
ſuper gabellis vel vectigalibus dat annuũ reditum,
reperitur feudum etiam de caneua: quod eſt, quan
do princeps vel alius dat panes vel vinum omni
menſe vel omni anno. Vel aliter poteſt intelligi
8 tex. noſter, †quòd feudum de curte [a] eſt quando
a princeps habet plurima prædia in vno loco, vel ca-
ſtrum, & dat vnum manſum vel prædium in feudũ.
Ná dicitur feudum de curte domini, ſecundum Ia.
9 de Bel. ¶No. ex tex. ibi, aliqua parte. †quòd ſi feu-
dum eſt in curte domini, non poteſt aliqua ex par-
te alienari ſine conſenſu domini. ¶No. ibi, diſtri-
10 ctum. †quid ſit diſtrictus? [b] Dicite vt not. in l. fi. ff.
b de iuriſdi. om. iudi. & not. per glo. in §. rurſus. In-
ſtit. de act. ſecundum Bal. & faciunt no. in l. j. §. cũ
vrbem. ff. de offi. pręfec. vrb. & in c. inter dilectos.
de fi. inſtru. & quod no. in c. j. de capi. qui cur. ven.
11 ¶Op. contra tex. Dicitur in §. item ſi duo. †quòd
feudum reuertitur ad dominum. Sed contrà, quòd
imo reuertatur ad agnatos: c. j. §. hoc quoque. ꝟ. de
ſucce. feu. Sol. Aut loquimur in feudo nouo, & lo-
quitur tex. noſter. Aut loquimur in feudo anti-
quo ſiue paterno, & loquitur contrarium. Eodem
modo diſſoluitur contrarium c. Titius. ꝟ. ſi de feu.
fue. controuer. De quibus tamen duobus contra-
riis dicite vt plenè ſcribam in d. c. Titius. ¶In gl.
12 hoc intellige. ibi c. j. not. †quòd iſte §. debet intel-
ligi, quando eſt factum pactum in feudo nouo va-
ſalli, tunc ſi primus vaſallus deceſſerit ſine hære-
de maſculo, confirmabitur inueſtitura ſecunda
purè facta, quá glo. hic ſequitur Iac. de Bel. ¶And.
verò videtur hic ſentire contrarium. Nam licet
aliàs de iure commuhi ſuperueniente domini con-
ſenſu in alienatione, cõfirmetur ius acceptoris: l.
cum

a *Et quid ſit feudum de caneua, feu. de curte, ſol datæ, aduocatiæ, ſcutiferorũ, quaternatæ, ponit D. Iaſ. in prel. col. xliiij. ver. xiiij. diuiſio.*

b *Et quid ſit diſtrictus, ponit D. Alex. latè in l. j. §. ſiue aũt. ff. de op. no. Plenè Fely. in c. Rodulphus. in verbo, diſtrictus. de reſcript.*

cum vir. de vſu.cum ſimilibus.tamen ſecus eſt in feudo:vt hoc c.Vos defendite gl.per d.l. cum vir. &iura præalle. in glo.¶Nō ob.hoc;c. quia loquitur quando vaſallus primus non deceſſerit ſine hærede feudali,id eſt maſculo:alter loquitur,quando vaſallus primus deceſſerat ſine hærede maſculo.

13 ¶†Et Bal.limitat glo. niſi inueſtitura ſecūda eſſet facta pacto nudo;quod non eſt potens ad agendum:ſed ſolùm ad excipiendum,ſi eſſet in poſſeſſione:ſecus, ſi eſſet facta inueſtitura cum ſtipulatione. l.iure gentiū. §.ſed cum nulla. & §.quinimo. de pac.l.ſi quis alienā. de act.emp.l.ſi à Titio. Vos dicite in illo articulo de pacto nudo, vt dixi

14 in prin.huius operis.¶Extra gl.quęro, †an dominus qui alienauit feudum ſine conſenſu vaſalli, priuetur proprietate? Bal. hîc concludit, quòd non,per tex. c. pro infecto habeatur. Iſta ſententia Bal.eſt humana,propterea ſequenda:ar.l. benignius.ff.de leg.¶Vltimò quęro de eo qui duobus ſeparatim fecit inueſtituram de eodem feudo,quęritur,an incidiat in crimen falſi? Reſpondet Bal. quòd non, per textum ibi, pro infecto. licet in contrarium faciat lex, qui duobus. ff. ad leg.Cor. de fal.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus feudo priuari non debet, niſi prius coniuncta culpa.*

2 *Quod dicitur de milite, in quolibet vaſallo locum habet.*

3 *Vaſallus non debet deijci poſſeßione feudi, niſi cauſa cognita.*

4 *Vaſallus appellans à ſententia, vel petens reductionem ad arbitrium boni viri, ſex hebdomadas habet ad*

*ad præparandum ſe ad iter.*

5 *Vaſallus appellans, ad præſentiam imperialem accedere debet vnà cum iudicibus qui ſententiã protulerunt.*

6 *Imperator definiet, an pares æquè vel iniquè iudicauerint.*

7 *Appellatione pendente, vaſallus non debet à poſſeſſione remoueri.*

*Sequeſtrum fit, vbi perſona ſuſpecta & res mobilis eſt.*

9 *Sequeſtrum fit quoque, ſi poſſeſſor rem depopuletur.*

10 *Ad Imperatorem appellatur, quando ambo ſunt vaſalli Imperatoris.*

11 *Sex hebdomadarum tempus, eſt vtile reſpectu principij, licet regulariter continuum ſit.*

12 *Sex hebdomadarum tempus intelligendum non de introductione appellationis, ſed de præparatione ad iter.*

13 *Ad Imperatorem itur in feudis magnis: ſecus eſt in paruis.*

14 *Sententia declaratoria an requiratur in culpa notoria vaſalli.*

15 *In cauſa appellationis feudalis ſeruatur ius commune, exceptis caſibus hic aſsignatis.*

§. SI AVTEM MILES. ¶ Diuiditur in duas, ſicut ſunt duo dicta. Secunda ibi, ſi autem miles. Hoc d. ¶ † Vaſallus non debet priuari poſſeſ. feudi, niſi prius coniuncta culpa: & ſi vaſallus appellauerit ad Imperatorem à ſententia iniqua propter laudamentum, deinde vaſallus appellans habeat ſex hebdomadas ad pręparandũ iter, cauſa eundi

eundi ad Imperatorem, qui definiet, an pares curiæ, æquè vel iniquè protulerint ſentẽtiam. Hoc d.
2 ¶Not.text.ibi,miles.† quòd idem eſt in quolibet alio vaſallo: vt no.in c.ſi quis miles.ſ.in tub.Imperat.Lothar.& conſequenter text. noſter habet locum,ſiue vaſallus ſit miles,ſiue non. ¶No.ibi,cu-
3 ratur de poſſeſsione.† quòd vaſallus de facto non debet deiici de poſſeſsione feudi, ſed cauſa cognita & coniuncta per iudicium ſeniorum,ſiue per alios competentes: c.cæterum. de iudic. ¶ Nota,
4 †quòd ſi vaſallus appellauit à ſententia: vel, quod perinde eſt, ſi petierit reductionem ad arbitrium boni viri, ſi eſſet factum compromiſſum, miles ſiue alius vaſallus appellans vel petens reductionem ad Imperatorem,habet ſex hebdomadas,in quibus ſe præparat ad iter faciendum cauſa veniendi ad Imperatorem. Simile in l. ab hoſtibus. §. ſimiliter. cum ſeq. ff.ex quib. cauſ. ma. & pro componendis ſarcinulis,&c. Neque enim debet intelligi textus, ꝙ elapſis ſex hebdomadis priuetur vaſallus poſſeſsione feudi: quia appellatione pendente nil innouandum, vt in rubrica & in gloſſ. nil no.ap.pen.
5 ¶No.ibi,ad noſtram. † quòd ad potentiam Imperialem accedere debet vaſallus appellans vnà cum iudicibus qui protulerunt ſententiam. ¶No. ibi,
6 definiemus. † quòd Imperator definiet, an pares curiæ iudicauerint æquè vel iniqué. ¶ Gloſſ. j. & meritò. diuiditur in tres. In prima gloſſa declarat text. ponendo regulam. In ſecunda ponit exceptionem. In tertia ponit limitationem ad textum. Secunda ibi,quod intelligo. Tertia ibi, quod au-
7 tem dicitur. ¶In eadem gloſſ.in l.iiij.not. † quòd penden.appel. vaſallus non debet à poſſeſsione remoueri: vt plenè in l.j.ff.nil nouari.proptèrea tempus ſex hebdomadarum conceſſum nõ eſt ad proſequendum appellationem: ſed ad præparandum iter,vt vadat ad Imperatorem: vt hic in tex. ¶ In
8 ead.gl.ibi,nec ſatis detur. not.†quòd vbi perſona

ſit ſuſpecta,& res ſit mobilis,ſit ſequeſtrum.l.Imperatores.hic alle.ad opi.Et eſt gl.intelligēda de fructibus rei feudalis:quia regulariter feudū non cōſiſtit in re mobili: vt vidiſtis in c.fi.ꝟ.de feu.cog.¶In
9 ead.gl.ibi, §.fi.†Hanc particulam gl.intelligit Bal. etiam in re mobili. Nam ſi depopulatur res : puta, conuertendo in vſus proprios, maximè dilapidando, poteſt fieri ſequeſtrum : quem refert, & ſequitur Archi. xj.q.j.quia res. De quo ſequeſtro plenè per Io.An.in Mercur. ſuis ſuper regula, locupletari.de re.iu.li.vj. ¶Ad ſi.gloſſ.no.pulchram limitationem ad text.noſtrum , vt text. noſter loquatur,
10 quādo ambo vaſalli ſunt vaſalli Imperatoris.†Nam tunc ad Imperatorem appellabitur, vel ad immediatum principem ad quem , puta ducem, reg.&c. l.Imperator.ff.de app.loquor de iure ciuili. ¶Gl. ſed nunquid.diuiditur in tres. In prima quærit. In ſecunda oppo. In tertia limitat textum noſtrum. Secunda ibi,& not.quòd detrahitur. Tertia ibi, &
11 hoc eſt intelligendum. ¶†In eadem gloſſ. ibi, appellante. not. quia tempus ſex hebdomadarum eſt vtile reſpectu principij, quemadmodum tempus interponendæ appellationis.authent.hodie. C.de appellat. licet regulariter tempus ſit continuum. l. genere. ff. de his qui not.infa. Proinde tempus ſex hebdomadarum non currit niſi ſcienti , & demum interpoſita appellatione, ſecundum Andre. & Baldum. ¶In eadem gloſſ.ibi, iter arripiat.no.
12 ſol. authent. de his qui ingrediuntur. † quia aut loquimur de tempore præparandi iter,& loquitur tex.noſter,quia eſt tempus ſex hebdomadarū. Aut de tempore proſequendi & exercendi appellationem, & tunc eſt tempus anni, vel ex cauſa biennij. l.fi.& auth.ei qui.C.de temp.app. ¶Sed opp.contra prædicta de c.j.§.j.ꝟ.ſi de inueſti.feu.inter do.& vaſal.lis oriatur. Reſpondeo , ibi loquitur in cauſa principali,hîc in cauſa appellationis. Vel aliter,ibi loquitur de tempore ad præparandum iter : hîc ad

pro

proſequendum appellationem. Et ſic datur annus.
13 ¶In ea.gl.ad fi. †not.limitationem ad textum noſtrum,vt procedat in magnis feudis:puta ducatus, regni. Nam in eis eundum eſt ad præſentiam Imperatoris cauſa proſequendi appellationẽ, ſi ſunt vaſalli imperiales : vbi autem feudum eſſet paruum, puta vnius villæ,tunc non eſt eundum ad Imperatorem propter magnas expenſas, ſed cognoſcent ſeniores vel delegati Imperatoris in partibus.l.vl-
14 tima,de beneficiis.in Lombarda.¶†Extra gloſſam quæro,an dominus, puta rex vel dux poſsit auferre feudum vaſalli ſine ſententia propter notoriam culpam vaſalli? Concludit hîc And. Aut eſt notorium actu permanens,aut non eſt actu permanens. Primo caſu non requiritur ſententia,ſed ſi negaretur,eſſet neceſſe probare ſaltem pes duos teſtes:ij. quæſt.j.c.manifeſta.& §.quoniam.& ibi not. ſicut erat ille qui publicè tenebat nouercam ſuam quam ſine examinatione Apoſtolus excõmunicauit. Aliud exemplum eſt, ſi vaſallus teneat caſtrum rebellatum notoriè contra principem ſuum in fauorem hoſtium. Secundo caſu, quando notorium non eſt actu permanens, & tunc, ſi iudice ſedente pro tribunali, non requiritur ſententia. l. nullus. C. de teſtib. & not. in dicto capitulo, manifeſta. Exemplum, ſi coram populo vaſallus contra regem diceret acerbas iniurias:nam vbi princeps,ibi tribunal, totum ius populi : leg. omnium. C. de teſta. quo caſu non requiritur ſententia, aliàs autem ſic,maximè in manifeſtis.l.emptorem.in prin. ff.de ac.po.l.j.C.qui & aduerſus quos. & not. in l. ea quidem. C.de accuſa. Debet tamen conſtare de hac notorietate,vt poſtea ſit conſultum alteri poſſidenti feudum, dum ſibi negaretur notorietas in tempus.l. geſta. C.de re iudi.l. j. & ij. C. de eden. Nam ſi rex vel dux diceret in cõceſsione vaſallum proditorem,vel de alia culpa ipſum argueret,quæ fuit cauſa priuandi vaſallum, non crederetur ei,

a Vide in hoc articulo, an credatur ſupremo principi aſſerenti feloniā vaſalli, per D. Iaco. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in pe. colu. verſi.ſed circa præmiſſa. Ibi etiā ponit, an & quando liceat domino auferre feudum vaſallo abſque ſententia.

cùm tractaretur de commodo proprio: a l. nullus. C.de teſtib.l.omnibus. C. eo.titulo. Si autem non tractaretur de commodo ſuo, magis ei crederetur, quàm vni tabellioni. l. ij. C. quando decreto opus non eſt. ſecundum Andream. Limita, niſi in ſummo pontifice cui creditur: cle. j. de probatio.
15 ¶Quæro, † an in cauſa appell.feud. ſeruemus ius commune, puta appellando intra decem dies, & proſequendo intra annum? Reſpondeo ſecundum Andre. quòd ſeruandum eſt ius Imperatoris in omnibus, niſi in feudis: quo ad præparandum iter: quia dantur ſex hebdomadæ, vt hîc. Secundò, quia eſt ſpeciale in feudis, vt iudex à quo, non poſsit aſsignare terminum: de quo in leg. præſes. C. de appellatio. quando pares tenentur adire Imperatorem. Aut dicite quòd eſt ſpeciale ſecundum Baldum hîc, quoniam de iure communi non tenetur iudex à quo, ire ad iudicem ad quem.ca.ſæpe.de appella.per Innoc.& in q.diſputata per Bartolum, quæ incipit, à ſententia iudi. Speciale eſt igitur in feudis. Et hæc omnia tria ſpecialia intelligatis in magnis feudis, non in paruis: vt vidiſtis in gloſſa. fi.in fine. Fateor tamen, quòd ſex hebdomadæ dantur etiam in feudis paruis, ſecundum Andream. Ego putarem contrá: quoniam ſex hebdomadæ dantur propter iter arripiendum ad præſentiam Imperialem, ad cuius iter requiruntur multa præparamina & multæ expenſæ: quæ ratio ceſſat in paruis feudis, quoniam non itur ad præſentiā Imperatoris: vt caſus in l.fi.de benef.in Lombarda. & ita videtur intelligere gloſſa noſtra fin.in fi. &c. ¶ Et an in cauſis appellationum in feudis ſeruetur ius commune, vide D.Iac.in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus. colum. pen. verſic. nunc deſcendo ad materiam. Dom. Franc. Curt.in tractat. feud. iiij.chart. vltimæ part. verſi. xiij. quæro.

De

## De contentione inter dominum & vaſallum de inueſtitura feudi.

## Titulus XXIII.

¶ Continuatur hoc ordine: Quia alia oritur contentio vltra contẽtiones de quibus in tit. de cont. inter dominum & vaſallum, vt titu.ſer.ideo etiam ſequitur de inueſtituris inter dominũ & vaſallum conferre. Similem titulum habuiſtis ſuprà de controuerſ.inter do, & ſeu. & repetenda ſunt hîc quæ ibi dicta fuere,

## SVMMARIVM,

1 *Summarium tituli ponitur.*
2 *Militis & vaſalli idem ius.*
3 *Poßidenti vaſallo defertur iuſiurandum, vt iuret an dominus eum inueſtierit.*
4 *Domino poßidente, vaſallus per pares curiæ vel breue teſtatum probare cogitur ſe inueſtitum.*
5 *Veritas colenda & inquirenda eſt.*
6 *Poßidens per annum, in poſſeßione vt fuerit, neceſſe eſt.*

SI QVIS MILES IN. ¶ Diuiditur in duas. In prima loquitur Imperator, quando vaſallus poſsidebat feudum, In ſecunda, quando dominus. Secunda ibi, & ſi dominus poſſe-
1 derit. Hoc dicit: ¶ † Si vaſallus poſſederit feudum, & contentio ſit de inueſtitura, defertur iuramentum poſsidenti. Hoc dicit hic tit. ¶ Not.
2 ibi, miles. † quòd idem eſt in quolibet vaſallo: vt vidiſtis ſuprà titulo proximo, & titulo iiij. ¶ No.

3 text.ibi, per iuſiurandum. † ꝙ poſsidenti vaſallo defertur iuſiurãdum: qui iurabit, an dominus eum
4 inueſtierit de feudo. ¶No.tex.ibi,& ſi do. †quòd ſi do.poſsideat, & miles dixit ſe inueſtitum de feudo, dominus autem negàuerit: miles ſiue vaſallus tenetur probare per pares curiæ, vel breue teſtatum, vel alias probationes, quibus deficientibus defertur iuſiurandum domino poſsidenti: qui iura
5 bit, an inueſtierit vel non. ¶†No.ibi, non eſt bonum, vt veritas denegetur, quia nil aliud quærimus niſi verum, cùm æquitatis ſimus amatores.l.ſi. ff.de proba.& veritas colenda ſit: C.de lati.libert. toll. Et vult dicere tex.quòd vaſallus vel dominus poſsidens debet iurare veritatem, ſecundum conſcientiam ſuam: quando defertur ei iuramentum. ¶Sed contra iſtum textum opp.gloſſ.quæ incipit, quod in illo.c.ſi.ad ſi.De hoc dicite, vt dicam in §. ſacramentum.ꝑ.de conſuet.re.feud. & anno futuro dicam in l.admonendi.ff.de iureiur.Dicite de hoc c.quæ dixi in cap.j.de conten.inueſti. ¶Sed oppo.
6 contra illud, & videtur, † quòd poſsidenti non ſit deferendum iuramentum; quinimo ſit neceſſe, quòd poſsidens probet ſe poſſediſſe per xxx.an. vt c.ſi quis per xxx.an.ꝑ.ſi de feu.fue.contro. Sol. Aliquando poſsidẽs allegat inueſtituram eſſe factam, & eſt in poſ. per annum, & loquitur textus noſter: quia defertur iuramentum poſsidenti. Aliquando reus poſsidens defendit ſe ex poſſeſsione: & tunc loquitur contrarium. Mart. Lauden.

## Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Tit. XXIIII.

¶Continuatur hoc ordine: Viſum eſt in ſuperioribus, maximè in c.j.hoc quoq; not. quòd fœmina non ſuccedit in feu. Verùm quia aliquando feu.ad domini fœminam pertinet, ideo competenti ordine ſubiicitur hęc rubrica, quemadmodum feud.ad fœmin.pertineat.

SVM

## SVMMARIVM.

1 *Sex intellectus huius capituli ponuntur.*
2 *Filiæ feudum duobus caſibus hîc notatis deſertur.*
3 *Filius maſculus intelligitur deſcendens, ſiue ſit filius ſiue nepos.*
4 *Filia regulariter in beneficio non ſuccedit.*
5 *Filia ſi redemerit feudũ, id ad ipſã pertinere poteſt.*
6 *Dominus filiam propter ſeruitium & amorem patris inueſtire poteſt.*
7 *Agnatis etiam inuitis dominus filiam inueſtire poteſt caſibus hîc notatis.*
8 *Varij intellectus ad hoc capitulum examinantur & diſcutiuntur.*

SI QVIS SINE FILIO.

1 ¶ † Sciendum eſt quòd hoc capitulũ legitur plurib. modis: Vno, vt loquatur in feudo nouo: & alio modo, quòd loquatur in feudo paterno ſeu antiquo. Tertio modo legitur ſecundum Bal. quando vaſal. recepit feud. pro ſe & hęredibus ſuis maſculis & fœminis: quo caſu loquitur c. noſtrum. Quarto modo legitur, quòd hîc non erant agnati: vel, ſi erant, tacuerunt anno, vel cõſenſerunt per c. Titius. ĵ. ſi de feu. fuer. cõtrouer. Alio modo legitur ſecundũ Odof. ꝙ vaſal. emerit totale ius dominij, tunc ſuccedit filia, cùm deſinat eſſe feud. quia penes vaſal. eſt vtile dominium & etiam directũ quod emit à domino ſuo. Hunc intellectũ ponit Odof. in rub. qui ſu. po. in feu. in ſumma ſua. Vltimo ego intelligo hũc tex. prout iacet litera: videlicet, vt licet regula ſit, filiã non ſuccedere in feudo, nec habere feu. vt in c. j. §. hoc quoq; no. ŝ. qui feu. da. po. ¶ Hîc no. in tex. amplius. licet dominus non poſsit inueſtire filiam vaſal, in præiudicium agnatorum: c. j. §. j. ĵ. de alie. feu.

paterni. tamen fallit in duobus caſibus. Hic verò in textu communis videtur intellectus. Primus, quòd hoc capitulũ loquitur in feudo nouo, & fuit hæc ſententia communior Petr. de Ceruo, quem refert hic Bald. Andr. de Iſern. hic etiam defendit. And. & Bald. in cap. j. ā. de ſucceſ. feud. in quo cap. j. dixi, quòd tractarem hic remittendo. Idem tenet Iacob. de Ardizone Veroneu. in laudabili ſumma ſua, titu. de ſucceſſ. feu. in fi. primæ col. Idem tenet Odofred. in ſua ſumma, in titu. qui ſucc. po. in feu. vltra medium illius columnæ Rubricæ, quamuis Pyleus & Iac. de Bel. poſuerint alium intellectum, quòd hic loquitur in feud. paterno ſeu antiquo. Sed deceſſerat iam vaſallus, & poſt mortem vaſalli decedentis ſine maſculo dominus inueſtiuit filiam in duobus caſibus hic notatis, cuius intellectum examinabo in ſequẽtibus. Diuiditur itaque in duas. In prima ponitur vnus caſus, in quo ad filiam pertinere poteſt feudum. In ſecunda ponit vnum caſum, in quo ad filiam pertinere poteſt. Secunda ibi, ſi autem ei do. Hoc dicit: ¶ † In duobus
2 caſibus hic notatis feu. poteſt pertinere ad filiam. Vel aliter & clariùs: Si vaſallus deceſſerit ſine filiis maſculis, poteſt dominus inueſtire filiam vaſalli, ſi id redemerit à domino: vel ſi dominus eam inueſtire voluerit propter ſeruitium & amorem patris, id eſt vaſalli prædefuncti. Hoc dicit hoc capitulũ.
3 ¶ No. ibi, ſine filio maſculo. † quando vaſallus decedit ſine filio maſculo, id eſt ſine deſcendente maſculo, ſiue ſit filius, ſiue nepos, & ſic deinceps: c. j. §. & ſi clientulus, de ali. feu. ¶ No. tex. ibi, filia non
4 habet beneficium. † quòd ad filiam non pertinet feudum. Idque vidiſtis in c. j. §. hoc quoque notandum. ā. qui feu. da. poſſ. ¶ No. ibi, niſi à domino re-
5 dimat. † quòd ſi filia redemerit à domino feudum, pertinet ad filiã. Et duobus modis intelligitur hæc redẽptio: Vno modo, quia filia vaſalli honeſtè tũc ſeruiebat domino, non autem à domino redemerit.

rit. Et iſte eſt intellectus gloſſ. in cap. j. §. de benefi. fratris. aliàs, de feud. fratris. Et hunc intellectum ſequitur hic Iacob. de Bel. Secundo modo intelligitur, redemerit, ſcilicet medietatem precio, ſecūdum intellectum And. de Iſern. Et vterque intellectus eſt probabilis, ¶ No. ibi, propter ſeruitium &
6 amorem. ſingularem caſum, † in quo dominus ſi voluerit, poteſt inueſtire filiam vaſalli decedentis ſine maſculis, videlicet propter ſeruitium & amorem patris. Et intelligite, quòd redemerit filia precio à domino volente: quia nemo inuitus regulariter compellitur emere. l. nec emere. C. de iur. deliberan. cum ſimilib. ¶ Not. text, ibi, ex parentibus
7 ſuis. Nam hic videtur caſus eſſe, † quòd inuitis agnatis poſsit dominus inueſtire filiam in duobus
8 caſibus hic notatis. ¶ † Opp. fortiter contra iſtum tex. & imo videtur, quòd non poſsit dominus inueſtire filiā vaſalli prędecedentis ſine maſculis deſcendentibus in præiudicium agnatorum. Vnde oppo. de cap. j. §. de ſucce. feu. & de cap. j. §. de ali. feud. In præiudicium agnatorum non poteſt dominus inueſtire filiam, niſi conſentientibus agnatis. Solue ſecundum vnum intellectum: Hic nulli erant agnati: vel ſi erant, tacuerunt anno. cap. Titius. §. ſi de feud. fuer. controuer. Licet hic intellectus ſit verus in ſe, tamen non eſt de mente literæ propter text. in parentibus ſuis. tum, quia diuinat contra gloſſam l. filium quem habentem. ¶ Alius intellectus eſt, quòd hæc filia in duobus caſibus hic notatis fuit inueſtita viuente patre, & conſentiente: quo caſu valet, dum vixerit pater: cap. j. §. de ſuc. feud. poſt mortem autem patris pertinebit ad agnatos, vt in contrariis. Facit dict. cap. Titius. Sed hic intellectus facit contra iſtum text. licet ſit verus in ſe: quia mortuus. Item & ſecūdò, quia nedum in iſtis duobus caſibus hic in tex. ſed etiam in aliis caſibus cōſentiente patre poſſet dominus inueſtire dictam filiam: quæ inueſtitura durabit vſq;

ad vitam patris dictæ filiæ, poſtea ſuccederent agnati. d.c.j.& d.c. Titius. ¶ Alius eſt intellectus Iaco.de Bel. ꝙ hic loquitur etiam in feudo paterno: quo caſu mortuo vaſallo ſine maſculis deſcendentibus, poterit in præiudicium agnatorũ dominus inueſtire filiam prædefuncti vaſalli: contraria autem allegata loquuntur, quando in vita patris vult inueſtire filiam vaſalli. Ideo diuerſificatur, quia viuente vaſallo ſi fiat inueſtitura: fit præiudicium agnatis, propter ſpem dicti feudi: quia fortaſsis nó bene ſeruiret domino, vel alia faciet ex quibus feudum perueniet ad ipſos agnatos: quæ ratio ceſſat, quãdo fit inueſtitura poſt mortem vaſalli: quia tũc ceſſat ſpes, de qua ſuprá. Nec eſt nouũ, ꝙ poſt mortem vaſalli dominus poſsit inueſtire filiã ipſius vaſalli in duobus caſibus hîc notatis: quia fingitur retro nullum ius in illis caſibus habuiſſe agnatos acquiſitũ: arg.l. cùm ſolùm. §.fi.C.de bo. quæ lib. tũ, quia eſt ita natura feudi in iſtis duobus caſibus. Sed hic intellectus Iac.de Bel. qui fuit primo loco Pylei, non placuit Pe.de Ceruo, neque Andr. neq; Bal. Et contra hunc intellectũ facit, ꝙ amor patris non debet nocere agnatis: &, quia quod noſtrum eſt, non debet auferri ſine facto noſtro.l. ſicut. §.fi. ff.de noua. Ad idem, quod noſtrum. de regu.iu. Itẽ tertiò cótra hunc intellectum facit tex. ad literam in c.j.ꝟ.de ali.feu.paterni. quare nullatenus ſequerer hunc intellectũ Iacobi. ¶ Alius fuit intellectus Pe.de Ceruo, And.&Bal. quòd hic tex. loquitur in feudo nouo, quo caſu non ſuccedunt agnati: contraria verò loquuntur in feudo paterno ſiue antiquo: quo caſu ſuccedunt agnati. Et iſte intellectus videtur communior, vt dixi in tex.& ſequendus in iudiciis & conſiliis: cap.ne inuitare. extra de conſtitu. Tamen videtur de indubitabili. Cui enim dubium, quòd dominus ad quem peruenit feudum nouum, poteſt inueſtire quem velit? quia in re ſua, &c.l.in re. C.manda. niſi huic articulo reſpondeamus

deamus,quòd imo erat hoc dubium, quoniam videbatur iniquum in materia feudali, quòd dominus inueſtiat filiam vaſalli prædefuncti ſine maſculis deſcendentibus,cùm eſſent alij agnati,qui licet non ſuccedant in feudo nouo, tamen quia poſſunt meliùs iuuare dominum,quàm filia fœmina:cap.j. §.hoc quoque notandum. & ibi not.ſ.qui feu.dare poſſunt. deberent præferri agnati ipſi filiæ. In contrarium tamen hic determinat magiſter feud. Ecce ergo ratio dubitandi. Sed & ſecundò contra hunc communem intellectum videtur tex.in regula, & in exceptionibus. Nam ſi feudũ erat nouum reuerſum ad dominum,quia deceſſerat vaſallus ſine maſculis deſcendentibus:ergo dominus poterat inueſtire filiam vaſalli defuncti, nedum in iſtis duobus caſibus hìc in textu, ſed etiam extra iſtos duos caſus, quia in re ſua dominus eſt rex in veritate. Hoc eſt grande argumentum,niſi diceremus defendendo communem intellectum,quòd quando vaſallus decedit ſine aliis agnatis tranſuerſalibus, dominus non poteſt inueſtire filiam vaſalli defuncti, niſi in duobus caſibus hìc notatis: quia potius deberet inueſtire agnatos extra iſtos caſus. ¶Nec obſtat l.in re. alleg. quia reſpondeo ita eſſe naturam feudorum, vt potiùs inueſtiantur agnati in feudo nouo,quàm filia: quando vaſallus inueſtitus de feudo nouo, deceſsit ſine aliis deſcendentibus maſculis, niſi in duobus caſibus hic notatis. Et ſic reſultat mirabilis concluſio, quòd non poſſit dominus inueſtire filiam vaſalli inueſtiti de feudo nouo prædefuncti ſine maſculis deſcendentibus,exiſtentibus tamen agnatis collateralibus,niſi in duobus caſibus hìc notatis:argumen.l.prima. & ibi not. & l.j. §.permittitur. ff.de aqua quotidiana & æſtiuali.vbi autem non eſſent agnati prædefuncti vaſalli, tunc ſine dubio poſſet inueſtire filiam defuncti. Vel, ſi ab exordio vellet aliquis dare vnam rem in feudum fœminæ, bene

ne poſſet: vt ꝗ.de feud.fœmin. Niſi ita intelligamus communem intellectum, non video qualiter poſsit defenſari. ¶ Alius eſt intellectus Baldi: vt intelligatur, quando vaſallus recepit feud, pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis: quo caſu dominus poteſt præferre filiam agnatis. Aut enim intelligimus iſtum intellectum Bal. in feudo paterno, ſiue antiquo; & tunc iſte intellectus non eſt bonus: quia dominus non poteſt præiudicare agnatis in ſucceſſ.feud.c.j.ꝗ.de alien.feu.pater.Aut volumus intelligere Bal.in feudo nouo,& tūc dominus poteſt facere quicquid vult de feudo nouo ad ſe reuerſo,cùm vaſallus,id eſt inueſtitus de feudo nouo deceſſerit ſine maſculis deſcendentibus. l.in re.C.mand.cap.j.ꝗ.de ali.feu. & faciunt no.in procœmio huius operis, niſi reſtringamus intellectum Bald. ad duos caſus hic notatos in text. quia tunc cùm veniāt agnati,non ex natura feudi, cùm ſit nouū,in quo non ſuccedūt agnati: ſed veniunt ex quodam priuilegio:de quo in l.j.§.permittitur, de aqua quoti.& æſti. certè poterit dominus præferre filiam in duobus caſibus hic notatis,non autem indiſtinctè:vt dicit Bal. ¶ Vltimò ego intelligerem in ſtricta diſputatione iſtum text. prout iacet, videlicet quòd ſiue vaſallus inueſtitus ſit de feudo nouo, ſiue paterno ſiue antiquo, ſi deceſſerit ſine maſculis deſcendentibus relicta filia,dominus poteſt inueſtire filiam in duobus caſibus hic notatis. Præterea ſi redemerit feu. à domino rurſus propter ſeruitium & amorem patris, ſcilicet vaſalli prædefuncti. Nec obſtant allegata in contrarium:quia reſpondeo,quòd illa iura non loquūtur in duobus caſibus hic notatis. Et ſic iſte tex.limitat cap.j.ꝗ.de alien.feud.paterni.vbi ponitur regula, hic duæ fallentiæ. Nam regula eſt ibi, quòd dominus in præiudicium agnatorum non poteſt inueſtire filiam. Fallit in duobus caſibus hic notatis. Et ratio fallentiæ eſt cum propter redemptionem

hem feudi,tum propter ſeruitium & amorem patris. ¶Iudicãdo & conſulendo tenerem quòd hic tex.loquitur in feudo nouo:quam ſententiam amplexi ſunt hîc Pe.de Ceruo, Andre.& Bal.in c. j. ꝰ. de ſucceſ.feud. Et tenet Iaco. de Ardizone Veroneñ. in ſumma,de ſucce. feu. Odofre.ti. qui ſucce. po.in feu.Et ſic ſumus expediti etiã de gloſsis,&c. Martinus Laudenſis.

## Quibus modis feudum conſtitui poteſt. Titulus XXV.

¶Continuatur hoc modo:Suprà viſum eſt de initijs feudorum, qualitatibus, natura, & perſonis: nunc videndum reſtat,quibus modis feudum cõſtitui poſsit.Competenti igitur ordine ſubiicitur hæc Rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum ſine inueſtitura conſtitui non poteſt.*
2 *Inueſtitura duplex eſt: propria & abuſiua.*
3 *Sine inueſtitura abuſiua feudum conſtitui non poteſt.*
4 *Rectum feudum non conſtituitur, quanuis dominus iubeat ingredi poſſeßionẽ ſine inueſtitura.*
5 *Fallit,niſi qui ingreſſus eſt,præſcripſiſſet ſpatio 30. annorum.*
6 *Feudum conſtituitur non tantùm inueſtitura,ſed & ſucceßione & præſcriptione.*
7 *Feudum etiam ſimpliciter conceſſum,in dubio tranſit ad hæredes.*
8 *Ingreſſus in poſſeßionem rei feudalis etiam domino iubente factus,non conſtituit rectum feudum, niſi adſint pares curiæ.*

*Fallit*

*9 Fallit in feudo ita conceſſo à Papa vel Imperatore.*
*10 Fallit ſecundò, ſi dominus pares non habeat.*
*11 Fallit tertiò, ſi dominus in breui teſtato id iuſſerit.*

SCIENDVM EST FEVDVM. ¶ Diuiditur in duas. In prima ponitur dictum ſiue regula. In ſecunda declaratio regulæ. Secunda ibi, etiam ſi do. iubente.
1 Hoc dicit: ¶ †Feudum nõ poteſt
conſtitui ſine inueſtitura, etiam ſi iubente domino quis ingreſſus fuerit poſ. nomine feudi. Nam tale feudum non tranſit ad hæredes, licet duret in vita eius qui ingreſſus eſt poſ. nomine feudatarij. Ad hoc allega. vſque ad §. fi. ¶ Pro intelligẽtia ſciendũ
2 eſt, †quòd duplex eſt inueſtitura, ſ. propria & abuſiua. Nam inueſtitura propria eſt traditio poſſeſsionis rei feudalis: videlicet, quando dominus inducit vaſallum in poſſeſsionẽ rei feudalis: c. j. in prin. q̃. quid ſit inueſtitura. Abuſiua verò dicitur, quãdo
a per haſtam, [a] vel per aliud corporeum dominus inueſtit vaſallum ſuum: d. c. j. ſecundo reſponſo. ¶ His præmiſsis colligo notabilia. Et not. tex. ibi, ſine inueſtitura, &c. etiam propria, licet abuſiua in-
3 teruenit: d. c. j. q̃. quid ſit inueſtitura. †Nam nulli dubium eſt, quòd non acquiritur feudum ſine inueſtitura propria, vel abuſiua. c. ij. in fi. q̃. de feud. cog.
4 ¶ Not. ibi, iubente. †quòd quamuis dominus iubeat aliquem ingredi nomine feudi, tamen non acquiritur rectum feudum: quia licet ingreſſus poſſeſsionem teneat toto tempore vitæ ſuæ, nomine feudi: tamen non tranſit ad hæredes. Propterea non cenſetur rectum feudum, nec habere propriã
b naturã feudi. ¶ Limita [b] prædicta, niſi qui ingreſſus
5 fuiſſet poſſeſsionem, præſcripſiſſet ſpatio xxx. vel xl. an. c. ſi quis per xxx. ſ. ſi de feud. fu. contro. quia tunc tanquam rectum feudum tranſiret ad hæredem.

*a Adde D. Ia. in verbo, inueſtiuit talẽ. col. j. vbi ponit etiam, quid operetur inueſtitura abuſiua.*

*b Hãc opinionẽ, quòd in feudo præſcripto ſuccedãt hæredes, tenet D. Ia. in tra. feud. in verbo, ita quòd ipſi inueſtiti habeant. col. fi. de quo vide quæ latè ponit Alex. cõ. xv. vl. co. v. vo. in materia. Plenè Corſetus in c. in præſentia. de prob. verſ. adde, quòd ſubtiliter.*

6 dem. ¶Oppo. dicitur hîc in tex.†quòd feudum
non conſtituitur ſine inueſtitura: ſed contrà, quia
cõſtituatur ſucceſ. vnde oppo. de c.ij.ꝟ.de feu. cog.
Sol. Fatendum eſt contrarium, quòd aliquando
feudum acquiritur ſucceſsione. Nam feudum an-
tiquum ſine dubio acquiritur ſucceſsione, quin-
imo in feudis regulariter habet locum ſucceſsio:
§.cum verò Conradus.ſ.qui feu.dar.poſ.& c.j. de
ſuc.feud. Acquiritur igitur feudum inueſtitura &
ſucceſsione.d.c.ij. Item acquiritur pręſcriptione.
d.§.ſi quis per xxx. ¶In glo. quæ incipit, hoc capi-
7 tulo.ad fi.not.primò,†quòd quamuis feudum ſim-
pliciter concedatur alicui: quoniam non dicitur
a tibi & hæredibus tuis, in dubio tale feudum[a] etiam
tranſit ad hæredes.l.ſi pactum. ff. de proba. & d.§.
ſi verò Conradus. ¶Pro clariori intelligentia glo.
noſtræ oppo. contra tex. hoc modo: Nam vult tex.
hîc,†quòd licet præcedit inueſtitura abuſiua, &
poſtea dñs dicat, vade & ingredere, vel i in poſ.
rei de qua habes inueſtituram abuſiuam vel nullã:
non conſtituitur rectum feudum, & conſequenter
non tranſitoriũ ad hæredes. ¶Sed contrà, imò vi-
detur quòd conſtituitur rectum feudum & tranſi-
toriũ ad hæredes: quoniã ingreſſus poſſeſsionis iu
bẽte dño eſt acquiſitio poſſeſsiõis.l.j.§.ſi iuſſerim.
& l.ꝙ meo.ff.de acq.poſ.& l.ij.ff.eo tit. Si ergo eſt
acquiſita poſſeſsio, conſequens eſt, vt ſit inueſtitu-
ra. Igitur eſt conſtitutum feudum rectum median-
te inueſtitura, & ſic tranſit ad deſcendentes.c.ij.ꝟ.
de feu.cog.& d.§.cum verò Cõradus.cum ſi. Ergo
malè loquitur tex.noſter. Sol. Pe.de Ceruo, Iac. de
Bel.& Bal. quòd ſpeciale eſt in feudis propter ſo-
lennitatem feudalem, vt euitetur fraus: & ſic eſt
ſpeciale propter ſuſpicionem fraudis: ar. c.j.§. hoc
ita.ſ.de conten.inueſti. inter dominum & vaſ. ar.
leg. data. & leg. donatio. C. de dona. Nam facile
eſt huic ingredienti poſ. nomine feudi inuenire
teſtes viles & redemptos, ſecundum Bal. ¶Decla-
rate

a *Et iſtud dicit tenendũ cordi D. Bal. hîc & pro hoc cõſuluit Ale. conſi. xvij. v. vol. & cõſi. v. in prin. in eo. Et nũquid ille qui promittit aliquid pro ſe, intelligatur etiã promiſiſſe pro hæredibus ſuis, vide Ale. no. conſil. xiij. pe. col. v. vo. ſed latius in d. conſi. xvij. vlt. co. Latè Ale. in l. qui Romæ. §. duo fratres. xxxj. colum. ff. de verbo. obl.*

rate hac ſolutionem hoc modo: Aut enim dominus dixit, vade in poſſeſsionem talis rei, nomine feudi coram curia vel paribus curiæ. Et tunc quia hic ceſſat ſuſpicio propter præſentiam parium, vel curiæ: propterea conſtituitur rectum feudum, & tranſitorium ad hæredes: quia ceſſat ſuſpicio fraudis. Vbi autem ſine præſentia parium vel curiæ dixerit, vade in poſ. nomine feudi: non conſtituitur rectum feudum, nec tranſitorium ad hæredes propter ſuſpicionem fraudis. Nam hic cùm nõ ſint pares curiæ vel curia, præſumitur fraus fortaſſis, quòd vaſallus habet alios teſtes viles vel redemptos: & ſic ſunt intelligendi. ¶ Secundò. opp. Nam dicitur in tex. quòd non conſtituitur inueſtitura, nec feudum eſt rectum, quando dominus dixit, vade in poſſeſsionem nomine feudi. Alibi ad literam dicit text. quòd dicitur inueſtitura facta quando do. dixit, vade in poſ. nomine feudi: c.j. in prin. ꝟ. de conſue. rec. feu. Sol. And. quòd hoc c. ſit correctum per d.c. & dicit, quòd ita ſeruatur in regno. Sed hæc ſolutio nõ placet, quia iurium correctio eſt euitanda, in quantum ſit poſsibile. l.j. C. de inoffi. do. Ergo non eſt dicendum, quòd d. c.j. eſt correctum. ¶ Alex. ſol. quòd hoc c. loquitur in hærede extraneo: contrarium loquitur in hærede ſuo, in quo ſit continuatio poſſeſsionis. Sed hæc ſol. non eſt bona: quoniam nec in ſuo ſit continuatio poſſeſsionis ratione ſuitatis: l. cũ hæredes. de ac. po. l. cum miles. ff. ex qui cau. ma. & plenè not. in l. in ſuis. de lib. & poſth. Secundò nõ placet hæc opinio, quoniam cui dubium, quòd ſi feudum ſit nouum, non tranſmittitur ad hæredem extraneũ, puta collateralem? vt dixi in c.j. §. cùm verò Conradus. ꝯ. qui feud. da. poſ. ¶ Alia & tertia eſt ſol. Odofre. in ſumma in j. col. ſub rubrica, qualiter acquiritur feudum. quòd aut dominus dixit, vade in poſ. nomine feudi: & tunc non conſtituitur rectum feudũ, vt hic. Aliquádo & ſecundò dominus

dixit

dixit,vade in poſſ. & teneas nomine feudi: & tunc dicitur rectum feudum: vt in contrar. Hæc tertia ſol.non eſt bona,quia contra tex.ibi,etiam teneat. Secundò eſt contra text.d.c.j.ꝗ.de ſucceſſ. rec.feu. Ergo hæc tertia ſol. non eſt bona. ¶ Alia fuit & quarta ſol.Aut enim dominus tradit poſſ.& loquitur contrra.Aut dominus nõ tradit,ſed dixit,vade in poſſ.&c.Et ita loquitur tex.noſter. Hæc quarta ſol.non eſt bona: quia eſt contra tex.d.c.j.in contra. allegati, ibi, vade. Erant enim eadem verba, prout ibi. Ergo hæc quarta ſolutio non eſt bona. ¶Quinta fuit ſol. Pe.de Ceruo, Ia.de Bel.& Bald. hic, quam etiam ſenſit gloſſ. in prima ſolutione in d.c.j.ꝗ.de conſue.rect.feu. Aut enim dom.dixit in præſentia parium vel curiæ,vade in poſſeſ.nomine feudi,& tunc conſtituitur rectum feudum & tranſitorium ad hæredes, & ita loquitur contrarium. Aut dominus dixit ſine pręſentia curię vel parium, vade in poſſ.nomine feudi, & tunc non conſtituitur rectum feudum, id eſt quod non tranſit ad hæredes, etiamſi eſſet filius. Et iſta videtur communior. Et reperio hanc ſententiam tenuiſſe Iaco.de Ardizo.in prima rubrica in verbo,merito.in quinto folio.Sed hęc ſo.quamuis cenſeatur cõmunior, nõ videtur vera: Primò,quia eſt diuinatiua ad tex. contra gloſſ.l.filium quem habentem. Quis enim dixit Pe.Bal. & ſequacibus, quòd hîc dominus dixit,vade in poſſ.non coram paribus? Secundò per tex.in c.j.in ver.quia in ratione ſui.ꝗ.de conſu. rec. feu.vbi tex.punctualiter reddit hanc rationẽ: quia nomine & iuſſu domini eſt ingreſſus poſſeſsionem: propterea cenſetur vt inueſtitus. Hæc quidem ratio eſt generalis: ſiue corã paribus curiæ,ſiue non: quando dominus dixit,vade in poſſ. Ergo generaliter eſt intelligendus:d.c.j.cũ ratio ſit generalis.l. ſcire oportet. §.ſed & maximè. ff.de excu.tuto. Et no.Dy.in c.fi.de reg.iu.li.vj.& Bar.in l.non ſolùm. C.de legi.Ergo non videtur bona ſo. ¶Quare pu-

tarem aliá eſſe ſol. Nam in contrario bene dicitur, quòd ſi dominus dixerit, vade in poſ.&c. habetur pro inueſtitura: nõ tamen dicitur, quòd tranſit ad hęredes. Fateor igitur, quòd erit feudũ, vt ibi, ſed non erit rectum feudum, id eſt tráſitorium, vt hic. Et hác ſol. ſenſit gl. in d.c. in vltima ſolutione. Non tamen recederem in iudiciis à ſententia Pęt. Iac. de
9 Bel. Ardi. c. ne inuitare. de conſti. ¶ †Limitabitis tamen ſol. communem eſſe veram, niſi dñs eſſet Imperator, Papa, vel alius princeps: puta, rex qui habeat iura imperialia: quoniam etiam ſine præſentia pariũ ſi dixerit, vade in poſ. nomine feudi, &c. conſtituitur rectum feudum tranſitorium ad hæredes: quia præſentia Imperatoris vel Papæ ſupplet oẽm ſolennitatem. l. omnem. C. de teſta. Facit l. pe. C. de do. inter virum & vxorem. Propterea inquit And. de Iſern. quòd Fredericus Imperator concedebat feuda ſine inueſtitura abuſiua. ¶ Secundò limita
10 bitis ſo. communem eſſe veram, † quando dominus haberet pares curię: tũc ſi dominus dixerit, vade in poſ. nomine feudi, conſtituitur feudum: c. j. pe.
11 reſponſo. ꝟ. de conſue. rec. feu. ¶ †Vltimò limitabitis communem ſententiam, ſi dominus in breui teſtato dixiſſet illa verba, vade in poſſeſsionẽ feu. &c. Ratio, quia parificantur pares curiæ vel breue teſtatum. c. j. poſt prin. ꝟ. quid ſit inueſtitura. & fuit de mẽte Bal. in c. j. ꝟ. de conſue. rec. feu. ¶ Ex prædictis habetis has concluſiones ſecundũ com. opi. quòd licet præcedat inueſtitura abuſiua, tamen iſta verba, vade, &c. prolata non in præſentia parium vel curiæ non inducunt inueſtituram propriam, neq; rectum feudum propter ſolennitatem feudorum. Et vt euitetur ſuſpicio fraudis, fallit in caſibus de quibus ſ. ¶ Alia concluſio. Si in præſentia curiæ vel parium dixerit dominus, vade, &c. cõſtituitur rectum feudũ & tráſitorium ad hęredes: quia ceſſat ſuſpicio fraudis: d. c. j. ꝟ. de conſue. rec. feu. ¶ Vltimò opp. contra iſtum tex. & videtur, quòd ſi fuerit in

rit in poſ.vaſal.ſciente domino per annum, acquiritur feudum: vnde oppo. de §. ſi autem aliquis.ꝑ. tit.j.Sol. Aut enim vaſallus ſtetit in poſ.per annum ſciente dominó,& allegat ſe vel patrem ſuum fuiſſe inueſtitum,& ita iurat,& loquitur cõtrarium. Aut non ſtetit per annum: vel etiamſi ſtetit, non tamen allegat ſe inueſtitum. Et loquitur tex.noſter.Bald. dicit quòd poſſet intelligi tex.noſter,quando poſſeſsio rei erat vacans. Nam titulum habebat à domino: ſed non poſſeſsionem. l.Celſus.ff. de vſuca. ſed iſte intellectus eſt diuinatiuus, & eum non ſequitur ipſemet Bald.&c.

## SVMMARIVM.

*Clericus ſi aliquem de alieno beneficio inueſtierit, & moriatur antequam feudum ſibi aperiatur, inueſtitura exinanitur.*

2 *Id intellige de inueſtitura de re eccleſiaſtica: ſecus enim in inueſtitura de re propria.*

§. SI DOMINVS QVI INVESTIVIT. ¶Diuiditur in duas partes. In prima, dictum. In ſecunda dictum extendit ad omnes clericos. Secunda ibi, generaliter. Hoc dicit: ¶ †Si
1 clericus inueſtierit aliquem de alieno beneficio, & moriatur dominus antequam accipiat feudum, annihillatur inueſtitura, & ſucceſſor non tenetur adimplere dictam inueſtituram. ¶Nota ibi,& antè moriatur.ſubaudi,ſ.dominus. ¶No.ibi, quàm vaſallus poſſeſsionem feudi nãciſcatur, antequam aperiatur feudum domino. Et de materia huius capituli dixi in c.j.§.qui ſucceſſ.ten.Intellige text.
2 noſtrum, † quando clericus facit inueſtituram de eccleſiaſtica re: ſecus, ſi de propria, ſecundum Baldum & Andream.

# Si de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oratur.

## Titulus XXVI.

¶Continuatur hoc modo ſecundum Iacobum de Bellouiſu: Suprà viſum eſt de contentione feudi, non plenè: nunc videndum eſt de contentione feudi plené. Propterea ſubiicitur hæc rubrica, ſi de inueſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur.

## SVMMARIVM.

1 *Summa huius §. ponitur.*
2 *Probationibus deficientibus in contentione de inueſtitura, iuramentum poſſeſſori defertur.*
3 *Facultas probandi per iuramentum, tranſit ad ſucceſſores.*
4 *Probatio per iuramentum iam facta, an ad hæredes tranſeat.*
5 *Teſtium ſacramento ſtatur, ſi hi interfuerint.*
6 *Pares curiæ ſunt, qui ab eodem domino feudum tenent.*
7 *Teſtis recuſans deponere, à populo compellitur.*
8 *Teſtis præmium recipientis in cauſa feudali teſtimonium valet.*
9 *Populo non cogente teſtes, cauſæ cognitio ad Imperatorem defertur.*
10 *Vaſallus qui ſe ad Imperatorem iturum promiſit, vſq; ad annum in poſſeßione permanet: ſi verò non venerit, iuramentum domino defertur.*
11 *Extranei teſtes ad probandum nouam inueſtituram neceſſa*

*neceßarij ſunt. Fallit, ſi non commodè haberi queāt, vel nulli omnino ſint.*

12 *Veritatem qui celat, nocere deſiderat.*

13 *Magiſtratus ſi ſit negligens, gradatim recurſus eſt habendus ad ſuperiorem.*

14 *Imperator non poteſt deponi à populo* Romano.

15 *Poſſeſſori vaſallo onus probandi incumbit, cū quid pro domino facit.*

16 *Prælatus vel clericus, an poßit inueſtire agnatos.*

SI INTER DOMINVM. ¶Diuiditur in tres. In prima ponitur, quando fiet probatio, ſi ſit contentio inter dominum laycum & vaſallum. In ſecunda ponitur contumacia vaſalli. In tertia & vltima, qualiter fit probatio, ſi ſit contentio inter dominum clericum & vaſallum de inueſtitura. Secunda ibi. ſi verò ad regem non iuerit. Tertia ibi, hæc omnia & in clericorum perſonis. Iterum prima ſubdiuiditur in duas. In prima loquitur, quando deficiunt probationes. In ſecunda, quando adſunt probationes. Secunda ibi, ſi
1 verò teſtes interfuerint. Hoc dicit: ¶†Si controuerſia fuerit inter dominum & vaſallum de inueſtitura, deficientibus probationibus defertur iuramentum poſſeſſori. Si verò interfuerint teſtes, fiet probatio per eos, qui ſi recuſauerint dicere veritatem, compellantur à Comite, Imperatore, vel populo: qui Imperator decidet caſum, & interim vaſallus poſsidebit per annum: Quo vaſallo non veniente, & interim ſic exiſtente contumace, tum deciditur ſacramento domini. Nec prædicta oīa habebunt locū in perſonis clericorum, quia ibi in probatione oēs teſtes pariter admittuntur, ſiue ſint pares, ſiue extranei. Hoc dicit vſque ad d.c.ſe-

quens. ¶Nota ibi, probari non poterit. ſubaudi,nullo modo,vel non plenè, ſecundum Baldum.
2 ¶Nota ibi, poſſeſſoris ſacramento. † quòd ſi ſit contentio de inueſtitura inter dominum & vaſallum, deficientibus probationibus defertur iuramentum poſſeſſori. Sed hoc ita, ſi iudici videatur ſecundum ſcripta in §. ſacramentum.ĵ. de conſuet. recti feud. ¶ Nota ibi, in eorum ſucceſſoribus.
3 †quòd ſpecies probandi per iuramẽtum tranſit ad ſucceſſores: quod intellige, quando ſucceſſores
a ſunt plenè informati de veritate, [a] aliàs ſecus: arg. l.generaliter.§in princip. C.de re.cre. & iureiuran.
4 ſecundum Baldum. ¶ Nota,†quòd ſi poſſeſſor iuràſſet, tunc hæc probatio iam facta tranſiret ad hæredes, ſecundum Baldum, qui allegat notata in ca. parochiano.de ſepul.& videbitis anno futuro in l. admonendi. ff. de iureiurand. ¶Nota ibi, ſi verè
5 teſtes. † quòd ſi teſtes interfuerint,& vaſallus eos ad teſtimonium vocauerit, ſtabitur ſacramento & d. teſtimonio: ſubaudi, niſi probaretur contrarium.l.j.& ibi per Iac.Bu.C. de re iudic.ſecundum Bald.hic. ¶Nota ibi, teſtes verò ſi ſint.eſſe caſum
6 notabilem, † quòd dicantur pares curiæ, qui tenent feudum ab eodem domino. ¶Nota ibi,quòd ſi tẽpore inueſtituræ non fuerint pares curiæ,etiam extranei teſtes ſunt admittendi. ¶ Nota text. ibi,
7 à comite vel à populo. † quòd ſi teſtes recuſauerunt deponere & dicere veritatem, coguntur à comite vel à populo. ¶ Et nota hic eſſe caſum valde
8 de notabilem in verbo, præmio. † quòd ſi teſtis
b recipit præmium, [b] ne dicat teſtimonium in cauſa feudali, & poſtea compellitur dicere teſtimonium,valet eius dictum: quod eſt mirabile. ¶No.
9 ibi, his enim. † quòd comite vel populo non cogente teſtes, vaſallus vel ipſe, vel nũcio miſſo cum domino ibit ad Regem ſiue Imperatorem qui coget teſtes, & coram eo terminabitur quæſtio. Et quod iudicabitur ab Imperatore,obſeruabit̃ pro l.

¶No.

*a Et an facultas probãdi per iuramẽtum trãſeat ad ſucceſſores, vide latè Alexã.& Ia.in l. pen. §. hoc autẽ. ff.ne quis eũ qui in ius voc. Et an tranſeãt cõtra hæredes, D.Iaſ.in l.ſi quando. ante pen.col.C. vnde vi.textus & ibi gl.in l.generaliter. in in princ. in verbo,principali. C.de re. credi.*

*b Teſtimoniũ propter præmium receptum, quando valeat?*

10 ¶No.tex.in verſi. ſi autem ſe venturum.† quòd ſi vaſallus promiſerit ſe venturum ad Imperatorem ſiue ad regem,interim poſsidebit: ſi verò intra dictum annum ad regem non venerit, vel non miſerit, in eius contumaciam ſtatur ſacramento domini,niſi iam teſtes depoſuerint pro vaſallo,& defertur iuramentum domino ſine præſentia & citatione vaſalli propter eius contumaciam, [a] ſecundum Bal. ¶No.ibi,hæc omnia.& ibi, clericorum.quòd quæ dicta ſunt, habent locum in perſonis clericorum,niſi quo ad perſonas.Nam in clericorũ feudis æqualiter recipiuntur pares, & extranei teſtes.Ratio eſt in text.ibi,hoc ideo.quia clerici ſæpe faciũt inueſtituras abſconditas.¶In gloſſ.j.ad fi.pro clariori intelligentia opp.contra iſtum tex.hoc ordine: Nam dicitur hîc in tex. †quòd ſi tempore inueſtituræ affuerunt plures etiam extranei, non ſunt admittendi.Sed contrá:nam ad probãdam nouam inueſtiturã, etiamſi abfuerint pares, nõ admittuntur extranei, quinimo pares curiæ ſunt expectãdi. ¶Vnde oppo.de cap.ſciendum.ʒ.de conſuetu.rec. feud. Sol. Fatendum eſt contrarium,quòd hîc loquitur de inueſtitura noua, & quòd expectandi ſunt pares curiæ.dicto cap.ſciendum.¶Nec obſt. iſte tex.in verbo, abfuerint. quia reſpondeo ſecundum gloſſam j. ſi nullo modo fuerint pares curiæ, admittuntur extranei teſtes. Vel aliter ſecundum Iacobum de Bel.ibi, abfuerint.id eſt abſentes fuerint, qui pares commodè haberi nõ poſſunt:puta, quia ſunt in longinquis partibus:cap.j.quot teſtes ſunt neceſſarij ad probãdum inueſtituram nouam. niſi in ſubſidium:quãdo nullo modo ſint pares curiæ,vel commodè haberi nõ poſſunt. Vel tertiò, ſi dominus noluerit cogere pares curiæ,admittũtur extranei teſtes.c.j.§.j.ʒ.quid ſit inueſt. Sol.Iaco.de

11

12 Bel.qui ita ſol.illud contrar. ¶No.ex fi.gl.†quòd qui veritatem celat,nocere deſiderat. ¶In gl.quæ

13 incipit,ſed iſtud notãdum.ad fi.no.primò, †quòd

*a Iuramẽtum quando defertur actori ſine præſentia & citatione propter contumaciam?*

quando magiſtratus eſt negligens,gradatim eſt habendus recurſus ad ſuperiorem,etiam citra remedium appella.ſecundum Bal. Ergo in caſu capituli noſtri primò requiritur dominus feudi,ſiue curia. Secundò communes:puta,plures prouinciæ.Tertiò populus.Quartò Imperator. ¶Secundò nota.
14 prima fronte videri gl. † quòd populus Romanus poſsit deponere Imperatorem,ſed inſpecta mente gloſſatoris, gl.dicit totum contrà:quia imo eſt maior toto populo [a] Romano: quia poteſtas populi Romani tranſlata eſt in Imperatorem.l.j. ff.de conſtit.princ.Ergo hodie populus Romanus non poſſet priuare Imperatorem, ſecundum Bart. in l.non ambigitur.ff.de legib. ¶In gl.& eſt mirabile.ad fi. ſoluite, quòd tex. noſter loquitur quo ad præſentandum, non autem loquitur de inſtantia:quia inſtantiæ cauſæ principalis durant triennio.l.properandum. C. de iudic. contrarium autem loquitur in cauſa appellationis. Dicite vt dixi plenè in d.§. ſancimus.¶In glo.per totum annum.ad fi.vt rectè
15 intelligamus gl.dicitur hîc in tex. † ꝙ poſsidenti vaſallo incumbit onus probandi. Sed contrà de l. fi.de rei vend.de l.actor.C.de probat.Sol.Hîc aliquid faciebat pro domino, & ſic erat præſumptio pro domino:propterea incumbit onus probãdi vaſallo poſsidenti,vt no.in §.ſacramentum.ꝟ.de conſue.rect.feu.ſecundum Iacobum de Bel. ¶In gloſ.
16 fi.ad fin.De hoc art.†an clericus vel prælatus poſſit inueſtire agnatos vel cognatos de feudo, dixi in c.j.ꝟ.qui ſuc.teneantur.& not.Iac.de Bel. in c.j. ꝟ.qui feud.da.poſſ. ¶Extra gloſſ.oppo.contra tex. ibi, à comite. & imo videtur, quòd dominus debeat cogere.Text.dicit,quòd comes vel populus. Vnde opp.de c.j.ꝟ.quid ſit inueſt.Sol.Dominus primò cogere debet pares curiæ,ſed extraneos dominus cogere non poteſt. Propterea recurritur ad comitem,vel ad præſidem prouinciæ,vt hîc in tex. Et ſecundum hanc ſol.debet gloſſari tex.ibi, qui etiã. ſcilicet

a Imperator an poſsit deponi à populo Romano?

ſcilicet, qui extranei. Vel aliter poteſt ſolui ſecundum Iac. de Bel. qui dicit in d.c.j. determinatur hic vt ſi dominus habeat iuriſdictionem generalem in loco in quo ſunt extranei teſtes, nedum poſsit cogere pares curiæ, ſed etiã extraneos teſtes, vt hic. Et ſecũdum hanc regulam debes gloſſare text. ibi, qui etiam. ſiue ſint pares curiæ ſiue extranei. Et intelligitur text. ibi, à comite. ſcilicet à domino feudi, ſecundum hanc ſol. ¶ Secundò extra gl. oppo. dicitur hic in tex. in ver. ſi verò ad regem. quòd licet vaſallus poſsideat, tamen defertur iuramẽtum domino. Sed contrà, ꝰ. eod. cap. in princ. vbi defertur iuramentum poſſeſſori, ergo debet deferri poſſidenti vaſallo, non autem domino non poſsidẽti. Sol. Aut poſsidens non eſt contumax, & defertur iuramentum poſsidenti: vt hic in princ. Aut poſsidens eſt contumax, & tunc defertur domino in odium contumacis: d. ver. ſi verò ad regem. Vel aliter, in princ. huius capituli nihil faciebat pro actore contra poſsidentem, quia non erat aliqua præſumptio contra poſsidentem: ſed in verſ. ſi verò ad regem. aliquid faciebat pro actore contra poſsidẽtem: quia erat aliqua præſumptio contra poſsidentem, ſecundum Iacob. de Bel.

## SVMMARIVM.

1 *Summa §.*

2 *Domino poßidente rem de qua eſt contentio inter ipſum & vaſallũ, actor per duos pares curiæ probare debet, ſe vel patrem inueſtitum.*

3 *Actore non probante per duos teſtes, iuramentum domino defertur cum duodecim ſacramentalibus.*

4 *Domino nolente iurare, iuſiurandum actori defertur.*

5 *Vaſallo poßidente, ei iuramentum defertur, dũmodo poſſederit patiente atque ſciente domino.*

6 *Duo teſtes ſufficiunt deponentes de eſſentia & veritate, duodecim de credulitate.*

7 *Filij tam domini quàm vaſalli iuramenta præſtare coguntur: ſed non pariformiter.*

8 *Duo teſtes regulariter in feudo ſufficiunt.*

9 *Domeſticæ perſonæ in cauſa feudali in ſubſidium admittuntur.*

10 *Domino recuſanti iurare, terminus iurandi à iudice præfigitur.*

11 *Termino ad iurandum dato elapſo, mora à domino purgari poteſt.*

12 *Sacramentum, non eſt probatio.*

13 *Patientia an habeatur pro conſenſu, remiſſiuè.*

§. SI QVIS SE VEL PATREM. ¶Diuiditur in duas. In prima, quādo dominus poſsidet & vaſallus eſt actor. In ſecunda econtrà, quando vaſallus poſsidet, & dominus eſt actor. Secunda ibi, ſi autē aliquis. Hoc dicit: ¶ †Orta quęſtione inueſtituræ inter domi. & vaſal. ſi actor vaſ. poſsidet, & non probauerit ſaltē per duos teſtes, defertur iuramentum actori cum duodecim ſacramentalibus domino: qui dominus ſi iurare noluerit, defertur iuramentū actori cū duodecim ſacramentalibus: qui ſi iurare noluerit, abſoluitur reus conuentus, & iuramentum defertur tam principalibus perſonis quàm eorum deſcendentibus. Si verò vaſallus poſsideat, defertur iuramentum vaſallo, dummodo poſſederit per annum ſciente & patiente domino. Ad hoc alleg. ¶Not. textū ibi, per duos pares. † ſi dominus poſsidet rem de qua eſt contentio inter actorem vaſallum & dominum: quia actor prætendit ſe vel patrem ſuum inueſtitum, dominus poſsidens negat inueſtituram: certè actor debet per duos pares curiæ probare, & ſi ibi non adſint, debet probarę per alios teſtes. Facit c.

j. §.

j.§.ſi verò.ꝟ.quid ſit inueſt. ¶Not.ibi, vtrùm velit
3 iurare.† quòd ſi actor non probauerit per duos teſtes, certè defertur iuramentum domino poſsidenti cum duodecim ſacramẽtalibus, qui dicentur iurare de credulitate & conſcientia ſua, & nõ eſt ne-
a ceſſe, quòd reddant rationem [a] per ſenſum corporeum, ſecundum Baldum hic, quod eſt ſingulare: & dixi vobis in cap.j.ꝟ.de controuer.inueſt.inter do-
4 mi.& vaſ. ¶No.ibi, ſi iurare noluerit. † quòd ſi dominus noluerit iurare, actor iurabit cũ duodecim ſacramentalibus. ¶Not.ibi, qui conuenitur. quòd ſi ipſe actor noluerit iurare, reus eſt abſoluendus. ¶No.ibi, hæc ſacramenta ſunt præſtanda à filiis actoris, vel rei, vel ab ipſis principalibus ſi viuant.
5 ¶No.in verſi.ſi autem.† quòd ſi vaſallus poſsideat exiſtente controuerſia inueſtituræ, defertur iuramentum poſsidenti vaſallo, dummodo poſſederit per annũ ſciente & patiente domino. Nam ſi ignorante domino poſſederit vel minus anno, non defertur iuramentum poſsidenti. Et materiam huius capituli primi, dixi in cap.j.§.j.ꝟ.de feud.guard. & etiam tangitur in cap.j. de inueſtitura. ¶Oppo. contra iſtum textum hoc ordine: Nam in princip.text.noſtri dicitur, quòd duo teſtes ſufficiunt: & poſtea in ſequentibus, quòd requiruntur duo-
6 decim teſtes. Reſpondeo, † quòd dum in princip.tex.dicitur, quòd ſufficiunt duo teſtes, intelligitur, quando deponunt de eſſentia, & de veritate rei: ſed vbi teſtes deponunt de credulitate ac conſcientia, requirũtur duodecim. Et ita intelligitur tex.in ſequentibus. ¶Secundò opp.cõtra tex. hoc modo: Nam dicitur in verſic.hæc ſacramenta.
7 † quòd filij tam domini, quàm vaſalli debent præſtare hæc ſacramẽta. ¶Sed contrà, quòd non debeant præſtari pariformiter hæc ſacramenta. Vnde oppo.de c.ſacramentum. §.ſi à iudice.ꝟ.de conſue.rect.feud.& de §.fin.ꝟ.de notis feudorum. Sed fatẽdum eſt cõtrà: vt hic tex. noſter diſtinguatur, per

a *Et quòd non teneantur reddere rationem per ſenſum corporeũ, &c. vide no. per Dom.Iaſ.in §.ſed iſte. pe.col.Inſti. de act. vbi multũ hoc commendat ad dictũ teſtis, qui non poteſt teſtificari ſecũdũ conſcientiã. Vide D. Alexan.ſuo cõſ. cxxxij. pen. col. v.vol.*

per iura contraria videlicet:Nam filij domini non
iurant de veritate,ſed de conſcientia & credulita-
te,ſed filij vaſalli debent iurare de veritate. Et eſt
ratio differentiæ ſecundum Iaco. de Bel. quoniam
filij domini tractant de damno, ſed filij vaſalli de
lucro.Et non eſt eadem ratio damni & lucri.l.fina.
C.de codic.l.fi.§.licentia.C.de iure delib. ¶Item
opp. Nam dicitur hic in fi.quòd vaſallus poſsidēs
iurat ſine duodecim ſacramentalibus,ſed in princ.
text.dicitur contrá:quia dominus poſsidens iurat
cum duodecim ſacramentalibus.Sol.Dicite vt di-
xi in c.j.ſ̃.de contro.inueſt. & in c.j.§.j.ſ̃.de feud.
8 guar.¶In glo.ibi,hic verò.ad fi.no.†quòd regula-
riter in feudis ſufficiunt duo teſtes, quamuis aga-
tur de maximo feudo.Tene menti.¶In gloſ.quod
9 autem.ad fi.no.hanc glo.in fi.quæ ſentit,†quòd in
cauſa feudali in ſubſidium admittuntur domeſti-
cæ perſonæ. Tamen intelligo,dūmodo ſit talis do
meſticitas,quę omnino nō repellat.l.omnino.& l.
parentes.& in l.etiam. C.eod.tit. ¶In gl.quid er-
10 go.ibi,electio.no.ex gl.†quòd ſi dominus non iu-
rauerit,nec recuſauerit iurare,iudex ſtatuet termi
num intra quem iuret,& elapſo termino iurabit a-
11 ctor.¶In fi.gl.no.†quòd elapſo termino dato do-
mino,antequam actor iuret,poterit dominus pur-
gare moram,& iurare:quod eſt notabile.¶In glo.
12 nimirum.ad fi.no.hic gl.†quòd ſacramentum non
a eſt[a] probatio.¶In glo.quæ incipit,hic ſumitur.ad
fi.magnā not.gl.quę examinat viam brocardicam,
13 †an patiētia habeatur pro conſenſu,an confeſsio-
b ne? [b] De quo per Bar.in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.in
l.quæ enim.ff.rem ratam hab.

*a Vide Alexā. plenè in l. ait pretor. §. dato. ff. de iureiu. Et dicitur iuramentū, ſummaria probatio Bart. in l.is à quo. ff. vt in poſ. leg. & dicitur iuramētum, legitima probatio. D.Iaſ.in l.fi. §.licentia.in ij.no. C.de iu.del. Et iuramentum accipitur aliquā. do pro veritate. Gl.iij. ponit exemplū in l.pe. C.de fideiuſſo. Eſt tamē vnus caſus, vbi iuramētum eſt plena probatio, etiā in cauſa criminali, quē posuit Ange.in §.oportet.in authē.vt iud.ſine quo. ſuffrag.Refert Iaſ.in l.vnica.iij.not.C.vt omnes iudi.tam ciui.quàm crimi.Et quando & qualiter admittatur probatio per iuramentum,vide Alex.ſuo conſi.lxxj.incip. videretur.in j.vol.col.fi.*

*b Et an & quando patientia habeatur pro conſenſu, plura Barb.ſuo conſi.vj. in v.col.j.volum.*

De

# De feudo dato in uicem legis commiſſoriæ reprobando. Titulus XXVII.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt, qualiter olim feudum conſtituatur: verùm quia aliquã do feudum datur ſub pacto l. commiſſoriæ, propterea competenti ordine ſubiicitur Rubrica de feu. da. in vi. l. cõmiſſoriæ. ¶Et circa hanc Rubricã quærit Bal. an dominus pleno iure poſsit obligare feudum, vel vſum fructum formalem feudi? Reſpondet Bal. remittendo ſe ad notata in leg. j. C. de pig. da.

## SVMMARIVM.

*Summa principij ponitur.*
*Feudum non poteſt conſtitui ſub pacto legis commiſſoriæ.*
3 *Feuda hodie acquiruntur prætextu pecuniæ.*
4 *Pacto legis commiſſoriæ cum fideiuſsione facto, an res feudalis efficiatur.*
5 *Pactum legis commiſſoriæ confirmatur, ſi creditor xxx. annis poſſederit.*
6 *Iuri offerendi an præſcribatur.*
7 *Pactum legis commiſſoriæ valet, ſi creditor ius dominij impetret.*

SI QVIS OBLIGAVERIT.
1 ¶†Feudum datum ſub pacto l. cõ miſſoriæ non valet, quia feudum magis honore & amore domini dandum eſt, quàm pecunia. Hoc
a d.a ¶No. ibi, & eam pro feud. ha
2 bebat. †quòd feudum non poteſt conſtitui ſub pacto leg. commiſſoriæ. Ratio eſt in text. quia feudum non ſub prætextu pecuniæ, ſed ſub honore

a *Ad materiã iſtius capituli vide omnino Ale. con. xxviij. in v. vol.*

& amore domini dandum eſt.¶Oppo.cōtra hanc
rationem tex.de c.j.ā.de benefi. fratris,vbi etiam
pecunia quæritur. Sol. Illud quod hic dicitur,eſt
regula in d.c.j.& in c.j.ā.de natura feu. & in c.j. §.
fi.ā.qui feu.da. poſ.¶In gl.quę incipit,hic dicitur
expreſſum.ibi,pro parte illa.glo.rectè ſoluit hanc
quæſtionem, quia pro parte pro qua datur pecu-
nia,non valet feudum.¶In ea.glo. ibi acquirũtur.
3 ſignate gl.†quòd hodie prętextu pecuniæ[a] acqui-
a runtur multa feuda. ¶In fi. glo. not. quia format
4 q. †quid ſi fiat pactum l.commiſſoriæ cum fideiuſ-
ſione,an res efficiatur feudalis?Et glo. noſtra vide
tur inclinarę,quòd nō.& ita tenet Iac.de Bel. ¶In
glo.illud intelligen.ibi,aut creditore.no. glo.quę
5 videtur limitare text. noſtrum ,† vt procedat, niſi
creditor poſſederit ſpacio xxx. an. vel interuerſa
6 fuerit poſ.c.fi.ĵ.eo.¶Sed maximum dubiũ eſt , †an
b iuri offerendi præſcribatur:[b] de quo per Cyn. in
l.cum notiſsimi.C.de prǽſcri.xxx.vel xl. an. & per
Bar.in l.pignori. ff. de vſuca. & per Bal.in rub. de
prǽſcri.in Decretalibus.¶In ea. glo. ad fi. no. ali-
7 am limitationem,† vt text. noſter procedat, niſi
creditor impetrauit ius dominij : leg.fi. C.de iu.
do.impe.& Bal.hic plura ponit in materia fœne-
raticia, quæ omitto : quia non tangunt materiam
feudorum.

a *Et an feudũ poſſit acquiri pecunia, Do. Franc. Cur. in tra. feud.x. cha. ij. par. verſ. v.principaliter quæro. D.Ia.in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iurã. col.xv. ver. itẽ quæro de q.quotidiana. Vbi examinat, an pro inueſtitura debeat ſolui laudemium domino.*

b *An & quãdo iuri offerẽdi præſcribatur,ponit Fely. latè in c.cum acceſſiſſent.in xj. col.in ver.limitaij.de cõſtitu.D. Iaſ. in l. ſi mater.col.fi. C. de inſti & ſub.Et quòd ea quæ ſunt facultatis, nõ tranſmit...*

## SVMMARIVM.

1 *Summa §.*
2 *Placentini dicunt valere inueſtituram factam de alieno feudo,conſentiente primo vaſallo.*
3 *Mediolanenſes contrarium ſequuntur,quòd valeat, ſiue ſciente ſiue ignorante primo vaſallo.*
4 *Pactum de futura ſucceſſione propter imminens periculum, non valet.*

Non

5 *Non auditur, cuius non intereſt.*

6 *Quando in lege reperiuntur duæ opiniones, vltima opinio dicitur firmata ab auctore.*

7 *Quod non nocet tibi & alteri prodeſt, de facili concedendum eſt.*

8 *Inueſtitura facta de feudo incertæ perſonæ, tenet: ſecus de feudo certæ perſonæ.*

9 *Inueſtitura de feudo alieno purè concepta, nõ valet: ſecus, ſi in diem vel ſub conditione.*

10 *Feudum de re aliena valet, & tenet in præiudicium concedentis.*

*tũtur ad hæredes: tex. in l. apud Iulianum. § ſi quis alicui. de legat. j. plenè D. Fely. vbi ſuprà.*

§. SI QVIS INVESTIERIT. ¶ †Si quis inueſtierit aliquem de beneficio ſui militis, ſecũdum Pla. non valet inueſtitura, niſi conſentiente eo cuius eſt feudum de quo tractatur: ſed ſecundum Mediolanen. & Cremonenſes valet, dummodo non ſit pręſens ille cuius eſt feudum: puta, ſi deceſſerit ſine hęrede. Ad hoc allegatur. ¶ No. ibi,
2 ſi quis inueſtierit aliquem. ibi, Placentini. †quia dicunt valere inueſtituram factam de feudo primi vaſ. ſi conſentiat primus vaſallus, aliàs non valet. ¶ No. ibi, Mediola. & Cremon. Et in cõtrariã ſen-
3 tentiam Placentinorum, †quòd imo valet inueſtitura ſecunda de beneficio primi vaſ. ſine conſentiente primo vaſallo, ſiue non, dummodo non noceat primo vaſallo: puta, ſi deceſſerit primus vaſ. ſine hærede maſculo. Vidiſtis aduerſantes ſententias, quia Placentini tenent nõ valere inueſtiturã, ſed Medio. & Cremon. tenent contrà. Videamus
4 quę ſit verior ſentẽtia. Pro Pla. facit talis rõ: †Nã pactum de futura ſucceſsione propter imminens periculum non valet: l. ſi. C. de pact. & not. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. ob. ergo nõ valet inueſtitura cõcepta poſt mortẽ primi vaſ. ¶ In contrar. quòd imo valeat talis inueſtitura,

quia

5 †quia non ſolent audiri, quorum non intereſt:l.j. in prin.ff.de ap.reci.& per Bal.in l. pater filium. ff. de inoffi.te.Ergo ſi non interſit primi vaſalli, valebit ſecunda inueſtitura. ¶Vos tenebitis ſenten-
6 tiam Medio. & Cremon. Primò,†quoniam quando in lege ponuntur duæ opi. vltima opi. dici-
a tur firmata ab auctore:[a]vt no.in l.bona fides.& ibi Bar.ff.depo. Eodem modo dicimus de opinione Doc.quia vltima opi.cenſetur Doctorũ,in dubio: auth.ex teſtimonio.& ibi nòt.Bal. C. de colla. Sed hic magiſter feudorum ponit vltimam opinionem Mediolanen.& Cremon.Ergo deciſio eſt tenenda.
7 Secũdò,†quòd non nocet tibi & alteri prodeſt,de facili concedendum eſt.l.j.§.denique.de aqua plu. arc. & not.in l.ij.ſol.ma.Ergo ſecunda inueſtitura quę non nocet primo vaſallo,debet valere.¶Non ob.ar. de futura ſucceſsione, &c. quia reſpondeo tex.noſtrum eſſe intelligendum ſecundũ Mediol. quando non fit inueſtitura de beneficio certæ perſonæ, ſed in genere:leg. iij. §. de illo. ff. pro ſol.
8 puta,†ſi dominus inueſtierit aliquem hoc modo: Inueſtio te de primo feudo quod aperietur mihi, cũ dominus haberet plura feuda & vaſallos : ſecus autem,ſi fieret inueſtitura de feudo certę perſonę. Nam tunc non valeret,ne inſidietur vitæ alterius: d.l.fi.C. de pac. ¶Et ita poteſt ſaluari opi. Pla. vt non valeat inueſtitura de feudo certæ perſonæ,niſi ipſa certa perſona conſentiat.De materia huius ca.vidiſtis in c.j.ſ.qui ſucceſſ.ten. & videbitis aliqua in c.moribus.ꝗ.de feu.fœ.Et not quòd cautio de qua loquitur gloſſa,non eſt ſufficiens ad tollendum maleuolum animum inſidiandi vitæ alicuius. §.nouiſsimi.Inſti.de ſuſpe.tu.ſecundum Bal.& Iac.
9 de Bel.Secundò poteſt ſaluari opi.Pla.† vt non valeat inueſtitura,ſi ſit purè concepta:ſecus, ſi in diẽ vel ſub conditione:d.c.j.ſ.qui ſuc.te. ¶In gl. quę incipit,intelligo.ad fi.De hac gl.videbimus in d.c. moribus.¶Not. tamen ex glo.quòd feudum de re aliena

*a Hanc regulam limita tribus modis, vt per D.Iaſ.in l.ſi idem cũ eodẽ.§.ſi vna.ff.de iu.om.iudi. Aliquibus modis limitat Fel.in c.j.vlti. col. de cõſtit. Idẽ Iaſ.in l.ſi tibi co.fi.ff.ſi cer.pet.*

aliena valet & tenet in præiudicium concedentis: arg.l.rem alienam.de contrahē. empt. & vidiſtis in c.j.de inueſti.de re ali. facta,&c.

## De vſu Mediolanenſium ſecundum quoſdam. Tit. XXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Summa principij.*

2 *Longum tempus intelligitur 30. annorum.*

3 *Dominus ſi pignori obligauerit rem militi, quam is tanquam feudalem per xxx.annos poſſedit, iuramentem filio militis defertur.*

*Filius militis ſi iurare noluerit, iuramentum filio domini defertur.*

5 *Filius domini ſi recuſauerit iurare, cogitur filium militis inueſtire.*

6 *Poßidens feudum per xxx.annos bona fide, id præſcribit.*

7 *Iuramentum defertur filio militis, ſi res xxx. annis poſſeſſa ſit, niſi tamen præſcriptio interrupta ſit.*

8 *Præſcriptio qualiter interrumpatur, remißiuè.*

QVIDAM OBLIGAVERAT. ¶ Aliqui habent talem Rubricam: videlicet de vſu Mediolanenſium: ſed contrà. Hæc Rub.diuiditur in quatuor. In prima ponitur thema, vel quæſtio. In ſecunda reſponſio, quando defertur iuramentū vaſalli filio. In tertia, quando defertur iuramentum filio domini. In quarta, quando filius non recuſat iurare. Secunda incipit ibi, vnde viri prudentes. Tertia ibi, ſi autem ipſe. Quarta ibi,

1 qui ſi ita.Hoc d.in ſumma: ¶†Filio vaſalli dicēti de re pignorata inueſtiturā feudalem factā, qui poſſederit dictam rem per xxx.an.defertur iuramentum cum xij.ſacramentalibus,ſecundū formam hic traditam: qui ſi iurare recuſauerit,defertur iuramentum filio domini:qui ſi iurare noluerit,cogitur inueſtituram facere filio vaſalli. Ad hoc allegatur.
2 ¶Not.ibi, longum tempus.† ſcilicet per ſpacium xxx.an.vt ī.in tex. ¶No.ibi,in electione filij mili-
3 tis,id eſt vaſalli. †quòd ſi dominus pignori obligārit militi ſuo terram,deinde receſsit dominus relicto filio, & iam elapſi ſunt xxx. anni nulla facta interruptione,quibus xxx.ann. poſſeſſa eſt dicta terra,quam filius militis dicit eſſe feudalem:certè defertur iuramentum filio militis cum xij. ſacramentalibus, id eſt cum duodecim teſtibus iurantibu. de credulitate & conſcientia ſua.Qui dicantur ſacramentales,dixi in c.fi.ſ.ti. proxi. ¶ Nota ibi, i
4 autem. † quòd ſi filius militis recuſauerit iurare, defertur iuramentum filio domini cum xij.ſacra-
5 mentalibus. ¶No.ibi,qui ſi ita,†quòd ſi filius domini recuſauerit iurare, cogitur ipſe filius domini inueſtire filium militis. ¶In gloſſ.quæ incipit, hic notabitis.in c.ſi quis per xxx.an.hác.gl. intelligite
6 ſanè, †dummodo poſsidens poſsideat bona fide: aliàs non præſcriberet feu.c.fi.de præſcri. ¶In ea. gl.ſi quis empt.gl.rectè loquitur. De quo tantum dixi plenè in authen.niſi.C.de bo.ma. ¶In ea.glo. ad fi.no.gl.quæ videtur conſtituere differentiā inter filium militis & filium domini : quia filius militis iurat de certa perſona, ſed filius domini de incerta perſona.Iac de Bel.ait,quòd effectu nulla eſt differentia inter iuramentum filij domini & filij militis : vt apparet ex tex.in patrē.& eſt tex.in de-
7 functū militem. ¶ Itē no.† ꝙ licet tex.dicat,quòd ſi res data pignori poſſeſſa fuerit per xxx.an.deferē iuramētum filio militis : limitandus tamen erit hic textus,niſi interrupta ſit præſcriptio: ar.c.j.& ij.ſ. tit.

tit.proxi.& quia probationes non ſunt anguſtádę: l.quoniam. C. de hæreti. l. teſti. C.de teſti. cum ſi. propterea ſi velit filius domini probare conteſtationem eſſe factá militi vel filio militis,& ſic interruptam præſcriptionem: certè non defertur ſacramentum filio militis.
8 ¶† Et qualiter interrumpatur præſcriptió,plenè no.in l.ſicut. & in l.cum notiſsimi.C.de præſcrip.xxx. vel xl.ann. & per Bart. in l.fi.ff.de eo,per quem fac.e.& per Doc.in l. fi.de edict.di. Adri. tol. Reliqua quæ pertinēt ad hoc c.proſequor in c.ſi quis per xxx.ann.§.ſi de feud. fuerit contr.

# AVREA AC PERVTILIS LECTVRA CLARIſSIMI ac iuris interpretis cõſummatiſsimi, D. MARTINI de CARATIS LAVDEN. in lucroſiſsimo, & præ cæteris practicabili opere FEVDORVM, Vnà cum dictis Modern. PAPIEN. & THAVRIN. congruis locis breuiter inſertis, per modum repertorij, ac aliis additionibus, ad vtilitatem ſtudentium.

## LIBER SECVNDVS.

### De feudi cognitione. Titulus I.

¶ Hìc incipit ſecundus liber feudorum, cùm totum opus in tres libros diuidatur, vt dixi in procœmio huius libri. ¶ Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt de multiplici iure feudorum: nunc videndum reſtat, quo iure cauſæ feudales decidãtur. Propterea competenti ordine ſubiicitur Rubrica de Feu. cogni.

### SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij.*
2 *Obertus de Orto auctoritatem legis condendæ non habuit, ſed conſuetudines feudales recollegit.*
3 *Conſuetudines feudales ſunt generales, licet aliquando inferatur conſuetudo localis.*
4 *Cauſæ generaliter quomodo decidantur.*
5 *Varij ſunt mores & conſuetudines prouinciarum.*

Contro

6 *Cõtrouerſiæ feudales decidũtur cõſuetudine feudali.*

7 *Conſuetudo mala quæ potiùs corruptela appellatur, non eſt obſeruanda.*

8 *Controuerſiæ feudales quo ordine ſint examinandæ & decidendæ.*

9 *Tenor inueſtituræ primò eſt inſpiciendus.*

10 *Conſuetudo ſpecialis loci & curiæ, eſt ſecundò obſeruanda.*

11 *Tertiò recurritur ad generales conſuetudines feudorum.*

12 *Quartò ad leges* Romanas *recurritur.*

13 *Quatuor his deficientibus, peruenitur ad ſimile conſuetudinis feudalis, vel legis.*

*Vbi ſimile conſuetudinis vel legis non inuenitur, tunc proceditur ad argumenta.*

15 *Simile conſuetudinis, an vincat legem ſcriptam.*

16 *Lex ſcripta magis attenditur, quàm ſimile conſuetudinis.*

17 *Simile conſuetudinis feudalis magis attenditur, quàm ſimile legis.*

OBERTVS DE ORTO, ANSELMO. ¶Diuiditur in duas. In prima, prooœmium. In ſecunda, ſtatutum. Secũda ibi, iudicio æterni. ¶Et nota: Aliter diuiditur in duas. In prima ponit, qualiter cauſę generaliter: & in ſecũda, qualiter cauſæ feudales decidantur, vel dirimantur. Secunda ibi, vſum tamen feudi. Hoc d.

1 ¶†Generaliter cauſæ deciduntur, aut iure Ro. aut ll. Lombardorum, aut conſuetudine: ſed cauſæ feu

dales deciduntur conſuetudine feudali: qua deficiente, deciduntur l.ſcripta. Ad hoc allegatur vſq;
2 ad c.aliàs ſciendum. ¶Nota ibi, Obertus. †quòd Obertus de Orto fuit auctor huius operis, & probatur in ſumma quæ incipit, nam ſecundum Andream hîc. Neque enim Obertus habebat auctoritatem l. condendæ: ſed recollegit in hoc volumine
3 conſuetudines feudales, † quæ quidem ſunt generales & ligant omnes, vt dixi in procemio huius operis, licet aliquando in hoc libro inſeratur conſuetudo localis: arg. ĵ.tit.j.de matrimonio ad morga. contrac. & in c.j. ĵ.quot teſtes ſint neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram. ¶Nota ibi, iu-
4 re Rom. † quòd cauſæ generaliter deciduntur aut iure Rom. aut iure Lombardo, aut conſuetudine[a], vel ſtatutis locorũ: &, quæ conſuetudines in iudiciis ſint obſeruandæ, plenè per Bartolum, Baldum & Ang. in leg. cunctos populos. C. de ſum.tri. & fi. catho. & per Bart. Alberic. & Bal. in l. de quibus. ff.
5 de legib. ¶Nota ibi, quæ cum ſint variæ. † quòd varij ſunt mores & cõſuetudines ciuitatum & prouinciarum. Nam vnaquæque prouincia abundat in ſuo ſenſu: lx.di. vtinam. ¶No. ibi, in iudicio.
6 † Controuerſię feudales deciduntur cõſuetudine feudali. Vbi autem non ſit conſuetudo decidens, recurrimus ad l.ſcriptam, & ſic ad ius commune.
7 ¶In gl.j.ad fi.not.† ꝙ mala cõſuetudo quæ potiùs corruptela appellatur, non eſt obſeruanda: extra in c.cum decorem. de vit. & ho.cle. Nam bona & rationabilis eſt conſuetudo feudorum, vt facta inueſtitura, cogatur dominus tradere poſ.rei feudalis vaſallo: c.ſi facta. infrà, ſi de feud. fuerit contro. quia graue eſt fidem fallere. l. j. in princip. de conſtitut. pec. ¶In gloſſa fin. ad fi. Iacob. de Belloniſu colligit ex gloſſa, quòd vbi emergit caſus feudalis, primò recurrimus ad conſuetudinem feudalem: quæ ſi non reperiatur decidens in terminis dictum caſum, recurritur tunc ad ſimile conſuetudinis

[a] *Vide plenè de iſta materia per Fely. in c. ius. j. diſt. col. j. cũ duabus ſeq.*

dinis:quòd ſi illud non reperiatur,tũc recurrimus ad l.ſcriptam. Vbi autem non reperiatur conſuetu do,nec ſimile,nec l.ſcripta Romana decidẽs in ter minis dictũ caſum,recurrimus ad arg.leg.ſiue con ſuetudinis:arg.l.hic cauſam.ff.de teſti.& c.in prę-
8 ſentia.extra, de renũ.Vult ergo Iac.de Bel.†quòd ſimile conſuetudinis præferatur legi ſcriptę:cuius dictum ĩ.reprobabo.¶Quare pro pleniori doctri-na cùm quęritur,qualiter cauſæ feudales decidan-
9 tur,†dicendum eſt primò inſpiciendum eſſe tenorem inueſtituræ, qui derogat conſuetudini & iuri feudali:c.j.ĩ.de duob.fra.de no.ben.inueſti.ibi,niſi facta fuerit inueſt.eadem lege.Et dixi in proœmio huius operis: quia primò ſunt attendẽda pacta appoſita inueſtiturę.l.j.§.ſi cõuenitur.ff.depo.& no. in l.ſemper in ſtipulatione.de re.iu.Secundò,†vbi non reperiũtur pacta, recurrimus ad ſpecialẽ con-ſuetudinem loci & curię domini.l.de quibus.ff.de
11 legi.Tertiò,†vbi non reperitur pactum,vel ſpecia lis conſuetudo loci,recurrimus ad conſuetudines
12 generales feudorum ſcriptas in hoc opere. † Vbi autem non reperitur pactum,nec conſuetudo ſpecialis,nec cõſuetudo feudalis,neq; cõſuetudo generalis feudorum decidens caſum emergẽtem,recurrimus ad leg.Roma. & ſic ad ius cõmune: vt in
13 tex.noſtro hìc.†Vbi autem neque l.ſcripta reperitur, tunc recurrimus ad ſimile conſuetudinis feu-
14 dalis,vel ſimile legis:l.non poſſunt.ff.de legi.†Vbi poſtremò non reperitur nec ſimile l.nec ſimile cõſuetudinis feudalis,tunc procedimus ad argumen ta hac glo.Facit l.qui filium.§.Sabinus.ad Treb.&
15 no.in l.Aemilius.ff.de mino. ¶†Hic dixit Iaco.de Bel.quòd primò attendimus ſimile conſuetudinis feudalis,quàm l.ſcriptam:cuius opi.reprobat Fulgo.in dicta l.de quibus.inducendo hoc modo:Nã ſimile conſuetudinis alicuius loci vincit conſuetu dinem Roman.quæ conſuetudo vincit l.ſcriptam. Ergo ſimile conſuetudinis vincit l.ſcriptam. quo-

niam ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te. l.de acceſsionibus.ff.de diuer.& tempo.præſcrip. Secundò per l.ſiue.C.de bon.quæ liber. vbi ſimile l.vincit l.ſcriptam. Ergo quoque ſimile conſuetudinis: cùm par ſit virtus.l.& conſuetudinis.d.l.de quibus.¶Vltimò dicitur eſſe caſus in l.j.C.quę ſit longa conſuet. Ego verò puto contrà, ſententiam communiorem eſſe veriorem, videlicet quòd ſimile conſuetudinis, non vincit l.ſcriptam: quinimo magis attendamus l.ſcriptam, quam conſuetudinis ſimilę. Primò eſt caſus de hoc in ca.noſtro, vbi ſi conſuetudo nõ decidit in terminis caſum emergentem, attendimus l.ſcriptam, id eſt ius commune. Secũdò, quia in rebus claris non eſt locus conie&uris.l.continuus.§.cùm ita.de verborum obli. Sed ſi reperiamus l.ſcriptam decidentem caſum in terminis emergentem, non debemus ire per ſuffr gia ſimilitudinis. Tertiò ad idem facit: quia in dubio ſtamus iuri communi:l.ſi extraneus. ff.de cõd. ob cauſam. l.commodiſsimè.ff. de liber.& poſthu. vbi caſus omiſſus, relinquitur diſpoſitio iuris cõmunis.¶Non obſt.arg.primò de l.de quibus.quia non eſt verum, quòd tex.ibi dicat, quòd ſimile cõſuetudinis vincat conſuetudinem generalem: ſed bene dicit, quòd ſimile cõſuetudinis ſpecialis, vincit conſuetudinem ſpecialem Romanorum, quæ viget Romæ ſpecialiter. Nam ſpecialis conſuetudo ciuitatis Romanæ non corrigit l.ſcriptam generaliter, ſed duntaxat derogat legi generali, quo ad ciuitatem Romanam; argumen.l.derogare. ff.de verborum ſignific.& not.in l.virtus.ff.de loc.& in dicta l.de quibus.¶Non obſt.ſecundum arg.de l.ſiue. quia ibi l. ſcripta nõn erat caſus emergens in terminis deciſus, aliàs fruſtra ponerentur illa verba. Vel aliter: Reſpondeo, quòd Imperator benignè procedit, non cum puncto rationis, vt patet ibi, benignus.¶Non obſt.argu.vltimum de l.ſiue. quia reſpondeo: Aut loquimur de ratione conſuetudinis

tudinis, & tunc fateor, quòd vbicunque habet locum ratio conſuetudinis, habet locum conſuetudo, quia tunc ratio conſuetudinis vincit l. ſcriptá. ¶ Contrà, caſus eſt not. in cap. j. an mu. aut aliàs im perfectus. & eſt ratio in promptu, quia ratio conſuetudinis eſt ipſa conſuetudo, prout ratio legis, eſt ipſa lex. l. qui teſtamento. §. mulier. de teſtam. l. is ſolus. de reuocan. don. & ita loquitur l. j. quæ ſit long. conſuetud. nos autem non loquimur de ratione conſuetudinis, ſed de ſimili conſuetudinis. Et pro prædictis facit gloſſ. in authent. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſ. & not. Bar. in l. ſi conſtante. in princ. ſolu. matrimon. & quod no. Angel. in l. precium. C. de app. Ex prædictis habetis conclusionem, † quòd in caſu decidendo etiam in feudis, magis attendimus l. ſcriptam loquenté in terminis: quàm ſimile cóſuetudinis, & ſimile legis feudalis. † Cæteris paribus, attendimus in materia cóſuetudinis & in feudis, magis ſimile cóſuetudinis, quàm ſimile legis: quia in habentibus ſymbolú facilis eſt tranſitus. l. ſi acceptilatam. ff. de accept. & no. in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. & traditur plenè in dicta l. de quibus. Ex prædictis habetis concluſionem in materia feudali, quòd vbi reperitur ſimile legis & ſimile conſuetudinis feudalis, magis attendimus ſimile conſuetudinis feudalis, quàm legis.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum in quibus rebus conſiſtat.*

2 *Feudum in rebus mobilibus non conſiſtit.*

3 *Feudum in tribus conſiſtit.*

4 *Feudum acquiritur, vel ſucceßione, vel inueſtitura.*

5 *Fructus pendentes poſſunt dari in feudum.*

6 *Panes ciuiles computantur inter immobilia.*

7 *Actiones an computentur inter mobilia vel immobilia.*
8 *Nomina debitorum, an in feudum dari poßint.*
9 *Directa actio habetur loco directi dominij in nominibus creditorum.*
10 *Feudum de camera, quid ſit.*
11 *Feudum de caneua, quid ſit.*
12 *Natura feudi de camera.*
13 *Si nihil ſit in camera, non opus eſt dari vaſallo in feudo de camera.*
14 *Dominus in feudo de camera non tenetur, niſi deducto ære alieno.*
15 *Feudum de camera ſi tribus vicibus ſolutum ſit, in dubio pro vaſallo præſumitur.*
16 *Feudum de camera ad hæredes tranſit, ſi id actum ſit.*
17 *Iuramentum, probatio propriè non eſt.*
18 *Suitas habet etiam locum in feudis.*
19 *Feudum ſucceßione acquiritur ab inteſtato, non ex teſtamento.*
20 *Inueſtitura feudi antiqui, propriè non eſt inueſtitura, ſed veteris inueſtituræ confirmatio.*
21 *Bona mobilia licet ſeparatim in feudum dari nequeant, tamen dantur cum re immobili.*

§. SCIENDVM EST AVTEM FEVDVM. ¶Diuiditur in duas. In prima dicitur, in quibus rebus conſiſtat feudū. In ſecunda, qualiter acquiritur. Secunda ibi, ac feudum.
1 Hoc dicit: ¶† Feudum conſiſtit in rebus ſoli, vel cohærentibus ſolo, vel in his quæ inter immobilia computantur: &, Feudum non poteſt acquiri, niſi ſucceſsione vel inueſtitura. Hoc dicit. ¶Not. ibi, non

2 non niſi. † quòd in rebus mobilibus non conſiſtit feudum. Nam non poſſum dare in feudum vnum
3 equum, quia res mobilis. ¶Item not. † quòd feudum conſiſtit in tribus: primò, in re immobili: ſecundò, in re cohærente ſolo: tertiò, in his quæ inter immobilia computantur. Exemplum eſt
4 in text. ¶Not. ibi, ac feudum. † neminem poſſe acquirere feudum, niſi duobus modis: vno modo ſucceſsione, alio modo inueſtitura. ¶In gloſſ. quæ incipit, veluti. ad finem. not. gloſſ. quæ vult,
5 † quòd fructus pendentes poſſunt dari in feudum: puta, qui naſcentur ex tali fundo. Poſſumus etiam exemplificare in aſcriptitiis glebæ. l. litibus. & l. ſcimus. C. de agricol. & cenſi. l. longè. ff. de diuerſis & temporalib. præſcriptio. ¶Ecce aliud exemplum in l. Iulianus. §. final. ff. de action. emp. ¶In gloſſ. & ſunt. ibi, §. præterea. † Nam paces ciuiles dicuntur annui reditus. Poſſunt ergo dari in feudum: quia computantur inter immobilia. ¶In fin. gloſſ. dicite, quòd Bartolus in l. ſi conuenerit. la ij. & ibi dicam ff. de pignoratitia actione. & l. quarum. §. penultimo. ff. de pact.
7 tenet, † quòd non ſunt mobilia, ſed quòd ſit tertia ſpecies: quod dictum Barto. putate eſſe verum ſecundum Bald. quando ſumus in diſpoſitione hominis: ſecus, quando in diſpoſitione legis. Nam tunc, vbi iuris diſpoſitio non eſt ſeparata, ſecundum ſubiectum iudicatur mobilis vel immobilis actio. l. j. C. ſi aduerſus tranſact. Et videtur gloſſ. iij. §. vt eius lis. in authentica, de non alien. Exemplum: Actio datur ad rem mobilem: puta, equum, bouem, & cẽſetur actio mobilis. Si autem datur actio ad rem immobilem: puta, ad prædium, dicitur actio immobilis. Sed ſi diſpoſitio iuris eſt ſeparata à ſubiecto, actio non dicitur mobilis, vel immobilis. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica. ¶Sed quo ad propoſitum noſtrum feudorum, di-
8 cite ſecundum Andr. de Iſer. † quòd in nominibus

debi-

debitorum poteſt cõſtitui feudum, dummodo nomina debitorum ſint perpetua, non annalia: puta, ſi debitor meus debeat annuatim centum aureos mihi: certè in hoc nomine debitoris conſtitui poterit feudum, ſed ſi nomẽ debitoris non eſſet perpetuum: puta, Titius debet centum ex cauſa mutui, tunc non conſiſtit feudum in nomine debitoris: argu. c. j. in fi. ꝟ. quib. cau. feu. amit. ¶ Sed contra
9 hanc doctrinam And. opp. & imo videtur, † quòd in nominibus etiam annuis non conſiſtit feudum, quia in feudo requiritur dominium directũ reſpectu domini, & dominium vtile reſpectu vaſalli. ca. j. ꝟ. de inueſt. de re alie. fact. & dixi vobis in procemio huius operis in definitione feudi. Sed in nominibus etiam annuis non eſt dominium directũ, nec vtile. l. ſi. ff. quorum bonorum. & not. in l. ſi certis annis. Sol. Loco directi dominij dominus habet directam actionem, & loco vtilis dominij vaſallus habet vtilem actionem: argument. not. in l. j. C. de action. & obligation. Et hæc ſol. eſt de mente Bald. in procemio huius operis. ¶ In gloſſ. melius
10 dixiſſet. ad finem. quæro, † quid ſit feudum de camera? Reſpondeo, quando pecunia & theſaurus conſeruatur in camera. Nam ponamus ſubditum præſtare omni anno centum aureos cameræ principis, & princeps reinueſtiuit de illis centum aureis: certè dicitur feudum de camera. Ecce exemplum, Princeps vel ciuitas habet vectigalia, dat tibi vnum vectigal: puta, datium mercantiæ in feudum: certè dicetur eſſe feudum de camera.
11 ¶ Quæro, † quid ſit feudum de caneua? Reſpondeo, quando datur vinum vel bladum, vel aliud comeſtibile de caneua principis vel alterius domini omni anno. Exemplum, ponamus ſubditum ſoluere centum menſuras vini vel bladi caneuæ principis, qui princeps dedit tibi in feudum dictas centum menſuras vini annui: certè dicetur
12 feudum de caneua. ¶ Quæramus nũc, † quæ
eſt

eſt natura huiuſmodi feudi de cámera vel caneua? Reſpódeo,eſt ad inſtar vſusfru.quia finitur morte, ſecundum Ia.de Bel.§.finitur. Inſti.de vſufr. c.j.§. fi.ꝟ.quis dicatur dux vel comes vel marchio.Ex hoc dicto Ia.de Bel.poteſtis inferre, quòd ſi princeps det tibi in feudum reditum vnius vectigalis: puta,datium mercantiæ:certè te mortuo finitur feudum.¶Limitabitis hoc dictum Iac.verum, niſi tenor inueſtituræ faciat mentionem de hæredibus: ar.c.j.ꝟ.de duo.fra.à capi.inueſti.qui tenor inueſtituræ derogat naturæ feudi:vt dixi in procœmio hu

13 ius operis.¶Item & ſecundò:†Natura feudi de caneua,eſt vt ſi nihil ſit in camera vel caneua, non ſit opus dare vaſallo:ſed debet vaſallus expectare, donec ſit in caneua vel camera:c.j. in prin. ꝟ. de notis feu.ſecundum Iac.de Bel.hîc. ¶Ex quo dicto Iac. infertur:Si princeps infeudauerit tibi vnum vectigal:puta,datium mercantiæ, ſi nihil collectum ſit, vel fuerit aliquibus annis ex dicto datio, nō tenebitur dominus,qui non fuit in dolo neque in cul-

14 pa.¶Item & tertiò:†Eſt natura feudi de camera vel caneua, vt non teneatur dominus vaſallo,niſi deducto ære alieno,ne egeat dominus:c.j.vbi tex. in fi. ꝟ.de notis feudorum.Exemplum,Do. inueſtiuit te de feudo de camera vel caneua, ſuperuenerunt domino tot creditores,vt neceſſe habeat ſoluere eis:certè deducetur æs alienum,& ne ipſe dominus egeat,& ſi aliquid ſupererit,pręſtabitur tūc vaſallo,qui habet feudum de camera vel de caneua:ſi autem nihil ſupererit,nihil præſtabitur vaſal-

15 lo.¶Item & quartò:†Eſt natura feudi de camera vel de caneua,vt ſi duabus vel tribus vicibus ſoluatur vaſallo: puta,vinum,pecunia:in dubio pro vaſallo præſumatur:vt infrà tit.ſequenti in §. ſi verò vaſallus.arg. C.de fideicom.l.j. &c. Ex hoc probatur inueſtitura de camera vel de caneua: vt vidiſtis in c.j.§.ſi vero.ꝟ.titul.proxi.¶In glo. intelligo.

16 ibi, ſciendum eſt. Iac. de Bel. tenet contrá:†quòd imo

imo feudum tranſit ad hęredes.Bal. ſoluit vtrum-
que:Aut actum eſt vt tranſeat ad hæredes, & tran-
ſit ad hæredes.Ita intellige Iac.de Bel.aliàs loqui-
tur glo.dicite,vt in c.j.ā.qui.mo.feud.¶Ad fi.glo.
17 not. hîc eſſe glo. †quòd iuramentum non eſt pro-
priè probatio:de qua glo. poteſtis inferre ad ſta-
tuta loquentia de probatione, vt non loquitur de
probatione cum iuramento:ar.l.iij.§.hæc verba.ff.
18 de neg.ge.¶In glo.fi.ad fi.Signate glo. †quòd ma
teria ſuitatis habet etiam locum in feudis, & vide-
bitis vnum bonum verbum in c. j.ī. an ag. vel fi-
19 lius.¶Limitabitis hāc gl.& tex.†vt ſucceſsione ac
quiratur feudū ab inteſtato,nō ex teſtamēto,ſecū-
dum Iac.de Bel.Ratio, quia non valet teſtamentū
in feudis:c.j.ī.de ſuc.feu.Nam quando legis proui
dentia ſucceſſores habent feudum,etiam exhære
datus ſuccedit, ſecundum And. hic. Sed obſtat &
20 videtur,†quòd nunquā ſola ſucceſsiōe acquiratur
feudum:quinimo requiratur inueſtitura. Ecce, nā
ſi filius vel alius ſuccedit in feudum,certè tenetur
intra annum & diem petere inueſtituram:c.j.& ibi
dixi,ſ.quo temp.mi. Ergo nō ſola ſucceſsione,ſed
etiam requiritur inueſtitura.Sol.Quādo loquimur
in feudo antiquo & paterno,quādo filius vel alius
ſuccedit in feudo, & tunc inueſtitura quę petitur
à domino intra annum,eſt confirmatio inueſtiturę
antea factę:non autem requiritur inueſtitura,vt fi-
lius vel alius ſuccedens in feudum mittatur in poſ.
rei feudalis.Ergo non eſt inueſtitura propria : c.j.
.ī.ti.prox.& dixi in c.j.ū.per quos fiat inueſti.quod
patet,quia dominium tranſfertur in filium vel ſuc-
cedentē in feudum ante celebratam inueſtituram
à domino in vaſallum intra diem & annum.l. cohæ
redes.in prin. ff. de acqui.poſ. ſed in feudo nouo
bene requiritur inueſtitura ad hoc, vt acquiratur
dominium & poſſeſsio : d.c.j.in tit. proxi. & tunc
inueſtitura non ſucipitur per confirmationem,ſed
propriè pro inueſtitura, ſecūdum And. de Iſernia
hîc

hîc. ¶Et not.glo.in §.aliud.ĵ.de prohi.feu.ali.quæ vult, quòd dominus cogatur præſtare poſſeſsiones vaſallo,ex quibus percipiat feudum de camera vel de caneua : ar.c.j.ĵ.de notis feud. Quam glo. intellige ſanè veram,quando dominus habet in camera vel in caneua. Et iſto modo defenditur glo. ab impugnatione Iac.de Bel. hîc. ¶Vltimò pone: Dominus dedit feudum cum animalibus in feudũ, reperiuntur aliqua animalia mortua vel deteriorata:quæritur,an hæredes vaſalli teneantur ad æſtimationem animalium mortuorum?Bal.hîc conclu dit,quòd ſic:ar.l.j.& ij.ff. de vſufru. ea. re.quę vſu
21 conſumuntur. ¶Ex quo dicto Bal. not. †quòd licet bona mobilia non poſsint dari in feudum per ſe, & ſeparatim : vt hîc in tex. noſtro : tamen poſſunt dari vnà cum immobili re:ar.l. ſi quando.C. de bo.vacan.Et eſt etiam de mente Iaco.de Belui. et hîc.

## Quid ſit inueſtitura.
## Titulus II.

¶Continuatur ad pręcedentia hoc ordine:Viſum eſt,qualiter inueſtitura acquiritur feudum, nunc videndum eſt,quid ſit inueſtitura.

## SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura duplex eſt:propia & abuſiua.*
2 *Inueſtitura in feudis propriè nihil aliud eſt, quàm poſſeſsio rei feudalis.*
3 *Inueſtitura abuſiua,quid ſit.*
4 *Traditio haſtæ vel alterius rei corporeæ non conſtituit inueſtituram, niſi dominus dicat ſe facere inueſtituram.*

*Verba*

5 *Verba non ſunt de ſubſtantia formali inueſtituræ.*

6 *Inueſtitura feudalis debet fieri ſaltem coram duobus paribus curiæ.*

7 *Inueſtitura abuſiua non dat ius in re, ſed ad rem.*

8 *Inueſtitura abuſiua licet non transferat dominium, tamen dat licentiam accipiendi poſſeſsionem propria auctoritate.*

9 *Inueſtitura realis, cauſa eſt vt transferatur vtile dominium in vaſallum.*

10 *Inueſtitura coram paribus fieri debet ne excogitentur fraudes.*

11 *Breue teſtatum etiamſi non fiat coram paribus curiæ, valet.*

12 *Inueſtitura vtraque, an ſit neceſſaria in feudis.*

13 *Traditio nuda poſſeſsionis ſine titulo, non præſtat ius in re, neque transfert dominium.*

14 *Pares curiæ an ſint neceſſarij ad vtramque inueſtituram.*

15 *Pares curiæ requiruntur ad falſitatem euitandam.*

16 *Ex inueſtitura abuſiua facta à principe transfertur dominium.*

17 *Par virtus eſt legis & principis.*

18 *Princeps licet legibus ſolutus ſit, tamen in dubio non cenſetur velle vti plenitudine poteſtatis.*

19 *Dominium ſine traditione regulariter non transfertur.*

20 *Ius ſingulare non eſt extendendum.*

21 *Dominium quomodo acquiratur vel transferatur, abuſiuè.*

22 *Inueſtitura noua non probatur per breue teſtatum, etiam confectum coram paribus curiæ.*

Fallit

23 *Fallit in curia Mediolanenſi.*

24 *Inueſtitura noua poteſt probari per extraneos, ſi pares curiæ iurare nolunt.*

25 *Inueſtitura noua per extraneos probatur, ſi dominus pares non habeat.*

26 *Pares curiæ ſi ſint abſentes, expectari debent.*

27 *Vbi ſacramentum deſertur, non probatur per pares curiæ.*

28 *Inueſtitura antiqua probatur etiam per extraneos.*

29 *Inueſtitura clerici, etiam extraneos teſtes admittit.*

30 *Qualiter probetur inueſtitura, ſiue noua, ſiue antiqua, remiſſiuè.*

31 *Traditione ſola dominus non liberatur à vaſallo.*

INVESTITVRA QVIDEM PROPRIE. ¶Diuiditur in quinq; partes. In prima ponitur, quotuplex ſit inueſtitura. In ſecunda, qualiter probetur inueſtitura domino poſſidente. Tertiò, qualiter probetur vaſallo poſſidente vel quaſi. Quartò, qualiter probetur quãdo dominus nõ habet pares. Quintò, quo iure probẽtur pacta in feudis facta propter naturã feudi. Secũda ibi, ſi verò do. Tertia ibi, ſi verò vaſallus. Quarta ibi, ſi aũt inueſtitura. Quinta ibi, præterea ſi tenor. Itẽ prima ſubdiuiditur in duas. Nam in prima ponit duplicem eſſe inueſtituram. Secunda, coram quibus fiat inueſtitura. Secunda ibi, quæ ſi quidem. Hoc dicit vſque ad ſecundam partem principalem ibi, ſi
1 enim do. ¶†Duplex eſt inueſtitura, ſcilicet propria & abuſiua. Propria nihil aliud eſt, quàm poſſeſſio. Impropria, quando do. dat haſtam vel aliud

corporeum vaſallo, dicendo, Te inueſtio. Et debet fieri inueſtitura ſaltem coram duob. paribus curię, ſi dn̄s habet pares curię, vel per breue teſtatū. Hoc
2 dicit hoc prin. ¶ No. ibi poſſeſsio. † quòd in feudis inueſtitura propriè nihil aliud eſt: quàm poſſeſsio, id eſt quādo traditur poſſeſsio rei feudalis vaſallo. Et iſta dicitur inueſtitura realis, quia acquiritur ius rei feudalis. ¶ No. tex. ibi, abuſiuo autē modo.
3 † quòd inueſtitura abuſiua dicitur, quando dn̄s dat vaſallo haſtam, vel aliud corporeum: puta, annulum vel enſem. Nam regulariter prælati inueſtiunt per annulum. Illuſtriſsimus dux Mediolanenſ. inueſtit per enſem euaginatum. Nam conſuetudo patriæ eſt obſeruanda: c. j. ſ. tit. proxim. ¶ Nota
4 ibi, dicente. † quòd ſola traditio haſtæ vel alterius rei corporeę non cōſtituit inueſtituram fiendam, niſi dominus dicat ſe facere inueſtituram. ¶ Et no-
5 ta vnum, † quòd verba non ſunt de ſubſtantia formali inueſtituræ, prout in ſtipul. l. j. in princip. ff. de ver. obl. ſed ſufficeret apparere de conſenſu domini volentis facere inueſtituram ſiue per verba, ſiue per alia ſigna: l. cōſenſu. ff. de ac. & obli. c. j. in prin. ꝗ. de conſuetud. recti feudi. l. certum. ff. ſi cert. pet. ¶ Nam & mutus poſſet facere inueſtituram alteri. l. item quia. ff. de pac. Facit quod not. in l. mutum. ff. de acquiren. hæredit. & quod not. Ang. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verborum obligatione. Nam licet paſsiua inueſtitura non cadat in muto vel ſurdo: c. j. an mu. vel aliàs imperfectus. poterit tamen mutus facere inueſtituram actiuam, vt dixi ſ. ¶ Not.
6 text. ibi, coram duobus. † quòd inueſtitura feudalis debet fieri ſaltem coram duobus paribus curiæ, id eſt aliis vaſallis. ¶ Quid autem ſi fiat inueſtitura coram vno pari, & coram altero extraneo, an valet inueſtitura? Dicendum eſt, quòd non, per iſtum textum. ¶ Not. ibi, per breue teſtatum, id eſt per ſcripturam, quòd duplex eſt inueſtitura:
7 quædam verbalis, alia realis. † Nam verbalis inue-

ſtitura,

ſtitura, id eſt abuſiua non dat ius in re feudali:cap. inter dictos.de fi.inſtru.l.non ſolet. ff.loca. l. nunquam nuda.ff.de ac.re.do.cum ſi.ſed dat ius ad rē, non in re. Nam talis inueſtitura verbalis ſiue abuſiua cenſetur titulus, qui titulus ſolus regulariter non transfert dominiū: l.traditionibus.C.de pac. l.ſi ager.ff.de rei ven. Fateor tamen ex conſuetudine poſſe induci,ſolam inueſtituram transferre dominium & poſſeſsionem, & appellatur poſſeſsio ciuiliſsima,ſecūdum Bal.in l.fi.C.de ſa.ſan.eccleſ. & per eundem in l.ea.l.C.de cond.ob cauſam. ¶ Ad-
8 iicite, † quòd licet ſola inueſtitura verbalis ſiue abuſiua non trāsferat dominium ſiue poſſeſsionē, vt ſ. dixi: tamen dat licentiam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate,ſecūdum Inno.in cap. ex literis. extra,de conſuet. ¶ Ex quo dicto not. quòd quādo dominus dedit haſtam vel aliud corporeum vaſallo,dicendo:te inueſtio. vaſallus propria auctoritate poteſt ingredi poſſeſsionē rei feudalis. Secus autem,ſi eſſet ſimplex conceſsio:puta, dominus abſq; haſta vel alia re corporea inueſtiuit te de feudo: certè tunc non potes propria auctoritate ingredi poſſeſsionem: quia hìc eſt ſola conceſsio feudi ſine inueſtitura, cum hìc non ſit data aliqua res corporalis à domino ipſi vaſallo.l. iiij.ff. de ac.po.l.extat.ff.quod metus cauſa. Diximus de inueſtitura abuſiua ſiuē verbali. ¶ Alia eſt realis,
9 †quando dn̄s mittit vaſallū in poſſeſsionem, quæ inueſtitura realis, eſt cauſa vt trāsferatur vtile dominium in vaſallum, & poſſeſsio naturalis. c.j.ſ. de inueſti.de re alie.facta.l.naturalis.in princip.Et ibi no.ff.de acqui.poſ.conſequenter ex hac inueſtitura reali vaſallus acquirit ius in re: l.traditionibus.
10 C.de pact. ¶ Quæro, † quæ ſit ratio, quare inueſtitura debeat fieri coram paribus curiæ, aliàs non valeat, vt hìc in textu? Reſpōdeo,ne excogitentur fraudes & ne inducantur teſtes falſi. in c. teſtis. §.
11 idcirco.ſ.de no.feu. ¶ Secundò quæro, † nunquid

breue teſtatū per quod probatur inueſtitura, debeat fieri coram paribus curiæ? Reſpondeo, quòd non eſt neceſſe, ꝙ fiat coram paribus curiæ, quinimo poteſt fieri coram quibuſcūq; teſtibus, etiam extraneis, qui non ſint pares curiæ, ſecundum Iac. de Bel. hic. Ratio, quia aliàs tex. eſt de indubitabili contra l. quod Labeo. de Carbo. edict. ¶ Item quia

12 tex. venit. excep. ibi, niſi. quæro, † an ſit neceſſaria in feudis vtraq; inueſtitura, ſcilicet propria & abuſiua? Reſpondeo ſecundum Iac. de Bel. Si incipiamus ab inueſtitura abuſiua, tūc vtraq; eſt neceſſaria, vt acquiratur feudum: ſi autem incipiamus à propria inueſtitura, tūc non eſt neceſſaria abuſiua: c. j. in prin. ꝑ de conſue. rect. feud. ¶ Ego putarem

13 contrà: † quòd imo ſola inueſtitura propria nō eſt potens ad acquirendum feudum, cùm nuda traditio poſſeſsionis ſine titulo non pręſtat ius in re, neque transfert dominium. l. nūquam nuda. ff. de acquir. re. dom. l. traditionibus. C. de pac. Sed inueſtitura propria nihil aliud eſt, quàm traditio poſſeſsionis, vt hîc tangitur in prin. Ergo ſola inueſtitura propria non eſt cauſa acquiſitionis feudi. Secundò probatur per text. noſtrum, qui cum miniſterio ponit duplicem inueſtituram iuncto c. j. §. fi. ẽ. ti. proxi. ¶ Nec ob. c. j. in prin. alle. quia reſpondeo, quòd ibi non fuit ſola traditio, quinimo titulus etiam conceſsionis feudi: quod patet, quia tex. dicit dominum dixiſſe vaſallo, vade in poſſeſsionem talis rei, ecce traditio: & tene pro feudo, ecce conceſsio ſiue titulus conceſsionis feudi: quare malè loquitur Iac. de Bel. niſi intellexerimus eum, ꝙ nedum interuenit inueſtitura, ſed titulus etiam cōceſsionis feudi: d. c. j. in prin. Nam fateor quòd titulus conceſsi feudi cum inueſtitura propria, id eſt traditione poſ. trās fertur dominium in vaſallū, & acquiritur feudum abſq; haſta vel alia re corporea: d. c. j. Vbi caſus. [a] ¶ Vltimò quæro, † an ſunt

14 neceſſarij pares curiæ in vtraq; inueſtitura? Iac. de Bel.

*a Adde quòd cū Do. Laudenſi hîc tenet Do. Iac. in verbo, inueſtiuit talem. col. iiij. verſic. nunc quæro, nunquid in feudis.*

Bel.hîc ponit vnam opi.quòd requiruntur in vtraque inueſtitura. Deinde ponit aliam, ꝙ ſufficiunt teſtes pares curiæ in inueſtitura propria, licet non abuſiua. ¶Sed contra hanc vltimam opini.videtur ibi,ſi quidem ab illo,&c. Nam relatiuum, quæ.refertur etiam ad inueſtituram abuſiuam. Defendite hanc opi.Iac.vltimam arg. à ratione ceſſante : arg. l.adigere.§.quamuis.de iur. pa. & c.cum ceſſante.
15 de app. ¶†Sed ratio, cur requirantur pares curiæ in inueſtitura,eſt propter falſitatem euitandam : c. j.§.idcirco.ꝟ. de no.feu.quæ ratio ceſſat cùm inueſtitura propria, id eſt miſsio in poſſ. facta fuerit à domino coram paribus curiæ : c.j.in prin.ꝟ.de con-
16 ſuetu.rect.feud.¶†Quæro,princeps,Papa vel Imperator fecit inueſtituram abuſiuam inueſtiendo vaſallum per baculum, annulum, vel aliud corporeum,an transferatur dominium rei feudalis in vaſallum? Iſte articulus eſt quotidianus, quoniã princeps ita ſæpenumero infeudat. Reſpondit Bal. in procœmio huius operis determinaſſe, quòd ex abuſiua inueſtitura facta à principe trãsferatur dominium,per cle.auditor.de reſcri. & per no.in l.bene à Zenone.C.de præſcrip.quadr. Sed meliùs facit, quod no.Bal.in l.fi. C.de ſa.ſan.ecc. ¶Item facit
17 talis ratio: † par eſt virtus legis & principis: l.pen. C.de do.inter vi.& vxo.& in auhent. de conſuetu. ſed lex transfert dominium ſine traditione. l. cotẽ ferro.ff.de Publi.l.fideicommiſſa.e.tit.& l.fin. C.ſi contra ius vel vti.pub. Ergo & princeps transfert dominium ſine traditione. ¶In contra.quòd princeps ex inueſtitura àbuſiua , & conſequenter ſine traditione non transferat dominium , affirmat hîc Andre.per l.j.in princ.C.de condu.& procur.ſiue act.prædi.ſi.vel domus Auguſtæ. lib.x.vbi videtur caſus, quòd ad hoc vt trãsferatur vtile dominium in emphyteotam à principe ſiue agente pro eo, requiritur traditio,aut quòd res ſint penes emphyteotam : §.interdum.Inſti.de re.di.l.clauibus.ff.de

contrahend. emptio. & pro hac ſententia Andreæ de Iſernia adduco textum noſtrum. Nam fruſtratoria in principe eſſet vera inueſtitura,id eſt traditio poſſeſsionis, ſi abuſiua transfertur dominium. ¶Nec obſt. l.bene à Zenone. quia non dicit illa l. quòd princeps transfert dominiũ ſine traditione. ¶Nec obſt. l. fi.alleg. quia reſpondeo,quòd dicta l. fi. vult contrà, ſi quis donauerit vel vendiderit, imo principi : transferatur dominium ſine traditione : non autem dicit econtrà illa l. ſi princeps vendiderit vel donauerit, quòd transferatur dominium in priuatum ſine traditione. ¶Non obſt. quòd par eſt virtus, &c. quia reſpõdeo, quòd imo maior eſt lex quàm princeps, quia cauſa eſt maior ſuo cauſato.l.digna vox.C.de legib.l.quod per manus.ff.de iure cod. Vel aliter & clariùs reſpondeo, & fateor,quòd par eſt virtus,&c. ſi conſtat principem velle trãſferre dominium ſine traditione:puta, quia infeudando vel vendendo dixit princeps expreſſè, quòd trãſferebat dominium in vaſallum

18 vel in emptorem. ¶† Sed in caſu noſtro dubio, vt eſt articulus noſter, princeps licet ſit ſolutus legibus:l.princeps.ff.de leg.tamẽ in dubio vult viuere & diſponere ſecundum ll.l.digna vox.C.de leg.l.ſi quis Imperatorem. & l. ex imperfecto. C.de teſta. Et in dubio princeps non intelligitur vti plenitudine poteſtatiuá,niſi exprimat, ſecundum Bald. in l.eos. C.de app. Ergo princeps in dubio non vult trãſferre dominiũ ſine traditione[a]:quia iura communia diſponunt regulariter non transferri dominium ſine traditione : l.traditionibus.C.de pact.l. ſi ager.de rei vend.¶Ex prædictis habetis conclu-

19 ſionem, †quòd princeps in faciendo ſolam inueſtituram abuſiuam, vel aliter alienando, non transfert regularitur dominiũ ſine traditione, ſecundũ And. hîc,niſi expreſſè conſtaret principem abſque traditione velle transferre dominium. Et ita intelligetur dictum Baldi in proœmio huius operis.

¶Oppo.

[a] Et cum Do. Lauden. hîc quòd non trãſferatur dominiũ ſine traditione, tenet D. Ia. in tract. feud. in verbo, princeps pedemõtiũ. in ij.col. vbi dicit ita cõſuluiſſe in cõtingẽtia facti. Faciunt ad hunc articul. dicta Do. Iaſ. in l. quotiens. co. vij. ver. limita xij. C. de rei vend. dum examinat, ã diſpoſitio illius §. habeat locũ in feudalib. quod vltimũ examinat plenè d. Ia. in verbo, princeps pedemõtiũ. viij. col. ver. lij. ſpecialitas.

¶Oppo.contra iſtum tex.& videtur, quòd ſine vera inueſtitura, & conſequenter ſine traditione poſſeſſ.transfertur dominium: vnde opp.de l.fi.C.de ſac.ſanct.eccl.Sol.Putarem dicendum,quòd illa l. fi.non habeat locum in contractu feudali,per text.
20 noſtrum.Et probo ratione:†Nam ius ſingulare nõ eſt extendẽdum, quinimo in terminis propriis reſtringendum.l.ius ſingulare.de legib.& regula iuris, quæ exorbitant à iure communi, non ſunt trahenda ad conſequentiam.l.j.in fi.ff.ad munic. Sed d.l.fi.exorbitat à regulis iuris communis,quæ volunt, quòd ſine traditione non transferatur dominium:d.l.traditionibus.ſed d.l.fin.loquitur in terminis ſuis in dona.vend.&c.non autem in contractu feudali.Ergo non extendenda eſt d.l.fi.exorbitans à iure communi,ad contractum feudalẽ.¶Ex prædictis poteſtis inferre, quòd ſi Titius infeudauerit eccleſiam vel rem publicam, non transfertur dominium ex ſola inueſtitura abuſiua,quinimo requiritur inueſtitura vera ad tranſlationem domi-
21 nij.¶†Et de modis acquirendi, vel vt transferatur dominium,videte gl.in §.interdum.Inſt.dè rerum diui.& pleniùs per Bal.in d.l.traditionibus.& etiã gl.in l.ſi ager.ff.de rei vend.& not.in l.quod meo. in prin.Et an per traditionem vnius feudi acquiritur poſſeſsio aliorum feudorũ,dicite vt plenè not. in l.poſsideri.in prin.ff.de acqui.poſſ. ¶In gl.quæ incipit, circa hunc articulum. ibi, compellit pares
22 iurare.no.hìc eſſe gl.contra.ibi,inter fraudem.†ꝙ non probatur inueſtitura noua, etiam per breue teſtatum, id eſt inſtrumentum confectum coram ſaltem paribus curiæ. Et contra opi.Iac.de Bel.eſt tex. in c.j.ꝟ.qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram. ¶Fallit in curia Mediolani,
23 vt ibi dicit tex.Et ſic habetis primam fallentiã,†ꝙ noua inueſtitura in curia Mediolanẽ. probetur etiam per breue teſtatum,etiam factum coram extraneis teſtibus.¶In ea.gl.ibi, ꝟ.§.prox.no.ſecun-

24 dam limitationem ad tex.† vt noua inueſtitura poſſit probari per extraneos teſtes, quando pares curiæ ex cauſa nolunt iurare, & dominus eos non cõpellit. ¶In ea.glo.ibi,§.ſi verò inueſtitura.no.ter-
25 tiam limitationem ad tex.† vt noua inueſtitura poſſit probari per extraneos teſtes, quando dominus non habet pares curiæ. ¶In ea.gl.ibi,§.ſciendum.
26 no.gl.hîc eſſe caſum, †quòd ſi pares curiæ ſint abſentes, debent citari & expectari. Sed quid ſi citati ſunt contumaces,& nollent venire? Reſpõdet Bal. quòd tunc ſine eis poteſt fieri inueſtitura. argu.l.ſi legatario.§.j.ff.de fideicom.lib. ¶Ego putarẽ contra, quia inueſtitura facta ſine paribus non valet, vt probatur in text.ad literam. Nec obſt. ratio Bal. quia reſpondeo, quòd illa non eſt ratio, cur requiruntur pares curiæ in inueſtitura noua: ſed iſta eſt ratio, ne committantur falſitas & fraus. Allegaui tex.in tit.de no. feud.& dixi s.in præced. ¶In ea. glo.ibi,vt j.§.prox.no.hîc quartam limitationem,
27 † vbi defertur ſacramentum, non autem probabimus per pares curiæ: vt videbimus in §. ſequenti huius tituli. ¶In ead.gloſſ.ibi,§.ſciendum. in fin.
28 no.quintam limitationem ad textum noſtrum,† vt tex.noſter nõ habeat locum in inueſtitura antiqua in qua admittantur ad probandum etiam extranei teſtes.d.c.ſciendum. ¶In ea.gl.ibi,facit inueſtitu-
29 ram.no.ſextam limitationem, †quãdo clericus eſt inueſtitus de bonis eccleſiæ, tunc etiam extranei teſtes admittuntur:d.c.ſciendum. ¶Ad fi.gloſſ.de hac parte vidiſtis in §.ſin autem aliquis. Signabitis
30 hanc gl.quæ docet, †qualiter probetur inueſtitura, ſiue noua, ſiue antiqua. ¶Quid autem ſi dominus nõ habet niſi vnum parem curiæ, an coram eo
31 debeat fieri inueſtitura? Reſpondit hîc Bal. ¶†An facta inueſtitura & traditione à domino ſuo vaſallo, liberetur dominus? Reſpond. Aut cõſideramus primitiuam obligationem tradendi, & tunc facta traditione liberatur dominus. Aut conſideramus ſecun-

ſecũdariam obligationem,quæ eſt,vt dominus patiatur vaſallum vti frui : & tunc dominus ſola traditione non eſt liberatus.l.ex conductione. ff.loc. l.inter caſtellanum. vbi not.ff.de arbi. & in l.corruptio. C.de vſufruct.

## SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura noua qualiter probāda ſit domino poſſidente.*

2 *Inueſtitura noua non poteſt probari niſi per pares curiæ,vel breue teſtatum ab ipſis ſubſcriptum.*

3 *Paria ſunt, pares adeſſe, vel pares ſubſcribere nomina.*

4 *Probatio amißionis inſtrumēti inueſtituræ feudalis non poteſt fieri,niſi per pares.*

5 *Teſtis corrupti odio vel amicitia dictum valet.*

6 *Teſtes in cauſa feudali cùm iurant,debēt tangere ſacroſancta* Euangelia.

7 *Teſtis contra dictum ſuum extraiudiciale in iudicio aliquid dicentis teſtimonium,an valeat.*

8 *Atteſtationibus publicatis interdum teſtes produci poſſunt.*

9 *Dominus niſi cogat teſtes deponere, per extraneos inueſtituram probare poteſt.*

10 *Teſtibus vel inſtrumentis deficientibus, peruenitur ad iuramentum.*

11 *Licet nemo cogatur munire aduerſarium, id tamen fallit,ſi iuriſdictionem in teſtes habeat.*

12 *Vaſallus poteſt produci in teſtem pro domino & cō tra dominum.*

13 *Fallit, ſi ſit nimia amicitia inter dominum & vaſallum.*

14 *Fallit ſecundò, ſi ſit timor impreſſionis.*

15 *Vaſallus extraneos teſtes producere poteſt domino nolente compellere pares.*

16 *Dominus qui teſtes cogere non vult, proprietate priuari poteſt.*

§. SI ENIM DOMINO ADHVC IN POSSES. ¶Diuiditur in quinque. Secunda ibi, nam ſi inſtrumentum. Tertia ibi, quæ ſi negauerũt. Quarta ibi, quòd ſi iurare. Quinta ibi,
1 teſtibus verò deficientibus. Hoc dicit: ¶†Qualiter ſit probanda noua inueſtitura domino poſsidẽte. Hic §. ad hoc allegatur. ¶Not. ibi, quòd pares
2 curiæ. † quòd inueſtitura noua feudalis nõ poteſt probari per extraneos teſtes: quinimo requirũtur pares curiæ, vel breue teſtatum: quod quidem breue teſtatum, id eſt inſtrumentum ſit ſubſcriptum à duobus vel tribus paribus curiæ pro teſtibus, iuxta not. in l. j. C. de teſtam. ¶Ex quo dicto Bal. eli-
3 cite, † quòd paria ſunt: pares curiæ adeſſe, vel pares curiæ ſubſcribere nomina parium qui interfuerunt pro teſtibus in inſtrumento publico. ¶Not.
4 text. ibi, inſtrumentum defecerit. † quòd probatio amiſsionis inſtrumenti inueſtituræ feudalis non poteſt fieri, niſi per pares curiæ: quando inueſtitura eſt noua. ¶Not. ibi, corrupti fortè odio. hìc vi-
5 deri eſſe caſum mirabilem, † quòd valeat dictũ teſtis corrupti odio vel amicitia. Declaro: Nam ſi teſtes pares curiæ corrupti noluerint, vel dicant ſe non recordari, poſſunt cogi ad deponendum. Et valet ſuum dictum contra no. in l. diuus. ff. de re iudica. & in c. licet cauſam. de proba. & in l. iij. §. fi. ff. de teſti. niſi ſaluando dixerimus, quòd ideo hìc valet dictum teſtis corrupti, quia quod fauore alicuius introductum, & c. l. quod fauore. C. de leg. cum ſimi. Sed quòd corruptorum teſtium dicta non valeant, eſt introductum in odium corrumpentis, &

in

in fauorem aduerſarij, contra quem deponunt. Ergo aduerſarius in ſui fauorẽ poteſt cogere, vt deponant: vt hic eſt caſus. Simile not. per gloſſam in l.j. de pignor. act. & in l.pen. & fin. de teſti. ¶ Not.
6 ibi, ſacroſanctis euangeliis. † quòd in cauſa feudali, quando iurant teſtes, debent tangere ſacra euãgelia: de quo in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vendi. ¶ Not. ibi, quòd huius rei veritatis, &c. hic videri eſſe caſum, ſecundum Bald. contra Bar. in l. eos. ff. ad legem Cornel. de fal. qui Bar.
7 videtur dixiſſe, † quòd ſi extra iudicium teſtes primò aliquid dixerint, deinde in iudicio dixerint cõtrà, non valet dictum ſuum. Vos de hoc dicite, vt per gloſſam & ſcribẽtes in cap. cùm cauſam. de te-
8 ſti. ¶ Nota ex eodem tex. hic videri caſum, † quòd publicatis atteſtationibus, poſſunt iterum produci teſtes. Et dicit Iacob. de Bel. quòd eſt ſpeciale in cauſa feudali, cuius contrarium hic tenet Bal. quia hic nõ eſt ratio ſpecialitatis. Sed in veritate hic videtur eſſe caſus pro opin. Iacob. de Bel. quia textus noſter dicit, quòd ſi vaſallus percunctatus dicta teſtium viderit ſe nihil probaſſe, poterit alios teſtes producere: vt probatur in tex. ibi, alios producat pares. De quo tamen articulo plenè per Baldum poſt alios in authentica, qui ſemel. de probation. & in capit. fraternitatis. de teſtibus. ¶ No-
9 ta ibi, quòd ſi iurare. † quòd ſi dominus non cogat teſtes deponere & iurare, non punitur in hoc: quia admittuntur teſtes extranei. ¶ Nota ibi, te-
10 ſtibus. † quòd teſtibus vel inſtrumento deficientibus, peruenitur ad iuramentum, quod defertur domino poſsidenti. ¶ In gloſſ. quæ incipit, hic vi-
11 detur. ad fi. not. hic eſſe pulchram glo. † quòd licet regula ſit, vt nemo cogatur in fauorem aduerſarij producere teſtes: vel dare operam, vt aduerſarius habeat probationes: l. nimis graue. C. de teſtibus. tamen hoc eſt limitandum, niſi habeat iuriſdictio-

nem

nem in teſtibus producendis: vt hic in tex.cogente. Nam hic erat contentio inter dominũ & vaſallum: & dominus quia habet iuriſdictionẽ in vaſallos,cogitur vaſallos & pares curię cogere,vt dicãt
12 teſtimonium. ¶Et no.hic eſſe caſum,† quòd vaſallus poteſt produci in teſtem pro domino & cõtra dominum.Idem tenuit Spec.in ti.de teſte.§.j.ver. item val. Idem tenuit And.in c.j.§.fin.ſi de inueſt. inter domi.& vaſ.lis oriatur.Et eſt caſus rotundus hic:quia etiã ratio: quia edictũ de teſtibus eſt prohibitorium.l.j.ff.de teſti.¶Quod dictum limitabi
13 tis verum,† niſi eſſet nimia amicitia inter dominũ & vaſallum.l.latæ culpæ.§.amicos.ff.de verb.ſign.
14 Vel,† niſi eſſet timor impreſsionis ipſius domini vel ſimilis cauſa: quia tunc dominus non poterit producere vaſal.in teſtem, ſecundum Bal. in l.eos teſt.ad fi.C.de teſti.vbi Bal.vult in regula:ꝙ Papa, vel Imperator, vel alius princeps poteſt producere ſubditum in teſtem,niſi,&c.vt dixi ſ.¶In gloſſ.
15 quæ incipit,hanc pœnam.ad fi.no.† ꝙ vbi vaſallus nollet compellere pares curiæ & producere extraneos teſtes,hoc poſſet:quia quod fauore,&c.vt in
16 gl. ¶Vltimò no.ex hac gl. † quòd ſi do.neglexerit & noluerit cogere pares curię in fauorẽ vaſalli,priuatur proprietate:quã glo.hic improbat Bal. quando primò dubiũ erat, an ſit feudũ, necne.l. diuus. ff.de teſtam.mili.quia videtur contra mentem tex.
a noſtri. ¶Vos tenebitis glo. [a] quam ſequitur Iaco. de Bel.& And.de Iſern. pro qua eſt caſus in cap.j.§. quando do. proprietate priuetur. iuncto ca.j.§.j.§. quæ fuer.prima cau.benefic.amit.¶Nec ob.quòd ſit contra mentem text.noſtri,quia reſpondeo per interpretationem:Nam licet tex.noſter ponat pœnam domino non cogente pares curiæ, vt admittantur extranei teſtes, tamen non negat ibi lex, ꝙ ſi vaſallus velit eligere aliam viam, ſcilicet priuãdi dominum proprietate,quin poſsit:quoniam eſt in ele-

*a Et hanc glo. etiam ſequitur D.Ia. in verb.dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col.vij. verſicul. ponamus, eſt contentio.*

electione vaſalli,vel eligere viam priuandi dominum proprietate:vel,quòd extranei teſtes admittantur:ar.l.quod fauore.C.de legi. ſecũdum And. de Iſernia hic.

## SVMMARIVM.

1 *Res incorporales quaſi poßidentur.*

2 *Ad probandam quaſi poſſeßionem iurium incorporalium,requiritur binus vel trinus actus.*

3 *Vaſallo poßidenti vt iuramentum deferatur, requiritur poſſeßio annalis domino ſciente & patiente.*

4 *Vaſallo poßidenti vel quaſi,in dubio defertur iuramentum.*

5* *Paribus curiæ dominus ſi careat, noua inueſtitura etiam probatur per extraneos.*

6 *Vaſallus ſi per teſtes vel per breue teſtatum probare nequeat,ad iuſiurandum ducitur.*

7 *Pactum ſiue conditionem contra communem naturam feudi allegans,id probare tenetur.*

8 *Natura feudi non eſt,vt vaſallus teneatur aſſociare vxorem domini in* Eccleſiam.

9 *Dominus niſi probauerit inſolitum pactum,iuramentum vaſallo defertur.*

10 *Fœminæ ſucceßionem qui allegat in feudo, eam probare tenetur.*

11 *Feudum de camera vel caneua, quaſi poßidetur.*

12 *Præſtatio bina aut trina non inducit neceßitatem futurarum præſtationum.*

13 *Probatio non admittitur contra præſumptionem iuris & de iure.*

*Contra*

14 *Contra confeſſionem ſuam nemo venire poteſt niſi allegetur ſimulatio vel error confeſſionis.*

15 *Præſumitur id quod aſſueuit fieri.*

16 *Contra præſumptionem ſolitam feudalem non defertur iuramentum actori ſemiplenè probanti.*

17 *In feudo præſumitur actum ſecundum naturam conſuetudinis feudalis.*

18 *Pactum contra bonos mores, in feudis non valet.*

§. SI VERO VASALLVS QVIDEM POSSIDEAT. ¶Hoc dicit: Vaſallo poſsidenti vel quaſi, defertur iuramentum deficientibus aliis probationibus: & quando dominus non habet vaſallos, inueſtitura probatur per extraneos teſtes, vel per breue teſtatum ſubſcriptum ab extraneis teſtibus, & pacta inſolita non præſumuntur: ideo defertur iuramentum. Ad hoc allegatur vſq; ad fi. tit. ¶Not. ibi, quaſi poſsideat.
1 † quòd res incorporales poſsidentur: l. ſeruus. §. incorporalis. ff. de acquir. re. do. ¶Not. ibi, duabus aut
2 tribus. † quòd ad probandum quaſi poſ. iurium incorporalium requiritur binus vel trinus actus. Sed veritas eſt in contrarium, quòd ſufficiat vnicus actus, quo ad acquirendam poſ. c. abbate ſanè. Et ibi no. extrà, de ver. ſigni. & per Odof. in ſumma, ſecundum Andr. & Bal. Facit l. j. §. quod autem. ff. de aqua quotid. & æſt. & no. in l. j. §. j. & ij. ff. de iti. actúque priua. & in c. cũ eccleſia ſutrina. de cauſa poſ. & proprie. Et prædicta procedunt quo ad acquirendam poſ. vel quaſi: ſed quo ad deferendum iuramentum vaſallo in quaſi poſſeſsione, requiritur binus vel trinus actus: vt hîc in text. ¶Sed
3 contra hunc tex. opi. & imo videtur, † quòd non ſufficiat poſ. vel quaſi, vt deferatur iuramentum vaſallo: quinimo requiritur, quòd vaſallus ad minus poſſederit per annum ſciente & patiente domino.

mino. Vnde op.de c. ſi. §.ſi.ſi de inueſti. inter do. & vaſ.lis oriatur. Sol. Iſte text.eſt intelligendus, quando vaſallus poſſedit per annum ſciente & patiente domino:d.c.ſi.§.ſi.ſecundum And.& Iac.de Bel.indiſtinctè. ¶Not. ibi, probatis. ſubaudi ad text.quòd ex parte vaſalli poſsidentis vel quaſi.
4 ¶Not.ibi,poſsidẽti.†quòd vaſallo poſsidenti vel quaſi, in dubio defertur iuramentum:& ſic eſt electio,an iuret, vel referat. Iſtum tex. intellige ſanè, quando dominus ſaltem ſemiplenè probauerit. Nam tunc datur electio vaſallo poſsidenti. Vbi autem dominus nihil penitus probaſſet, certè abſoluitur vaſallus reus ſine iuramento: quia actore nihil probante, reus etſi nil præſtiterit, eſt abſoluendus.c.ſina.de iureiuran.& leg. finali, C. de rei vendicatione.ſecundum Andre. ¶Hìc limitabitis quoque text. in quo dicitur, quòd vaſallo poſsidenti datur electio.Hoc eſt verum,ſi iudex ita arbitratur ex qualibet conditione perſonarum facti & cauſæ:c.ſacramentũ.ꝗ. de conſue.recti feu.ſecundum Iac.de Bel.in ſua diſtin. ¶Not.tex. in verſi. ſi
5 autem.†vbi dominus non habet pares curiæ, inueſtitura etiam noua, poteſt probari per teſtes etiam extraneos,vel per breue taſtatum ſubſcriptum ab extraneis teſtibus. ¶Not. ibi,aut ino-
6 pia. † quòd quando vaſallus non poteſt probare inueſtituram vel per teſtes vel per breue teſtatum,ducitur ad iuſiurandum, ſecundum not.in d.
7 §.ſacramẽtum. ¶No.ibi,pręter cõmunem.†quòd reperitur comunis natura feudi. Propterea allegans conditionem ſiue pactum contra cõmunem naturam feudi,habet præſumptionem iuris contra ſe.Propterea tenetur probare dictum pa-
a ctum contra naturam feudi.[a]Et ſic not.hìc caſum, quòd valet pactum cõtra naturã feudi. Propterea inſpiciendus eſt ſemper tenor inueſtituræ feuda-
8 lis.¶Not.ibi, vt vaſallus.†quòd de natura feudi non eſt, vt vaſallus teneatur aſſociare vxorem

a *Et de pacto inſolito & contra naturã feudi, vide quæ ponit* D.Ia. *in verbo, qui quidẽ inueſtiti præſtiterũt iuramẽtũ.col. xvij. verſi. nunc quæro vt.*

domini ad eccleſiam, licet ſecundum And. hodie do.faciant ſimilia pacta. ¶Not.tex.ibi, omni facul
9 tate. †quòd ſi dominus non probauerit pactum, vel aliàs allegata contra naturam feudi, defertur iuramentum vaſallo reo. ¶Et ſic not. quòd in hoc §. ſiue. ver. j. non erat contentio de inueſtitura, quia dominus & vaſallus confitebantur inueſtituram feudalem:ſed erat contentio de pacto inſoli-
10 to contra naturam feudi. ¶No.ibi,†quòd ſi vaſallus allegauerit pactum cõtra naturam feudi:puta, quòd fœminæ ſuccedant in feudo, tenetur illud vaſallus probare:quod ſi non fecerit, defertur iuramentum reo domino.Et intelligite ſemper,quãdo agens ſemiplenè probauit,aliàs reus ſine iuramento abſoluetur.c.fi.de iureiu. & not.in l. bonæ fidei.C.de reb. credi. & iureiur. & dicam in l. admonendi.ff.de iureiu. ¶In gl.ibi,illud de reuerſo.
11 no.†quòd feudum de camera vel de caneua non poſsidetur verè,ſed quaſi. ¶In ea.glo.ad fi.Iac. de
12 Bel.ſoluit,†quòd in d.l.ſi certis annis. eſt regula: hìc vero fallit. Hæc ſol. nihil valet:quia non redditur ratio diuerſitatis hìc. ¶Nec eſt vera ſecunda ſol.Iac. quòd hìc præceſſerit inueſtitura abuſiua: quia hæc ſol.diuinat ad tex.noſtrum contra gl.l.filium quem habentem. C.fa. her. ¶Nec eſt bona ſol.Iac.quę eſt tertia:quòd hic agatur de mera libertate feudi:quia eſt cõtra l.ſolent.§.fi.ff. de offi. proconſul.& le.& no.in l.ij.ff. de excep.do. ¶Vos igitur ſoluite, quòd bina aut trina præſtatio non inducit neceſsitatem futurarum pręſtationum:ſed bene eſt cauſa, vt deferatur iuramentum vaſallo: vt hìc. ¶Glo.quę incipit, hìc ſic intelligo. diuiditur in tres.In prima ponit vnum intellectum ad §. noſtrum.In ſecunda parte ponit ſecundum intellectum.In tertia colligit vnum bonum notabile. Secunda ibi,vel ſi ius. Tertia ibi, hic igitur. ¶Et in ſequenti §.in ea.glo.ibi,tenorem,&c. no.primũ intellectum, quòd dominus nullam fecit probationem

tionem circa pactum inſolitum contra naturam feudi. Propterea defertur iuramentum reo vaſallo. Et tunc verba literæ ibi, omni facultate probandi domino adempta, ſi de pacto. ¶In eadem glo.
13 ibi, libelli diſputatorij. no. ſecundam lecturam, †quia erat præſumptio iuris, & de iure contra dominum allegantem pactum inſolitum: & ideo non admittitur ad probandum. Et propterea verba text. ibi, adempta. ſcilicet, de iur. quia contra præſumptionem iuris, & de iure, non admittitur probatio: l. ſi. C. arbit. tut. cum ſi. Et ita tenet Iac. & Andre. quam ſecundam lec. ſic declarat Andr. Pone, interrogatus eſt dominus vel vaſallus, quæ ſint conuentiones & pacta feudi. Et de hoc eſt celebratum inſtrumentum publicum, deinde vaſal. vel dom. vult allegare pacta inſolita, certè non poteſt: quia non poteſt venire contra confeſ. ſuam: l. generaliter. C. de
14 non nu. pe. ¶†Quod dictum limitabitis verum in ſe, niſi allegetur ſimulatio, vel error confeſsionis, vel aliquid quod eſſet præter tenorem inſtrumenti. l. empt. C. plus va. quod agitur. l. per errorē. ff. de iuriſ. om. iu. & fuit no. Bal. in d. l. generaliter. ¶Sed licet iſte intellectus ſit verus in ſe: tamen quo ad literam noſtram, non videtur verus. Probo, quia textus noſter vult, quòd imo admittatur probatio: vt patet ex tex. ibi, liceat ei tenorem probare. Ergo non erat præſumptio iuris, & de iure: quia contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio, niſi per confeſsionem: vt not. maximè Cy. in authen. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nuptias. Ergo non eſt verus intellectus quo ad §. no-
15 ſtrum. ¶Amplius putarem, †quòd ſolita pacta corrupta præſumerētur, quia quod aſſueuit fieri, præſumitur. l. excepto. C. loca. & not. Bald. in l. incendium. C. ſi cer. pe. quare putarem alium intellectū, qui eſt de mente Bald. videlicet, quòd dominus vel vaſallus ſi alleget pactum contra naturam feudi, & probauerit ſemiplenè: non defertur iura-

mentum ſemiplenè probāti, quinimo defertur ipſi reo,& ſic aduerſario. ¶Nec ob.quod not.in l.admonendi.ff.de iureiuran.in qua l. ſolet cōtrà dici, quòd actori ſemiplenè probanti defertur iuramentum:quia illud verum,niſi actor alleget pactum in-
16 ſolitum,vt hoc caſu. †Nam contra præſumptionē ſolitam feudalem non defertur iuramentum actori ſemiplenè probanti: quod eſt valde ſingulare. ¶Ad fi.glo.hæc glo.eſt menti tenenda, ſecundum
17 Iac.& Andre.† quia vbi emergit dubium in feudo, præſumitur actum ſecundum naturam & interpretationem cōſuetudinis feudalis. ¶Vltimò quæric
18 And. † Dominus inueſtiuit prudentem & ſapientem hominem de feudo cum pacto, vt publicè in palatio vel foro ſaltet die dominica,quando eſt feſtiuitas: quæritur,an valeat datio feudi? Videtur, ꝙ ſic: per l.j.& l.cond.ff.de cond.& demon. ¶In contrarium videtur eſſe caſus in §.pe.Inſt.de inut. ſtipul. quia pactum eſt contra bonos mores, vt vir prudens ſaltet in foro vel in eccleſia: d.l.conditiones.& l.ne poſ. Proculo.ff.de verb.ſignific. Sed ſi dominus iam tradidiſſet rem feudalem,non poſſet eam repetere: quia in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſsidentis. l. iij. & iiij. & l. ſi ob turpem.ff.de condict.ob turpem cauſam.Nec prçciſè dominus poterit compellere vaſallum ad ſaliendum: quia in obligationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe:l.ſtipulationes non diuidun tur.ver.Celſus.ff.de verb.obliga.quoniam tale intereſſe dicitur turpe. Et etiam ſeruitia domini: l. ſi vendito.ff.de ſerui. expor. ¶Sed ego putarem contrà,quòd imo dominus poſsit agere cōdictione ob cauſam ad repetendum per l. ſi militem. C. de cōdi. ob cauſam. & per not. per Barto.in l.j. C. de condi.inſti. ¶Nec obſt.quòd in pari cauſa,&c. quia ex parte domini nulla eſt turpitudo.Vel aliter poſſum reſpōdere per gl.not.in c.venerationibus. lxxxvj.di.ꝙ ſaltem detur rei vendicatio. ¶Et not.

illud

illud, quòd bene valeret pactum, quando eſſet turpis perſona quæ erat ſolita ſaltare: l. ſi liberatur arte. & l. ſi patronus. ff. de oper. lib. Quinimo dñs poſsit ponere pactum in inſtrumento, vt vaſallus ei ſonet organa, pſalterium, vel aliud inſtrumentũ muſicum. Glo. eſt lxxxvj. diſt. donare. ſecundum Andr. de Iſer.

## Per qũos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur. Tit. III.

¶ Cõtinuatur hoc modo: Suprà viſum eſt qui feuda poſ. verùm, quia non erat perfectè tractatum de hoc, propterea competenti ordine ſubiicitur Rubrica, per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur, ſecundum Iac. de Bel. ¶ Vel aliter, Continuo hoc modo: ſ. viſum eſt, quid ſit inueſtitura: nũc videndũ eſt qui poſſunt facere & recipere inueſtituram. Propterea ſubiicitur Rubrica per quos fiat inueſtitura, & per quos recipiatur.

## SVMMARIVM.

1 *Noua inueſtitura nõ poteſt fieri, niſi ab eo qui habet legitimam adminiſtrationem ſuorum bonorum.*

2 *Inueſtitura antiqua, quæ ſit.*

3 *Noua inueſtitura, quæ ſit.*

4 *Princeps ſi aliquẽ inueſtiat de feudo nouo tanquam antiquo, antiquum eſt.*

5 *Inueſtitura de veteri feudo poteſt fieri nedum à maiore, ſed & minore xxv. annis.*

6 *Inueſtitura antiqua non eſt alienatio, ſed iuris antiqui confirmatio.*

7 *Inueſtitura antiqua non intelligitur facta, niſi de his quæ iuſtè vaſallus poſsidet.*

8 *Qui non habet legitimam adminiſtrationem bonorum, non poteſt feudum nouum conſtituere.*
9 *Qui non poteſt alienare, non poteſt infeudare.*
10 *Minor inueſtituram antiquam facere poteſt: ſecus in noua, niſi dignitas aliud poſtulet.*
11 *Fallit in minore furioſo, vel habente tutorem.*
12 *Inueſtituram antiquam qui facit, non dicitur alienare.*
13 *Diſpoſitio non trahitur ad vitioſa vel doloſa.*
14 *Feudum dicitur in bonis vaſalli, ideo tenetur ad tributa & collectas.*
15 *Confirmatio generalis priuilegiorum, non confirmat priuilegia iniuſta.*
16 *Legatarius prohibitus alienare, infeudare nō poteſt.*
17 *Remoto genere, remouetur ſpecies.*
18 *Partis appellatione plerunq; continetur totum.*

INVESTITVRA AVTEM AVT FIT. ¶Diuiditur in ſex. In prima ponit, qui poſsint facere inueſtituram. In ſecunda, quæ res poſſunt infeudari. In tertia quæ poſſunt recipere inueſtituram. In quarta, an nomine alieno, ſiue per alium poſsit fieri inueſtitura actiuè vel paſsiuè. In quinta, an fœmina poſsit infeudare. In ſexta, an recuſanti fidelitatem debeat fieri inueſtitura. Secunda ibi, ſi & res. Tertia ibi, perſonam verò. Quarta ibi, ſed vtrum. Quinta ibi, fœminam. Sexta ibi, nulla autem inueſtitura. Iterum prima pars ſubdiuiditur in duas. Nam in prima ponitur regula in inueſtitura veteri. In ſecunda ponitur alia, in inueſtitura noua. Secunda ibi, noua autem inueſti-
1 tura. Hoc d. ¶†Vetus inueſtitura etiam à minori xxv. annis: noua verò inueſtitura non poteſt fieri, niſi

niſi ab eo qui habet legitimam adminiſtrationem bonorum ſuorum, quæ poſſet alienare. Hoc d. vſq; ad §. ſi res. ¶Not. tex. in prin. duplicem eſſe inue-
2 ſtituram, ſcilicet antiquã, & nouam. †Nam antiqua inueſtitura cenſetur, quando non incipit in perſona ſuſcipientis: verbi gratia, Titius eſt inueſtitus de feudo, deinde deceſsit relicto filio: in perſona
3 filij dicitur inueſtitura antiqua. †Noua verò inueſtitura dicitur, quę incipit in perſona inueſtiti de nouo: puta, Titius de nouo inueſtitus eſt de feudo à quodam domino: certè feudum eſt nouum, quia incipit in perſona Titij. text. in c. j. circa medium. ꝟ. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram. ¶Not. tamen prædicta eſſe vera, niſi tenor inueſtituræ aliud diceret: puta, princeps inueſtiuit te de feudo, & in inueſtitura dicit,
4 † quòd inueſtiuit te tanquam de feudo antiquo & paterno: certè licet incipiat in te, tamẽ eſt feudum antiquum propter tenorem inueſtituræ: qui tenor inueſtituræ ſemper ſeruãdus eſt, etiamſi ſit contra naturã feudi. d. c. j. ꝟ. de feu. non habente propriam naturam feudorum. c. j. de duo. fra. de ca. inueſti. Et facit tex. ſ. in §. fi. ti. prox. ¶No. ibi, quæ de veteri.
5 regulam eſſe affirmatiuam, † veterem inueſtituram poſſe fieri nedum à maiore, ſed etiam à minore xxv. annis. ¶Sed contra illud not. op. Nam minor nõ poteſt alienare ſine cauſa, decreto & auctoritate tutor. vel curat. l. j. ff. de reb. eor. Ergo non poterit in feudum dare faciendo inueſtituram anti-
6 quam. Sol. † Inueſtitura antiqua non dicitur alienatio, ſed confirmatio iuris antiqui: vt hîc eſt textus. Nam inueſtitura antiqua non tribuit ius nouum in re, neque præſtat poſſeſsionem neque dominium: propterea non eſt propriè inueſtitura: c. j. in princi. ſ. quid ſit inueſtitura. ſed inueſtitura noua bene tribuit ius in re, vt ſtatim videbitis. Ex quo poteſtis inferre, quòd ſi hæredes vaſalli poſtulauerint inueſtituram intra annum & diem, & do-

minus eos inueſtierit: vt §.quo temp.mil.inueſti. pet. deb. certè talis inueſtitura non tribuit ius in re,ſed iam acquiſitum confirmat,ſecundum Andr.
7 de Iſer. ¶No.ibi,non de omni poſſeſ.†quòd inueſtitura antiqua in dubio non intelligitur facta, niſi de his quæ iuſtè poſsidet vaſallus, niſi nominatim id dictum ſit. Ex quo inferte, quòd ſi hæres vaſalli petierit intra annum à domino inueſtituram de omnibus feudis, & dominus fecerit inueſtituram hæredi ipſius vaſalli de omnibus feudis, non intelligitur facta,niſi de his feudis,de quib.defunctus iuſtè erat inueſtitus. Ratio,quia confirmatio generalis feudorum in inueſtitura antiqua nõ dat neque præſtat nouum ius inueſtito: ſed duntaxat confirmat,niſi expreſſè appareret de voluntate inueſtientis, qui nedum velit confirmare, ſed etiam ius nouum creare: vt probatur in tex.ibi,niſi id nominatim.¶No.ibi,nouam in ueſtituram.eſſe regu-
8 lam pulchram in feudis,† quòd qui non habet bonorum ſuorum legitimam adminiſtrationem, non
a poteſt infeudare,[a] & feudum nouum conſtituere.
9 ¶Secundò not. aliam regulam,† quòd qui non poteſt alienare, non poteſt infeudare. l. is cui bonis.ff.de verb.ob. Propterea procurator generalis non poterit infeudare,niſi nominatim habet mandatũ ad infeudãdum: l.proc.tut.ff.de proc.l.curator.§.Luc.ff.man. Propterea mulier quæ prohibetur alienare ex forma ſtatutorũ, non poteſt infeudare,licet aliàs poſsit:§.fœmina.ſ.e.ti. ¶Sed cõtra iſtas regulas op. & imo videtur, ꝙ minor qui non habet poteſtatem alienandi,poſsit facere inueſtiturã.Vnde op.de prin.huius c.ibi,à minore.Sol. Aut loquimur in noua inueſtitura,& tunc minor infeudare non poteſt: vt tex.ibi,noua verò inueſtitura.
10 ¶ Quod limitarẽ eſſe verum,† niſi dignitas minoris aliud ſuaderet: puta, quia princeps. l.cum plures. §.fi.ff.de ádmin.tu. & no.in c.grãdi.de ſupple. negli.prę̨la. Si verò loquimur in inueſtit.antiqua, & tunc

*[a] Ergo à contrario ſenſu quilibet habens adminiſtrationẽ. poteſt etiam ſi eſſet vnus ruſticus, ſecundũ Bal. & ibi etiã Do.Laud.in c. j. in prin. ſup. qui feu. dar.poſſ. Omnino vide D.Frã.Cur. in viij.charta ij. part. verſicu. iiij. principaliter quæro, &c. in j.colũ.qui refert quendã modernũ Neapol tenuiſſe cõtrarium.*

& tunc loquitur contrà, quia minor poteſt facerè
inueſtituram antiquam:vt in tex:.ibi, ſiue autem à
11 minore. ¶Quod limitabitis, † niſi ſit furioſus vel
infans vel habens tutorem:quia tũc requiritur au-
ctoritas tutoris.l.magis puto.§.ſi fundus.& l.ſi pu
pillus.ff.de reb.eorum.l.in negotiis.de reg.iur.ſe-
cundum Iac.de Bel.¶In gloſ.quæ incipit,& meri-
12 to.ad fi.no.† quòd qui facit inueſtituram antiquã,
non dicitur alienare: quod eſt notabile, maximè ſi
ſtatutum prohiberet alienationem.¶In gloſſ.quæ
13 incipit,ſimile.ad fi.not.† quòd diſpoſitio non tra-
hitur ad doloſa neque ad vitioſa : l.quem. & l.tres
fratres.ff.de pact. ¶In glo.quæ incipit,hic habes.
14 ad fi.not. † quòd feudum dicitur in bonis vaſalli.
Propterea tenetur ad decimas, collectas, ſiue tri-
a buta: [a] non autem dominus proprietarius.Facit l.
neque.ff.de impenſis in rebus dot.fact.iuncta glo.
15 ſecundum Bald. qui etiam dicit, † quòd generalis
confirmatio priuilegiorum non confirmat etiam
b priuilegia [b] iniuſta : vt not.in l.j.& ij. ff.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur. ¶Et no.de infante portato co
ram Papa cui collatum eſt beneficium:De quo di-
cite,vt per eundem Bal.in l.fi. C.ſenten.reſcin. nõ
16 poſſe.¶In glo.fi.ibi,l.vltima.no.† quòd ſi teſtator
prohibuerit legatarium alienare prædium legatũ:
certè legatarius non poterit illud prædium infeu-
dare : quia qui non poteſt alienare, non poteſt in-
feudare:vt hic in tex. ¶In ea.gl.ibi,de inueſt.real.
not. quòd per infeudationem nouam fit alienatio:
quia transfertur dominium vtile in vaſallum. ¶In
17 gl.de inueſti.de re ali.fact.ad fi.gl.no. † q̃ remoto
genere remouetur & eius ſpecies : &, ad poſitionẽ

*a An vaſallus teneatur ad tributa, quid in creditore pignoris, quid in emphyteota & ſimilibus: vide aliquid per Alex. in app. ad Bartol.in l.j. C. de anno. & tribu. lib.x. & conſilio xxxv. iiij. col. iiij.vol. & conſ.iiij. in v.vol.& conſil.xxxj. ad fi.in eo. Ro. no.conſ. lxxiij. in ij. dub.& cõſi. ccxxx. Alexand.conſi. j.col.iij.iiij. volum.*

*b Hoc limita, vt per Alex.no.ſuo conſi.xlj.in fi. in v.vol. Vide infinita per Fely. in c.ij.col.xvij.de reſcr.ver.legentes. Ro.in conſi.ccxviij.Do.Alex. conſi.cxxv. j.col.ij.vol.Fel.latè in c.poſtulaſti.col.xvij.de reſcri.Alex.plenè conſi.lix.in j. vol.& eundem latiùs conſi.cxxij.in iiij.volu.pen.& vlt.col.Vide in materia not.dictum Alex.conſi.xxxiij.in j.vol.Et de infante portato coram Papa, vide Fely.plenè in c.cùm inter.in princ.de excep.*

ſpeciei ponitur genus: ſed ad remotionem ſpeciei non remouetur genus. Facit l. inter agnatos. ff. vnde legi. iuncta gl. & l. j. §. fi. iuncta gl. ff. de ſuis & le
18 git. ¶ Vltimò no. † quòd appellatione [a] partis ple-
a runque continetur totum, vt l. vxori. in princip. ff. de legatis iij.

*a Partis app. plerũque totum continetur.*

## SVMMARIVM.

1 *Res prohibita alienari non poteſt in feudum dari.*

2 *Fallit primò, ſi alienatio ſit facta agnato proximiori qui in feudo ſucceſſurus eſt.*

3 *Fallit ſecundò, ſi fiat infeudatio perſonæ æquali, quæ poſſit æquè bene ſeruire domino.*

4 *Infeudatio in fraudem facta, non valet.*

5 *Modi probandi infeudationem factam, eſſe celebratam in fraudem.*

6 *Ratio, quare vaſallus poſſit alienare proximiori agnato.*

7 *Infeudato ab infeudante precium reſtituitur, niſi ſit in mala fide.*

8 *Agnatus proximiori agnato poteſt alienare, etiam ſine conſenſu domini.*

9 *Vaſallus, qui non petijt inueſtituram intra annum & diem, alienare non poteſt agnato proximiori.*

10 *Vaſalli in fraudem infeudantis alienatio eſt nulla, ſiue petierit inueſtituram, ſiue non.*

11 *Agnatus proximior qui recipit alienationem, an teneatur petere inueſtituram intra annum & diem.*

12 *Ius accreſcendi non habet locum inter hos qui diuerſo iure ſuccedunt.*

13 *Vaſallus cui culpa à domino remiſſa eſt, an teneatur petere inueſtituram intra annum & diem.*

Quod

14 *Quod dicitur de inueſtitura intra annum & diem petenda, an locum habeat in ſingulari ſucceſſore.*

§. SED ETIAM RES. ¶ Diuiditur in quatuor. In prima, ponitur regula. In ſecunda, prima fallentia. In tertia, ſecũda fallẽtia. In quarta, limitatio ſecundæ fallentiæ. Secunda ibi, niſi in caſu. Tertia ibi, per feudũ. Quarta ibi, niſi fiat per
1 fraudem. Hoc dicit: ¶ † Res prohibita alienari, non poteſt in feudum dari. ¶ Fallit duobus modis vel caſibus: Primo, quando fit alienatio in proximiorem agnatum qui eſt ſucceſſurus in feud. ¶ Secundò fallit, quando vaſallus infeudat feudum alteri etiam extraneo, niſi infeudatio ſit facta in fraudẽ: quo caſu infeudatio eſt nulla, & proximior reuocat, reſtituto precio. Ad hoc allegatur vſque ad §. perſonam verò. ¶ No. tex. ibi, nec per beneficiũ.
2 † quòd res prohibita alienari, nõ poteſt in feudum concedi: ex quo notabili ſequitur, quòd cum regulariter feudum prohibeatur alienari: c. j. ꝟ. de prohi. feu. alie. per Fed. non poterit vaſallus feudum vendere, vel alio modo alienare. ¶ Fallit primò, in tex. niſi in caſibus. Nam agnatus poteſt feudum alteri agnato proximiori qui eſt ſucceſſurus in feudum, alienare dicto proximiori agnato etiam ſine conſenſu domini, ſecundum And. & Bal. hîc. ¶ No. ſe-
3 cundò ibi, per feudum tamen. † quòd vaſallus etiã poterit hodie alteri etiam extraneo infeudare, etiã ſine conſenſu domini, dummodo fiat infeudatio æquali perſonæ, quæ poſsit æquè bene ſeruire domino, ſicut primus vaſallus infeudans, & dummodo fiat infeudatio cum eadem lege & conditione, prout habebat primus vaſallus, & dummodo non fiat in fraudem, vt hæc omnia probantur in ca. j. §. propterea. ꝟ. de capit. Conra. cap. j. §. ſed eadem lege. ꝟ. de lege Conrad. Nam mortuo infeudante, extinguetur ius infeudati, & ſic non durabit hæc in-
a feudatio, niſi in vita infeudantis: [a] quia reſoluto iu

a *Et quòd talis infeu. nõ duret, niſi in vita infeudãtis, tenet* D. Iaco. *in trac. feu. in verb. ita etiam quòd ipſi vaſalli & eorũ hæredes. in ij. col. Et an apud talẽ infeudãtẽ remaneat aliquod ius in ipſo feudo, ibi: quæ vide per eundem* D. Iac.

re datoris reſoluitur ius acceptoris: c.j. §.fin.ṡ.de controuer.inueſt.l.lex vectigali.ff.de pignor.cum ſimi.Propterea mortuo infeudante, venient agna-
4 ti.¶Not.ibi,niſi fiat in fraudem. †quòd ſi vaſallus in fraudem infeudauerit, nõ valet infeudatio ipſo iure: puta, ſi vaſallus ſub colore infeudationis receperit preciũ ab infeudato.Nam tunc proximior agnatus reſtituto precio ei qui numerauit vaſallo infeudanti, accipiet & reuocabit rem infeudatam in fraudem:quod notabile qualiter intelligatur,vi debitis in glo.ſi. ¶In glo.quæ incipit,in fraudem.
5 in ſi.no.glo. †quæ ponit tres modos probandi infeudationẽ à vaſallo factã, eſſe celebratam in frau-
a dem: [a] puta,ſi ſit caſtratus,vel ſi ſit ſenex,ita quòd non ſit ſpes filiorum,vel ſi aliter in fraudem agnatorum facta fuit infeudatio à vaſallo: quam gloſſ. perpetuò no.¶Ex hac gl.Bal.interrogatus,reſpondit, quid iuris in tali caſu: Erant quatuor fratres, quorum alter erat caſtratus, qui fratres ſucceſſerũt in feudo paterno,frater caſtratus alienauit partem ſuam feudi:quærebatur, an alij tres fratres ſui poſsint reuocare partem alienatam à fratre caſtrato? Reſpondet Bal.quòd viuente fratre caſtrato alienante non poterit fieri reuocatio. Dicam in ca. Titius.ṡ.ſi de feu.defunct.fuer.contro. ¶Glo.quæ incipit,& verò.diuiditur in vij. Nam in prima ponitur ratio tex.noſtri.In ſecũda,via ſpinoſa & brocardica. In tertia limitatio ad textũ. In quarta declaratio.In quinta quæſtio & ſolutio.In ſexta quęſtio & ſolutio. In ſeptima quæſtio ſine ſolutione. Secunda ibi,hæc gloſſ.conceditur. Tertia ibi,hæc ergo dicitur.Quarta ibi,hoc intelligo.Quinta ibi, & quod dicitur. Sexta ibi,ſed non quid eſt. Septima ibi, ſed quid ſi ſine inueſtitura. ¶In ead.ibi, §.
6 quindecim.no.rationem,†quare vaſallus poſsit alienare inconſulto domino proximiori agnato ſuc ceſſuro in feudo: quia hæc propriè non eſt alienatio, ſed eſt quædam refutatio, ſecundum textum pul-

[a] *Hoc ſequitur* D.*Alex. ſuo cõſil.xv. in v.vol.*

pulchrum in fine.j.de alien.feud.paterni. ¶In eadem ibi, l.vltima. nunquam placuit via brocardica. Propterea etiam quia non eſt de materia feudali, dicite, vt hic per Iacobum de Bellouiſu. ¶In eadem ibi, reſtituendum. not. pulchram limitationem ad textum noſtrum. Tex. noſter dicit hîc in fi.
7 † precium eſſe reſtituendum inueſtito vaſallo ſeu infeudato, qui numerauit precium vaſallo infeudanti in fraudem: qui text.eſt limitandus, niſi qui numerauit precium, eſſet in mala fide: quia ſi ſciuerit alienationem fieri à vaſallo in fraudem, non recuperat precium: ſecus autem, ſi eſſet bonæ fidei: quia tunc eidem reſtituendum eſt precium. ¶Quod autem dictum eſt, vt non fiat reſtitutio precij malæ fidei poſſeſſori, hoc verum, niſi aliter conuentum fuiſſet, iuxta not.in l.ſi fundum. C.de euiction. & ſic fit reſtitutio precij ab eo qui recepit precium, ei qui ſit in bona fide: non autem ei qui ſit in mala fide, niſi ſit conuentum inter recipientem & dantem: vt hæc gloſſ. auctoritatis. not. in dicta l.ſi fundum. ¶In eadem ibi, l.j.not.gloſſ. quæ declarat text.ibi, reſciſſa inueſtitura. vt intelligam reſciſſam inueſtituram factam in fraudem. Nam præceſsit contractus vt infirmus, & ſequuta eſt traditio vt infirmanda: vt not. in l.eleganter.in princip.ff.de dolo. ¶In eadem gloſ.ibi, cap.
8 j.not.gloſſ.valde ſingularem: † quia etiam hodie agnatus proximiori agnato etiam ſine conſenſu domini poteſt feudum alienare: quæ gloſſ.limitat c.j. de proh.ali.feu. per Feder.& quam glo.ſequuntur communiter Feudiſtæ, & ex qua poteſtis inferre, quòd ſi ſint duo fratres, poterit vnus alienare partem ſuam feudi paterni alteri fratri ſuo, & non cadit à iure ſuo, quamuis non interuenerit conſenſus domini. Et eodem modo ſi ſint diſparis gradus: puta, pater alienat feudum paternum, & antiquum in filium ſuum: vel filius, in nepotem: certè valet talis alienatio etiam ſine cõſenſu domini.

¶In

¶In ead.ibi,cohæredes.hanc quæſt.gl.non ſoluit. Vos ſoluite: Cùm quæritur,an vnus agnatus poſſit alienare partem ſuam agnato ſuo proximiori,ſiue pro diuiſo ſiue pro indiuiſo:dicẽdum eſt, quòd poteſt alienare. c.j.§.ſciendum.ꝟ.de no.feu. & plenè not.in c.omnes filij.ꝟ.ſi de feu.fuer. controuer.

9 ¶†In ead.glo.ad fi.titulus quæſtionis vario modo intelligitur à doctoribus hic.Nam Iac. ponit titulum quæſtionis hoc modo:Nunquid vaſallus poſſit alienare proximiori agnato ſucceſſuro in feudo, ſiue vaſallus alienans petierit inueſtituram : vt quia hæres,intra annum & diem, ſiue non petierit inueſtituram,neque præſtiterit fidelitatem:cui tituli quæſt.reſpondet Ia.quòd cùm ſit ingratus vaſallus qui non petit inueſtituram.: c.j.ꝟ.quo temp. miles.cum ſimi.certè non poterit vaſallus alienare feudum in proximiorẽ. Et poteſt eſſe ratio pro Ia. quia nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat:l.traditionibus.ff.de acquir.rerum dom.& in regula iuris,nemo plus iuris.Sed vaſallus qui alienauit in proximiorem agnatum, nullum ius habebat in feudo: quia non petiit inueſtituram intra annum & diem:d.c.j.ergo nullum ius tranſtulit in

10 agnatum.¶†Bal.intelligit alio modo titulũ quęſt. gloſſ.videlicet,Aut loquimur de proximiore agnato reuocante alienationem factam in fraudem , & tunc habet neceſſe petere inueſtituram intra annũ & diem.Aut loquimur de alienante vaſallo in proximiorem agnatum:quo caſu non eſt fienda differentia, cùm alienatur, an vaſallus petierit inueſtituram, necne:quia cùm ſit facta hæc inueſtitura in fraudem,& ſic ſit irrita: vt in tex.noſtro ibi, reſciſſa. Ergo ſiue petierit inueſtituram,ſiue nõ,alienãs: nihil refert,cùm vtroque caſu propter fraudem ſit infeudatio nulla.Nam etiam ſi petiiſſet alienãs inueſtiturã,eſſet tamẽ infeudatio facta à vaſallo nulla.Ergo multò magis eſt nulla,ſi nõ ſit petita inueſtitura à dño per ipſum alienantem : argumẽ.l.non ſolùm.

ſolum.ff.de noxa.& l. quod ſeruus. ff.quod vi aut clá.quia tunc eſt duplex vitium: primum cùm ſit facta infeudatio à vaſallo in fraudem: ſecundum vitiúm, quia alienans ſeu infeudans vaſallo, non petiit intra annum & diem inueſtiturá à domino: d.c.j.§.quo temp.miles.& hunc intellectum dicit eſſe Iac.de Bel.Vos dicite, quòd Iac.de Bel. aliter intelligit ti.quęſt.videlicet,quando alienatio fuit facta in agnatum proximiorem:quo caſu licita eſt alienatio,vt dixi ſ.in intellectu Iac.Sed Bal. intelligit alio modo:videlicet,quando alienatio ſit facta in fraudem:quo caſu non eſt licita infeudatio: vt in tex.noſtro.Ergo diſcrepat intellectus Iac. ab intellectu Bal. & vterq; eſt verus. ¶ Tertio modo intelligit Andre. ti. quæſtionis glo.noſtræ:videli-
11 cet,† quando vaſallus alienauit feudum in agnatũ proximiorem ſucceſſurum in feudo, an agnatus proximior qui recipit alienationem,teneatur petere inueſtituram à domino intra annum & diem. Et reſpondet And.quòd ſic:cuius rei gratia ſciendum,quòd aliquando plures filij vel agnati diuidunt inter ſe feudum paternum vel antiquum, & quiſque accipit,& poſsidet partem ſuam feudi, & quilibet eorum petit inueſtituram & præſtat fidelitatem domino pro ſe & parte ſua intra annum & diem:deinde vnus ex dictis agnatis alienat partem ſuam in alium agnatum: & tunc ille agnatus cui eſt facta alienatio, vel ad quem peruenit feudũ ex alia cauſa,tenetur petere inueſtituram à domino intra annum & diem:d.c.j.§. quo temp. miles. ſicut quilibet alius ſucceſſor & poſſeſſor. Si verò vaſallus agnatus qui alienauit in proximioré agnatũ,nó agnouerit portioné ſuam,vel aliàs nó petierit inueſtiturá intra annum & diem,tunc iure accreſcendi portio ſua vadit ad alium agnatum æqualis gradus,qui agnouit portionem ſuam,& iſte agnatus qui habet iure accreſcendi, non tenetur petere inueſtituram à domino:quia ſatis eſt, quòd de

de parte ſua ãtea agnita petierit inueſtiturã, & pręſtiterit fidelitatem debitam intra annum & diem: quia idem iuris eſt de augmento, prout de principali: l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pac. do. l. etiam. C. de iure do. Nam inueſtitura & fidelitas præſtita domino in parte agnita, extenditur ad alium partem, quam ipſe agnatus iure accreſcendi habuit: d. §. cum inter. & no. in l. j. C. quando non pet. par. ¶ Ex prædictis infert And. quòd ſi pater alienauit feudum paternum in filium ſuum, vel ſi frater maior qui ſecundum conſuetudinẽ Franciæ ſuccedit in feudo, donauit fratri minori feudum: certè filius & minor frater tenetur petere inueſti-
a turam à domino intra annum & diem: [a] † quia inter
12 hos qui diuerſo iure ſuccedunt, non habet locum ius accreſcendi. l. ſed cum patrono. ff. de bon. poſſeſſion. l. filium. ff. de bo. po. contra tab. & no. in d. l. j. C. quando nõ pe. par. ¶ Deinde quærit And. po
13 ne, † Vaſallus commiſit culpam, ex qua debet perdere feudũ, & aperitur ex hac culpa feu. dictus dominus remiſit culpam: quæritur, an vaſallus intra annum & diem debeat petere inueſtituram? Reſpondit And. Aut dominus apprehendit feudi poſſeſſionem, & deinde retro tradidit eidem vaſallo remittendo culpam: & tunc, quia cenſetur nouum feudum, tenetur vaſallus intra annum & diem petere inueſtituram. Et no. illud verbum, nouum feudum. Secus verò, ſi dominus non apprehendit poſſeſſionem feudi: quia tunc non dicitur nouũ. Propterea non erit neceſſe, quòd vaſallus cui eſt remiſſa culpa, petat inueſtituram, ſecundum Andreã: quod eſt notandum. ¶ Et not. vnum verbum not.
14 Andr. † quòd id quod dicitur vulgò, ſi nõ petit inueſtituram intra annum & diem, cadit à iure feudi, habet locum in hærede defuncti, non aũt ſingulari ſucceſſore: puta, emptore vel donatario. Nã licet ẽptor & donatarius feudi teneãtur petere inueſtiturã à dño intra annũ & diẽ, tamen ſi non petierit, non

*a Et an ille qui acquiſiuit partem feudi ab alio agnato, teneatur petere inueſtituram à domino intra annum & diẽ pro illo feudo nouiter acquiſito, vide D. Frã. Cur. in trac. feud. in ãtepe. chart. iiij par. verſ. circa hãc tertiã regulã.*

nõ cadit à iure ſuo,ſedtenebitur domino ad intereſſe, ſicut in alijs obligationibus faciendi. l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus. ff.de ver. ob.l. ſi quis ab alio.in fi.ff.de re iud.Sed in veritate licet hęc ſententia And.ſit æquiſsima:l.interpreta.ff.de pœn.tamen obſtat ſtricta ratio in c.j.§.quo tẽ.mil. ¶Opp.dum tex.vult loqui de ſucceſſore, nedum de hærede.Et de hęrede habetis tex.in c.j. in prin. ꝭ.quæ fu.prima cauſa bñf.amit.Ergo intelligatʳ verbum, ſucceſſorem.in re ſingulari. Ad|idem facit §. pręterea.ꝭ.de prohi.feu.ali.per Fe.¶In glo.fi.ad fi. dicite, vt dicam plenè in c.Titius.ꝭ.ſi de feud.fue. contro. quamuis hîc Iac. dicat vnum verbum. Et de præſtatione religionis dicam in c. j.ꝭ.de capit. Conrad.

## SVMMARIVM.

1 *Seruus feudum recipiens,an liber ſit,non refert.*
2 *Domino ignorante inueſtitum eſſe ſeruum,non valet inueſtitura.*
3 *Ratio perſonæ ad ſuſcipiendam inueſtituram non habetur.*
4 *Seruus militare non poteſt.*
5 *Filiofamiliâs feudum dari poteſt ita vt patri nihil acquiratur.*
6 *Natus ex vaſallo & ſerua,in feudo non ſuccedit.*
7 *Scientia requiritur de conditione inueſtiti.*
8 *Infans inueſtiri poteſt.*

§. PERSONAM VERO INVESTITVRAM.¶Diuiditur in duas partes.In prima, regula. In ſecunda, exceptio.Secũda ibi,niſi
1 ignorantia.Hoc dicit: ¶†Non diſtat,an ſeruus ſit vel liber,recipiens feudum, niſi dominus ignorauerit.

uerit.Hoc d.¶Not.primò regulam, non eſſe diſtinguendū in inueſtitura,an ſuſcipiens inueſtituram,ſit ſeruus an liber. ¶Not. ibi,niſi ignorantia.
2 †quòd ſi inueſtiens ignorauerit eum eſſe ſeruum, non valet inueſtitura.¶In glo.j.quæ incipit, hæc
3 ratio perſonæ.ad fi.no.†quòd ad ſuſcipiendam inueſtituram non habetur ratio perſonæ.Et ſic not. hîc eſſe caſum coniunćto tex. quòd ſeruus poteſt inueſtiri de feudo.¶Sed cōtra tex.& gl.op.& imo videtur,quòd ſeruus non poteſt inueſtiri de feu-
4 do:†quia feudū dicitur militia, & vaſallus dicitur miles: vt vidiſtis in pluribus c. in ti.pręc. ſcilicet, Imperator Loth. Eugenio papę. vſq; ad ti. quemadmodum feu.ad fi. perti. Sed ſeruus non poteſt militare:d.l. ſuper ſeruis. C. qui mili.non po.lib. xij. Sol. Quia eo ipſo quòd dominus inueſtit ſeruum ſuum de feudo,videtur ei concedere libertatem & feudum,ſecundum Andr. & probatur ratione: Nam qui vult conſequens, vult neceſſarium antecedens ad illud.l.illud.ff.de acqui.hæredi.l.ij. ff.de iuriſd.om.iud.Sed ſeruus qui non poteſt militare,non poteſt habere feudum:d.l.ſuper ſeruis. ergo per conſequens videtur concedi libertas ad hoc, vt ſeruus ſit habilis ad feudū. Et eadem ratione:ſi conceditur feudum ſeruo alieno, ſciente domino ſuo contemplatione ipſius ſerui,ita vt non acquiratur domino ſuo: certè efficietur liber & habebit feudū: d. l.ſuper ſeruis.ſecundū And.hîc. Si autem quis inueſtierit ſeruum alienum contemplatione domini,in dubio acquiritur feudum domino:l.placet.ff.de acqui.hære.Si autem quis conceſſerit feudum alieno ſeruo ignorante domino ſuo vel reclamante domino ſuo, contemplatione ipſius ſerui non valebit conceſsio ipſius feudi. l.
5 quod attinet.ff.de re. iur.¶†Quæro,pone igitur, Inueſtiui filiumfa. de feudo, vt nihil acquiratur patri,an valeat talis infeudatio?Reſpondeo, quòd ſic:in auth.vt li.ma. & au. §.j. & dixi in auth. excipitur.

pitur.C.de bo.lib.ſecundum Andre. hîc. ¶Quæro: † Natus eſt filius ex ſerua & vaſallo: quæritur,
6 an talis filius ſuccedat in feudo paterno? Reſpondeo, quòd non: etiamſi mater maritatur. cap.naturales. §.ſi de feud. fuerit controuerſ. ſecundum
7 Andre. ¶In gloſſa, nam ſi do.ad fin. † Circa hanc gloſſam, quæro, quid ſi dominus dubitanter inueſtiuit ſeruum, an valeat inueſtitura? Reſpondit Baldus, quòd ſic: per l.qui cum alio. ff. de regulis iuris. Ego diſtinguerem: Aut conſtaret de mente domini, & ſtandum eſt menti domini: l.cùm proponas. C. de hæredib.inſtitue. Aut dubitatur, & tunc putarem non valere inueſtituram: quia requiritur ſcientia domini: vt hoc §.noſtro, & d. l. ſi præſens. Sed dubitans non dicitur conſentire. l.final.C.de condictio.inde.l.manifeſtum. §. ſi au-
8 tem dubius.C.de fur. ¶ Vltimò quæro, † an infans poſsit inueſtiri? Iacobus de Belloui. ſe remittit ad no.in l.donatariam.C.de acquir.poſſeſſ. Vos dicite inueſtituram valere per textum, in capit. ſi minori.ſi de feud.fuerit controuerſ. & per textum noſtrum, in quo non diſtinguitur perſona recipiens feudum.

## SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura actiua & paſsiua poteſt fieri per alium.*

2 *Vaſallus inueſtituram petiiſſe dicitur: etiamſi tertius nomine ipſius petierit, ſine mandato.*

3 *Vaſallus inueſtituram petere poteſt per procuratorem.*

4 *Fœmina poteſt inueſtire aliquem de feudo.*

5 *Vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum, dummodo ſit æquè acceptabilis domino.*

x

§. SED VTRVM IPSE VEL. ¶† Inueſti-
1 tura actiua & paſsiua poteſt fieri per aliū. Etiam fœmina poteſt facere inueſtituram actiuam. Hoc dicit vſque ad §.nullam. ¶Not.text.in
2 prin.vbi vide caſum, † quòd vaſallus dicitur ſatiſfeciſſe petitioni inueſtituræ intra annum & diem, ſi tertius nomine ſuo petierit inueſtituram à domino, etiamſi ille tertius non habeat mandatum: quod dictum intelligo verum, dummodo vaſallus ratificauerit intra annum & diem peti. inueſtituræ factam nomine ſuo. argu. l.bonorum.ff.rem ra.hq. ¶Not.ibi,per procuratorem.hîc videri eſſe caſum
3 clarum,†quòd vaſallus poteſt petere inueſtituram per procurat. & intelligo etiam generalem:l. ſed ſi vnius.§.procuratorem.ff. de iniur.& per text. noſtrum ibi,& per procuratorem poteſt inueſtire va-
4 ſallum. ¶Not.text.§.fœmina. †quòd fœmina poteſt inueſtire aliquem de feudo, & ſic fœmina poteſt habere iuriſdictionem actiuam in vaſallo. ¶In glò.quæ incipit,ergo.ad fin.not. quòd licet regulariter fœmina non ſuccedat in feudo, & conſequenter non poſsit petere inueſtituram paſsiuam: vt dixi in c.j.§.hoc quoq; notandum.ſ.qui feu.da. poſſ. tamen poteſt fœmina actiuam facere, id eſt poteſt nouum feudum conſtituere dando caſtrum proprium vel aliud in feudum:vt eſt caſus in §.noſtro. ¶Item poteſt intelligi §. noſter ſecundum Andream alio modo : videlicet, quòd illis caſibus quibus feudum pertinet ad filiam, vt in filio, titu. ſuprà, quemadmodum feud. ad fœminam pertin. poſſet ipſa vaſalla alteri infeudare. capit. primo. §. præterea. infrà,de capitulis Conrad. ſecundū An-
5 dream hîc. ¶ Et nota ex §. ſed vtrum. † quòd vaſallus poteſt ſeruire per ſubſtitutum, dummodo ſit æquè acceptabilis domino : cap.j.§.firmiter.ſ.de prohib.feud.alie.per Federicum. & in c.j.§.fi.infr. de pa.iur.fir.ſecundum Andre.hîc.

SVMMA

# SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura non eſt fienda ei, qui recuſat præſtare fidelitatem domino.*

2 *Feudum nominatur à fidelitate iuramenti.*

3 *Pactum conuentum de non iurando inter vaſallum & dominum, valet.*

4 *Argumentum ab* Etymologia*, eſt validum etiam in materia feudali.*

5 *Inueſtitura eſt vel verbalis, vel actualis.*

6 *Actualis inueſtitura, eſt vel propria, vel abuſiua.*

7 *Vaſallus honorificè debet adire dominum, quando petit inueſtituram.*

8 *Vaſallum inueſtituram petere ſufficit, licet non polliceatur fidelitatem.*

9 *In quolibet iuramento fidelitatis anterior dominus & Imperator exceptati intelliguntur.*

10 *Dominus recuſans facere inueſtituram intra annum & diem, proprietate priuatur.*

11 *Infamia domini vaſallum à iuramento fidelitatis abſoluit.*

12 *Iuramentum fidelitatis vt à procuratore præſtetur, ſpeciale mandatum requiritur.*

13 *Inueſtitura quando fieri debeat.*

14 *Vaſallum recuſantem expreſſè fidelitatem dominus inueſtire non tenetur: ſecus, ſi id non apparet.*

15 *Diſinueſtitura per quem fieri debeat.*

16 *Publicatis bonis vaſalli, non aufertur feudum ei, ſed fiſcus id poſſidet.*

§. NVLLA AVTEM INVESTITVRA.
¶Hic §. diuiditur in tres. Nam in prima,
dictum. In ſecunda, ratio dicti. In tertia,
exceptio. Secunda ibi, cùm à fidelitate. Tertia
1 ibi, niſi eo pacto. Hoc d. ¶† Inueſtitura non eſt
fienda ei qui recuſat fidelitatem facere domino,
niſi contrà ſit actum ſpeciali pacto. Hoc dicit vſq;
ad fi. tituli. ¶No. primò regulam, quòd inueſtitu-
ra non eſt fiēda ei qui recuſat præſtare fidelitatem
2 domino. ¶No. ſecūdò. tex. ibi, cùm à fidelitate. † quod
feudum denominatur à fidelitate iuramenti, quod
debet præſtare vaſallus dominò. ¶ Not. tertiò &
3 vltimò; † valere pactum conuentum inter domi-
a num & vaſallum, vt vaſallus non teneatur iurare [a]
fidelitatem domino. ¶In glò. & no. hoc art. Hæc
glo. notabilis & magiſtra, in prima colligit arg. In
ſecunda gl. format quartam queſt. In tertia reſpon
det ſecundæ quæſtioni. In quarta gloſſ. dat exem-
plum. In quinta format q. & ſol. In ſexta ſoluit iij.
qu. ſ. formatam. In ſeptima format aliam quæſt. &
ſol. Secunda ibi, ſed quæro in quem modum. Ter-
tia ibi, vtique vaſallus. Quarta ibi, verbi gratia.
Quinta ibi, quid ergo. Sexta ibi, qui deditus. Se-
ptima ibi, & notabitis, quòd fidelitas. ¶In eadem
4 ibi, l. bonorum. no. † quòd arg. ab Etymologia vo-
b cabuli eſt validum, [b] etiam in materia feudali: de
quo dixi in l. j. & ij. ff. ſi cer. pet. ¶In eadem gloſſa
ibi, facienda. not gloſſ. quæ format quæſt. qualiter
ſit fienda inueſtitura: & non reſpondet gloſſ. huic
quæſt. Vos reſpondete, quòd aut loquimur de in-
5 ueſtitura verbali, aut actuali. † Nam verbalis eſt,
quādo dominus dicit ego inueſtio te de tali: quam
6 retuli in præcedenti lectione. ¶†Actualis eſt du-
plex: quædam abuſiua, quædam propria. Nam abu
ſiua fit per baculū, enſem vel annulum vel ſimilia:
propria verò fit per inductionem in poſſeſsionem.
c. j. quid ſit inueſti. ¶In ead. glo. ibi, qui teſtes ſint
7 neceſſarij. not. † quòd vaſallus debet honorificè
adire

*a Adde tamen quòd quamuis poſſit per pactum remitti iuramentum fidelitatis, tamen non poteſt remitti per pactum fidelitas. Ita declarat D. Franc. Cur. in vj. char. j. par. verſi. vij. principaliter quæro.*

*b Vide per D. Franc. Cur. in vj. char. j. par. verſi. vij. principaliter quæro. vbi dicit quòd data paritate terminorū, ita procedit argumentum ab etymologia affirmatiuè ſicut negatiuè.*

adire dominum, quando petit inueſtituram à do-
a domino. [a] Sed in regno Siciliæ non eſt de neceſsitate, quod vaſallus honorificè adeat dominum quando petit inueſtituram, ſecundum Iac. de Bello. hîc. ¶In ead. ibi, c. j. not. glo. quæ vult, quòd non ſufficiat petere inueſtituram, niſi vaſallus polliceatur fidelitatem domino ſuo: quam declarate eſſe veram ex abundanti cautela: nõ autem ex neceſsita-
8 te. †Nam ſufficit vaſallum ſimpliciter petere inueſtituram: quia petendo inueſtituram, videtur etiã tacitè offerre fidelitatem. c. j. §. quo tempore mil. vbi text. vult, quòd ſufficiat petere inueſtituram: &, quæ tacitè inſunt, perinde habentur ac ſi exprimerentur: l. cum quid. ff. ſi cer. pet. l. non rectè. C. de fideiuſ. ſecundum Andre. hic: quod eſt notabile: quia ſi intelligeremus gloſſ. ſecundum corticem verborum, certè vaſallus amitteret feudum, licet petierit inueſtiturã intra annũ & diem, quando in petitione inueſtituræ vaſallus nihil dixit de fidelitate præſtanda: ſed ſecundum mentem gloſ. vaſallus non perdit feudum: vt dixi ſuprà, ſecundum Andre. ¶In eadem ibi, & Imperatorem. not.
9 hanc. glo. †quòd in quolibet iuramento fidelitatis intelliguntur exceptati anterior dominus & Imperator. ¶In ead. ibi, facere. not. exemplum clarum gloſſ. qualiter vaſallus debet petere inueſtituram
10 veram. ¶In eadem ibi, committente. †ſignabitis hanc gloſſam contra dominos recuſantes facere inueſtituram vaſallo intra annum & diem: quia priuantur proprietate feudi. Et hanc gloſſam ſequitur Iac. And. & Bal. Hanc gloſſam temperate verã, niſi ſubſit iuſta cauſa, ſcilicet domini probabilis ignorãtia: puta, quia dominus ignorabat petentem inueſtituram eſſe filium & hæredem vaſalli defuncti: l. fi. & ibi not. ff. de rei vend. & no. Andre. in c. j. §. quo temp. miles. ¶In eadem ibi, domino. not. formam fidelitatis iuramenti: de quo dicam plenè in ti. ij. & iij. ¶In ead. in fi. ſummè notanda eſt hæc

*a Vide D. Iac. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. co. xiiij. vet. ſed ponamus, ego teneo feud.*

11 cauda gloſſ. † quòd propter infamiam domini abſoluitur vaſallus à vinculo fidelitatis iuramenti: puta, ſi dominus ſit excommunicatus vel bannitus: ſed ſi dominus abſolueretur à banno vel excommunicatione, certè tunc vaſallus non eſſet abſolutus à vinculo fidelitatis. Deinde, quia quod abſtulit cōtumacia & inobedientia, id adfert obedientia poſtea ſecuta: capit. ex literis. de conſtitut. l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. ¶ Quæ-
12 ro, † an iuramentum fidelitatis poſſit præſtari [a] à procuratore vel ſindico habéte generale mandatum? Reſpondeo, quòd requiritur ſpeciale mandatum: c. fin. de iuram. calumn. lib. vj. & Archi. lxiij. di. cap. tibi. vbi allegat Bonamguidam Aretinum ſolennem aduocatum curiæ Romanæ dicere ita in curia ſeruari. ¶ Nec obſtat, ſi aliquis dixerit, tu dixiſti contrá: ſuprà, eodem. §. ſed vtrum. quia reſpondeo: Aut loquimur de iuramento præſtando, & requiritur ſpeciale mandatum: vt dixi. Aut loquimur de inueſtitura petenda ſiue fienda: & tunc habens etiam generale mandatum, poterit eam facere, dummodo ſit inueſtitura antiqua: ſecus, ſi ſit noua: quia tunc requiritur ſpeciale mandatum. l. procurator. & l. mandato generali. ff. de procuratore. Ratio diuerſitatis, quia inueſtitura noua bene dicitur alienatio. Vidiſtis caſum ſ. eo. tit. in prin. & ver. noua verò inueſtitura. ¶ Quæro, quia glo. in ſuperioribus quæſiuit, quando debeat fieri fidelitas domino, & non reſpondit: propterea
13 reſpondeo ſecundū Iac. & Bal. † Aut dominus iam fecit inueſtituram vaſallo, & tunc ſi vaſallus non faciat fidelitatem dño, priuatur vt ingratus, feudo: §. eſt & alia. ꝗ. quæ fuit prima cauſa beneſ. amitt. Aut dñs nondum fecit inueſtituram vaſallo, & tūc aut inueſtit. eſt noua, aut antiqua. Primo caſu, quando eſt noua, debet dñs interpellare vaſallum, & denunciare eidem, vt præſtet fidelitatem eidem dño pollicendo eidē inueſtituram. l. Iul. §. offerre. ff. de act.

[a] *Vide D. Iac. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. col. iij. verſi. nūc quæro.*

emp

emp.l.ædilitio.§.fi.ff.de ædil.edicto. Secúdo caſu, in antiqua inueſtitura vaſallus intra annum & diē debet pręſtare fidelitatem, & petere inueſtituram: aliàs priuatur feudo:c.j.ſ.quo temp.mil. c.j.ſ.de lege Conra. Et ſic habetis differentiam inter nouam & antiquam inueſtituram: quia in noua dominus debet adire vaſallum: vt d.§.offerri. ſed in antiqua

14 vaſallus debet adire dominum. ¶ † Aduertendum, vt intelligamus tex.ad op.iſtam oppo.contra text. dicitur in tex.quòd dominus non tenetur inueſtire vaſallum recuſantem fidelitatem:ſed cōtrà ſ.c.j. ¶ Quid præcedere debet in inueſtitura, vbi inueſtitura debet præcedere fidelitatē? Reſpondeo, aut vaſallus recuſat expreſſè præſtare fidelitatem domino, & tunc dominus non tenetur eum inueſtire:quinimo etiamſi miſiſſet in poſſeſsionem vaſallum, poteſt reuocare miſsionem:quia frangenti fidem,&c.l.qui fidem,ff.de tranſa. l.cùm proponas. C.eod. Aut vaſallus recuſat tacitè præſtare fidelitatem in inueſtitura veteri,per annū & diem:& tunc idem:c.præterea.quo tempo.mil.& hic in tex. noſtro. Aut non apparet,quòd vaſallus recuſet fidelitatem, & tunc primò debet fieri inueſtitura verbalis,& abuſiua deinde:& ſecundò debet ſequi iuramentum fidelitatis.ſ.titu.prox.c.j. deinde ſequuta fidelitate dominus debet facere inueſtituram realem mittendo vaſallū in poſſeſsionem feudi: c.j.in fi.ſ.de noua fideli.for. ¶ Viſum eſt, qualiter fiat in-

15 ueſtitura: quæro, † per quem fiat diſinueſtitura? Secundum Bald. reſpondeo,interdum per habentem poteſtatem,nimirum dominum propria auctoritate,quando vaſallus ſe fecit alienū à poſſeſsione alienádo ipſam:vt.no.in l.ij.C.de iure emph.Si autem propter ingratitudinem priuatur vaſallus, requiritur ſententia.Et eodē modo,quando fit diſinueſtitura per agnatum, quia requiritur ſententia: c.j.ſ.de feu.ſine culpa non amit. ¶ Vltimò quæro,

16 † ſunt publicata bona vaſalli , an à dño non aufer-

a Et an publicatis bonis veniat feudum, D. Iac. in verb. dictiq; vaſalli promiſerũt nõ committere. col. antepen. verſi. videamus nunc generaliter.

tur feudũ vaſallo publicante? a Certè fiſcus poſsidebit hoc feudũ, donec vaſallus deceſſerit ſine hærede. in auth. de ali. & emph. §. j. & l. Statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fiſ. Adiicite quæ pulchrè conſuluit Odof. cõſil. xvij. & lxxj. & per Alber. in auth. ſi verò d. temporalis. C. de hæret. & per Bald. in l. j. ff. de rerum diui. & per Canon. in cap. j. de ſchiſmaticis. libro vj.

## Quid præcedere debeat, an inueſtitura, vel fidelitas. Titulus IIII.

¶Continuatur hoc modo: Nam ſuprà in §. fin. dictum eſt, quòd inueſtitura non debet fieri recuſanti fidelitatem: nunc videndum reſtat, quid præcedere debeat, an fidelitas, an inueſtitura. Propterea congruenti ordine ſubiicitur, quid præcedere debeat, an fidelitas, an inueſtitura.

## SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura verbalis & abuſiua debet præcedere fidelitatem domini.*

2 *Inueſtitura antiqua propriè non eſt inueſtitura, ſed inueſtituræ confirmatio.*

3 *Fidelitatem inueſtitura præcedere debet, quoniam priùs dominus tanquam caput debet adimplere ex parte.*

4 *Forma inueſtituræ.*

5 *Præpoſteratio ſi fiat, ita vt inueſtituram præcedat fidelitas, actus non vitiatur.*

6 *Fidelitas cenſetur iuramentum præſtitum à vaſallo domino ſuo.*

VTRVM

VTRVM AVTEM PRAECEDERE. ¶Diuidit in duas. In prima quærit & ſoluit. In ſecúda, quid ſit fidelitas. Secúda ibi, fidelitatem dicimus. Hoc dicit:
1 ¶†Inueſtitura verbalis, & abuſiua debet præcedere fidelitatem domini: &, fidelitas dicitur iuramentum, quod præſtat vaſallus domino. Hoc dicit. ¶No. tex. ibi, inueſtituram. quòd
a inueſtitura verbalis præcedet fidelitatem: [a] quod intellige verum de inueſtitura verbali & abuſiua, non reali: quia fidelitas ſequitur inueſtituram verbalem, vt hic: & præcedit inueſtituram realem: c. j. §. inueſtitura. de no. fidel. for. ¶Eſt aduertendum,
2 †quòd inueſtitura antiqua non eſt propriè inueſtitura, ſed quædam confirmatio perpetua, maximè in regno Siciliæ: quando vaſallus præſtitit homagium, id eſt fidelitatem in inueſtitura antiqua, fit aſſeueratio vaſallo, ſecundum And. ¶Ratio, quare
3 †priùs debeat præcedere inueſtitura, quàm fidelitas: quoniam priùs dominus, tanquam caput debet adimplere ex parte ſui, l. Iulius. §. offerri. ff. de
4 act. emp. l. argentarius. §. edi. ff. de edend. ¶†Et fit inueſtitura hoc modo: Ego rex vel dux, &c. inueſtio te Gayum per annulum vel enſem de tali caſtro in feudum: tu autem deinde mihi pręſtas iuramentum fidelitatis ſecundum veterem & nouam formam: poſtea ego vaſallus conſtituo me poſsidere nomine tuo dictum caſtrum: vel mitto te in poſſeſsionem: cap. j. §. quid ſit inueſt. iuncta l. quod
5 meo. in princ. ff. de acqui. poſſeſ. ¶†Quid autem ſi fiat præpoſteratio: quia primò fit fidelitas, quàm inueſtitura verborum, an vitiabitur actus? Reſpondet Bal. quòd non: arg. l. talem. in princ. ff. de hære. inſti. & Inſti. de lega. §. ante hæredis. & l. nec enim. ff. de ſolut. cum ſi. ¶Not. ibi, fidelitatem dicimus.
6 † quòd fidelitas cēſetur iuramentum præſtitum à vaſallo domino ſuo.

*a Et quæ ſit ratio, quòd debeat præcedere inueſtitura fidelitatem, & an præpoſteratio ordinis vitiet, vide D. Franciſc. Cur. in tract. feu. in ix. chart. ij. par. ver. iij. principaliter quæro.*

## Qualiter iurare debeat vaſallus domino fidelitatem. Titulus V.

¶Continuatur hoc ordine: Nã ſuprà viſum eſt de iuramento: nunc videndum eſt, qualiter vaſallus teneatur iurare fidelitatem domino ſuo. Ideo ſubiicitur rubrica, qualiter iurare debeat vaſallus fidelitatem domino.

## SVMMARIVM.

1 De *iuramento vaſalli, & domeſtici hic tractatur.*

2 *In iuramento fidelitatis ſubintelligitur, clauſula: vt iuretur ſicut debet iurari.*

3 *Iuramentum fidelitatis præſtitum etiam inſolitum eſt obſeruandum in dubio.*

4 *Metus non præſumitur in curia domini, vel principis.*

5 *Vaſallus domino credentiam iurare debet ad ſancta dei euangelia.*

6 *Domeſticus & familiaris iurat ratione familiaritatis.*

7 *Subditus ratione iuriſdictionis iurat fidelitatem domino ſuo.*

8 *Credentiæ manifeſtatio quæ ad detrimentum domini tendit, vaſallum feudo priuat.*

9 *Imperator pontifici iuramentum præſtat.*

10 *Domeſticus facilius poteſt nocere, quàm extraneus.*

11 *Domeſtica perſona intelligitur ad quam eſt peruentura ſucceſſio feudi.*

12 *Triplex eſt iuramentum: vel ratione feudi, vel familia*

*miliaritatis, vel iuriſdictionis.*

13 *Doli ad dolum non fit compenſatio circa diuerſa.*

14 *Frater in fratrem, par in parē non habet imperiū.*

15 *Ratione caſtri à duobus poſſeßi alter alteri fidelitatem non præſtat, ſi non recognoſcat ab ipſo bona feudalia.*

16 *Clerici an ratione bonorum quæ habent in iuriſdictione Regis, teneantur præſtare iuramentum fidelitatis.*

17 *Rex an ratione bonorum, quæ ſunt confiſcata, teneatur alteri Baroni domino ſubalterno præſtare iuramentum.*

18 *Bona confiſcata ſi perueniant ad tertium, non gaudent priuilegio regio.*

19 *Iuramentum de bonis confiſcatis præſtandum eſt regi, non priori domino caſtri.*

QVALITER AVTEM DEBEAT. ¶Diuiditur in tres. In prima ponit, qualiter vaſall⁹ prę‑ſtet iuramentum domino de ratione feudi. In ſecunda, qualiter domeſticus & familiaris iurat domino. In tertia, qualiter ſubditus ratione iuriſdictionis iuret domino. Secunda ibi, ſi domeſticus.
1 Tertia ibi, aut fidelitatem. Hoc dicit: ¶†Vaſallus tenetur iurare domino, quòd erit eidem fidelis, & quòd credentiam ſibi commiſſam à domino non manifeſtabit. Sed domeſticus & familiaris ſubditus adiiciet in iuramento, quòd obſeruabit vitam & rectum honorem: prout in text. noſtro. Hoc dicit totus iſte titulus. ¶Not. ibi, ſcilicet ſic debet, hîc eſſe caſum ſecundum quem dicit Bal. ſe reſpon
2 diſſe de iure, & conſuluiſſe, †quòd in iuramento fidelitatis ſubintelligitur clauſula, vt iuretur ſicut debet

debet iurari. Propterea iuramenta non ſolita ex-
a torta a à potente,non valét.¶Adiicite Bal.†quòd
3 iuramentum fidelitatis præſtitum etiam inſolitũ,
eſt obſeruandum in dubio:c.cùm contingat.& ca.
minus.de iureiur.& c.quãuis.de pact.lib.vj. ¶Fa-
4 teor etiam, †quòd ſi eſt aliqua coniectura per quã
metus poteſt probari, tũc inſolita iuraméta præſu
muntur extorta:arg.l.ſeptima.coniuncta glo.ff.de
condi.inſtit.Vbi autem nulla alia eſſet coniectura,
ſeruandum eſſet iuramentum inſolitum:quia in cu
ria domini & principis non præſumitur in dubio
metus.l.j.in fin. & ibi etiam Bart. C.de his qui per
me.iudicis non appel. Facit l.non eſt veriſimile.ff.
quod metus cau.& plenè no.per Bar.in l.de pupil-
lo.§.ſi quis prætori.ff.de oper.no.nuntia. & quod
no.in c.ſi.de app.¶No.tex.ibi, ad ſancta dei euan-
5 gelia.†quòd vaſallus tactis ſcripturis ad ſancta dei
euangelia debet iurare, quòd erit fidelis domino
ſuo,& credentiam habitam à domino non manife-
ſtabit in damnum domini. Ergo à contrario ſenſu
poterit manifeſtare ad vtilitatem domini, vt ibi ad
eius detrimentum. Nam inter cætera quæ debent
obſeruare vaſalli & ſubditi & etiam conſiliarij,eſt:
vt non manifeſtentur ſecreta domini ſui, niſi ad v-
tilitatem domini ſui.¶No.ibi,ſi verò domeſticus.
6 †quòd domeſticus & familiaris iurat ratione fami
liaritatis: qui caſus non eſt alibi, ſecundum Bald.
7 hic.¶No.ibi,aut fidelitaté.†quòd ſubditus ratio-
ne iuriſdictionis iurat fidelitatem domino ſuo.
¶No.tex.ibi, nominatim. formam iuramenti ſpe-
cificam quam tenetur præſtare domeſticus & fami
liaris, vel ſubditus:quia tenetur obſeruare & iura-
re,quòd obſeruabit vitam & rectum honorem: vt
8 in text.¶In gloſſ.iuſtè.ibi,cap.j.not.†quòd vaſal-
lus qui manifeſtauit credentiam domini ſibi com-
miſſam,perdet feudum: quod intellige eſſe verum
quando manifeſtatio credentiæ tendit ad detri-
mentum domini: aliàs ſecus:vt in text.ibi, ad eius
detri-

a *De iuramẽto inſolito, vide D. Iac. in verb. qui quidem inueſtit. præſtiterunt iuramentum. col.j.in principio.*

9 detrimentũ.¶In ea.gl.ad fi.not.†quòd Imperator tenetur præſtare iuramentum fidelitatis ſummo pontifici:de quo lxiij.di.c.iij.domino. not. in cle. j.de iureiur. ¶Ex quo poteſt inferri,quòd Burgẽ-
a ſis tenetur præſtare [a] fidelitatem regi, quamuis non tenet feudum à rege,ſecundũ Andr.hic.¶Gl. quæ incipit,hic notabis.diuiditur in duas. In prima ponit rationem diuerſitatis inter domeſticum familiarem & extraneum. In ſecunda ponit, quæ ſint perſonæ domeſticæ & familiares.Secunda ibi, ſed quæritur, quæ ſunt domeſticæ perſonæ. ¶In ea ibi,promiſsio.not. rationem diuerſitatis inter iuramentum extranei & iuramentum domeſtici:
10 †quia domeſticus faciliùs poſſet nocere,quàm extraneus,iuxta illud: Nulla peſtis efficacior ad nocendum,quàm familiaris inimicus.¶Ex qua ratione infero,quòd ſi vaſallus eſt domeſticus & familiaris domini ſui, tenebitur præſtare iuramentum fidelitatis inſerendo nominatim quòd obſeruabit vitam,membrum & rectum honorem domini:vt in
11 tex.¶In ea.ad fi.ſignabitis hanc gl.in fi.†quòd domeſtica & familiaris perſona dicitur etiam ad quã eſt peruentura ſucceſsio feudi,ſiue loquamur de ſucceſsiõe feudi quo ad dominum, ſiue loquamur de ſucceſsione feudi quo ad vaſallum. ¶Putarem tamen,quòd tale iuramentum non præſtet filius & alius deſcendens:quia non eſt veriſimile,quòd filius velit detrimentum vel mortem patris vel alterius aſcendentis:l.veluti.ff.de iuſti.& iur. Et eodem modo in marito & vxore : arg. l. cum tale. in prin.ſecundum Bal.hìc.ff.de cõdi.& demon.¶Ex-
12 tra gl.not.quo ad tex.& materiam noſtram,†quòd
b iuramentum eſt triplex:[b] Vnum,quod præſtat vaſallus domino ſuo ratione feudi: vt in tex. noſtro. Secundum eſt iuramentum,quod præſtatur ratione familiaritatis:puta,ſi princeps conſtituerit te familiarem ſuum,vel vt ſtes ad latus eius,certè teneretur præſtare aliud iuramẽtum fidelitatis:de quo hîc

*a Contrariũ dixit conſuluiſſe in contingẽtia facti Do.Ia.in verbo , qui quidẽ inueſtiti præſtiterunt iura. col.ij.in ver. eſt & alia ſpecies.*

*b Vide D. Iac. in verb. qui quidẽ inueſtiti præſtiterunt iuramentũ.col.j. in princi.*

hic.Vel pone aliud exemplum,Ecce tu es attinens vaſallo qui habet caſtrum in feudum à domino,& ſtas in familia ſua,vel etiam es in familiaritate ſua: certè teneris præſtare iuramentum : a de quo hic in text. propter ſpem ſucceſsionis. Tertia ſpecies iuramenti eſt ratione iuriſdictionis,de qua hic in tex. Nam ſubditi tenentur præſtare iuramentum domino ſuo,licet non teneant feudum à domino: vt hic in text.noſtro. Propterea habitantes & habentes domicilium in aliquo loco, tenentur iurare domino illius loci,etiamſi non ſint originarij illius loci:arg.tex.noſtri,ibi ad iuriſdic.eius, ſecundum Bal.qui ait Peruſinos ita iuraſſe ſummo Pontifici.Propterea habens bona in territorio alicuius principis,licet non feudata,tenetur iurare fidelitatem,ſecũdum And.hic.

*a Quid ſi talis familiaris eſſet clericus an poſſet cogi præſtare tale iuramẽtum? D. Ia. ponit, vbi ſupra.*

13 ¶†Quid autem ſi eſſent duo domini eiuſdem ciuitatis:puta fratres duo, & inuicem feciſſent offenſam, & vnus recognoſceret feudum ab alio,& alius ab alio,ita quòd eſſent vaſalli domini quilibet eorum, reſpectu diuerſorum:an fiat compenſatio feloniarum,an verò vterque cadat à feudo?Guil.de Cu. in l.ſed ſi hac. §. ſi liberta.aliàs,§.liberos. decidit: quòd vterque cadit à feudo propter feloniam inuicem cõmiſſam. Et ita ſentit glo.Facit leg.damni.§.ſi vicinos.ff.de dã. infec.leg. eius qui in prouincia. ff. ſi cer.pet. ¶Non ob.quòd doli ad dolum debet fieri compenſatio:l.ſi ambo.ff.de compenſa.quia reſpondetur illud verum,quando eſt circa idem.Facit quod not. Bal.in leg. cùm mulier. in repetitionibus. ff. ſol.ma.Idem etiam dicimus, quòd ſpeciei ad ſpeciem non eſt fienda compenſatio:l. ſi conuenerit. la ij.ff.de pig.Et facit quod not.in cap.fi.extra, de conuer. coniuga. in nouella,ſecundum Bal. hic.

14 ¶†Quæro, ſunt duo fratres domini eiuſdem ciuitatis,vt fuit Romulus & Remus ciuitatis Romanæ, & vnus delinquit:an alter poſsit eum punire?Gui.de Cu.in l.fi. ff.de re.di.determinat, quòd

non

non poſsit eum punire: quia par in parem non habet imperium: l. ille à quo. §. tempeſtiuus. ff. ad Trebellia. leg. nam & magiſtratus. ff. de arbit. niſi ratione maioritatis: vel, niſi periculum ſit in mora: vel, niſi dicti fratres non habeant ſuperiorem, ſecundum Bal. hîc. Cui adiicite, quòd idem etiam ſit, ſi haberent ſuperiorem, cuius difficilis ſit aditus, vel qui non poteſt reſiſtere:[a] vt plenè not. Bal. in repetitio. leg. j. C. vnde vi. Facit quod not. in lege, nemo. & leg. nullus. C. de Iudæ. in leg. ſed ſi aliis. §. baſilicæ. ff. quod vi aut clàm. cum ſimi.

15 ¶† Pone, in caſtro Titij baronis, alius baro in capite alterius caſtri habet bona feudalia, & vaſallos: quęritur, an dicto Titio baroni teneatur præſtare fidelitatem dictus alius baro? Reſpondet Andr. quòd non, & ita dicit ſe legiſſe in regiſtris Imperatorum Frederici. Et eſt ratio, quoniam alius baro non recognoſcit bona feudalia à Titio barone, ſed ab alio: puta, rege. Et par in parem non habet imperium: d. lege, nam & magiſtratus. ff. de arbi. Secus, vbi alius baro haberet alia bona non feudalia in caſtro dicti baronis Titij. Nam tunc ratione dictorum bonorum tenetur præſtare iuramentum fidelitatis: vt vidiſtis in text. ibi, ſed quia de iure dicit. & dixi ſuprà. Nam iſte alius baro, aut habet bona feudalia vt ſuprà, item bona propria: vt ſ. & tenetur præſtare duplex iuramentum: vnum regi ratione feudi, vt hîc in text. noſtro in prin. aliud iuramentum præſtabit Titio baroni propter alia non feudalia quæ habet in caſtro dicti Titij baronis: vt hîc in text. noſtro ibi, de iuriſdictione. Secus, ſi nulla bona haberet: quia tunc ſoli præſtabit regi iuramentum, ſecundum Andr. ¶ Et ſic ex prædictis not. quòd quis poteſt eſſe vaſallus duorum, ſicut quis poteſt eſſe ſeruus duorum. lege, ſeruus communis. ff. de ſtipul. ſeruo. lege, ſeruus plurium. ff. de legatis ſecundò. cum ſimil.

a *Adde D. Iac. idem tenẽt in verbo, marchio. co. v. ver. iuxta prædicta quæro.*

¶Audiuiſtis ſuprà:Ratione bonorum, vel incola-
16 tus dari iuramentum: quæro, † an clerici, vel alij clerici habitãtes in iuriſdic.regis, vel alterius principis habentes prædia in iuriſdic.principis, teneãtur iurare ipſi principi? Reſpondetur, quòd non: niſi bona ſint feudalia quæ recognoſcant à principe:c.nimis.de iureiur.Et not.in c.ſolitæ. de ma. & obe.& in c.ſi diligenti.de fo. compe. ¶Sed pone, Clericus habet bona ſita in iuriſdictione regis vel alterius principis, eccleſia vel clericus dicta bona cõcedit layco:puta,in emphyteoſim : quęritur,an laycus habens dicta bona ab eccleſia vel clerico teneatur iurare principi layco? Reſpondeo, quòd
17 ſic:ſecundum And. hic ar.text.noſtri. ¶†Pone, In caſtro Titij baronis quidã habet bona Burgenſiatica, id eſt allodialia,quæ bona ſunt publicata fiſco regio,vel ducali propter clauſulam ſolitam apponi in infeudationibus & priuilegiis, reſeruatiuam iuris principis,ratione maioris dominij : vt not.& vidiſtis in ti.de pace tenenda.quæritur,an rex teneatur præſtare iuramentum Titio baroni propter dicta bona ſita in iuriſdictione baronis?Reſpondet And. quòd non, propter maioritatem dignitatis principatus:ar.l.interdum.in fi. de opc. lib.¶Ex qua doctrina ſignabitis,quòd ſi in caſtro vel iuriſdictione alicuius vaſalli committatur crimen læſæ maieſtatis,bona non confiſcantur domino ſubalterno, ſed domino maiori : puta, regi vel
18 duci:quãdo eſt clauſula de qua ſ. ¶†Infeudatiõe facta à rege vel duce de dicto caſtro, ſed retento eodem themate:pone,quòd rex vel dux ad quem peruenerunt dicta bona confiſcata, donauit vel alienauit liberè dicta bona Gayo:quęritur,an Gayus teneatur præſtare iuramentum domino caſtri, ratione dictorum bonorum ſitorũ in dicto caſtro? Reſpondit And.quòd non, propter munificentiã principis:& quia eodem iure ſunt penes accipientem:ar.l.ſi quis.ff.de ſeru.vrbanorum prædiorum.

¶Ego

¶ Ego putarem contrà, quia imo teneatur iurare domino dicti caſtri ratione dictorum bonorum, pex textum noſtrum hic. Secundò, Nam ratio quę erat in principe propter excellentiam dignitatis: d.l.interdum.in fi.ceſſat in perſona priuati, ad quẽ princeps tranſtulit dicta bona. Ergo ceſſat diſpoſitio iuris quæ erat in principe, in perſona huius priuati.l.adigere.§.quamuis. de iure patro. c. cum ceſſante.de ap. Tertiò, Nam mutatione perſonæ mutatur priuilegium: l.Titia.§.vſuras.ff.de leg.ij. l.Paul.§.j.de acquir.hæredi. ¶ Non obſt. l.ſi quis. allegata: quia ibi non fuit mutatio perſonæ reſpectu dignitatis, prout in caſu noſtro. ¶ Cæterùm illud eſt indubitatum, ꝙ ſi ille in quem eſt collata à principe donatio dictorum bonorum, alienauit in aliam perſonam: quòd iſta alia perſona tenebitur præſtare iuramentum domino caſtri, in quo ſunt ſita bona confiſcata: vt ſ. ſecundum Andre. hìc.

19 ¶ † Quid autem ſi rex vel dux dicta bona confiſcata infeudaſſet alteri: puta, Gayo, & Gayus poſtea dedit in feudum alteri: puta, Sempronio, iuxta tradita in c.j.§.præterea.j̄.de c.Conrad.an Gayus, vel Sempronius, vel ambo teneantur præſtare iuramentum domino caſtri, in cuius iuriſdict. ſunt ſita dicta bona? Reſpondet And.quòd non: quia iuramentum eſt præſtandum principi: puta, regi cuius eſt vaſallus, vel mediatus vel immediatus. c. j.j̄.de feu.non habente propriam naturam feudi. Et facit textus noſter hic in prin. ¶ Et eodem modo dicendum eſt, ſi princeps donaret dicta bona cum pacto, quòd poſsit infeudare acceptans: quia videtur infeudare ipſe princeps ſecundum Andr. hic.

## De forma fidelitatis. Tit. VI.

¶ Continuatur ad præcedentia hoc modo: ſuprà viſum eſt, qualiter vaſallus teneatur iurare domi-

no: nunc autem videndum eſt, ad quæ teneatur vaſallus domino ſuo. Propterea ſubiicitur rubrica de forma fidelitatis.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus domino tenetur ad ſex: cui iuramento duo ſunt adijcienda: ſcilicet conſilium & auxilium.*

2 *Argumentum ex auctoritate aliorum librorum, quàm libelli feudalis, tenet in materia feudali.*

3 *Fidelitatem qui iurat, ſex tenetur obſeruare, nec excuſatur ſi dicat, ego ſum oblitus.*

4 *Vaſallus tenetur domino ſuo, ne patiatur damnum in corpore.*

5 *Vaſallus dominum ſuum criminaliter accuſare non poteſt: niſi proſequutus iniuriam ſuam, vel ſuorum.*

6 *Vaſallus contra dominum non poteſt teſtificari, vel patrocinari, vel accuſationem porrigere.*

7 *Fallit, ſi dominus ſit proditor patriæ.*

8 *Vaſallus defendendo poteſt percutere dominum ſuum.*

9 *Secreta domini vaſallus manifeſtare non debet.*

10 *Vaſallus ſi dominum ſciat quid inhoneſti moliri, id aut ſacerdoti in genere dicet, aut dominum vt abſtineat, admonebit.*

11 *Vaſallus domino nõ ſit in damnum, quo ad iuſtitiam adminiſtrandam.*

12 *Vaſallus inhoneſtate vtens in alijs perſonis, quàm hic nominatis, non perdit feudum.*

13 *Vaſallus non debet eſſe in damno rerum domini ſui.*

Vaſal

14 *Vaſallus facile vel poßibile domini, non debet facere difficile vel impoßibile.*
15 *Detractores bonorum virorum, ſummè deteſtandi ſunt: & incidunt in crimen ſtellionatus.*
16 *Abſtinere à malo non ſufficit, niſi fiat quod bonum eſt.*
17 *Beneficio priuandus eſt qui non ſeruat promiſſa.*
18 *Dominus licet teneatur vaſallo ad viciſsitudinem, tamen ei iurare non cogitur.*
19 *Agentis & conſentientis eadem eſt pœna.*
20 *Dominus qui non obſeruat erga vaſallum iſta octo, de quibus ſuprà, proprietate priuatur.*
21 *Dominium directum in feudo regio deuoluitur ad Imperatorem, in alijs conſolidatur cum dominio vtili.*
22 *Princeps an ſine cauſa poßit expellere forenſes.*

IN EPISTOLA PHILIBERTI. ¶Hoc c. de verbo ad verbum, in xxij. quæſt. vltim. ca. de forma. diuiditur in tres. In a prima ponuntur ſex, [a] ad quæ tenetur vaſallus domino. In ſecunda adiiciuntur alia duo: quia prima ſex ſtant negatiuè: ſed poſteriora duo ſtant affirmatiuè. In tertia ponitur, qualiter dominus eandem viciſsitudinem ſeruitij & fidelitatis teneatur præſtare vaſallo ſuo. Secunda ibi, ſed quia non ſufficit. Tertia ibi, c dominus quoq;. Hoc d. ¶ † Vaſallus tenetur domino ad ſex: cui iuramẽto ſunt duo adiicienda: ſcilicet, vt auxilium & conſilium præſtet vaſallus domino. Dominus quoq; eandem fidelitatem ſeruitiorum tenetur præſtare vaſallo ſuo. Hoc dicit totus hic titulus. ¶Not. tex. ibi, xxij. cauſa. quòd iſte libellus nedum in foro Cæſareo, ſed etiam Grego-

a *Et adde, quòd omnia iſta ſex ad quæ tenetur vaſallus, declarat not. Dom. Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramen. col. v. ver. quæro quæ ſunt illa.*

riano eſt obſeruandus: vt dixi plenè in procemio huius operis. ¶Not.ibi,ex librorum auctoritate.
2 †quòd tenet argu. in materia feudali ex auctoritate aliorũ librorum quàm huius libelli feudalis, intelligendo ſanè dummodo non ſit caſus deciſus hoc libello feudorum. Facit quod vidiſtis ſ.titul. iiij.c.j.quod eſt de feu.cog. ¶Not.ibi, memoria.
3 †quòd iſte qui iurat fidelitatem, tenetur obſeruare ſex de quibus hîc: nec excuſaretur, ſi diceret, ego ſum oblitus. Simile, quando eſt appoſita pœna,l.mag.C.de contrahẽ.ſtip.¶No.ibi,incolume.
4 †quòd vaſallus tenetur domino ſuo curare,ne patiatur damnũ in corpore. Amplius, tenetur etiam curare pro poſſe ſuo, ne alius tertius det ſibi damnũ in corpore: arg.l.Iul.ff.loca.& arg.l.facere.ff. de verb.ſign. Et ita in terminis affirmat glo.xxij.q. vlti.c.de forma.vbi glo. tradit pulchram regulam, quòd in negatiuis factis non ſufficit nõ facere, ſed tenetur curare etiam ne alius faciat: quod eſt valde notabile contra vaſallum,& eodem modo contra dominos: vt §. d.ꝑ.e.quia dominus tenetur eodem modo vaſallo: quod tene menti. ¶Item not.
5 ex illo tex. propter illud verbum, incolume. †vaſallus non poteſt accuſare dominum ſuum criminaliter. Glo.ſignabitis valde in d.c. de forma. niſi proſequeretur ſuam vel ſuorum iniuriam. ¶Amplius, non poteſt eſſe teſtis in criminali vaſallus contra dominum ſuum: quia qui non poteſt accuſare,nec teſtis poteſt eſſe: iiij. quæſt. j. c.teſtes. & eſt gl.in d.c. de forma.Sed illam glo. improbat Io. de Fantaſiis & Archi. quia ca. cauſam. qui filij ſint legiti.loquitur in iudice, non teſte. Vos tenebitis gl.in d.c.de forma.quam hîc ſequitur And.de Iſer. & allego theoricã gl.in c.j.§.ſi idem.ꝑ.quæ fuit prima cauſa benef.amit. ¶Amplius dicit ibi gl. quòd non poterit eſſe aduocatus vaſallus contra dñm. Et eodem modo ſentit glo. in d.c.de forma. ¶Ex
6 quibus omnibus poteſtis inferre pro verſa vice,†ꝙ dominus

dominus contra vaſallum nõ debet teſtificari, nec patrocinari, vel accuſationem porrigere: arg. cap.
7 domino.§.eo.aliàs perderet feudũ. ¶ † Et prædicta vera, niſi dominus, vel vaſallus eſſet proditor patriæ vel domini: quo caſu admitteretur accuſatio:glo.eſt in d.c.j.§.ſi idem.quam ſignabitis. ¶Et eſt aduertendum, quòd vaſallus etiam contra eius proprium filium pro domino debet præſtare auxilium: c.j.in fi. ĩ.hic finitur lex Conradi.& eſt gloſſ. magiſtra in d.c.de forma. ¶ Aduertendum tamen
8 eſt, † quòd defendendo vaſallus poteſt percutere dñm ſuum ex iuſta cauſa, ſecundũ Arch. in d. c.de forma.nec perderet feudũ. Facit l.j.C.vnde vi. Et eodem modo dicit Archi.ibi,ſi vaſallus eſſet iudex deputatus. Nam iuſtè poſsit damnare dominum, etiam ad mortem. Sed fortaſsis dicendum eſſet, ꝙ excuſaretur propter vinculum iuramenti. Excipitur Imperator, vt videbitis in ti.ſe. & etiam Papa, vt c.veniens. de iureiurand. & etiam perſona propria: l.minimè.ff.de religio.& ſump.fune.l.poſtliminium.§.filius.ff.de cap.& poſtlimin.reuerſ.& vi-
9 debitis gl.in d.c.de forma. ¶No.ibi,tantum.† ꝙ vaſallus non debet manifeſtare ſecreta domini in eius damnum, nec inimicis: quibus etiam mediis ſe defendit ab hoſtibus. l. j. C. de commerciis, & merca.l.j.& ij.& iij.ff.ad l.Iul.maie.& gloſſ. in d.c. de forma. ¶Sed pone, Dominus ſecretò dixit vaſallo,Ego volo occidere Gayum: quæritur,an vaſallus debeat pandere hoc ſecretum domini? Reſpondeo,debet vaſallus vti hac doctrina:Nam de-
10 bet dicere domino ſuo, † quòd velit abſtinere, & niſi abſtineat, quòd dicat perſonis quæ poterunt prodeſſe,& nõ obeſſe:puta, ſacerdotibus in genere. Aut potes dicere illi quem dixit dominus velle ſe occidere: Amice mi,caueas tibi:quia aliquis eſt qui vult te occidere. Hanc doctrinam dat gloſſ. xiij. diſtinctione, nerui.& xxij. quæſtione vltima,
11 cap.hoc videndum. ¶ Not.ibi,honeſtum.† ne ſit

vaſallus in damnum domini ſui quo ad iuſticiam miniſtrandam & de aliis cauſis quæ ad honeſtatem pertinere dicuntur. Nam Imperator ait temporibus noſtris, amica eſt honeſtas: vt l.j. C. de ma. ¶ Circa hunc textum quæro, nunquid honeſtas vaſalli debeat verſari in tota familia domini? Reſpondeo, quòd ſic: gl. in d.c. de forma. ¶ Sed pone,
12 † quòd vaſallus non ſit vſus honeſtate in vna perſona familiæ domini, quæ non eſt ſpecificè nominata in libello feudali: puta, in pediſſequa: [a] an vaſallus amittet feudum? Arg. quòd ſic, per textum noſtrũ ibi, honeſtè, & ibi, ſi beneficio vult dignus haberi. ¶ In contrar. ſimiliter determinat Andr. de Iſer. Nam ſolus vaſallus perdit feudum, quando vtitur inhoneſtate in perſonis ſpecificè in hoc libello numeratis: puta, filia vel vxore: cap.j.§.iij.ꝟ. quę fuit prima cauſa benef.amit. & eſt no. in c.j.§.j.ꝟ.qui.mo.feu.amit. Et iſta eſt pars ęquiſsima, quia ſumus in materia pœnali quæ reſtringenda eſt: ca. odia. de reg.iur.l.cùm quidam. ff. de lib. & poſthu. ſed rigor iuris ex argumento primo eſſet in contrarium.
13 ¶ Not. ibi, vtile. † quòd vaſallus non debet eſſe in damno rerum domini ſui. ¶ Not. ibi, facile vel poſsibile.
14 † quando dominus aliquid facere poteſt faciliter vel poſsibiliter, ſed vaſallus facit facile eſſe difficile, vel poſsibile eſſe impoſſibile: debet perdere feudum, & eſt periurus: puta, quando ex mendaciis & zizaniis ſuis facit facile eſſe difficile, vel poſsibile eſſe impoſsibile domino: puta, dominus vult maritare filiam, & vaſallus dixerit talia verba mendacia, vt non po-
15 tuerit maritari. † Nam ſummè deteſtandi ſunt, qui bonis viris detrahunt, & incidunt in crimen ſtellionatus. [b] Iſta eſt gloſſa auro pingenda contra ſeminantes zizanias: in l.iij.§. ſi quis impoſtu-
16 ram. ff. de cri. ſtellio. ¶ Not. tex. ibi, ſed. † quia non ſufficit abſtinere à malo, niſi fiat quod bonum: concor l. in illa ſtipulatione. ff. de verbor. oblig. ¶ No.

[a] *Vide de hoc per D. Fran. Cur. in tra. feu. iij. char. iiij. par. ver. ij. quæro.*

[b] *Vide D. Ia. qui hæc omnia ponit in verbo, qui quidem inueſtiui. co. v. verſ. v. eſt videndum.*

¶Nota ibi, conſilium, & auxilium. quòd vaſallus tenetur præſtare ſuo domino conſilium & auxi-
17 lium. ¶Nota ibi, beneficio. not. †quòd priuandus eſt feudo, qui non ſeruat promiſſa: & dicit hic Baldus, quòd non poſſet Papa diſpenſare in præiudicium domini. ¶Not. ibi, dominus. quòd dominus tenetur vaſallo ad omnia octo ſuperiora. Si quis vellet, poſſet inferre ad multa. Nam dominus tenetur præſtare vaſallo ſuo cõſiliũ & auxilium eo modo quo ſubditus ſuo domino: glo. eſt in d. c. de forma. & fi. Dominus fecit contrà, eſt maleficus, ſicut & vaſallus non ſeruans prædicta dici-
18 tur perfidus & periurus. ¶Et no. †quòd verbum, periurus. non refertur ad dominum. Ratio, quia licet dominus teneatur vaſallo ad viciſsitudinẽ ſer-
a uitiorum & fidelitatis, non tamen tenetur iurare,[a] ſecundum Iac. de Bel. & And. ¶In tex. ibi, vel con-
19 ſentiẽdo. no.† quòd ita punitur vaſallus vel dominus conſentiens, ſicut & faciẽs: quia agentis & cõſentientis eadem eſt pœna. l. ſi quenquam. in fi. C. de epiſ. & cler. ¶In gl. quæ incipit, quæ in iſto. c. fi.
20 ad fi. not. hic eſſe glo. auream, †quòd dominus qui non præſtat fidelitatem, & qui non obſeruat erga vaſallum octo, quæ hoc textu continentur, priuatur proprietate feudi. ¶Sed operæprecium eſt quærere ad quem deuoluatur ius feudale? Gl. in d.
21 c. de forma. dicit, †quòd deuoluitur ad ſuperiorẽ, non ad vaſallum. ¶Contrarium tenet glo. in c. j. ꝟ. qualiter dominus proprietate priuetur. quam glo. ſequitur hic Bald. licet non alleget, & dicit, quòd eſt mirabile, quòd directum dominium conſolidetur cum vtili dominio: ſicut eſt mirabile, ꝙ proprietas conſolidetur vſuifructui. Vos concordate has ſententias hoc modo: Aut loquimur in feudo dignitatis: puta, regio, vel ducali: & loquitur gloſſ. in d. c. de forma. Aut loquimur in feudo priuato, non dignitatis: & tunc loquatur gl. in d. c. j. & Bal. hic. Pro hoc facit c. j. §. præterea ducatus. ꝟ. de pro-

[a] *Alias diſparitates numero quatuor inter vaſallũ & dominũ enumerat D. Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iura. col. iiij. verſ. ſed nũquid, & contrà.*

hib.feu.ali.per Fed.& l.interdum.ff.de oper.liber. in fi.& facit,quod no.Bald.in ſimili,in limitatione in l.tanquam.C.de fideicō. Nam declarando prædicta,pono exemplum:Dux vel marchio, qui recognoſcit feudum ducale vel marchionale ab Imperatore, contra vaſallum commiſit aliquid de iſtis octo, de quibus in textu: certe non eſſet dignum nec honeſtum, quòd dignitas ducalis vel feudum applicetur vaſallo.Facit l.fi.ff.de tutelis.Ecce exēplum de feudo priuato:Pone,ego priuatus dedi in feudum vnum prædium & commiſi contra vaſallū meum vnum de his octo de quibus in textu: certè tūc applicabitur proprietas vaſallo: & ſic vaſallus habebit directum dominium,& ſic plenum. Rubrica dum dicit, qualiter dominus proprietate priuetur,non autem dicit dignitate.¶Extra glo.quæri-
22 tur, †an princeps poſsit ſine cauſa expellere forenſes habitantes in iuriſdictione?Reſpondet Bald.ꝙ non, licet poſſet à principio prohibere ne venirēt ad habitandum:in auth.de quæſto.in princi.Et ibi eſt tex.ſingularis, quòd appellatione etiam popularium continentur forenſes habitantes, ſecūdum Bal.hîc:quod tene menti. a

a *Adde D. Ia. in verbo, dux Sab. in col.fina.vbi etiam quærit, an poſſet princeps ſine cauſa expellere Iudæos de ſuo territorio.*

## De noua forma fidelitatis. Titulus VII.

¶Continuatur hoc ordine: ſuprà viſum eſt de antiqua forma fidelitatis: nunc autem videndum eſt de noua cōſuetudine fidelitatis formæ. Propterea ſubiicitur rubrica de noua fidelitatis forma.

## SVMMARIVM.

1 *Fidelitatis forma Moderna.*
2 *Iuramentum de quo in hoc textu,eſt à generali conſuetudine mundi approbatum.*

Vbi-

3 *Vbicunque aliquid in maiore parte curiarum obſeruatur, debet in omni curia approbari.*

4 *Iuramentum an præſtetur in prima vel ſecũda perſona, nihil refert.*

5 *Inſtrumentum non vitiatur etiamſi tabellio vtatur modò prima, modò tertia perſona.*

6 *Euangeliorum appellatione continetur tota ſcriptura.*

7 *Hóminis appellatione continetur etiam ciuitas in iuramento.*

8 *Reges liberi vt rex Franciæ, habent iura Imperatoria.*

9 *Verba debent intelligi non diminutè, ſed perfectè.*

10 *Genus vbi declarat ſpecies ſuas, illa interpretatio dicitur declaratiua.*

11 *Vaſallus ignoranter aliquid committens contra dominum, non perdit feudum.*

12 *Inter conſilium & factum eſt differentia propter diſiunctiuam, vel.*

13 *Iurans, ad impoßibile non eſt obligatus.*

14 *Vaſallus poteſt ea, quæ de iure poteſt.*

15 *Interpellatio ſiue legis, ſiue hominis habet in ſe tacitum tempus cum temperamento.*

16 *Iniuſtitia & caſus fortuitus æquiparantur.*

17 *Requiſitio non tantùm ſpecialis, ſed & generalis ligat vaſallum.*

18 *Vaſallus ita demum tenetur defendere dominum, ſi ſit requiſitus.*

19 *Conſilium quod expediat, non obſit, vaſallus domino dare debet.*

20 *Iuramentum vaſalli, an liget cõtra patrẽ & filium.*

EST ET ALIA DE NOVO. ¶Diuiditur vſque ad §.inueſtitura.in duas partes. Nam in prima ponitur implicita & generalis forma. In ſecunda explicita & declaratiua fidelitatis forma. Secunda ibi,quod verbũ,futuræ.intelligitur.Hoc
1 dicit: ¶†Moderna conſuetudinaria fidelitatis forma quæ hodie debet obſeruari,traditur in hoc ca. noſtro.¶Not.primò,qualiter vaſallus debet præſtare iuramentum fidelitatis domino: & forma incipit ibi,Ego Titius.vſque ad verſi.quod verbum. deinde omiſſo dicto ver.vſque ad ver.iuro. debet vaſallus etiam iurare ſecundum formam poſitam in dicto ver.iuro.vſque ad §.inueſtituram.¶Not.
2 tex.ibi,approbata conſuetudine.†quòd iuramentum de quo in hoc textu, eſt à generali conſuetu-
3 dine mundi approbatum.¶No.ibi,refero. †quòd vbicunque in maiori parte curiarum aliquid ſeruatur pro cõſuetudine, debet ſeruari in omni totius mundi curia,niſi probetur ſpecialiter contrarium.
4 ¶No.ibi,ego Titius.†quòd nil refert,an iuramẽ-
a tum præſtetur in prima perſona,an in ſecunda:[a] vt probatur in c.dudum.de conuer.coniuga. ¶Am-
5 plius dico, †quòd ſi in eodem inſtrumento vteretur modò prima perſona, modò tertia : non vitiaretur inſtrumentum,per tex.& gl.quæ incipit,nũc vincat perſonam. & ibi dixi in l.ſi ego.ff.ſi cer.pet.
6 ¶Not.ibi,ad ſancta dei euangelia. †quòd vaſallus debet iurare ſuper euangeliis,& appellatione euãgeliorum continetur tota ſcriptura,& ſic poſſet iurare ſuper geneſi,& ſuper altari,& reliquiis ſanctorum: vt no.in l.generale.C.de reb.cred.de iureiu. ſecundum Bal. ¶Not.text.ibi,& excepto domino Imperatore. Facit quod videbitis in c.pe.ſ.de prohib.feu.ali.per Feder.¶Et no.ſecundum Bal.dum
7 dicit tex.cõtra hominem.†quòd appellatione hominis continetur etiam ciuitas in iuramento, niſi perſona

*a Vide Ia. in l. diuortio. col.ix.ff.ſol. mat. vbi ponit, quid in ſentẽtia, & quid in reſcripto.*

perſona propria vaſalli.l.metum.§.animaduertendum.ff.quod metus cau.l.poſtliminium.§.filius.ff. de cap.¶Idem in Papa, vt dixi in præcedẽti.¶Sed quid in rege, nunquid vaſallus iurans fidelitatem domino, tenetur excipere regem ſuum: puta Siciliæ vel metropolitanum? And. hic in fin. huius cap. determinat, quòd ſic: quia quælibet prouincia habet regem ſuum: vij.q.j.c.in apibus. & xij.q.ij.cap.
8 quicũque.¶Et not. vnum, quod dicit And.†quòd liberi reges, vt rex Franciæ, habeãt iura imperatoria, & populi Romani.l.poſtliminium.in prin.ff.de cap.¶Adde ſimile, Dixit Bar.in l.hoſtes.ff.de cap. & in l.quidã conſulebat.ff.de re iud.quòd liber populus qui non cognoſcit ſuperiorẽ, habet iura imperatoria: vt eſt ciuitas Senenſis, & Florentia: quia in temporalibus neminem cognoſcunt de facto. ¶Adde etiã, quòd nedum excipitur Imperator, Papa vel rex, ſed etiam princeps alius cui antea erat & eſt ſubditus vaſallus: ſ.ti.ij.§.ſi verò. & facit gl. quæ incipit, & ita iurare debet. in ver.item ſi antiquior dom. & in ver.niſi cõtra aliũ dominũ.¶No.
9 ibi, integram & perfectam.†quòd verba debẽt intelligi non diminutè, ſed perfectè, & ſecũdum integram & perfectam ſignificationem. ¶Not.text, ibi, propter ſimplices. quorum ſimpliciũ infinitus eſt numerus, ſecundum And.de Iſer.¶Not.ex eodem text.ad quæſtionem not.in l.ſtipulatio iſta.§. hoc quoq;.ff.de verb. obl. ¶No. tex.ibi, interpre
10 tatio.†quòd vbi genus diſtinguit ſpecies ſuas, illa dicitur interpretatio declaratiua.¶No.ibi, ſcien-
11 ter.†quòd ſi ignoranter vaſallus aliquid committat contra dominum, nõ perdit feudum: verbi gratia, Vaſallus putans quòd non tractaretur de commodo vel incommodo ſui domini, dedit cõſilium quod tendebat in perniciem domini ſui, certè nõ perdit feudum: quod not. quia in dubio præſumitur ignorantia, niſi probetur ſciẽtia: l.verius. ff.de proba. & habetis gl.in l.ſi tutor. C.de peric.tutor.

qualiter

qualiter probatur ſcientia. ¶No. ibi, cōſilio vel fa-
12 cto. † differentiā eſſe inter conſiliū & factum propter diſiunctiuā, vel. l. ille aut ille. in priu. ff. de leg. iij. & no. in rub. ff. de iur. & fa. ign. ¶Not. ibi, vel in antea. id eſt, in futurum. quòd iuratur etiam ſuper futuris. ¶Quid autem in ſtatutis? Dicite vt not. in c. ſi clericus. de iureiur. ¶Not. ibi, pro poſſe meo.
13 † quòd in iuramento fidelitatis nō intelligitur impoſsibilitas vaſalli iurantis: quia non eſt obligatus
14 ad impoſsibile. ¶Ex quo verbo colligite, † ꝙ vaſallus poteſt ea quæ de iure poteſt. l. nepos Proculo. ff. de verb. ſign. Nam pone quòd vaſallus poſſet iuuare dominum in cauſa iniuſta, & ſic poſſet de facto: tamen non perdit feudum, licet non adiuuet: quia nō tenetur patrocinari in cauſa iniuſta. l. rem non nouam. C. de iudic. ¶No. ibi, quàm citò pote
15 ro. † quòd hæc verba non debent intelligi indiſtincte, ſed cum temperamento: quia omnis interpellatio ſiue legis ſiue hominis, habet in ſe tacitū tēpus cum temperamento: aurea l. Aemilius Largianus. quæ incipit, poſt tempus. ff. de mi. Facit l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de ſol. ¶No. ibi, iniuſto vel for-
16 tuito caſu. † quòd iniuſtitia & fortuitus caſus equiparantur: de quo in l. ſi. C. de act. emp. & not. in l. ſi fundum. ff. loc. ¶Not. ibi, ſpecialiter vel generali-
17 ter. † quòd nedum ſpecialis requiſitio facta à domino ſuo vaſallo vt veniat ad defendendum, ligat ipſum vaſallum: ſed etiam generalis requiſitio.
18 ¶Not. ibi, requiſitus. † quòd ita demum vaſallus tenetur defendere dominum, ſi fuerit requiſitus: aliàs, ſecus: quod dictum facit ad ligas principum vel comitatus, in quibus eſt capitulum, quòd vnus debet iuuare alium. Nam intelligitur, ſi fuerit requiſitus: aliàs, ſecus: niſi immineret magnum periculum, vt dicit gloſſ. quæ incipit, iſtud. quæ eſt no-
19 tanda. ¶Not. ibi, dabo conſiliū. † ꝙ quando vaſallus dat conſiliū domino, non debet dare doloſum: ſed debet dare conſilium, quod expediat domino.

¶In

20 ¶In glo.j.ad fi.dum gl.concludit,† q etiam cōtra filium & fratrem iuramentum vaſalli ligat: limitat Bal.verum, niſi quo ad naturalia ad quæ tenetur pater filio:quia naturalia ſunt immutabilia. §.ſed & naturalia.Inſti.de iure naturali. ¶Ego putarem hanc limitationem non veram, quia iuramentum præfertur naturæ,ſecundum glo.xxij. q. vltima. c. de forma.vbi gl.in terminis. Non obſt.§.ſed & naturalia.quia fateor naturalia immutabilia in genere,non autem in ſpecie:vt no.in l.fi.C.ſi contra ius vel vt.pub.& per Alberi.in l.quotiens.C.de preci. Impera.offe. ¶In gl.quæ incipit,quod ſemper. no. gl.quòd punitur,ſ.vaſallus negligens, ſicut doloſus:in glo.quæ incipit,bene dixit. ad fi. glo. bene loquitur.

## SVMMARIVM.

1 *Dominus vaſallus poſt præſtitam fidelitatem, tenetur mittere in vacuam poſſeſſionem, aut ei tenetur ad intereſſe.*

2 *Textus noſter debet intelligi de inueſtitura abuſiua, non de reali.*

3 *Inueſtitura abuſiua facta,& præſtito iuramento,dominus vaſallū in vacuā poſſeſſionē mittere cogitur.*

4 *Dominus ſi differat vaſallum mittere in vacuā poſſeſſionem,ei ad omnem vtilitatem tenetur.*

5 *Iuramentum non eſt obſeruandum frangenti fidem.*

6 *Dominus præciſè cogitur tradere rem feudalem, ſi ſit dominus: ſi nō,poteſt dare aliā rem æquiualentē.*

7 *Tunc præciſè dominus compellitur ad tradendum,ſi fecerit inueſtituram abuſiuam:ſed ſi ſolùm promiſerit,tunc non compellitur præciſè ad tradendum.*

8 *In electione vaſalli eſt vel agere ad traditionem, vel vt dominus proprietate priuetur.*

*Feudum*

9 *Feudum dicitur, quamuis nondum ſit tradita poſ-ſeßio.*

10 *Vaſallus per inueſtituram abuſiuam ius in re habet, non ad rem.*

11 *Princeps faciens inueſtituram abuſiuã, an poßit præ ciſè compelli ad tradendum.*

12 *Princeps inueſtiẽdo vaſallũ, an ſine traditione trãſferat dominium.*

13 *Succeßione quomodo feudum acquiratur.*

§. INVESTITVRA VERO FACTA.
1 ¶† Poſtquam dominus fecerit inueſtituram abuſiuam, & vaſallus præſtiterit fidelitatem. dominus tenetur mittere vaſallum in vacuam poſſeſsionem: quod ſi nõ fecerit, tenetur ad intereſſe
2 vaſallo. Hoc d. ¶No. ibi, inueſtituram. † quòd hic tex. debet intelligi de inueſtitura abuſiua per baculum vel annulũ: de quo in c. j. §. quid ſit inueſti. non autem debet intelligi de reali: quia fruſtra peteret vaſallus ſe mitti in poſſeſsionem, cùm eſſet iam miſſus in poſ. Facit l. fi. C. de ac. emp. ¶No. ibi,
3 & fidelitate ſubſecuta. † ꝙ vbi pręceſsit inueſtitura abuſiua, & ſubſecutũ fuit iuramẽtum fidelitatis, quod præſtat vaſallus domino: dominus tenetur mittere vaſallum in vacuam poſſeſsionem. ¶Not.
4 ibi, quòd ſi differat. † quòd ſi dominus differat mittere vaſallum in poſſeſsionem, tenebitur dominus vaſallo ad omnem vtilitatem. ¶Glo. veſtra vnica duo facit: quia primò quęrit, an dominus teneatur ad intereſſe extrinſecum: de quo plenè dixi & tenui, quòd non: poſt Bar. in l. j. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt, profer. ¶An vaſallus in caſu §. noſtri teneatur obſeruare iuramentum dño? Reſpondet gl. quòd non: quia dominus non ſeruat fidem vaſallo. l. cùm proponas. de pac. & l. qui fidem. ff. de tranſac. ¶Ex qua glo. not. quòd iuramentum non

eſt

eſt obſeruandum frangenti fidem.¶Extra gl.op.&
5 imo videtur,†quòd in caſu §. noſtri vaſallus non agit ad intereſſe,quinimo debet agere contra dominum pręciſè,vt mittat eum in poſ. ¶Vnde op. de c.ſi facta.§.ſi de feu.fu.contro.vbi pręciſè compellitur ad tradendum ſecundum Iac.de Bel.quòd erit in electione vaſalli,vel pręciſè compellere ad tradendũ : c.ſi facta.allegato:vel agere ad intereſſe,hoc §.noſtro.¶Sed hæc ſol.non placet,& dico, quòd dominus in dignitate cogitur pręciſè tradere rem feudalem.d.c.ſi facta. Nam text.ad literam dicit,omnino cogitur dominus inueſtitum in vacuã poſ.mittere.¶Nec obſt.tex.ibi,quòd ſi diffe-
6 rat. quia reſpondeo,†quòd dominus cogitur pręciſè ad tradendum, ſed an vltra traditionem rei feudalis tenetur ad omne intereſſe propter morã commiſſam in differẽdo:& ſic dominus tenebitur pręciſè ad traditionem rei feudalis vnà cum intereſſe, à die moræ & à die dilationis. Propterea tex. dicit,quòd ſi differat,omnem vtilitatem ei pręſtabit, & probat etiã hac ratione:Nam vbicunque eſt dominus vendens rei venditæ, præciſè compellitur ad tradendum,ſecundum opi.Mar. contra approbatam in l.j.in princ. ff. de act. emp. Eo.modo
7 tenebitur dñs pręciſè tradere rẽ feudalẽ.¶†Dictũ verò Iac.de Bel. poſſet ſaluari, vt agatur ad intereſſe,non autem ad pręciſè tradendum,quando infeudans non eſſet dominus rei feudalis : ar.not. in leg.j.in prin.& leg. certi condictio.in princip.ff.ſi cer.pe. ¶Amplius ſecundum Iac.de Ra. in ſumma ſua,quam refert & ſequitur Bal. ſi infeudans non eſſet dominus, poſſet dare aliam rem æquiualentẽ vaſallo:arg.in l.ſi quis domus.in prin.ff.lo.& l. qui autem. ff.de conſti. pec. quod eſt not. ¶Adde & not.quòd text.noſter, & etiam d. c. ſi facta.loquitur,quãdo dominus fecit inueſtituram abuſiuam, & tũc cõpelliur pręciſè ad tradendũ,vbi dominus nõ feciſſet inueſtituram abuſiuã : ſed ſi ſolùm dñs

promi-

promiſiſſet inueſtire vaſallum, tunc non compellitur dominus prçciſè ad inueſtiendum: quinimo ſuccedit intereſſe poſt moram vt præſtando intereſſe liberetur.l.ſi quis ab alio.in fin.ff. de re iudi.l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus. ff. de ver.ob.ſecũdum And.hìc & in procemio huius operis:quia tex. noſter & d.c.ſi facta.loquitur,quãdo iam erat facta inueſtitura. ¶Secundò op. con-
8 tra tex.noſtrum,†quòd dominus nõ compellatur præciſè ad tradendum: quinimo dominus perdat proprietatem,niſi ſeruet fidem vaſallo. Vnde op. de c.nulla.§.per quos fiat inueſti.& de not.in c. j.§. quando dominus proprietate feu.priuetur.Reſpõdit Iaco.de Bel.quòd eſt in optione vaſalli, vel agere contra dominum vt prçciſè tradat poſſeſsionem vacuam rei feudalis, vel vt perdatur proprie-
9 tas:d.c.nulla. ¶Quæro, †an antequam vaſallus ſit miſſus in poſſeſsionẽ realem,dicatur feudum? Reſpondit Bal.quòd ſic,ſecundum Sũmiſtas:quia dicitur eſſe feudum,quamuis nondum ſit tradita poſſeſsio.c.ſi.§.de feu.cog.& hoc §. noſtro. ¶Secun-
10 dò quæritur, †an vaſallus qui habet inueſtituram abuſiuam,non realem,dicatur habere ius in re,vel ad rem?Reſpondit Bal.ſecundum eoſdem Summiſtas, quòd dicitur habere ius in re, non ad rem: quod minus eſt habere, quàm ad rẽ:l.minus. ff.de reg.iur.Facit l.quotiẽs.C.de rei ven.& no.in l.traditionibus.C. de pac. niſi ſit princeps:puta, Papa vel Imperator fecerit inueſtiturã abuſiuam, vel in-
11 ueſtiuerit aliquem de feudo,†an princeps faciens inueſtituram abuſiuam,poſsit prçciſè compelli ad tradendum?Reſpondit Bal.Aut princeps cõtrahit & ſic in contrahendo inueſtit,& ſic vtitur iure cõmuni,& ſic conſuetudine feudorum.Ergo præciſè compellitur ad tradendum:d.c.ſi facta.& hoc §.noſtro.Aut princeps non cõtrahit, ſed facit gratiam, tunc faciendo gratiam inueſtitura feudi non præciſè compellitur ad tradẽdum: ſed huius gratiam,
id eſt

id eſt priuilegium feudi petet executionem coram executore dato à principe.c.duob9.de reſcri.li.vj. Debet tamen eſſe liberalis princeps ad tradendum poſ.ſecundum Bal.hîc.Vult ergo Bald.conſtituere differentiam quo ad contractum & gratiam. Sed hęc differentia nõ videtur bona,quia feudum magis nititur gratiæ & liberalitati,quàm cõtractui:c. j.§.qui.cau.feud.amit.& no.ipſe Bald.in procemio huius operis. Ergo hæc differentia Bal.non eſt bona,potiſsimè cũ princeps ligetur cõſuetudine feudali:c.j.§.de nat.feu.& ibi dixi poſt Bald.niſi velimus intelligere dictum Bald. quando apparet de mente principis qui noluerit ſe obligare.Sed tunc idem eſſet etiam in priuato : quia actus agentium, &c.l.non omnis.in prin.ff.ſi cer. pet. & facit quod no.ipſe Bald. in l.qui ſe patris.C.vnde lib.& quod no.Doct.in l.digna vox.C.de legib. ¶Nec obſtãt capitula allegata à Baldo : quia reſpondeo, quòd loquuntur in materia beneficiali, in qua eſt gratia ab exordio : c.gratia.de reſcript.lib.vj. ¶Deinde
12 quæritur, † an princeps inueſtiendo vaſallum ſine traditione,transferat dominium in vaſallum?Bald. hîc reſpondet, quòd aut princeps cõtrahit, & non transfertur dominium : aut facit gratiam, & transfertur : c.ſi tibi.de præben.lib.vj. Et ſubiicit Bald. quòd l.benè à Zenone.& l.omnis.C.de aqua præſcrip.non habent locum,niſi princeps faciat traditionem. Declaro Bal.pone,fiſcus vel princeps vendit rem ſuam vel alienam bona fide, quia putabat ſuam, non tradit illam rem emptori : certè ceſſat ſingulare beneficium dictę l.omnis.& l.bene à Zenone. quod eſt valde ſingulare. De hoc articulo, an transferatur dominium à principe ſine traditio
13 ne,dixi in c.j.§.quid ſit inueſtitura.¶†Deinde hîc Bal.ex mente Summiſtarum declarat tex.in c. fi. §. de feud. cognit. quomodo ſucceſsione acquiritur feudum. Nam reſpectu vaſalli, ſucceſsione non acquiritur feudum:quia vaſallus non poteſt teſtari

de feudo:cap.j.§. de ſucceſſ. frat. ſed intelligitur hoc modo: Teſtator legauit vnum caſtrum Gayo cum hac conditione, vt dictum caſtrum accipiat in feudum à rege vel ab alio. Vel ecce aliud exemplum, Teſtator inſtituit duos hæredes, & rogauit vnum ex hæredibus, vt accipiat partem ſuam in feudum ab vno ex cohæredibus: certè ſucceſsione & vltima voluntate: tunc acquiritur feudum. ¶ Vltimò not. ſecundum Bald. quòd coram principe debet procedi ſola veritate inſpecta.

## De inueſtitura de re aliena facta. Titulus VIII.

¶ Continuatur hoc modo: Viſum eſt, qualiter fiat inueſtitura: verùm quia aliquando fit inueſtitura de re aliena, ideo ſubiicitur hæc Rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius principij ponitur.*

2 *Inueſtitura feudalis de re aliena, vel alteri obligata, valet.*

3 *Vaſallus ſciens rem feudalem non eſſe inueſtientis, non agit de euictione contra inueſtientem.*

4 *Fallit, ſi ſpeciali pacto ſibi prouiderit.*

5 *Vaſallus ignorans rem eſſe alienam, agit de euictione.*

6 *Ignorantia in dubio præſumitur.*

7 *Pro ſpecie agitur ad aliam ſpeciem.*

8 *Dominus ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit rem eſſe alienam, nihil intereſt ad agendum de euictione.*

9 *Vaſallus poteſt vendicare ab omni poſſeſſore rem feuda*

ſeudalem.

10 Vaſallus habet ius agendi ac defendendi pro re ſeudali.

11 Vaſallus ſciens rem alienam, de euictione agit, niſi contra interdictum mercetur.

12 Vaſallus pendente iudicio euictionis, ſeruitia præſtare cogitur.

13 Vaſallo vtilis rei vendicatio datur.

14 Longum tempus, decennium intelligitur.

15 Vaſallus vt de euictione agat, requiritur vt domino denunciet litem eſſe motam.

16 Vtile dominium non competit ſeudatario abſq; traditione.

17 Vaſallus contra ciuiliter poßidentem, rei vendicatione agere poteſt.

18 Vtilis dominus præfertur directo, ſi concurrant in actione contra tertium poſſeſſorem.

19 Tertius poſſeſſor an poßit opponere de vtili dominio ſeudatarij, contra dominum.

20 Feudum ratione ſocietatis bonorum inter fratres, non cenſetur eſſe commune.

CVM DE RE ALIENA. ¶ Hoc totum capitulum diuiditur in v. In prima ponitur, an re feudali euicta vaſallus poſsit agere contra dominum de euictione. In ſecunda, an vaſallo competat ius vendicandi vel defendendi. In tertia, an vaſallus poſsit imponere ſeruitutem rei feudali. In quarta, ad quem obtineat additamentum obueniens ex re feudali. In quinta, an ratione quartæ vel tertiæ debitæ vxori ipſa ſuccedat

in feudum. Secunda ibi, rei autem. Tertia ibi, quid ergo. Quarta ibi, econtra. Quinta ibi, quartæ.
1 Alij aſsignant ibi, quamuis enim. Hoc dicit: ¶ † Re feudali euicta vaſallus ſciens rem feudalem eſſe alienam vel aliter obligatam, non agit de euictione contra dominum, niſi vaſallus ſpecialiter prouideat, vt poſsit agere de euictione. Si autem vaſallus fuerit ignorans rem feudalem eſſe alienam, vel aliter obligatá, tunc agit cõtra dñm, ſiue dñs fuerit ſciens, ſiue ignorans ré feudalem eſſe alienam. Hoc dicit vſq; ad §. rei autem. Et vaſallus habet vtilem rei vendicationem ad rem feudalem, & poteſt agerei vt defendatur more feudali. Hoc d. vſque ad §.
2 quid ergo. ¶ Not. ibi, alienam. † quòd valet inueſtitura feudalis de re aliena vel alteri obligata: quod notabile ſanè intelligo, vt valeat in præiudicium non domini rei vel creditoris cuius eſt ipſa res: l. rem alienam. & ibi no. ff. de contrahen. emp. & probatur in text. noſtro: quia dominus poteſt vendicare rem ſuam, & ſic euincere. ¶ No. ibi, alie-
3 næ rei. † quòd vaſallus ſciens rem feudalem non eſſe domini inueſtientis, vel ſciens rem feudalem alteri obligatam, non agit de euictione contra dominum inueſtiẽtem: concor. l. ſi fundum ſciens. C.
4 de euic. ¶ † Prædicta regula fallit, niſi vaſallus ſpeciali pacto ſibi prouideat de euictione: vt probatur ibi, niſi pacto ſpeciali. Et ſignanter dicit, ſpeciali. quia non ſufficeret generale pactum: quinimo requiritur ſpeciale pactum, vt licet vaſallus ſciat rem eſſe alienam, tamen ſi vult, poſſet agere de euictione: quod eſt notabile. ¶ Not. ibi, igno-
5 rans. † quòd vaſallus ignorans rem feudalem eſſe alienam vel alteri obligatam, agit de euictione.
6 ¶ Quæritur, † an in dubio præſumatur ſcientia vel ignorantia? Sol. Præſumitur ignorantia: l. veriùs. ff. de prob. Et qualiter probetur ſciẽtia, vide gl. in l. ſi tutor peri, C. de peri. tut. & no. per Ang. in l. eũ qui. ff. de Publ. ¶ Not. mirabilem tex. ibi, vt aliud eadẽ
quam

7 quantitate.† ꝙ pro ſpecie agitur ad aliam ſpeciem. Nã vaſallus cui eſt euicta res feudalis, agit non ad intereſſe, ſed ad aliud feudũ eiuſdem bonitatis & quãtitatis,& ſic ad aliã rem ſuſcipiendã in feudum.
8 ¶No.ibi,nulla eſt differentia.†quòd quoad agendum de euictione, nulla eſt differentia, an dominus ſciuerit, vel ignorauerit rem feudalẽ eſſe alienam, vel alteri obligatam. ¶Not.ibi, vendicare.
9 †quòd vaſallus poteſt vendicare ab omni poſſeſſo-
10 re rem feudalem. ¶No.ibi,defenſione.†quòd vaſallus habet ius agendi & defendendi pro re feudali,&c. ¶In glo.huic ſimile.ad fi.no.quia habui-
11 ſtis in text.†quòd vaſallus ſciens rem alienam,agit de euictione, ſi prouiderit ſibi ſpeciali pacto. ¶Hoc dictum limitabitis verum, quando quis ſimpliciter recipit ſciẽter in feudum rem alienam vel alteri obligatam, ita quòd non eſt pactum, niſi ratione ſcientiæ alienæ rei vel alteri obligatę. Secus autem, quando contra interdictum mercaretur, ſuſcipiendo in feudum rem alienam vel alteri obligatam ſine conſenſu domini: quia tunc non ageretur de euictione,etiam ſi ſpeciali pacto ſibi prouiderit: glo.notabilis in c.j.§. callidis.ṽ.de prohib. feu.alid.per Fed.ſecundum And.hîc: quod eſt no-
12 tabile. ¶Circa iſtam gl.quæro, † an pendente iudicio euictionis, vaſallus teneatur præſtare ſeruitia domino? Reſpondet hîc Bal.quòd ſic. ¶In gl.
13 quæ incipit,nec miretur.ad fin.not. †quòd vaſallo datur vtilis rei vendicatio, quia habet vtile dominium : vt probatur in textu ibi, tanquam domi-
14 nus vendicare. ¶Item no.ex hac, † quòd ſi dominus inueſtiat vaſallum ad longum tempus,conſuetudo interpretatur, quando eſt vltra decennium, iuxta no.Bald.in l.iubemus. C.de ſacr.ſanct.eccle.
15 ¶Sed pulchrum eſt videre,quia dixi in tex.†quòd vaſallus agit de euictione,nũquid agat de euictione,ſi nõ denunciauerit domino motam eſſe litem? Reſpondeo, non. Nam ad hoc vt vaſallus agat de

euictione, requiritur, quòd vaſallus nunciet domino:c.j.§.ſi de feud.vaſal.interpell.fu. ¶Quæro, 
16 †an competat vtile dominium feudatario abſque aliqua traditione? Reſpondeo, quòd non: quia dominium non transfertur ſine traditione: l. traditionibus. C.de pac. licet ſi dominus cederet rei vendicationem vaſallo abſque traditione, competat vtilis rei vendicatio:l.ſi. C.de hæredit. vel act. ven.Nam licet regulariter vtilis rei vendic.non cõpetat ſine vtili dominio: vt not. in l.j.in prin. ff.de eden.tamen mediante ceſsione competit vtilis rei vendicatio ſine vtili dominio: d.l. ſi. & l. ex aſſe.ff. ad Treb.ſecundum Iac.hîc. Et eſt ratio,quia quod operatur traditio in rebus corporalibus, hoc operatur ceſsio in iuribus incorporalibus: vt no. in l. ad eum.ff.de dona.Ergo ſicut mediante traditione transfertur vtile dominium,ita mediante ceſsione transfertur vtilis rei vendicatio: quod eſt notabile: quia ſi in inſtrumento inueſtituræ feudalis dñs conſtitueret vaſallũ procuratorem in rẽ ſuam, & cederet rei vendicationem vaſallo,certè vaſallo etiam abſq; traditione competeret vtilis rei vendi
17 catio. ¶Quæro, †an vaſallus contra ciuiliter poſſidentẽ,poſsit agere rei vendicatione?Reſpondeo, ꝙ ſic:ſecundum Aud.hîc:vt no.in l.ij.C.vbi in rem actio.Et probatur ibi,ab omni poſſeſſore.& qui totũ dicit, nihil excludit.l. à procuratore.C.mãdati.
18 ¶Quæro, †an vaſallus præferatur domino in agendo contra poſſeſſorem? Reſpondit hîc Ang.ꝙ ſic: quoniam vtile dominium pręfertur directo:vt no. in d.l.traditionibus.Vos diſtinguite,quòd aut dñs vult agere contra poſſeſſorem, ita quòd ſibi reſtituatur poſſeſsio,& tradatur ſibi res feudalis,& tũc præfertur vaſallus,& ita loquitur Ang.Et eſt ratio, quia vaſallus poſſet etiam agere contra ipſum dñm poſsidentẽ rem feudalẽ: l.j.§.quod autẽ. de ſuperficie.& l.j.& ij.ff.ſi ager vectig.Aut dñs vult agere cõtra tertiũ poſſeſſorẽ,vt declaretur dñs directus,
&ſic

& ſic ciuilis poſſeſſor:non autē, vt tradatur res feudalis ſibi: & tunc vterq; poteſt agere,vt plenè not. in rub.ff.de rei ven.& in l.j.C.de alie.iud.mut.cau. fact.quia agunt reſpectu diuerſorum.Et no.ſecundum Andr. quòd proceſſus & ſententia celebrati cum domino nocēt vaſallo, ſi ſciuerit vaſallus litē agitari cum domino: vt no.in l.ſæpe.ff.de re iudic. Vos autem dicite,vt no.per Doct.in rubr.ff.de rei

19 vend.& in d.l.ſæpe.¶Quæro,†dominus agit contra tertium poſſeſſorē,tertius opponit de vtili dominio feudatarij:quæritur,an poſsit?Reſpōdit hîc And.quòd non:per gl.in d.l.j.§.quod autem. Vos tenebitis contrar. per glo.quam ſequitur Bar. in l. indebiti.§.ſed ſi nummi.ff.de condi.indeb. ¶Nec obſt.gl.in d.§.cum autem.quia cum reuerentia gl. id non dicit.¶Vltimò quæro quæſtionem vtilem:

20 †pone,Duo ſunt fratres quorum alter ſolus eſt vaſallus:puta,quia habet vaſallagium inſolidum : iſti fratres contraxerunt ſocietatem omnium bonorum:quæritur,an feudum ſit commune ratione ſocietatis?Ego aliàs reſpōdi,ꝙ non:licet fructus ſint cōmunicandi,non cōpellitur dominus inuitus habere alium vaſallū:c.j.de duo.fra.à cap.inue.Secūdò,quia in generali alienatione non veniūt feuda: c.in generali.ꝟ.ſi de feu.fue.contro.Sed ſocietas omnium bonorum eſt generalis alienatio:ergo,&c. Vltimò,quia in generali diſpoſitione non veniunt prohibita,ſecundū Bar.in l.codicillis.§.inſtitutio. ff.de leg.ij.Sed feudū non poteſt alienari ſine conſenſu domini: c.j.ꝟ.de proh.feud.alie. per Feder.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §.*

2 *Seruitus rei feudali per negligētiam vel dolum domini impoſita,in eius præiudicium valet.*

3 *Seruitutis impoſitio licet vaſallo noceat, non ta-*

*men nocet domino.*

4 *Seruitutis impoſitio iudicialiter facta, etiam contra dominum valet.*

5 *Vaſallo poßidente non currit præſcriptio longißimi etiam temporis contra dominum.*

6 *Emphyteuta poßidente, an currat præſcriptio contra dominum, quo ad ſeruitutem paßiuam.*

7 *Re feudali ad dominum reuerſa, contra dominum incipit præſcriptio.*

8 *Agere non valenti, non currit præſcriptio.*

9 *Creditoribus vaſalli an dominus teneatur feudo ad ipſum reuerſo.*

10 *Oppignoratio feudi facta à vaſallo ſine cõſenſu domini, non valet.*

11 *Oppignoratio feudi facta conſenſu domini, tenet.*

12 *Res feudalis an in cauſa iudicati capi poßit.*

13 *Mißio in poſſeßionem rei feudalis, quomodo fiat.*

14 *Creditor miſſus in poſſeßionem rei feudalis, an teneatur præſtare ſeruitia domino.*

*An & quando impoſitio ſeruitutis rei feudalis per vaſallum noceat domino, vide* D. *Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iura. col. xvj. in verſ. itẽ quæro de pulchra quæſtione.*

§. QVID ERGO SI PRECIO. ¶ † Si
1 vaſallus dolo, precio, vel negligentia paſſus fuerit ſeruitutẽ imponi rei feudali, & poſtea res feudalis peruenerit ad dominũ, non nocet domino, etſi ſit poſſeſſa per longum tempus. Hoc dicit vſque ad §. ecõtrario. ¶ No. ibi, iniuria. Alij habent incuria, id eſt neglĩgẽtia. ¶ No. primò ex hoc
2 textu: † quòd ſi vaſallus precio, dolo, iniuria vel neglĩgẽtia paſſus fuerit imponi ſeruitutem rei feudali: puta, ſeruitutem itineris, quòd talis ſeruitus nocet vaſallo, & valet in eius præiudicium.
3 ¶ No. ibi, dominus, &c. † quòd licet noceat vaſallo impoſitio ſeruitutis, vt ſuprà: non nocet tamen
a domino, ſi poſtea feudum reuertatur ad dominũ, a etiamſi

etiamſi per longa tempora quaſi poſſeſſa fuerit ſeruitus à vaſallo poſsidente. ¶Sed contra hunc tex.
4 op.& imo videtur,†quòd impoſitio ſeruitutis noceat domino,nedum vaſallo. Vnde opp.de c.j.§.de contro.inter vaſ.& alium de beneficio.& de c.ſi vaſal.§.ſi de feud.fuer.controuer. Sol.Tex.noſter debet intelligi de impoſitione ſeruitutis extraiudicialis: puta, vendendo ius imponendi ſeruitutem rei feudali.Vbi autem impoſitio ſeruitutis eſſet facta iudicialiter, tunc noceret etiã domino,niſi appareat de colluſione vel fraude vaſalli: dict. cap.j. & capit.ſi vaſallus. ¶Ex prædictis habetis notare, quòd ſi tertius ageret contra vaſallum in iudicio, dicendo ſeruitutem eſſe impoſitam rei feudali, & ſententia eſſet lata contra vaſallum:talis ſententia
a noceret domino,[a]niſi dominus probaret colluſionem. ¶In gloſſ.ibi, idem intellige. l.præſcriptio.
5 ſignabitis gloſſ.†quòd poſsidente vaſallo non currit præſcriptio, etiam longiſsimi temporis contra dominum, quo ad ſeruitutem paſsiuam rei feudalis.¶Quid autem ſi vaſallus tradiderit rem feudalem tertio, & ille poſsederit longo vel longiſsimo tempore, an habebit locum præſcriptio? Dicite, quòd non:per rationem iſtius gloſſ. Nam appellatione alienationis continetur etiam præſcriptio: l.alienati verbo.de verborum ſignifi.Sed in feudis prohibita eſt alienatio: cap.j.de prohib.feud.alie. per Feder.& facit cap.j.de prohib.feu.alie.per Lotha.Simile nos videmus, Nam vbicunque prohibita eſt res alienari:non habet locum præſcriptio. l.
6 vbicunque.de vſucapion. ¶† Quid autem in emphyteota? Bal.hîc tenet, quòd idem & in feudatario:vt præſcriptio nõ noceat domino. Vos de hoc articulo,& meliùs dicite,vt per Specul.in titul.de præſcriptio.§.j.verſicu.pone,colonus vel emphyteota.vbi cõcludit per traditionem dominum priuari poſſeſsione, & conſequenter habet locũ præſcriptio. Sed dominus habet beneficium in inte-

a *Adde quòd D.Frã.Cur. in trac.feu. xj.char.iiij. part. tenet, quòd etiam quo ad præiudiciũ vaſalli, nõ poſſet imponi talis ſeruitus,& quòd in hoc iſte §.ſit correctus.Ibi etiã ponit,an dato quòd valeret talis impoſitio, an præiudicabit domino? Eſt in verſic. xiiij. quæro. Et ibi in ſequẽti ver. quærit, an poſſit vaſallus in re feudali conſtituere vſumfruct.*

grum reſtitutionis ex clauſula generali, ſi qua mihi
7 iuſta cauſa. ¶ Ad finem gloſſ. not. † quòd ſi res feudalis ſit reuerſa ad dominum, tunc incipit præſcriptio contra dominum. ¶ Extra gloſſ. quæro, pone,
8 † Titius poſsidet feudum paternum, deinde tertia perſona: puta, Gayus poſſedit cum bona fide & titulo hác rem feudalem, decem vel viginti ann. vel ſine titulo xxx. vel xl. annis: quæritur, an hæc præſcriptio noceat Titio vaſallo, licet non noceat domino per hunc textũ? Sed retẽto eodem themate: quæro, an hæc præſcriptio, quæ nocet Titio vaſallo, nocet etiam filiis eius vel agnatis eius? Reſpondeo, quòd non: ſecundum And. de Iſern. hìc: arg. l. fin. C. de verb. ſign. Et eſt ratio, quia non valenti agere non currit præſcriptio: l. j. in fi. C. de anna. except. Sed filius vel agnatus non poteſt agere: quia Titius vaſallus eſt præcedens in gradu: arg. l. quod ita. §. in fideicommiſſario. ff. de lega. ij. & facit in ſimili in l. ij. ad finem. C. eod. de leg. ¶ Nec obſt. c. ſi quis per triginta. §. ſi de feu. fue. controuer. quia ibi loquitur in feudo nouo, ſecundum Andr. Vel aliter, Ibi loquitur quo ad acquirendum feudum de nouo. Vel aliter, Ibi feudum non veniebat ex prouidentia principali ad filios vel agnatos, ſed titulo hæreditario. ¶ Ex prædictis poteſtis colligere, ꝙ licet ſententia lata contra vaſallum noceat domino, niſi appareat de colluſione vaſalli: cap. j. de controuer. inter vaſ. & alium de beneficio. tamen præſcriptio non nocet domino in hoc text. noſtro qui text. licet loquatur in ſeruitute, tamen multò magis in præſcriptione dominij, in quo agitur de maiori præiudicio: argu. l. fina. & quod ibi not. C. quæ res pign. obl. po. & in authen. multò magis. C. de ſacroſanct. eccle. ¶ † Quæro, pone, vaſallus contra-
9 xit multa debita, deinde feudum reuertitur ad dominum: quæritur, an dominus teneatur creditoribus vaſalli? Videbatur, quòd ſic: quia feudum eſt reuerſum ad dominum. ¶ In contrarium eſt veri-

taſ

tas in ca.j.ꝧ.an agnatus vel filius repu.hæred. ¶ Sed
10 pone, † quòd vaſallus obligauerit creditori feudũ pro pignore, an valeat talis obligatio? Sol. Dicendum, quòd non ſine conſenſu domini: aliàs vaſallus caderet à feudo: c.j.ꝧ.de proh.feu.alie.per Fed. quod eſt notabile contra vaſallos obligantes feu-
11 dum. ¶ Sed pone, † quòd vaſallus obligauerit feudum creditoribus conſenſu domini, & poſtea feudum reuertatur ad dominum, an teneat obligatio pignoris? Andr.hìc videtur tenere, quòd ſic: pro quo adduco text. & quod ibi not.in c.j.ſcilicet, de alien.feu. Sint ergo cauti domini, qui conſentiunt obligationi feudi, vt apponant clauſulam ſaluo iure noſtro feudalì. ¶ Diximus de pignore extraiudi-
12 ciali: quæro nunc, † an in cauſa iudicati poſſit res feudalis capi? Reſpondeo, quòd ſic, in ſubſidium: quia vaſallus non habet alia bona: l.commodis. ff. de re iudicat. l.ſpem præmiorum.C.quæ res pign. oblig.poſſ. Durabit tamen tale ius durante iure vaſalli. Nam ſi extingueretur ius vaſalli: puta, quia feudum reuertatur ad dominum vel ad agnatos: tunc reſoluitur ius creditoris, quo ad feudum: argumen.l.lex vectigali fundo. ff.de pignor. &, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris: ca. j.§.fi.ſ.de controuer.inueſt.niſi debitum eſſet contractum in vtilitatem domini vel agnatorum: vel, niſi eſſet debitum de natura feudi: puta, de maritanda filia domini: quo caſu duraret ius feudi in creditore, licet feudum reuertatur ad dominũ, vel ad agnatum, ſecundum And.hìc. Nam durante vita vaſalli creditor poteſt mitti in poſſeſſ. rei feudalis, ſed non poteſt perueniri ad ſecundum decre-
a tum,[a] vel ad alienationem perpetuam, niſi conſentiente domino feudi: ne aliàs fiat alienatio rei feudalis in præiudicium domini: c.j.ꝧ.de proh.feu.ali.
13 per Loth. ¶ † Sed pulcherrimum dubium eſt, quomodo & qualiter fiat miſsio in poſſeſsionẽ rei feudalis ad inſtantiam creditoris, an creditori adiudicabi-

*a Et an in executione iudicati poſſit capi feudum, adde de hoc Do. Ia. in verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus feudalibus. col.fi.D.Frãciſc. Cur.in tract. feud. xj.char.iiij. par.ver.xij. quæro.*

cabitur vtile dominiũ rei feudalis, & ſic an trãſeat in creditorem ius vaſalli? Reſponde, quòd in creditorem non trãſit ius feudi, neque vtile dominiũ feudi, ſed duntaxat commoditas rei feudalis: quia creditor percipiet fructus & reditus rei feudalis, & habebit poſſeſſ. rei feudalis: nõ autem dominiũ, ſecundum pulchram no. Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigal. ff. de damno infect. & ſecundum Angel. in l.
14 eorum. ff. eo. tit. ¶ †Sed pulchrum eſt videre, an in caſu præmiſſo creditor teneatur ſeruire domino? Reſpondeo, quòd non: ſed vaſallus debitor tenebitur præſtare ſeruitia domino: quod verum eſt in actione perſonali, ſecus autem quando ratione rei fit miſsio in poſſeſsionem: puta, in cauſa dãni infecti. Nã tunc miſſus in poſſ. ratione rei tenebitur ſeruire domino. Et ratioñe diuerſitatis ponit Bart. in d. §. ſi de vectigalibus. ¶ Prædicta quidem ſunt vera, niſi in feudo regali, ducali, marchionali, vel comitali. Nam in his non fit miſsio in poſſeſsionem, neque tangitur ſubſtantia feudi: ſed duntaxat creditor poterit habere fructus rei feudalis, iuxta allegantem no. Bal. in auth. & qui iurat. C. de bo. auctoritate iud. poſsidend.

## SVMMARIVM.

1 *Augmentum per ſe ſubſiſtens non accreſcit feudo: ſecùs, ſi per ſe ſubſiſtere nequeat.*
2 *Vaſallus poteſt meliorem conditionem rei feudalis facere, ſed deteriorem non poteſt.*
3 *Feudum licet ad vaſallum pertineat, tamen de eo ad placitum ſui diſponere non poteſt.*
4 *Vaſallo vxor non ſuccedit in re feudali.*
5 *Vaſallus non poteſt pignori obligare feudum.*
6 *Pignus appellatur conſultum, quia conſulit creditori.*

Indi-

7 *Indiuiſibilitatis ratione licet, quod aliàs non eſt licitum.*

8 *Prædium emptum prope rem feudalem, hac ad dominum reuerſa, illud non reuertetur.*

9 *Iuriſdictione caſtri acquiſita, an hoc ad dominū reuertente iuriſdictio quoque ad dominum tranſeat.*

10 *Dominus in re empta atque feudo adiuncta, ius feudale per ſeruitia xxx. annorum acquirit.*

11 *De inſeparabilibus eſt inſeparabile iudicium.*

§. ECONTRARIO AVTEM SI QVID. ¶Additamentum ſiue augmentum quod fit feudo, non accreſcit feudo: ſecus, ſi non poſſet per ſe ſtare. Et mulier non ſuccedit in feudo reſpectu tertiæ vel quartę. Hoc d. vſque ad fi. tituli. ¶Not. ibi, ecōtrario. Nam ſ. viſum
1 eſt in §. præcedenti, †quid iuris, quando fit deterioratio iuris feudalis: puta, quando imponitur ſeruitus rei feudali: deinde res feudalis reuertitur ad dominum: nunc videndum eſt econtrario, quādo fit augmentum rei feudali, deinde vaſallus decedit non relictis maſculis deſcendentibus vel agnatis: & ſic feudum reuertitur ad dominum, an tale augmentum pertineat feudo, & conſequenter ſit domini: an verò ſit vaſalli ſiue hæredum eius? Cui queſtioni reſpōdendū eſt diſtinguēdo: Aut augmētum eſt per ſe ſtans, & tunc non pertinet ad feudū, neque accreſcit rei feudali. Aut non eſt per ſe ſtās, & tunc pertinet ad rem feudalē, & conſequēter accreſcit eidem. De quo tamen articulo dixi vobis latè in c.j.§. ſi quis de manſo. ſ. de contro. inueſti. ¶No. tex. ſignabilem in verbo, meliorem. qui ele-
2 gantem regulam in feudis hic tradit: †Nam vaſallus poteſt meliorem conditionem rei feudalis facere, ſed deteriorem non poteſt, ſine voluntate domini

domini vel agnatorum.¶Not.tex. ibi, pertineat.
3 † ꝙ non eſt bona conſequentia in feudis, Feudum pertinet ad vaſallum:ergo poteſt diſponere ad placitum ſui. Ratio eſt in text.ibi, tamen proprietas. quia proprietas ad alium : puta, dominum ſpectat.
4 ¶Not.tex.ibi, quartæ, ſiue tertiæ ratione.†quòd vaſallo vxor non ſuccedit in re feudali. Amplius ſi tertia vel quarta bonorum mariti poſt mortem eius, iure Lõbardo vel Romano pertineat ad vxorem, tamen non ſuccedit mulier in re feudali reſpectu tertiæ vel quartæ. Et ſic hîc habetis text. decidentem quæſtionem pulchram:pone, ſtatuto cauetur, quòd ſi decedat vaſallus ſine liberis, ſuccedat vxor:tale ſtatutum non habebit locum in re feudali:ar.huius tex. & ita aliàs publicè diſputaui
5 & determinaui.¶No.ibi, nam nec pignus. †quòd vaſallus nõn poteſt pignori obligare feudum : de quo in c.j.ꝟ.de prohi.feu.ali.per Federicum. ¶No.
6 ibi, conſultum.†quòd pignus appellatur cõſultũ, quia conſulit creditori. Nam melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere. l. plus cautionis. ff.de reg.iu.& §.furti.Inſti.dè obl. ex delic. ¶In glo.quæ incipit, nam ſi per ſe.ad fi.not. vnum
7 brocardum,†quòd licet ratione indiuiſibilitatis, quod aliàs non eſt licitum.¶In glo.de hac quarta iure Romano. ad fi. De hac glo. dicite, vt not.in auth.præterea.C.vnde vir & vxor.¶Extra glo.po
8 ne, † Vaſallus emit immediatè prope rem feudalẽ vnum prædium, deinde vaſallus decedit ſine deſcendente maſculo & agnatis, & cõſequenter feudum reuertitur ad dominum:queritur, an dictum prædium emptum pertineat domino vel hæredibus extraneis? Certè pertinet hæredibus vaſalli, non domino:ar.tex.noſtri, ſecundum Bal.¶ Quæ-
9 ro, pone,†Vaſallus acquiſiuit iuriſdictionẽ rei feudali:quia emit, vel aliter acquiſiuit iuriſdictionẽ in caſtro, quod erat ſibi conceſſum in feudum : quod caſtrum antea non habebat iuriſdictionem:deinde vaſallus

vaſallus decedit ſine hæredibus & agnatis,& con-
ſequenter feudum reuertitur ad dñm:quęritur,an
hæc iuriſdictio pertineat domino vel hæredibus
extraneis?Bal.hîc determinat, quòd nô:ſed hære-
dibus vaſalli.Mouetur per tex. noſtrũ hîc in prin.
quia vnus poteſt habere iuriſdictionẽ in caſtro,&
alius habere caſtrum ſiue territorium eius. ¶Ego
puto contrarium, quòd imo iuriſdictio tanquam
inſeparabilis à caſtro pertineat domino: per ver.
ibi,ſi verò non poſsit per ſe ſubſiſtere. Facit l.j. §.
cum vrbem.ff. de offi. præfec. vrbis. & quod not.
in leg.imperium.& l.fi.C.de iuriſ.om.iudi.Secun-
dò moueor per tex.in §.ſi vaſallus.ꝟ.hîc finitur lex,
deinde incipit conſuetudo regni. Vbi ſi ſit factum
ædificium in re feudali,tale ædificium pertinet do
mino.Eodem modo in iuriſdictione, quæ eſt fun-
data in territorio caſtri.Et faciũt notata in c.j.ꝟ. de
capi.qui cur.vendi. ¶Non obſtat ratio Bal. quòd
alius poteſt habere dominiũ territorij, & alius iu-
riſdictionem:quia reſpondeo, quòd non eſt ratio
ſua bona.Nam alius poteſt habere ſolum, & alius
ędificium,& ſic ſuperficiem:l.j.ff.de ſuperficiebus.
& tamen ſuperficies pertinet ad dominum:d. c. ſi
vaſallus. Vbi caſus. Ergo ratio Bal.non eſt bona:
quia tex.noſter inſeparabilitatem reſpicit reſpectu
10 rei,nô perſonarum.¶Quæro,pone, †Vaſallus im-
mediatè prope rẽ feudalẽ acquiſiuit vnũ prædiũ,
& per annos xxx.præſtitit ſeruitia domino de illo
prædio ẽpto,deinde vaſallus decedit ſine hæredi-
bus & ſine agnatis,& côſequẽter feudum peruenit
ad dominũ:quæritur, an prædiũ emptũ pertineat
dño?Videtur,ꝙ nô:per tex.noſtrũ hîc: quia nô eſt
per ſe ſtâs.¶In contrariũ determinat And. Ratio,
quia dominus acquiſiuit ius feudale in dicto prę-
dio per præſcriptionẽ xxx. anno. c.ſi quis per xxx.
11 ꝟ.ſi de feud. fu. contro. ¶Vltimò quæro, †Vaſal-
lus acquiſiuit aliquid indiuiſibile à re feudali nul-
lis relictis hæredibus in feudo, & conſequenter
feudum

feudum reuertitur ad dominũ, dominus petit rem feudalem cum hoc iure indiuiſibili ab hæredibus extraneis vaſalli, iſti hẹredes vaſalli opponũt, ſoluit vobis illud ius indiuiſibile emptum vel acquiſitum à vaſallo: quæritur, an audiantur? Videtur, quòd non: per tex. noſtrum ibi, ſi verò. qui tex. loquitur indiſtinctè: ar. l. de precio. ff. de Publi. ¶ In contrarium eſt veritas per tex. in c. ij. in ver. ſi vaſallus. ꝟ. hìc finit lex, deinde incipit conſuetudo regni. ſecundũ And. de Iſer. hìc. Bal. hìc ponit de materia l. exigere dotẽ. ff. de iudi. quam omitto, quia non eſt de materia feudali. Tunc ponit de materia auth. præterea. C. vnde vir & vxor quam omitto.

## Qualiter olim poterat feudum alienari. Titulus IX.

¶ Continuatur hoc modo ſecundum Iac. de Bel. quia imperfectè in ſuperioribus plerũque eſt facta mentio de alienatione: propterea vt perfectiùs habeatur materia feudalis alienationis, ſubiicitur rubrica, qualiter olim feudum ali. po. Vel aliter, & meliùs: quia in §. proxi. præcedẽti facta eſt mentio de alienatione feudi per pignus, proptera ſubiicitur hæc Rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Quanquam olim multæ & diuerſæ eſſent cõſuetudines in alienatione feudi, hodie tamen non eſt permiſſa alienatio.*

2 *Alienandi feuda conſuetudo ſi ſit in terris, illa ſeruari poteſt.*

3 *Alienãdi conſuetudo localis eſt ſeruãda: qua ceſſante ſeruantur conſtitutiones & conſuetudines feudales huius libri.*

4 *Diuæ memoriæ principes cur dicantur.*

5 *Lombarda in iure allegari poteſt.*

6 *Neceſsitatis cauſa vaſallus olim poterat alienare partem feudi.*

7 *Vaſallus etiam ſine conſenſu domini hodie infeudare poteſt, dummodo id fiat ſine fraude.*

8 *Vaſallus qui illicitè alienauit, feudum perdit.*

9 *Fallit, ſi acceptor feudi paratus ſit ſeruire domino & recognoſcere feudum.*

10 *Neceſsitatis cauſa hodie alienatio non eſt permiſſa.*

11 *Parte feudi alienata, an vaſallus à toto feudo cadat.*

12 *Feudum ad ſe reuerſum, non debet dominus pro ſe retinere, ſed alij conferre.*

EST AVTEM OPTIMA. ¶ Diuiditur iſte titulus in quinque partes. In prima ponitur, qualiter iure nouiſsimo eſt interdicta alienatio rei feudalis. In ſecunda, in quibus caſibus olim erat permiſſa alienatio rei feudalis. In tertia ponitur, in quibus erat prohibita alienatio rei feudalis. In quarta, qui poſsint redimere rem feudalem alienatam, vel interdicere adminiſtrationem. In quinta & vltima, qualiter dominus poſsit alienare proprietatem rei feudalis. Secunda ibi, neceſſe neque ſuadente. Tertia ibi, donare. Quarta ibi, porro. Quinta ibi, de illa verò. Hoc d. vſque ad

1 §. donare. ¶ † Quanquam olim circa alienationem rei feudalis eſſent diuerſæ conſuetudines variis curiis, tamen hodie ſecundum l. Lotharij eſt prohibita alienatio rei feudalis: & olim neceſsitate imminēte vaſallo, vaſallus poterat partem feudi alienare, & poterat in feudum concedere ſiue partem,

ſiue totum feudum, & diſſentiente domino ſiue ignorante. Si vaſallus qui alienauit, vt ſ. deceſſerit ſine deſcendente maſculo, vel alia ratione, feudum reuertitur ad dominum, niſi acceptor qui habuit cauſam à vaſallo, ſit paratus ſeruire domino vel ab eo recognoſcere. Vel aliter & breuiús: Hodie eſt prohibita alienatio rei feudalis: ſed olim in duobus caſibus hîc enumeratis permittebatur alienatio. Hoc dicit: ¶Nota ibi, mul-
2 tæ & diuerſæ. † quòd quãquam olim eſſent diuerſæ conſuetudines in alienatione feudi: tamen hodie iure nouiſsimo non eſt permiſſa alienatio: ca.
3 j. de prohib. feud. alien. per Federicum. ¶ † Quid autem ſi hodie eſſet in aliqua patria conſuetudo a-
a lienandi feudum, an talis conſuetudo ſit ſeruãda? [a] Reſpondeo ſeruandã eſſe conſuetudinem ſpecialis loci ſecundum regulam in c. j. ſ. de feud. cog. quòd in caſibus feudalibus primò eſt ſeruanda conſuetudo locorum, qua ceſſante ſeruandæ ſunt conſuetudines & conſtitutiones quæ ſunt in hoc libello. ¶Nota ibi, diuæ memoriæ. ſecundum Andream,
4 † quòd principes dicuntur diuę memorię, quia debent viuere caſtè & ſobriè, ad hoc vt eorum memoria ſit diua & laudabilis, ſecundum Salomonem.
5 ¶ Nota ibi, in beneficiis. hic eſſe caſum, † quòd poſſumus allegare Lombardam: de quo articulo dixi in proœmio. Vel poſſumus dicere, quòd conſtitutio Lotharij ſit in ti. de prohib. feu. ali. per Lo-
6 thar. ¶No. ibi, neceſsitate. † quòd neceſsitate: puta, famis, vaſallus olim poterat alienare partem feudi, non totum. ¶No. ibi, verſiculo, ſi verò. iuncto
7 verbo, hodie. † quòd & olim & hodie etiam ſine conſenſu domini vaſallus poterat & poteſt infeudare rem feudalẽ ſiue pro parte ſiue pro toto, dummodo fiat ſine fraude: vt probatur ibi, ſine fraude. Nam omnis diſpoſitio recipit interpretationem, vt excludatur dolus & fraus: l. creditor. §. Lucius. ff. mãd. & no. in l. fraus. ff. de legi. maximè in feudo, quia

*a Et an valeat conſuetudo, quòd feudum poſſit alienari ſine conſenſu domini, vide D. Frã. Cur. in trac. feu. xij. char. iiij. par. ver. xix. quæro. Et ibi in verſic. præcedenti quærit, an valeat ſtatutum permittens alienationem.*

quia feudum dicitur à fidelitate: vt vidiſtis in c. j. in fi.§.per quos fi.inueſt.Nam natura feudi non patitur fraudẽ. ¶Not.ibi,omnes feudi alienationes.
8 †quòd ſi vaſallus qui alienauit etiam in caſu licito, deceſſerit ſine hærede maſculo, vel fecerit refutationem feudi in manibus domini, vel alia ratione amittat feudum culpa ſui,omnis alienatio fit irrita & reuocabitur à domino: quod tenebitis menti: quia hæc regula non eſt hodie correcta:ratio, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris:c.j. §.fi.§.de contro.inueſt. l.lex vectigali feudo. ff. de
9 pig.¶Limitate prædicta vera,†niſi acceptor feudi qui habuit cauſam à vaſallo,ſit paratus ſeruire domino & recognoſcere feudum.Et puto,quòd hanc recognitionem facere debeat intra annũ à die quo habuit cauſam à vaſallo qui amiſit feudum: c. j. §. quo tempore miles inueſt.pet.de. ¶Ex prædictis infero ad quotidianam quæſtionem: pone, vaſallus infeudauit feudum alteri: puta, Titio, deinde vaſallus qui infeudauit,cõmiſit culpam,ex qua debet amittere feudum:vel fortaſsis deceſsit ſine deſcendente maſculo, vel refutauit feudum in manibus dñi: quæritur modò,an Titius infeudatus à vaſallo poſsit retinere feudum inuito domino?Certè dicẽdum eſt,quòd ſic: dummodo cognoſcat dñm, & offerat ſe paratum ſeruire domino: aliàs autem dñs poterit reuocare feudum:quod no. propter ea quæ notaui in c.j.§.propterea.§.de c.Conr.¶In gl. quę dicitur,de optiani.ad fi.de hac gl.dicite vt no.
10 in l.de quib.ff.de legi.¶†Extra gl.quæro,nunquid hodie vaſallus ex neceſsitate: puta, famis, poſsit vendere partẽ feudi?Reſpond.quòd hodie non poteſt:patet[a]in verbo,olim.quaſi ſentiat tex.ꝙ hodie ſecus.Et probatur in ratione ſui:c.j.§.de prohi.feu. ali.per Loth.ne extinguãtur feuda,& quia vaſallus non habet liberũ arbitrium vel dñium in feudo:c.j. circa fi.§.ti.proxi.ſecundũ And.hìc & Bal. & c.j.§. aut ſi libellario.§.qui.mo.feu.amit. ¶Mirabile eſt,

a *An propter neceſſitatem poſſit feud. vaſallus alienare, ponit D.Fran. Cur. in tra. feu.xj.char. iiij.par.ver. xvj. quæro.*

quòd propter neceſsitatem famis pater poſsit alie-
nare filium.l.j.&ij.C. de pat. qui filios ſuos diſtra.
& vaſallus non poſsit alienare feudũ propter ne-
ceſſitatem famis. Ex quo notabili poteſtis infer-
re, quòd pater habet maiorẽ poteſtatem in filium,
11 quàm vaſallus in feudum. ¶ Secundò quæro, †an
hodie ſi vaſallus alienauerit partem feudi: puta,
tertiam, cadat à toto vel duntaxat à parte aliena-
a ta? [a] Eſt vtilis hic articulus. Baldus hìc ſecundum
Petr. de Ceruo tenet, quòd hodie cadat à toto:
per cap.j.ꝧ.de prohib.feud.alien.per Lothar. &, de
prohib. alien. feud. per Federicum. ¶ Quòd di-
ctum limitat verum, niſi eſſent feuda eccleſiaſti-
ca, vel niſi in foro eccleſiaſtico: quia de æquitate
12 canonica non cadit, niſi à parte alienata. ¶ †Et no-
ta Bal.in ca.ex parte.de exceptio.qui infert ad talẽ
quæſtionem: pone, Feudum alicuius baronis eſt
aptum regi: quæritur, an Rex debeat per ſe reti-
nere feudum vel inueſtire alium? Reſpondet Bal-
dus, quòd debet alium inueſtire, non pro ſe reti-
nere. Vos declarate hoc dictum Baldi ſecun-
dum notata Bartol.in l.j.§.permittitur. ff.de aqua
quoti.& æſti.& no.in c.bonæ. de poſthu. præla. &
intelligite dictum Baldi, quando non ex delicto
feudum peruenit ad dominum, ſecundum not.Bal.
in cap. de probationibus. Propterea aliàs in ciui-
tate Aſtenſi conſului, quòd debeat epiſcopus in-
ueſtire proximiorem vaſallum qui amiſerat feudũ,
potiùs quàm alium. Aliàs eſſet licita alienatio per
b no.Bart.in d.§.permittitur. [b]

a *An per alienationẽ partis quis cadat à toto, vide plenè examinatũ per Do.Frãciſc. Cur. in tract. feud. pen. chart. iiij.par. verſicul. reſtat tamen adhuc. vbi dicit illã quæſtionem tũc pendere de facto.*

b *Vide in hoc artic.omnino D. Fran. Cur.in trac. feud. in vj. char.ij.par. in verſ. xv. quæro. & iſtud quod dicitur hîc, quòd videlicet potiùs inueſtiri agnatus, quã alius, debeat: habet tantùm locũ, quando eſſet finitum feudũ, propter ceſſationẽ agnationis: quia ſecus, ſi vaſallus eo priuetur per aliam cauſam. Ita limitat Do. Iaſ. vbi loquitur in emphyteoſi, in tract.iuris emphyteo.in c.ij.co.vij. Et adde quòd iſtud ius impetrandi non durat niſi anno. Ita no.Romanus conſ.xxij. vltim.col.in vlt.dub.eſt bene verum. quòd contrarium conſuluit idem Rom. ſuo conſ.vij.in ij.du.de quo per Alex.in conſ.80.in ij.du.j.vo. Hanc concluſionem limitat tamen duobus modis Do.Alex. conſil. x.vltim. col.iij. vol. Vide Do.Iaſ.in l.petens.col.iij.C.de pac.*

# SVMMARIVM.

1 *Summarium huius §. ponitur.*
2 *Feudum legatum pro anima, non valet.*
3 *Locare rem feudalem ad modicum tempus, licet.*
4 *Filiam dotare de feudo vaſallus non poteſt.*
5 *Vaſallus an poßit rem feudalem dare in emphyteuſim.*
6 *Obligatio perſonalis non facit alienationem rei.*
7 *Locatio fraudulofa in re feudali prohibita eſt.*
8 *Fraus ex paruitate precij præſumitur.*
9 *Dotare filiam an pater teneatur ex fructibus feudi.*
10 *Filia vaſalla dans feudum æſtimatum in dotem, dicitur alienare: ſecus, ſi ineſtimatum.*
11 *Donatio propter nuptias, in re feudali conſtitui poteſt.*
12 *Vaſallus pro alio donationem propter nuptias in re feudali conſtituere non poteſt.*
13 *Legatum feudi pro anima, an valeat.*
14 *De æquitate canonica, legatum tale valet.*
15 *Teſtamentum vaſalli ratificatum à domino, in ipſius præiudicium valet, non aũt in agnatorum.*
16 *Teſtamentum factum conſentiente domino, & præſentibus agnatis, de re feudali, valet.*
17 *Vniuerſalis terminus in feudis reſtringitur.*

§. DONARE AVTEM. ¶ † Vaſallus non
1 poteſt feudum donare, vel legare pro anima, vel in dotem dare pro filia. &, Locatio feudi eſt permiſſa, niſi fiat in fraudem. Hoc
2 dicit vſque ad §. porrò. ¶ † Nota primò caſus, in quibus prohibita eſt alienatio feudi, & ſignan-

ter noto, quòd legatum feudum pro anima non valet: de quo notabili ſtatim videbimus. ¶ Not.
3 ibi, vel in dotem. hîc eſſe caſum rotundum, † Vaſallum non poſſe dotare filiam de feudo. ¶ Nota
4 ibi, locare. † quòd vaſallus poteſt locare feudum. ¶ Sed contra hoc notabile opponitur, Alienatio feudi eſt prohibita: cap. j. de prohib. feud. alie. per Federic. Sed locare ad longum tempus, eſt tranſferre vtile dominium, & ſic alienare. l. fin. C. de re. alie. non alien. l. j. & ij. ff. ſi ager vectigal. Ergo non valet locatio. Sol. ex mente Iacob. de Bell. Tex. noſter debet intelligi de locatione ad modicum tempus: non autem de locatione ad longum tempus: vt dicitur de conſuetudine, quando egreditur nouem annos, ſecundũ allegantem no. Bal. in l. iubemus. C. de ſac. ſan. ecc. ¶ Ex prędictis habetis,
5 † quòd licet vaſallus poſsit alteri infeudare: §. j. ꝗ. de capi. Conrad. tamen non poteſt in emphyteoſim a dare feudum, neque locare ad longum tempus.
6 ¶ † Sed pone, quòd vaſallus perſonali actione ſe obligauit vſque ad triginta annos ad fructus feudi, nunquid dicitur alienatio? Sol. Perſonalis obligatio non facit alienationem rei, quia perſonalis obligatio non ſequitur rem: l. ſi. ff. de contrahend. emptio. ſecus, ſi conſtituatur vſusfructus in re: l. fin. C. de rebus alie. non ali. & fuit not. Bar. in l. codicillis. §. inſtitutio. ff. de leg. ij. ¶ Dicet aliquis, tu videris contrarius: Nam ſupra in primis dixiſti, quòd locatio ad longum tempus: puta, vſque ad duodecim annos eſt prohibita in re feudali: poſtea dicis, quòd valet obligatio perſonanalis vſque ad triginta annos. Reſpondeo, quòd imo non ſum contrarius: quia primo caſu in locatione ad longum tempus transfertur dominium: vt ſuprà probaui: ſed in ſecundo caſu ſimpliciter ſe obligabat perſonaliter ad fructus rei feudalis: non autem transferebatur dominium, neque conſtituebat ius in re feudali. ¶ Nota ibi, fraudu-loſa.

*a Et an vaſal lus poſſit rē feudalē dare in emphyteoſim, eſt art. dubius: de quo per D. Franciſc. Cur. in tra. feu. ix. char. iiij. par. ver. ij. principaliter quæro. Et ibi in ſequent. verſ. ponit de contractu locationis.*

7 loſa. † quòd in re feudali locatio quæ eſt fraudu-
loſa alienatio, eſt prohibita. Nam ſi quis ſubtiliſsi-
ma penſione: puta, duorum aureorum concederet
ad libellum perpetuum rem feudalem magni pre-
cij, certè eſt alienatio fraudulosa, ſiue à principio
contractus aliquid detur, ſiue non: iuxta not. in ca.
potuit. de locato. Vel aliter ſecundum Andr. Nam
ſi quis daret feudum ad libellum vſque ad xxx. an-
nos cum pacto de renouando inueſtituram de tri-
ginta annis: certè hæc eſt alienatio fraudulosa.
8 ¶ Not. ibi, ſubtiliſsima. † quòd ex paruitate precij
præſumitur fraus. Amplius, magis dicitur donatio
quàm venditio vel alius contractus oneroſus. Gl.
pulchra in l. apud Celſum. §. auctoris. ff. de excep.
doli. & fuit not. c. ij. in l. fi. ad fi. C. de pact. ¶ In glo.
quæ incipit, in hoc variat. ad fin. de hac gloſſ. dici-
te, vt per Bart. in l. j. hìc allegata, & per Bald. in au-
thent. ſi quas ruinas. C. de ſacroſanct. eccleſ. & per
Ange. in l. cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. & per Bar-
tholomæum de Salyceto in l. fina. de iure emphyt.
¶ In glo. in hoc variatur à liberto. ad finem. notab.
9 † quòd authent. res quę. C. communia de lega. non
habet locum in feudo. ¶ Circa iſtam gloſſ. quæro,
an pater teneatur dotare filiam de fructibus feudi?
Reſpondeo ſecundum Bald. Nam licet pater non
poſsit dotare filiam de feudo, vt hîc: tamen poteſt
de fructibus feudi obligando ſe perſonaliter, non
a autem conſtituendo ius in re. [a] Ita debetis decla-
rare Bald. per ea quæ dixi in ſuperioribus, maximè
per notat. per Bartolum in dicto §. inſtitutio. aliàs
Bald. malè loqueretur qui allegat l. in ædibus. §. ex
rebus. ff. de donation. quia imo poſſet cogi pater: l.
qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. ſed pater natura-
lis tantùm nõ poſſet cogi: l. vxorẽ. §. pater natura-
lis. ff. de legat. iij. ſecundum Baldum in authent. ex
complexu nephario. C. de inceſt. nupt. ¶ Quæro,
10 † an filia vaſalla poſsit dare in dotem feudum ſine
conſenſu domini? Iaco. de Bel. in cap. j. ꝗ de inueſt.

*a Et an feudũ poſsit dari in dotẽ, Do. Franc. Cur. in trac. feu. x. chart. iiij. par. verſicu. quartò principaliter quæro.*

quam Titius à Sépronio accepit. concludit, quòd non poſsit dare in dotem ſine cõſenſu domini, per iſtum text. Sed Bal. hic & ibi tenet contrarium, per dictum Iac. de Ardizon. in ſumma ſua, dummodo feudum detur inæſtimatum, & non ſit pactum de lucrando dotem, & quod tenuit Andr. in d.c.j. pro qua ſententia eſt tex. ad literam in d.c.j. qui tex. loquitur indiſtinctè. ¶ Non obſt. iſte tex. quia reſpódeo, aut quis vult dare feudum in dotem pro filia vel nepte, & non poteſt: vt hic. Aut mulier vaſalla vult dare feudum in dotem pro ſeipſa, & tunc poteſt: d. ca. j. Et poteſt ei ratio diuerſitatis aſsignari: quia ordinata charitas incipit à ſeipſo. l. præſes. C. de ſer. & aqua. ¶ Ex prædictis no. quòd mulier vaſalla dans feudum in dotem, cum pacto de lucrando, vel dás feudum æſtimatum, ita vt dicatur quædam emptio: l. cùm inter. C. de iure dot. & l. rebus. C. eod. tit. dicitur alienare, & cadit à feudo: c. j. §. de proh. alie. feu. per Fed. ¶ Dicet aliquis, quádo mulier vaſalla dat feudum in dotem, tũc tranſit dominium in maritum: l. doce ancillam. C. de rei vendi. Reſpondeo, quando datur feudũ æſtimatum in dotem, tunc dicitur alienatio: quia dicitur quædã emptio, & ſic tranſferretur dominium irreuocabiliter in maritum; quæ ratio ceſſat, quando feudum non eſt æſtimatum: quia morte mariti, vel ſolutione matrimonij dominium non remanet penes maritum, vel eius hæredes: d.c.j. de inueſt. quam Titius à Sé-
11 pro. acc. ¶ † Quæro, maritus vult vxori conſtituere donationem propter nuptias in re feudali: quæritur, an poſsit? Reſpondeo, quòd ſic: ſecundũ Bal. arg. auth. æqualitas. C. de pact. conuen. & authent. dos data. C. de don. ante nup. Declarate Bal. dũmodo non det feudum æſtimatũ, vel cum pacto de lu-
12 crando, vt dictum eſt, in dotem. ¶ Quæro, † an vaſallus pro alio poſsit conſtituere donationem propter nuptias in re feudali? Reſpondeo, ꝙ non: vt dictum eſt in dote, vt eſt caſus hic in dote, niſi interueniat

ueniat cõſenſus domini & agnatorum, de quorum præiudicio agitur: vt probatur in ſequen. §. porrò.

13 ¶Quæro, † an valeat legatum feudi pro anima? a

a Old. conſi. ccxxxviij. tenet valere legatũ, & allegat Hoſt. ita tenere in ſumma tit. de immu. ecc. Bal. hîc quoque allegat Henricum Ebrundeñ. Archiepiſcopum in ſumma ſua. ¶Nec obſt. iſte tex. quia eſt caſus in verb. pro anima. quia non debet eſſe. Vel aliter, & ſecundò reſpondebat, ꝙ iſte tex. debet intelligi, quádo in fraudem domini relinquebatur pro anima pauperibus vel eccleſiæ: verbi gratia, Nã vaſallus volens fraudare dominum, dicebat, ꝙ receperat multa ſeruitia à tali eccleſia: propterea relinquebat feudũ: ar. c. j. in prin. de prohib. feu. alie. per Fed. Bal. hîc tenet contrarium, ꝙ imo non valet legatum feudi pro anima, per iſtum tex. Pium eſt tenere, quòd valeat legatum. & ita tenuit Io. And. ſequutus Hoſt. in c. quæ in eccleſiarũ. de conſt. & ibi Bal. tenet, quòd de æquitate canonica iſtud eſt verum, dummodo feudũ non ſit caducum, id eſt non finiatur in perſona vaſalli legantis: quia tunc reuertetur ad dominũ finito feudo. Exemplũ: pone, Vaſallus deceſsit ſine filiis & agnatis, ita ꝙ finitur feudum in perſona ſua: certè legatũ pro anima non valet: quia finitum eſt feudũ. l. vxor patruum. C. de lega. l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. j. Sed ſi feudum non ſit caducum: puta, ſint filij agnati vel filij, &c. tunc valet legatum feudi pro anima.

14 ¶† De æquitate canonica in ſecreto veritatis tale legatũ pro anima non valet: quia caſum habet hîc ante oculos. Item, quia non valet diſpoſitio teſtamentaria in feudis: c. j. ſ. de ſuc. feu. Item, quia per hãc viam eſt reperta alienatio feudorũ contra c. j. in ratione. ſ. de proh. alie. feu. per Fed. Sed tamen pro conſcientia non recederem ab æquitate canonica, quia prædicta vendicant ſibi locum de iure conſuetudinis. Et ſic nõ eſt modò opus quærere, an debeatur æſtimatio feudi legati pro anima, cùm de æquitate canonica valeat

*a De hoc arti. vide Do. Ia. in verbo, & cum pacto, quod de ipſo feudo. col. ij. verſic. nunc quæro de eleg. āti quæſtione.*

legatum. ¶Eodem modo dicerem in legato feudi
ſacto eccleſiæ: quia purè dicitur, pro anima. ¶Po-
15 ne, † Vaſallus condidit teſtamentum in re feuda-
li non relinquendo pro anima, deinde mortuo va-
ſallo vel eo viuente dominus ratificabit teſtamen-
tum: quæritur, an valeat teſtamentum? Bald. hîc vi-
detur ſentire, quòd ſic: quod dictum Bart. ſanè in-
telligerẽ eſſe verum in præiudicium domini ratifi-
a cantis, [a] non autem in præiudicium agnatorũ non
conſentientium neque ratificantium: arg. §.j. por-
rò qui ſequitur. Facit l. in concedendo. ff. de aqua
16 plu. arc. ¶Quæro, † Vaſallus condidit teſtamentũ
in re feudali pręſente domino, & pręſentibus agna
tis, an in dubio videantur conſentire? Bal. hîc con-
cludit, quòd ſic: & conſequenter valet teſtamentũ
in re feudali. l. ſicut. §. vendi. ff. quib. mo. pig. vel hy
17 po. ſol. ¶Vltimò quæro, † dominus conceſſit feu-
dum vaſallo pro ſe & hæredibus quibuſcunque, va
ſallus legauit feudum: quęritur, an valeat legatum?
Videtur prima facie, quòd ſic: propter terminum
vniuerſalem, quibuſcunque. & per l. id tempus. §. j.
ff. de vſuc. ¶In contrariũ hic determinat Bal. quia
terminus vniuerſalis, quibuſcunq;. reſtringitur: ar.
l. j. §. item nunciat. ff. de ope. no. nun. & quod plenè
habetur in l. j. C. de ſa. ſan. eccl. Et, ne fiant tot pro-
prietates: l. j. C. de do. promiſſ. Quinimo non cõue
nit vxorẽ in feudo ſuccedere: per authẽ. præterea.
C. vnde vir & vxor. quia in feudis appella. hæredũ
b intelligũtur deſcẽdẽtes maſculi: c. j. ẽ. de alie. feu.[b]

*a Adde quòd iſtam opin. tenet etiam D. Ia. in tracta. feud. in verb. & cũ pacto, quod de ipſo feudo. in ij. col. vbi etiã decidit, an poſſit pater vni filiorum aſſignare totum feudũ. Et, an valeat vaſallus de feudo teſtari, & legare pro anima, ponit D. Fran. Cur. in tra. feud. xiiij. char. verſic. pen. quæro.*

*b Adde, quòd contrariam opi. tenet D. Franc. Cur. in trac. feu. in vl. char. iij. par. in fi. vbi vult quòd iſta verba vniuerſalia, quibuſcunque. non reſtringantur: ſed quòd tunc veniant etiã hæredes extranei. & ibi Fede. diſtinguẽdo nititur velle concordare iſtas opi. Vide quæ addidi ſuprà in c. j. in prin. col. iij. qui feu. da. poſſ. Eandem etiam opin. tenuit D. Fran. Cur. in xv. char. iiij. par. ver. retenta igitur hac opi. &c. in col. fi. Et pro eadẽ opi. cõſuluit in cauſa Not. de Scarampis ſuo conſi. j. in ij. col. Adde facere quæ decidit plenè D. Iaſ. in prælud. col. xvij. ver. an autem feuda veniant in reſtitu. &c. in illo artic. an feu. veniat in reſtitu. fideicommiſſi. In contrarium tamen & quòd iſta verba debeant reſtringi, tenet D. Ia. in verbo, & quibuſcunque hæredibus. col. j.*

## SVMMARIVM.

1 *Dominus habet ius redimendi feudum alienatum æquali precio.*
2 *Aequale precium deſignatum eſt contra fraudem colludentium.*
3 *Dominus expreſſè poteſt renunciare fauori ſuo.*
4 *Agnatus poteſt expreſſè refutare ius redimendi.*
5 *Ius redimendi dominus perdit per lapſum anni.*
6 *Dominus ſiue ſciens ſiue ignorans, excluditur à iure redimendi per præſcriptionem triginta annorum.*
7 *Pupillus dormit tempore pupillaris ætatis.*
8 *Dominus ius habet prohibēdi, ne vaſallus effectualiter alienet feudum.*
9 *Agnati ſunt potiores domino in redemptione feudi antiqui: ſecus, in feudo nouo.*
10 *Tenor inueſtituræ ſemper eſt attendendus.*
11 *Conſuetudo de alienando feudo, valet.*
12 *Præſcriptio triginta annorum in caſu prohibitæ alienationis, non currit.*
13 *Alienatum feudum ad dominum reuertitur.*
14 *Alienatum feudum an ad agnatos vel dominum reuertatur, remiſſiuè.*

§. PORRO SIVE DE BONA. ¶Diuiditur in tres. In prima, dictum. In ſecunda, exceptio. In tertia, aliud dictū. Secunda ibi, an inferat. Tertia ibi, in prohibendo. Hoc dicit: ¶ † Dominus habet ius prohibendi, & redimendi feudum alienatū pro æquali precio, niſi amiſerit ius ſuum dominus expreſſè renunciando, vel ſilentio anni, vel præſcriptione triginta annorū, ſiue fuerit ſciēs

1 

ſiue

ſiue ignorans dominus, & in prohibendo & redimendo præferuntur agnati domino. Hoc dicit vſque ad §.de illa. ¶No.ibi ſecundò, pro æquali pre
2 cio.†quia dominus habet ius redimendi feudum [a] alienatum, dũmodo ſoluat precium emptori. ¶Et no.verbum, pro ęquali.contra fraudẽ: Nam ſi eſſet colluſum inter vaſallum & emptorẽ de maioritate precij, vt ponatur in inſtrumento, cùm in veritate ſit minus, tamen ſtandum eſt iuſto & vero & conuento precio: nõ autem precio maiori poſito in inſtrumento, in fraudem domini vel agnatorũ: iuxta not.in l.fi.C.de iure emph. Facit l.fraus.ff.de legi. & quod no.in l.non dubium.C.eod.tit. ¶No.ibi,
3 refutatione.not. † quòd dominus poteſt expreſsè renunciare fauori ſuo, l.ſi quis in conſcribẽdo. C.
4 de pactis. ¶†Quid autem in agnato, an poſsit expreſſè refutare ius redimẽdi? Reſpõdeo, quòd ſic, in præiudicium ſui: non autem aliorum agnatorũ, arg.l.Stichum.§.fin.ff.de nouat. & in regula iuris, quod noſtrum eſt. Facit quod videbitis in cap.Titius.§.ſi de feu.fuer.controuer. ¶No.ibi, annali ſi-
5 lentio.† quòd dominus perdit ius redimendi feudum per lapſum anni, & hic annus non currit niſi à die ſcietiæ: quod tene mẽti, quòd regulariter præſcriptiones decem, viginti vel triginta annorũ currunt etiam ignoranti.l.fin. C.de præſcriptio.long.
6 tempor. ¶No.ibi, triginta annorum.† quòd dominus ſiue ſciens, ſiue ignorans, excluditur à iure redimendi feudum per præſcriptionem triginta an-
7 norum. ¶†Quid autem ſi dominus ſit pupillus, an currat hæc pręſcriptio? Videtur, ꝙ ſic: per iſtũ tex. ibi, tam ſciens, quàm ignorans. ¶In cõtrarium eſt veritas, quia dormit pupillus tẽpore pupillaris ętatis.l.ſic.C.de præſcript.trig.vel quadrag.ann.Nec obſt.iſte text.quia non loquitur, & limitatur vt nõ habeat locum in pupillo. ¶Not.ibi, in prohibẽdo.
8 †quòd dominus habet ius prohibendi, ne vaſallus effectualiter alienet feudũ. ¶Sed quæro, quomodo

[a] *Vide D. Iac. in verb. qui quidẽ inueſtiti.co.xvj. verſi. quæro nunc, nunquid.*

do intelligatur iſtud notabile? Reſpōdit Bal. quòd intelligitur, quando dominus ante alienationem factam offeret precium vaſallo, pro quo precio vaſallus vult vendere feudū. ¶ Ex quo not. quòd qui habet ius redimendi, habet ius prohibendi: quod facit ad dominum contra emphyteotam ſuum. Et ſicut dominus poteſt redimere rē emphyteoticā, quia præfertur alijs: ita habet ius prohibendi: de quo plenè in l. fi. C. de iure ēphy. ¶ Ibi, potior erat.
9 nota, † quòd ſi concurrāt dominus & agnati in redimendo feudum, vel prohibendo, ne alienetur: certè agnati ſunt potiores domino: quod eſt verū, ſi feudum ſit paternum vel antiquum: non autē, ſi ſit nouum: quia tunc præfertur dominus, cùm in feudo nouo non ſuccedant agnati & deſcendētes. Et quid ſit feudum nouum & antiquū, dixi in pro-
10 œmio. Et facit c. j. ī. de ſuc. feu. & tene mēti, † quòd tenor inueſtituræ ſemper attendendus eſt. Nam licet dominus inueſtiat de nouo, tamen ſi in inueſtitura dicatur, ꝙ inueſtit tāquam de feudo antiquo & paterno: certè habebit naturā feu. antiqui & paterni: quia dn̄s poteſt rei ſuæ imponere legē quam vult in re. vt c. noſtro. Et faciūt q̄ vidiſtis in proœmio operis. ¶ In gl. ſed nūquid hodie. ad fi. ſigna
11 te gl. ex qua notaī, † quòd ſi in aliqua patria ſit cōſuetudo alienandi feudū, vel ſi ſit ſtatutum vel decretū principis, quòd vaſallus poſsit alienare feudum: certè habebit locum §. noſter: videlicet, vt dominus habeat ius redimendi pro æquali precio niſi renunciauerit iuri ſuo, vel niſi trāſactum ſit tēpus, de quo in tex. Et pręferūtur agnati dn̄o: quod eſt valde notabile propter prouincias, quæ habēt conſuetudinē, poſſe alienari feudū. ¶ In gl. quę incipit, intelligo. ad fi. valet ſtatutū ciuitatis Vicentiæ: de quo in gl. Facit quod not. in l. oēs populi. ff.
12 de iuſti. & iur. ¶ Extra gl. op. & imo videtur, † quòd non ob. domino præſcriptio xxx. annorum. Vnde op. de c. j. ī. de proh. feu. ali. per Fe. vbi nulla præſcriptio

ptio currit domino.Iac.de Bel.hîc variat, ſed Bal. rectiſsimè ſoluit. Ná hîc loquitur in caſu permiſſæ alienationis,ſed in contrario loquitur in caſu prohibitæ alienationis.¶Vltimò hîc Iac.videtur col-
13 ligere ex tex.ibi, in prohibendo.†quòd ſi vaſallus alienauit feudum in caſu non permiſſo,feudum potiùs reuertatur ad agnatum quàm ad dñm.Sed Pe. de Ceruo quẽ hîc videtur ſequi Bal. tenet, quòd imo reuertatur ad dominũ, per c.j.j̃. de prohi. feu. ali.per Lotha.& per c.j.j̃.de prohi.feu.ali. per Fed. ¶Sed diceret aliquis, parata erit via fraudis:quia vaſallus ſolùm cũ domino in necẽ agnatorũ alienabit feudum.Cui ar.rñdetur ſecundũ Petrũ, vt hîc refert Bal.quòd agnati habebunt reuocatoriam,& ſic poterũt reuocare feudum.§.ſi quis in fraudem. Inſti.de act.Amplius,deficiẽti omni remedio agnatus poterit agere actione de dolo crimine ſtellionatus contra vaſallũ qui alienauit feudum:l.j.& ij.
14 ff.de crimine ſtellio. ¶†De hoc articulo, quando alienatio feudi nõ eſt permiſſa,an feudum reuertatur ad dominũ vel ad agnatum,dicam vobis in c.j. §.ſi.quæ fu. prima cauſa benefi. amit. & etiã traditur c.j.j̃. de prohi.feu.ali. per Fede.

## SVMMARIVM.

1 *Proprietatem feudi an dominus alienare poßit.*
2 *Feudum regale quo ad adminiſtrationem,diuidi poteſt:ſecus,quo ad proprietatem.*
3 *Diuiſio in inferioribus feudis admittitur.*

§. DE ILLA VERO FEVDI. ¶An dominus poſsit alienare proprietatem feudi, ſeruanda eſt lex Cõradi.Hoc d. ¶†Not.ex
1 iſto tex.cùm quæritur, an poſsit dominus alienare proprietatem feudi,ꝙ recurrendũ eſt ad tex.j̃.de l. Conradi.§.ſed ex eadem l.& ad c. præterea ducatus. j̃. de prohi. ali.feu.per Fed. Nam ſi ſit feudum

magnæ

magnæ dignitatis,nedum poteſt alienari,ſed neq; diuidi inter eos,propter excellentiam feudalis dignitatis.Et hoc verum,quo ad proprietatẽ: ſecus, quo ad adminiſtrationẽ ſecũdum no.Bal.in l.inter tutores.ff.de admi.tu.& facit quod no.gl.in ſimili, in l.iubemus.C.de ſa.ſan.ec.Nam licet minor, vel eccleſia non poſsit alienare,tamen poterit quo ad fructus,diuiſionem facere:licet non poſsit minor,
2 quo ad proprietatem. ¶†Eodẽ modo licet regale vel ducale feudum non poſsit diuidi quo ad proprietatem:d.§.præterea ducatus.tamen poterit diuidi, quo ad adminiſtrationem: puta, quòd vnus frater regat vnam ciuitatem,aut prouinciam:alius
3 frater aliam: quod nota pro principibus.¶†In alijs autem feudis inferioribus bene admittitur diuiſio inter fratres,vt habuiſtis tex. in c.j. §. item ſi fuerint fratres.in verbo, diuiſerunt.ſ. quib. mod. feu.amit.Sed non permittitur regulariter alia alienatio, vt videbitis in cap.j.§. ſed ex eadem l.ĵ. de l. Conradi.& in c.j.ĵ.quando dominus proprie. feu. priuetur.

## Quis dicatur dux, marchio, comes, capitaneus,vel valuaſor. Titulus X.

¶Continuatur hæc Rubrica ad præcedentes hoc ordine:ſ.in ti.qui feu. da.poſ.in prin.& in ti.ſ. de feudo Marchię,vel ducatus,facta eſt mẽtio de duce,marchione.Propterea competenti ordine ſubijcitur hæc rubrica,quis dicatur dux,marchio,comes,capitaneus, vel valuaſor, &c.[a]

a *Et quis dicatur baro, vide D. Fran. Cur. in tra. feud. in vij. cha.ij. part. ver.ſed quia glo.&c. Iſta nomina declarat D. Alex. cõſi. j. col. vij. v. vol.& cõſi. x. in eo.*

### SVMMARIVM.

1 *Summa totius tituli ponitur.*
2 *Dux dicitur,à principe qui eſt inueſtitus de ducatu: ſicuti Marchio,qui de Marchia.*
3 *Marchia vnde dicatur.*

Feudum

4 *Feudum poteſtariæ vel præſidatus propriè non eſt feudum.*

5 *Valuaſores dicuntur qui ſunt inueſtiti antiquitus à capitaneis.*

6 *Minor valuaſor quis.*

7 *Feudum minoris valuaſoris propriè non eſt feudum.*

8 *Plebeij dicuntur qui ſunt inueſtiti à capitaneis vel valuaſoribus.*

9 *Soldatæ feudum non nobilitat.*

10 *Soldatæ feudum extinguitur morte dantis & accipientis.*

11 *Tenor inueſtituræ ſi dicat, quòd quis inueſtitus ſit de feudo nobili, ipſe nobilitatur.*

12 *Soldata tranſit ad hæredes de præterito.*

13 *Soldata in vino vel annona conſiſtere poteſt.*

14 *Soldatæ feudum & feudum de camera, quid differant.*

15 *Filius regis vel ducis viuo patre dicitur Rex vel dux.*

16 *Comites Palatini qui creantur ad legitimãdum, impropriè dicuntur comites.*

17 *Dux ex ducatu expulſus, dux nihilominus dicitur.*

18 *Salariorum materia, remiſſiuè.*

19 *Conditio omnium feudorum quo ad retentionẽ, hodie exæquata eſt.*

20 *Minimus valuaſor ſi velit ſeruire domino, feudum retinere poteſt.*

21 *Papa concurrit in Iuriſdictione & poteſtate cum omni prælato.*

QVI

QVI A PRINCIPE. ¶Diui-
ditur in duas, ſecundum Iacob.de
Bel. In prima ponit, quale feudum
nobilitat, & de graduum nobili-
tate. In ſecunda, quale feudum
non nobilitat. Secunda ibi, cæteri
verò. Vel aliter diuiditur in tres, ſecundum And.
Secunda ibi, qui verò à principe. Tertia ibi, cæte-
ri verò. Vel latiùs, vt meliùs intelligatur, diuide
totum titulum hoc modo: Primò ponit, quid ſit
dux, marchio, comes, Capitaneus, valuaſor, vel val
uaſinus. In ſecũda ponitur natura feudi valuaſinij.
In tettia ponitur, quale feudum non nobilitat. In
quarta, quid ſit feudum ſoldatæ. Secunda ibi, nam
1 & illi, qui ſoldatam. Hoc d. ¶† Qui à principe eſt
inueſtitus de ducatu, eſt dux: qui de marchionatu,
eſt marchio: qui de comitatu, eſt comes: qui verò
de plebe vel dictæ plebis parte, vel à principe, vel
aliqua poteſtate, dicitur capitaneus: qui verò eſt
inueſtitus à capitaneo, dicitur valuaſor: qui verò
eſt inueſtitus à valuaſore, dicitur valuaſinus. Et
feudum valuaſinum olim non erat propriè feudum
valuaſini, & mortuo valuaſore ſine deſcẽdentibus
reuertebatur ad capitaneum, licet curia Mediolan.
hodie aliter obſeruet. Et feudum habitum à valua-
ſore, vel à capitaneo, non nobilitat, niſi feudum ſit
antiquum: ſicut feudũ ſoldatę non nobilitat, quod
feudum non tranſit ad hæredes. Et quid ſit ſolda-
ta, ponitur hîc ad literam. Hoc dicit vſque ad fin.
2 ¶No. primò ex hoc text. † quòd dux dicitur, qui à
principe eſt inueſtitus de ducatu: & marchio, qui
de marchionatu: & comes, qui de comitatu. ¶No.
3 ibi, plerunque. † licet marchia propriè dicatur,
quia ſit iuxta mare: tamen poſſet eſſe marchia, li-
cet non ſit poſita iuxta mare. ¶Nota textum ibi,
in ver. qui verò à principe. qui ver. ſecundum An-
4 dream intelligitur hoc modo: † Nam ſi princeps
vel aliqua poteſtas, id eſt aliquis habens iuriſdi-

ctionem ſuper hoc, concederet alicui aliquem capitaneatum vel poteſtariam, vel alium præſidatum: certè non dicitur propriè feudum, quamuis percipiat emolumenta rectoriæ, capitaneatus, vel alterius pręſidatus. Ratio, quia tale feudum non eſt perpetuum, neq; tranſit ad hæredes. ¶Item ſi eſſet perpetuum, non tamen eſt propriè feudum: quia feudum conſiſtit in ſolo, vel cohærentibus ſolo, vel annua præſtatione certa, in qua dominus poteſt demonſtrare proprietatem: cap.fina.ꝟ. de feud. cognitio. Sed in caſu noſtro fructus & reditus adminiſtrationis ſunt incerti. Igitur non eſt propriè feudum. Ita intelligit hunc textum Andreas. ¶Hic intellectus licet ſit in ſe verus, nó tamen textui congruit: quinimo patet contra mentem tex. ibi, qui antiquo quidem vſu.vbi declarat, quòd feudum valuaſini non ſit propriè feudum: ſentiens à contrario ſenſu, quòd feudum capitanei vel valuaſoris dicatur eſſe feudum rectum & propriè feudum. Nec obſt. verſicu.cæteri verò. quia ibi loquitur ad nobilitandum, vel non nobilitandum vaſallum. ¶ Quare eſt alius intellectus, qui videtur de mente Iacobi de Bellouiſu, licet non allegent intellectum Andre. videlicet, Princeps vel aliqua poteſtas habens iuriſdictionem, inueſtiuit aliquem de territorio plebis, vel populi, vel parte eius: quod territorium non eſt ducatus, marchionatus, vel comitatus, vel alterius dignitatis: puta, regalis: hic dicitur inueſtitus de feudo capitaneatus, & vocatur capitaneus ſiue maior valuaſor: & iſte eſt veriſsimus intellectus, quia applaudit literæ noſtræ, & ſic intellige text.indiſtinctè, quòd inueſtitus à principe vel aliqua poteſtate de feudo non regali, neq; marchionali, neque comitatus, propriè dicitur capitaneus.

5 ¶Not.ibi, qui verò à capitaneis. † quòd valuaſores dicuntur, qui ſunt inueſtiti antiquitus à capi-

6 taneis. ¶No.ibi, qui autem à valuaſoribus. †quòd

qui

qui ſuſcipit inueſtituram à valuaſoribus, dicitur minor valuaſor. ¶ Not. ibi, qui antiquo quidem.
7 † quòd natura feudi minoris vel minimi valuaſoris eſt, vt propriè nõ dicatur feudum. Propterea mortuo valuaſore ſine deſcendente maſculo, feudum reuertitur ad capitaneum: ſed hodie in curia Mediolanenſi non reuertitur: quinimo idem in omnibus curiis hodie. c. j. §. de natura feudi. ¶ No. ibi,
8 cæteri. † quòd inueſtiti à capitaneis vel valuaſoribus dicuntur eſſe plebeij, niſi feudum ſit antiquũ.
9 ¶ Nota ibi, nam & illi. † quòd qui habet feudum ſoldatæ, non efficitur nobilis: & exponitur textus, pedagium, id eſt nullam nobilitatem. ¶ Not. ibi,
10 ſoldata. † quòd feudum ſoldatæ extinguitur morte dantis vel accipientis, & ſic non tranſit ad hæredes, niſi tenor inueſtituræ dicat, quòd tranſeat ad hæredes: quia tunc tranſiret, cùm à verbis claris non ſit recedendum: leg. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. iij. ſecundum Andream hîc. ¶ Et
11 nota. † quòd vbi tenor inueſtituræ diceret, quòd dominum inueſtit in nobile & gentile feudum, tunc tale feudum nobilitat vaſallum, ſecundum Andream: quia illud verbum, nobile & gentile. ponitur in fauorem vaſalli, non rei feudalis. Nam res propter perſonas dicuntur: l. iuſtiſsimè. ff. de ædi. edic. l. in pecudum. ff. de vſuris. ¶ Item dum
12 dicit text. † quòd ſoldata non tranſit ad hæredes: hoc verum de futuro, ſed de præterito bene trãſit: l. fi. vbi gl. C. de domeſti. & protecto. li. xij. & l. poſt duos. C. de aduo. diuer. iud. ſecundum Andre. hîc. & inueſtitus de feudo à principe eſt magis nobilis, quàm inueſtitus ab inferiore. Propterea debet is præcedere: leg. reſtituend. in fin. C. de aduocat. diuer. iudi. l. fi. ff. de albo ſcribend. ſecundum An-
13 dream hîc. ¶ Nota ibi, in vino. † quòd ſoldata poteſt conſiſtere in pecunia, vino vel annona. ¶ In gloſſ. quæ incipit, marchio. ad fi. glo. bene lo-
14 quitur. ¶ † Quæro extra gl. quę ſit differẽtia inter

feudum ſoldatæ, & feudum de camera? Reſpon-
dit Iaco. quòd feudum ſoldatæ conceditur gratis,
non ob ſeruitium: vt probatur in tex. ibi, gratuita.
Sed feudum de camera vel caneua eſt aliquod ſer-
uitium, non autem gratuitum. Ex qua differen-
tia ſequitur, quòd ſi princeps concederet feudum
ob ſeruitium: puta, ſalarium, magis certè quàm
feudum ſoldatę erit: argumēt. l. Aquilius Regulus.
ff. de dona. ſecundum Baldum hîc. ¶ Et no. ſecun-
15 dum Andream, † quòd filius regis, ducis, marchio-
nis vel comitis viuo patre dicitur dux,[a] Rex, mar-
chio vel comes: gloſſ. xxiij. quæſtio. ij. ca. vltimo,
& ibi per Archi. non tamen propriè, vt notat. in l.
in ſuis. ff. de liberis & poſthumis. ¶ Extra gloſſ.
16 quæro, † nunquid comites Palatini qui modernis
temporibus creantur à principe ad legitimandum
& creandum tabelliones, an dicantur comites?
Reſpondit hîc ſimiliter Bald. quòd illi impropriè
dicuntur comites. Ratio, quia propriè comes eſt
qui habet comitatum, vt hîc eſt caſus ad literam.
Sed iſti non habent territorium, imò ſolùm ha-
bent quandam voluntariam iuriſdictionem & di-
gnitatem. Igitur propriè non ſunt comites, ſe-
cundum Baldum. hîc. Ex quo dicto Bald. reſpon-
detur de iure: pone, comes ſacri palatij qui habet
poteſtatem legitimandi naturales, manzeres, ſpu-
rios, &c. exceptis filiis regum, ducum, comitum,
vult legitimare vnum filiū naturalem vel ſpurium
comitis ſacri palatij qui non eſt comes ratione ter-
ritorij: dubitatur, an poſsit legitimare dictum fi-
lium comitis? Videtur, quòd non: propter clau-
ſulam, exceptis filiis comitum. ¶ Ego dixi con-
trarium, quòd imò poterat legitimare, quoniam il-
la clauſula, exceptis filiis comitum. debet intelligi
in propriè comitibus: l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi
ager vecti. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. cum ſi.
Sed filius comitis qui non eſt comes ratione comi-
tatus, non dicitur propriè comes, vt eſt hîc per
Bal.

*a Sequitur D. Ia. in verbo, dux Sabau. verſi. dubitatur etiā.*

Bal. Igitur dictus filius comitis abuſiuè poterit legitimare. [a] Eodē modo in marchionibus, qui non habēt marchionatum, &c. ¶ † Quid autem ſi eſſet dux, vel marchio qui eſſet expulſus à ducatu, vel marchionatu iniuſtè, an dicatur marchio vel dux? Certè dicendum, quòd ſic: quia fuit inueſtitus à ducatu vel marchionatu, & ſic de territorio.

a 17

18 ¶ † Bal. hîc tractat aliqua circa materiam ſálariorū, de quibus per Bald. in l. j. §. dominis. ff. de va. & extraord. cog. & per Cy. Bald. & Alberi. & Ang. in l. defuncto. ff. de offic. aſſeſſo. ¶ Oppo. dicitur in §. cæteri. quòd inueſtitus de feudo à capitaneo non efficitur nobilis ex inueſtitura huius feudi. Contra. de c. j. in prin. ꝫ. qui feu. da. poſſ. Sol. ſecundum Iac. de Bel. Feudum minoris vel minimi valuaſoris non nobilitat, vt hîc: ſed alia feuda: puta, capitanei, & maioris valuaſoris bene nobilitant, & ideo exponit tex. ibi, ſeu valuaſoris, pro primi: & ſic inueſtitus à capitaneo nobilitatur, ſed inueſtitus à valuaſore capitanei, & aliis minimis valuaſoribus nō nobilitatur.

19 ¶ † Secundò oppo. contra iſtum text. in ver. ſed hodie. quòd imo ſit in omni curia. Vnde opp. de c. j. ꝫ. de natura feudi. Sol. Hodie exæquata eſt conditio omnium feudorum ſiue valuaſoris ſiue valuaſini, quo ad retentionem feudi: & ſic non eſt ſpeciale in curia Mediolanenſi: d. c. j. in fi. ꝫ. de natu. feu. ¶ Fateor tamen, quòd quo ad nobilitandum, bene remanet differentia: vt hîc in textu, quia feudum minoris vel minimi valuaſoris non nobilitat, licet feudum capitanei, vel valuaſoris qui non eſt minor vel minimus, nobilitet.

20 ¶ Oppo. contra text. in ver. valuaſoris. † & imo videtur, quòd ſi minimus valuaſor ſit paratus ſeruire primo domino, id eſt capitaneo: non reuertatur feudum ad dominum. ¶ Vnde opp. ꝫ. ti. prox. ca. j. ver. eo excepto quòd. Illi reſpondeo fatendo contrarium: Nam debet limitari iſte tex. niſi ſit paratus ſeruire dño, vt in contrario. ¶ Vltimò not.

*a Et cum Do. Laudē. hîc, quòd poſsit legitimare filium comitis Palatini: quia non dicitur propriè comes, tenet D. Iacob. in tract. feud. in verbo, comes dè villarijs.*

21 ex iſto tex. in prin. Baldus, † quòd omnes dignitates naſcuntur à ſuo primo principe: vt à Papa. Propterea ſecundum Io. Mo. in c. ſi eo tẽpore. de elect. lib. vj. vt hîc refert, & ſequitur Bal. Papa concurrit in iuriſdictione & poteſtate cum omni prælato. Tenebitis menti, &c.

## De ſucceſsione fratrum, vel de gradibus ſuccedentium in feudo. Tit. XI.

¶ Continuatur hoc modo: Suprà viſum eſt in tit. qui feu. da. & in tit. de ſucceſ. feu. qualiter ſuccedatur in feudo: verùm quia perfectè non erat tractatũ de ſucceſsione feudi, propterea ſubiicitur hæc rubrica de gradibus ſuccedentium in feudo.

## SVMMARIVM.

1 *Summa tituli.*
2 *Succeſsione feudum acquiritur, ſicuti & inueſtitura.*
3 *Deſcendentes maſculini ſexus in feudo ſuccedunt vſque in infinitum.*
4 *Fœmineus ſexus deſcendens excluditur à ſucceſsione feudi.*
5 *Fallit, ſi feudum ſit fœmineum, vel pactum ſit vt ſuccedant.*
6 *Agnati tranſuerſales non ſuccedunt, exiſtentibus filijs maſculis.*
7 *Filij fratrum præmortuorum ſuccedunt patruo vnà cum fratribus viuis.*
8 *Paternum feudum dicitur, quod fuit parentis illius agnationis communis.*

Agnati

9 *Agnati tranſuerſales ſuccedunt in feudum, dummodo deſcendant à primo acquirente.*

10 *Stipes in ſucceßione agnatorum inſpicitur.*

11 *Cognationis iure in feudo non ſucceditur, ſed agnationis.*

12 *In dubio feudum præſumitur eſſe paternum, non nouum.*

13 *Iudex deficientibus probationibus inſpiciet cui iuramentum ſit deferendum.*

14 *Succeßio feudorum regulatur ſecundum ius* Romanorum, *niſi contrarium caueatur.*

15 *Frater vtrinque coniunctus, non excludit conſanguineum tantùm.*

16 *Nepotes ex duobus fratribus, an in capita vel ſtirpes ſuccedant.*

17 *In linea deſcendenti eodem ordine ſuccedittur in feudis, quo ſucceditur iure* Romano.

18 *Filij diuerſorum fratrum ſuccedunt patruo in ſtirpes, non in capita.*

19 *Iuramentum cui deferatur, ſi dominus feudum nouum eſſe dicat: agnatus verò paternum.*

20 *Filius fratris præmortui ſuccedit cum patruo, niſi de conſuetudine contrarium obſeruetur.*

PER SVCCESSIONEM. ¶Hoc capit. diuiditur in ſeptem partes. Nam in prima parte ponitur, quòd acquiritur feudum etiam ſucceſsione. In ſecunda, an ſuccedant deſcendentes maſculini ſexus. In tertia, an ſuccedant fœmini ſexus. In quarta ponitur exceptio. In quinta, an agnati collaterales ſuccedant in feudo. In ſexta, an iure cogna-

tionis inter cognatum & dominum. In ſeptima, an feudum ſit nouum, an paternum. Secunda ibi, prima cauſa. Tertia ibi, ad filias. Quarta ibi, niſi eius conditionis. Quinta ibi, his verò deficientibus. Sexta ibi, ad cognatos. Septima ibi, ſi verò domi-
1 nus. Hoc dicit: ¶ † Feudum acquiritur ſucceſsione, ſicut inueſtitura. Et deſcendentes maſculi primò ſuccedunt in feudo: fœminæ verò non ſuccedunt, niſi in caſibus hìc exceptis. Deficientibus verò maſculis ſuccedunt agnati collaterales, dummodo feudum ſit paternum, & dummodo ſit agnationis communis. Ex iure cognationis in feudis nulla eſt ſucceſsio. Et ſi ſit contentio inter dominum vel alium & agnatos, an feudum ſit nouum vel paternum: certè poſsidēte vaſallo præſumitur paternū, licet aliter fuerit pronunciatum. Et deficientibus probationibus iudex arbitrabitur, cui ſit deferendum iuramentum, an domino vel agnatis. Hoc di-
2 cit vſque ad finem tit. ¶ No. ex prin. literæ, † quòd acquirimus feudum ſucceſsione & inueſtitura: de quo vidiſtis plenè in c. j. & ij. §. de feu. cogn. ¶ No.
3 ibi, prima cauſa liberorum. † quòd in ſucceſsione feudi prima eſt cauſa liberorum, & ſic deſcendentes maſculini ſexus vſque in infinitum ſuccedunt in feudo, & ſuccedūt eo ordine quo ſucceditur iure Romano, & ſic filius vnà cum nepote ſuccedit. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. §. cùm autem filius. & per diſcurſum primæ & ſecūdæ columnæ. & auth. in ſucceſsione. C. de ſuis & legiti. ¶ Not. ibi, ad fi-
4 lias. † quòd ſexus fœmineus deſcendens excluditur à ſucceſsione feudi: ergo multò magis in tranſuerſalibus: quinimo etiam maſculi deſcēdentes ex fœmina non ſuccedunt in feudo, niſi conſuetudo ſit in contrarium: de quo articulo poſui in cap. j. §.
5 hoc quoque notandum. §. qui feud. dar. poſſ. ¶ † Et hìc habetis duas fallentias, ibi, niſi puta: quia fœmineum. vel quia ſit pactum in inueſtitura, quòd ſuccedant fœminæ, vel quia ad ſeruitium certum ſit

datum

datum feudum : de quo dixi in dicto §.hoc quoq;. Et dicite, vt ibi. ¶Not.ibi,his verò deficientibus.
6 † quòd agnati tranſuerſales non veniunt ad ſucceſ ſionem feudi exiſtentibus filiis maſculis : ſed ipſis non exiſtentibus, tunc ſuccedunt agnati & collaterales,dummodo feudum ſit paternũ. ¶Not.ibi,
7 fratres confratrum, &c. † quòd filij fratrum præmortuorum ſuccedunt patruo vnà cum fratribus mortui patrui,deinde vlteriores agnati.¶No.tex.
8 ibi,paternum. †quòd paternum dicitur eſſe feudũ quod fuit parẽtis illius agnationis communis. Ad hoc ergo, vt agnati ſuccedant in feudo paterno, eſt neceſſe quòd ſuccedens & ille cui ſucceditur, deſcenderint à parẽte primo qui acquiſiuit primò feudum: verbi gratia, Seyus acquiſiuit primò feudum, deinde Seyus deceſsit relictis duobus filiis, deinde vnus ex dictis filiis deceſsit etiam relicto filio ſuo, deinde ille filius deceſsit relicto dicto patruo ſuo,id eſt fratre patris ſui : certè patruus ſuccedit nepoti in feudo. Ratio,quoniam patruus ſuccedens & nepos cui ſucceditur, ſunt eiuſdẽ agnationis, id eſt deſcenderũt à communi ſtipite, & ſic à parente qui primò acquiſiuit feudum. Et eodem modo nepos deſcendit à Seyo. ¶Not.ibi, ſi enim Titij. quòd ſi Titij auus fuerit inueſtitus de nouo feudo,& iſte auus deceſſerit relicto fratre ipſius aui, qui dicitur patruus magnus dicti Titij, deinde Titius deceſsit ſine deſcendẽte maſculo:certè frater aui non ſuccedit huic nepoti:quinimo reuertitur ad dominum. Ratio,quia hic frater aui non eſt de deſcendẽtibus primò acquirentis feudũ: quinimo de collateralibus primò acquirẽtis, quia erat frater aui. Et ſic ergo ſi opponatur de hoc verſic. ſi enim Titij.ad ver.his verò deficientibus.hoc modo:nam in ver.his verò deficiẽtibus.dicitur,quòd agnati ſuccedũt in feudo:& in ver. ſi enim. dicitur contrarium:reſpõde, quòd verſ.his deficientibus. intelligitur,quando agnati ſunt agnationis cõmu.

nis cum eo cui volunt ſuccedere:ſed verſic.ſi enim Titij. loquitur, quando agnati non ſunt cõmunis agnationis cum eo cui volunt ſuccedere, & ſic eſſe ctu in verſi.his deficientibus.feudum erat paternũ reſpectu volẽtis ſuccedere. ¶Ex prædictis capite
9 duas regulas reſpectu trãſuerſaliũ:Prima,† Agnati collaterales ſuccedũt in feudo,dummodo ſint deſcendentes etiam per inflexum, ab eo qui acquiſi-
10 uit primò feudũ.¶Secunda regula,†Agnati collaterales non ſuccedunt in feudum, quando nõ ſunt deſcendentes ab eo qui acquiſiuit primò feudum: & ſic in hac ſucceſsione agnatorum inſpicimus ſtipitem qui primò acquiſiuit feudũ : an ſuccedentes & cui ſucceditur, deſcenderint à dicto ſtipite qui primò acquiſiuit feudum.¶Not.ibi,ad cognatos.
11 † ꝙ in feudo iure cognationis non ſucceditur, ſed ſolùm iure agnationis. ¶Not. text. in ver.ſi verò
12 dominus.†quòd in dubio prȩſumitur feudum eſſe paternum, nõ nouum:quod notabile declarabo in
13 vlt.glo.¶No.ibi,bonus enim iudex. †quòd iudex deficientibus probationibus,cauſa cognita, inſpiciet cui ſit deferendum iuramentum.¶In glo.quæ
14 incipit,ſucceſsione.ad ſi.no.†quòd regulariter ſucceſsio feudorum regulatur ſecundum ius cõmune Romanorum, niſi expreſsim caueatur contrarium in libello feudorum : vt eſt exẽplum in fœmina,ſecundum glo.ſequentem.¶Quæro circa iſtam glo.
15 †Deceſsit frater relicto fratre vtrinque coniuncto,& relicto etiam alio fratre conſanguineo, non vterino : quæritur, an ſuccedant iſti duo fratres in feudum æqualiter? Videtur,quòd nõ:quia vtrinq; coniunctus excludit conſanguineum fratrem, qui non eſt vtrinque coniunctus:in authẽ.de conſang. & vterinis fratribus.& in auth.ceſſante.C.de legi. hære. ¶In contrarium hîc determinat Bal.quoniã in feudis attendimus agnationem,& nõ cognationem:vt eſt caſus hîc in ver. his verò deficientibus. & in verſi.cognatos. vt dixi vobis pleniùs in c.j.§.
qui

16 feu.da.poſ.¶Quæro de elegāti articulo,†an nepotes ex duobus fratribus ſuccedāt patruo in ſtirpes vel in capita? Verbi gratia, de feudo paterno ſunt inueſtiti tres fratres:a,b,& c deceſsit a. primus frater relicto vnico filio,deceſsit b.ſecūdus frater relictis duob9 filiis,deinde deceſsit c.ſine filiis,filius vnicus dicti a. & duo filij dicti b.volunt ſuccedere c.patruo ſuo in feudū:queritur,an ſuccedant in capita, vel in ſtirpē? Nā ſi ſuccedant in capita,quilibet eorū habebit tertiam partē: ſi verò in ſtirpem, tunc vnicus filius dicti a.habebit dimidiā, alij duo filij dicti b.habebūt aliam dimidiā : queritur, quid iuris?Iſte frequētiſsimus articulus in feudis.Iac.de Ar.vt hîc refert Bald.tenet,ꝙ ſuccedant in capita, nō in ſtirpes.Mouetur per text.noſtrum ibi,primò fratres,&c. quaſi innuat tex.quòd filij fratrum ſuccedunt in capita.Nam ſi filij fratrū ſuccederent cū patruo alteri patruo:tū c ſuccedūt in ſtirpem: quia filij ingrediuntur locū patris:vt ibi in tex. confratrum præmortuorum.Sed ſi ſoli filij fratrum diuerſorum ſine patruo,tunc ſuccedunt in capita: ar.huius tex.à contrario ſenſu. Et hanc partē tenuit Bal. in authen.ceſſante.C.de legi.hæred. vbi Bal.dicit, quòd ita communiter tenent Doct. Mouentur ratione : quia quemadmodum ſeruitium & commodū fit domino per capita,ita & ſucceſsio debet fieri per capita. ¶Vos tenebitis cōtrarium,ꝙ imo in præmiſſo caſu ſuccedunt per ſtirpes,non per capita.Moueor primò auctoritate And.hîc,qui hoc tenet.Secundò moueor auctoritate Bald.hîc,qui ita dicit ſe conſuluiſſe.Tertiò moueor auctoritate gl. hîc : quæ vult,quòd ſucceſsio feudi fiat ſecundum ius Romanū.Vltimò moueor ratione:Nam in cauſis feudalibus ſequimur ius commune, niſi expreſſim caueatur contrarium cōſuetudine feudali : c.j. §.ſtrenuus autē legiſperitus.ſ.de feu.cogn.Sed de iure communi filij diuerſorum fratrum ſuccedunt patruo in ſtirpes,non in capita:ſecundū gloſ.Bart.

Bal.

Bald. Ang. & communem ſententiam approbatá in auth. ceſſante. C. de legi. hæred. Et Bart. ita conſuluit, vt ipſe refert in l. poſt conſang. ff. de ſuis & legiti. Ergo ſtabimus diſpoſitioni iuris communis, poſtquam text. feudalis præciſè non dicit contrarium. ¶ Non obſt. primum arg. de hoc tex. quia reſpondeo cum reuerétia: Nó dicit, quòd magis ſuccedant in ſtirpes vel in capita. Ergo relinquitur diſpoſitioni iuris. l. ſi extraneus. ff. de condic. ob cau. Præterea reſpondeo & ſecundò, quòd non eſt ſumendum arg. à contrario ſenſu contra ius commune. l. conuenticula. de epiſ. & cler. l. apud antiquos. & ibi not. C. de fur. ¶ Non ob. ſecundum ar. Bal. in d. auth. ceſſante. quia non eſt verum, quòd ſicut ſeruitium fit per capita, ita & ſucceſsio. Probo, quòd non ſit verum: Nam in deſcendenti linea nepos ex filio præmortuo ſuccedit cum filio defuncti in ſtirpes: d. §. cùm autem filius. Inſt. de hær. quæ ab inte. & tamen attenta ratione Bal. deberent ſuccedere in capita. Vel aliter poſſumus reſpódere, ꝙ imo ſeruitium & cómodum feudi fit ſecundum quotá, & portionem feudi: non ſecundum capita: ar. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iu. & quæ no. in c. omnes filij. §. ſi de feu. fue. contro. ¶ Facite aliquas concluſiones:

17 Prima ergo: †In linea deſcendēti maſculina eodé ordine ſucceditur in feudis, quo ſucceditur iure Romano in hæreditatibus: tex. & gl. hîc. Ergo in linea tráſuerſali agnati ſuccedũt eo ordine, quo ſucceditur à iure cōmnni, niſi expreſsim caueatur contrariũ in feudis, vt eſt in cognatis: vt probatur in d. §. ſtrenuus. coniuncta gl. vt eſt hæc cóiunctio ver. ad cognatos. Ex quibus concluſionibus ſequũtur infraſcriptę concluſiones: Prima, Filij diuerſorum fratrũ ſoli ſine patruo ſuccedunt in ſtirpes patruo.

18 ¶ Alia concluſio: †Filij diuerſorum fratrum, vnà ſuccedunt alteri patruo in ſtirpes, non in capita. ¶ Vltima concluſio: Vbi tractatur de ſucceſsione citerioris gradus, quàm patrui: puta, de

de ſucceſsione filij patrui,tunc filij diuerſorum fra
trum ſuccedunt in capita,non in ſtirpes.Et hæc o-
mnia probantur per Bar.in l.poſt conſanguineos.
Et facit quod no. Io. de Lignano in cle.patres.de
19 iure patro.¶In gl. fi.ad fi. diſtinguite: †Aut vaſal-
lus poſsidet feudũ,tunc ſi dominus nõ probauerit
feudum eſſe nouum, defertur iuramentum vaſal-
lo poſsidenti:c.j.ad fi.ꝟ.de conten.inter me & do-
minum de por.fratris.& no.in c.j.§. cum autem.ꝟ.
de contro.inueſti. Aut dominus poſsidet, & tunc
ſi vaſallus non probauerit feudum eſſe paternũ,de
fertur iuramentum domino poſsidenti:d.c.j. in fi.
Aut neuter poſsidet,& tũc mittitur vaſallus in poſ
ſeſsionem:c.j.vbi caſus.ꝟ.ſi de feu.fu. contro. De-
ficientibus probationibus iudex, cauſa cognita,
deferet iuramentum inſpectis circũſtantijs & cau
ſis & perſonis:vt hic in tex.& dicam latius in c.j.§.
ſacramẽtũ.ꝟ. de conſue.recti feudi.¶Vltimò,quia
20 dicitur in tex.†quòd filius fratris præmortui ſuc-
cedat vnà cum patruo, intelligitur, niſi de conſue
tudine feudi deferatur primogenito: ſecundum
Andr.hic.Adijcite,quòd idem tenuit Bar.in l.poſt
fratres.C.de legi. hæredi. De hoc tamen articulo
alibi dicã latius,quia difficilis articulus eſt.

## De fratribus de nouo beneficio inueſtitis. Titulus XII.

¶Cõtinuatur hoc modo:Suprà viſum eſt, an agna
ti ſuccedant in feudo paterno:nũc videndũ eſt,an
frater fratri ſuccedat in feudo nouo. Propterea
ſubijcitur hæc Rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Frater fratri in beneficio nouo non ſuccedit, niſi tenor inueſtituræ ſit in contrarium.*

2 *Hæres in feudis intelligitur deſcendens maſculus.*

*Maſculi*

3 *Maſculi filij in feudo nouo ſuccedunt.*

4 *Tenor inueſtituræ inſpiciendus conſulturo in materia feudorum.*

5 *Pacta in feudis ſeruanda ſunt, etiamſi ſint contra naturam feudi.*

6 *Fratrum vno qui cum fratre ſimul de nouo beneficio inueſtitus erat, ſine hærede mortuo: an ad dominum, aut ad fratrem feudum indiuiduum pertineat.*

7 *Indiuidui feudi exemplificatio.*

8 *Pars feudi repudiata à fratre, an accreſcat acceptatæ.*

9 *Donatio à feudo differt.*

SI DVO FRATRES DE NOVO. ¶Diuiditur in duas. In prima ponitur regula. In ſecũda exceptio. Secunda ibi, niſi. Hoc d.
1 ¶†In beneficio nouo non ſuccedit frater fratri, niſi tenor inueſti-
2 turæ ſit in contrariũ. ¶†No. ibi, ſine hærede. id eſt ſine deſcendente maſculo. c. j. §. ſi clientulus. ſ. de alie. feu. ¶No. ſecundò ex eodem tex. duas regu-
3 las: Prima, †ꝙ etiam in feudo nouo ſuccedunt filij maſculi: vt probatur ibi, ſine hærede. à contrario ſenſu, & probatur ſ. tit. proxi. circa princ. cùm ibi tex. in ſucceſsione lineæ deſcendentis non conſtituat differentiam inter feudum nouum & pater-
4 num. ¶Not. ſecundam regulam, †quòd in feudo nouo non ſuccedit frater, neq; ſuccedũt alij agnati collaterales, niſi tenor inueſtituræ ſit in contrarium. Propterea volens conſulere in materia feudorum, debet bene inſpicere tenorem inueſtiturę. ¶In gl. quæ incipit, id ergo. ad fi. not. primò in fi.
5 glo. †quòd pacta in feudis ſunt ſeruanda, etiamſi ſint contra naturam feudi. ¶Secundò not. titulũ
6 quęſt. gl. noſtræ, quid in caſu c. noſtri? †Si feudum

ſit indiuiſibile,an totum feudum reuertatur ad dominum vno fratre mortuo ſine deſcendente maſculo,an verò totum feudum remaneat penes fratrem ſuperſtitem? Bal.in leg.j.C. quando non pe. par.concludit,quòd per ius non decreſcendi, remaneat penes fratrem ſuperſtitem totum feudum: per l.aquam.ff.quemadmodum ſeruitus amit. Vos ex mente Iac.de Bel.And.& Bal.concordando eos diſtinguite ſic:Aut dominus vel vaſallus habet maiorem partem feudi, & vterq; poterit retinere totum feudum & ſoluere æſtimationem alteri, portionis eius minoris:leg.ſcimus.§. nec autem.C.de dona. Et ita loquitur Iac. de Bel. ad fi. apparatus: Aut portiones ſunt æquales, & tunc præfertur vaſallus domino : ſecundum Iaco.& Bal.hîc, ratione poſſeſsionis:quia poſsidet vaſallus : ar.leg.mulier. ff.qui po.in pig.hab.& ſic vaſallus retinebit totum feudum, & offeret æſtimationem portionis indiuiſibilis fratris præmortui: ar.l.cũ filius.in prin. ff.de legat.ij.cum ſi. Aut vaſallus non vult offerre æſtimationem & tunc dominus habebit totum, & ſoluit æſtimationem portionis fratris ſuperſtitis. Aut nec vnus,nec alter vult offerre ęſtimationem, quia dominus dixit : Ego nolo offerre æſtimationem portionis:Vaſallus quoque idem dicit, quòd non vult offerre æſtimationem domino:& tunc locus erit licitationi,ſecundum tex.in leg.j.C.communi diui.Et ita intelligaĩ And.de Iſer.hîc. Et hac diſtinctione non erunt contrarij, imo concordes

7 Iac. And. & Bal. ¶†Quid dicatur feudum indiuiduum? Gl.hîc exemplificat de ſtatua : cui adijcite, quòd glo.eſt intelligenda de ſtatua affixa : ar. leg. ſtatuæ.ff.de vſufruc.ſecundum Bal. Vel pone exẽplum in vectigali predio vel pædagio, vel iure piſcandi, ſecundum Bal. Vos date clarum exemplum in §. præterea ducatus.ꝗ. de prohi. feud. ali. per Fe. c.j.puta,ſi princeps concedat feudum ducatus duobus fratribus, vel aliud feudum, ita

vt ſit

vt ſit indiuiduum ſecundum tenorem inueſtituræ.

8 ¶Quæro,† dominus inueſtiuit duos fratres de nouo feudo, vnus ipſorum acceptat portionem ſuam, alter frater verò non acceptat: quinimo repudiat: quæritur, an pars repudiata accreſcat parti acceptatæ ab alio fratre? Reſpondeo, quòd nõ: ſecundũ Bal. in l. j. C. quãdo non pe. par. pen. accre. Arg. tex. noſtri: quia quemadmodum non habet locum ſucceſsio, ita nec ius accreſcendi. Propterea dicit ibi Bal. ſecundum Nico. de Ma. quòd ſi feudum nouũ eſſet conceſſum duobus fratribus, ita quòd alter alteri ſuccederet, certè haberet locum ius accreſcẽdi: quia portio repudiata alteri accreſceret. ¶Vltimò quæro: pone,† ꝙ princeps inueſtiuit duos fratres de nouo beneficio, deinde vnus eorum deceſſit ſine hærede maſculo: quæritur, an alter ſuperſtes ſuccedit prædefuncto fratri? Cy. & Ang. in l. j. C. quando non pe. par. determinat, quòd ſpeciale ſit in principe, vt ſuccedat & etiam habeat locum ius accreſcendi: ar. leg. j. C. ſi liber. Imperial. ſoc. ſine hæred. deceſſ. lib. x. ¶Ego putarem contrarium, ꝙ neque ius ſuccedendi, neque accreſcendi habeat locũ in beneficio nouo: quia caſus ad literã, quòd frater fratri non ſuccedat in beneficio nouo. Et ita tenet And. hic. Nam tex. noſter loquitur generaliter: l. de precio. ff. de Publi. ¶Nec ob. l. j. allegata: quia reſpondeo, quòd loquitur in donatione imperiali: nos aũt loquimur in feudis: & differt donatio à feudo, vt patet ex diuerſitate verborũ: l. ſi idẽ. C. de codicillis. Et probatur ex definitione proba. dona. & feudi, quæ eſt diuerſa à definitione feudi: vt vidiſtis in procemio huius operis.[a]

9 *a Et quòd in feudis nõ habeat locum ius accreſcẽdi, tenet D. Frã. Cur. in tra. feud. in pe. ch. ij. par. ver. iij. principalis cadit dubitatio. ver. illã regulã limitat notabiliter multis modis: vt per eũ quẽ omnino vide, & per D. Ia. in verbo, princeps Pedemõtiũ. co. viij. ver. lj. ſpecialitas. vbi dicit, quòd in feu. dato à ſupremo principe, habet locum ius accreſcẽdi.*

## SVMMARIVM.

1 *Ponitur ſumma huius §.*

2 *Frater fratri acquirenti feudum amore vel pecunia, non ſuccedit, licet ſimul habitent.*

Fructus

3 *Fructus feudi intra fratres ſimul habitantes communes ſunt, licet ſibi inuicem non ſuccedant.*

4 *Feudum communibus armis & equis acquiſitum, inter fratres non eſt commune.*

5 *Dominus inuitus non compellitur habere alium vaſallum, quàm quem velit.*

6 *Expenſum in feudum à fratre acquiſitum, alter frater iuſtè repetit.*

7 *Feudum nouum, fratri etiam ſocio omnium bonorum, non acquiritur.*

8 *Patri vſusfructus in feudo filij non acquiritur.*

9 *Feudum vel paganicum, vel caſtrenſe, vel quaſi caſtrenſe, eſt.*

10 *Media inter duo loca potiùs excluduntur, quàm includuntur conceſsis.*

§. SI DVO FRATRES IN CASA. ¶ Diuiditur in duas principales partes. Nam in prima loquitur, quando frater feudum acquiſiuit gratis, vel redimendo ſua pecunia. In ſecunda loquitur, quando vaſallus acquiſiuit feudum communi pecunia, vel communibus equis & armis. Secunda ibi, quòd ſi cum equis. Iterum prima ſubdiuiditur in duas. Nam in prima loquitur de acquiſitione & ſucceſsione reſpectu feudi. In ſecunda de fructibus feudi. Secunda ibi, fructus. Item ſecunda principalis ſubdiuiditur in tres. In prima facit, quod dictum eſt. In ſecunda ponit rationem decidendi. In tertia ſubiicit vnum dictum. Secunda ibi, ne fortè inuitus. Tertia ibi, dum tamen meminerimus. Hoc
1 dicit: ¶ † Si poſt mortem paternam duo remanſerint ſimul in eadem domo, & vnus frater acquiſiuit feudum gratis, vel pecunia propria, vel communi,

vel equis & armis communibus, feudum eſt proprium acquirentis, nec alter frater ſuccedit fratri in dicto feudo, & fructus feudi ſunt communes, dum ſimul habitauerunt, & alter frater poteſt repetere portionem ſuam, quádo feudum eſt acquiſitum ex communibus bonis. Hoc d. ¶No. in tex.
2 ibi, acquiſiuerint. † quòd ſi ſint duo fratres ſimul habitantes, & vnus acquiſiuerit feudum gratis, vel amore, vel propria pecunia: certè feudum eſt propriũ acquirentis, neq; aliquid acquirit alteri fratri. ¶Not. l. nec poſt mortẽ. quòd in prædicto caſu alter frater non ſuccedit fratri prædefuncto in dicto
3 feudo. ¶No. ibi, fructus. † quòd licet feudum non acquiratur alteri fratri, vt ſuprà: tamen fructus dicti feudi ſunt communes, dum ſimul habitauerint.
4 ¶No. ibi, quòd ſi cum equis. † quòd ſi equis & armis cõmunibus acquiſiuerit, feudum eſt proprium acquirentis, nec aliquid acquiritur alteri fratri. ¶ Quid de fructibus? Dicite, quòd fructus ſunt communes, donec ſimul habitauerint ad vnum panem & vinum: vt probatur in ver. fructus. ¶Not.
5 ibi, ne fortè. † quòd dominus inuitus non compellitur habere alium vaſallum, quàm velit. Et iſta eſt ratio decidendi in tex. noſtro. ¶Not. ibi, dum ta-
6 men. † quòd licet feudum in caſu tex. noſtri ſit proprium acquirentis, tamen alter frater poterit agere ad id quod expenſum eſt de parte ſua, ad dimidiam partem pecuniæ, quando feudum fuit acquiſitum de communi pecunia. ¶In glo. quæ incipit, colligere. ad fi. not. gloſſ. quæ declarat text. Nam textus noſter debet intelligi, quando alter frater acquiſiuit feudum nomine proprio, & fratris ſui:
7 quia tunc acquiretur vtrinque. ¶Et nota, † quòd etiamſi iſti fratres eſſent ſocij omnium bonorum, non acquireretur feudum alteri fratri in caſu text. noſtri, niſi tenor inueſtituræ ſit in contrarium, vel aliis coniecturis conceperimus contrarium, ſecundum no. Bal. in c. j. §. qui feudum dare poſſ. Ratio,
&

&ibi, ne fortè inuitus. ¶ In gloſſ. quæ incipit, in-
8 telligo. in fin. Circa iſtam gloſſam quæro, † an pa ter in feudo filij habeat vſumfructum? Baldus in l. cùm oportet. C. de bonis quæ lib. tenet, quòd in feudo paganico pater habeat commoditatem fructuum rei feudalis: arg. l. neceſſario. ff. de periculo & commod. rei vend. & allegat Iacobum de Bellouiſu ita tenere. ¶ Vos teneatis contrarium ſecundum Iaco. de Bello. & Bal. hîc, & Andre. in proœmio huius operis: quinimo pater nullum habet vſumfructum in bonis feudalibus: quia præſumitur, quòd dominus dederit feudum filiofamiliâs, & nihil acquiratur patri ea ratione, vt filius ex reditibus feudi poſsit ſeruire domino: cap. j. verſi. beneficium. ꝗ. in quibus cauſis feud. amit. Et vidiſtis in definitione feudi in proœmio huius operis iuncto text. in authentic. vt liceat matri & auiæ. & no. in authen. excipitur. C. de bo. quæ lib. ¶ Nam
9 ſciendum eſt, † quòd feudum aliquando eſt caſtrenſe, aliquando quaſi caſtrenſe, aliquando paganicum. Nam caſtrenſe dicitur, quando dominus conceſsit militi probo in armis: l. ſi fortè. l. caſtrenſe. ff. de caſtrenſ. pecu. ¶ Quaſi caſtrenſe verò eſt: vtputa, ſi eſt acquiſitũ ex publica adminiſtratione, vel officio publico: l. fortè. C. de aduo. diuer. iudi. ¶ Paganicum eſt, quod acquiritur extra cauſas: vt plenè no. in l. fi. C. de inoff. teſt. ſecundũ Ia. de Bel. ¶ Et eſſe donatum à principe, cenſetur velut caſtrenſe peculium: l. cùm multa. C. de bon. quæ lib. ¶ In glo. fi. ad fi. de hoc dicite, vt dixi in ca. fi. §. de benefi. fratris. &, quali. frater fratri ſucc. ¶ Vltimò
10 quæro, † Dux Sabaudiæ inueſtiuit Titium de omnibus poſſeſsionibus, quas ipſe dux habet vltra montes verſus tale caſtrum, & idem Titius inueſtiuit Lucium de aliis poſſeſsionibus, quæ ſunt citra montes: quæritur modò de poſſeſsionibus, quæ ſunt in montibus, & ſic in media regione: quęritur, an includantur vel excludantur? Dicit hîc Bald. ꝙ

excluduntur:ar.c.j.per Io.Mon.de temp.ord.li.vſ. Facit quod not.in l.à caligato.C.de nupt.quia illæ poſſeſsiones quæ ſunt mediæ, non ſunt vltra neq; citra montes.

## De inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio. Tit. XIII.

¶Continuatur hoc ordine:Suprà viſum eſt de ſucceſsione feudi, & de gradibus ſuccedentium in feudo: verùm quia dubitatur, an maritus ſuccedat in feudo dotali: propterea ſubiicitur hic titulus de inueſtitura quam Titius petit à Sempronio.

### SVMMARIVM.

1 *Fœmina ex tenore inueſtituræ in feudo ſuccedere poteſt.*

2 *Fœmina quæ ex pacto ſuccedit, feudum in dotem dare poteſt.*

3 *Maritus in feudo dotali non ſuccedit.*

4 *Fallit,ſi in inueſtitura ſit illa clauſula: & quibus dederit illa filia.*

5 *Item fallit,ſi ſit conſuetudo ſpecialis.*

TITIVS A SEMPRONIO. ¶Si mulier dedit feudum in dotem, & ipſa deceſſerit ſine liberis, maritus non ſuccedit in feudo: quinimo feudum reuertitur ad dominum. Hoc dicit. ¶No.
1 ibi, fœminæ. † quòd licet regulariter fœmina non ſuccedat in feudo: capit. j.§.hoc quoque notandum.ſuprà,qui feudum dare poſſunt. tamen ex tenore inueſtituræ poteſt fœmina ſuccedere in feudo: de quo in cap. j.§. de ſucceſſ. feud. Et dixi vobis

vobis regulam & fallentias in dicto §. hoc quoque
2 notandum. ¶Not.ibi,in dotem.† ꝙ fœmina quæ ex pacto, vel aliter ſuccedit in feudo, poteſt feudū
3 dare in dotem. ¶Not.ibi, non pertinere.† quòd in feudo dotali non ſuccedit maritus, ſed liberi ſic, ex eodem matrimonio: vt probatur in text. reſpectu ſine liberis, à contrario ſenſu. ¶ Et not.per Iacob.de Bellouiſu, quòd text. hic vult, quòd filia non poſsit dare in dotem feudum ſine conſenſu domini. ¶ Ego hoc dictum reprobaui in cap. j. §.
4 donare.ſ̄.qualiter olim feu.ali. ¶†Vos limitabitis hunc textum, qui vult, quòd maritus non ſuccedat in feudo, niſi in inueſtitura ſit iſta clauſula, & quibus dederit illa filia. cap.j. Et ibi dicam ī.de feud.
5 non habente propriam naturam. ¶ Vel, † niſi eſſet conſuetudo ſpecialis, quòd maritus ſuccedat in feudum: arg.cap.j.ſ̄.de feu.cogni.

## De vaſallo decrepitæ ætatis qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur. Titulus XIIII.

¶Continuatur ad pręcedentes hoc ordine: Suprà in multis locis facta eſt differentia inter feudum paternum & nouum: vt in ti. de gra.ſuccedent.in feud. & in titu. de fratribus de nouo beneficio inueſti. Propterea competenti ordine hîc ſubiicitur titulus, in quo quæritur, an feud. ſit paternum vel nouum. Et ſic ſequitur de vaſallo decrepitæ ætatis qui feudum refutauit, vt filij inueſtirentur.

### SVMMARIVM.

1 *Decrepita ætas, non ſignificat hîc iuris miniſterium, ſed accidentiam facti.*
2 *Refutatio non debet fieri, niſi in manus domini.*

3 *Renunciatione facta à patre, vt inueſtiantur filij, feudum non deſinit eſſe paternum.*

4 *Refutatione feudi à patre etiam in nouo feudo facta, tamen feudum non deſinit eſſe paternum.*

5 *Fallit, ſi refutatio facta ſit ſimpliciter.*

6 *Refutatio ſimpliciter facta, non nocet agnatis, quando feudum eſt paternum.*

7 *Refutatione ita demum feudum nouum efficitur, ſi ita facta ſit, vel à refutante, vel agnatis conſentientibus.*

8 *Refutatio ſi fiat à vaſallo vt ipſe inueſtiatur, non valet, niſi noua qualitas adijciatur.*

9 *Remiſſione feloniæ à domino facta, an feudum cenſeatur nouum vel antiquum.*

10 *Remiſſione feloniæ facta cum verbo, reſtituimus. feudum potiùs antiquum, quàm nouum videtur.*

11 *Remiſſio à domino facta, vaſalli agnatis nocet.*

12 *Remiſſio à domino facta, poſtquam bona ſunt alienata à fiſco, emptori non nocet.*

13 *Reſtitutio licet non trahatur ad alienata, trahitur tamen ad ius proueniens ex ſententia.*

QVIDAM VASALLVS CVM. ¶Si vaſallus renunciauerit in manibus domini feudum, vt inueſtiatur filius ipſius vaſalli, certè feu. dicitur paternum, non nouum. Hoc d. ¶Not. ibi, decrepi-
1 tæ ætatis. † quòd iſta verba ſignificant accidentiam facti, non iuris miniſterium: quia idem iuris, etſi iuuenis renuntiaret feudo, vt inueſtiantur filij
2 ipſius vaſalli. ¶No. ibi, in manu domini. † quòd in manibus

manibus domini debet fieri refutatio feudi. Et ſic hic videtur caſus, ꝙ non valet refutatio feudi, niſi fiat in manibus domini. Facit quod no. in cap. j. ꝟ. de vaſ. qui cõtra conſt. Loth. ¶No. ibi, quòd Sempronio. quòd hic renũciatio feudi non ſit facta ſimpliciter: ſed modificatiuè, vt filij inueſtiantur. ¶Not.
3 ibi, paternum. †quòd ſi vaſallus renunciauerit feudo vt inueſtiantur filij, certè feudũ non definit eſſe
4 paternum. ¶Et no. †quòd caſus huius capituli habet locum, etiamſi vaſallus qui primò renunciauit, ſuſcepiſſet primam inueſtituram feudalem: quia licet feudum ſit nouum in perſona ipſius patris, qui refutauit: tamen dicitur paternum in perſona filiorum, ſecundum And. de Iſer. hic: quod eſt verũ. ¶In gl. quæ dicitur, id eſt omnino. no. primò limi-
5 tationẽ ad tex. noſtrũ, †vt nõ procedat, quãdo ſimpliciter eſſet facta renũciatio. Nam tunc diceretur eſſe nouum feudum, non autem paternum. Facit l. j. §. hoc videndum. in glo. ff. de ſuc. edict. ¶Aduer-
6 tendum tamen eſt, †quòd iſta refutatio ſimpliciter facta non nocebit agnatis, quando feudum eſt paternum & antiquum: c. j. ꝟ. de eo qui finẽ fecit. & in c. fi. ꝟ. ſi de feu. fue. contro. ¶In ea. gl. ibi, inueſtiret.
7 not. illam fallentiam ad text. noſtrum, † vt dicatur feudum nouũ, quando vaſallus refutauit, ita vt fiat inueſtitura de nouo: & ſic nouum feudum in præiudicium ipſius renunciantis, non autem in præiudicium agnatorum: vt dicit gl. in ſequẽtibus, niſi ipſi agnati conſentirent: quia tunc in præiudicium cõſentientium iudicaretur feudum nouũ, vt alij agnati ſequentis gradus qui non conſenſerunt, poſsint ſuccedere tãquam in feudo paterno ſiue antiquo: arg. l. fi. C. qui admit. ad bo. poſſ. Et facit quod not. in c. Titius. ꝟ. ſi de feu. fue. contro. ¶In ea. glo. ad fi.
8 no. †quòd ſi vaſallus renunciat feudo, vt ipſe inueſtiatur, talis renunciatio de inueſtitura eſt fruſtratoria: arg. l. qui ſic. ff. de ſolu. Et faciũt not. per Bar. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pe. ¶Quam glo. modificatè

veram,niſi inueſtiturę adiiciatur noua qualitas,alterans primam inueſtituram ſecundũ And.hic.Pone,vaſallus qui habet feudum antiquum, renunciauit in manibus domini,vt inueſtiantur filij ſui, deinde deceſſerunt filij iſtius vaſalli qui renunciauit, relicto patre ſuo vaſallo qui refutauit:quęritur modò,nunquid vaſallus idémq; pater ſuccedat ipſis filiis [a] in feudo? Dixerit aliquis,mihi videtur clarũ, quòd non:quia habemus regulã in feudis,ꝙ aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus in feudo:c. j.§.de natu.ſuc.feu.igitur,&c.¶Ego putarem contrariũ,quòd in caſu noſtro pater ſuccedat, nõ tanquam ſuccedat filiis,ſed tanquam feudum ſit antiquum:quia in ſucceſsione feudali inſpicimus agnationem , dirigendo oculos ad ſtipitem communis agnationis: c.j.ā.de gra.ſuc.in feu.Sed in caſu noſtro feudũ incipit à ſtipite, à quo deſcendit ipſe pater renũcians.Quare feudum pręſumitur antiquũ. Igiť ſuccedit in feudo.¶Nec ob.renunciatio:quia finitur morte filiorum,quorum cauſa erat facta renunciatio:l.iubemus.& §.no.per Bal.C.ad Velleia. l.pactum.vbi Bal.C.de collat.quia feudum dicitur paternum vel antiquum,ſecũdum c.noſtrũ.¶Nec obſt. c.j.§.de natu.ſuc.feu. quia intelligo illum tex. quando feudum non eſt antiquũ: quinimo nouum in perſona patris vel filij : ſed in caſu noſtro feudũ erat antiquũ:quia non inchoauit in perſona patris vel ſimili collateralis ſucceſsionis in feudo antiquo:c.j.de gra.ſuc. in feu. Et fuit no.Iac.de Ardiz. tit.de ſuc.feu.§.aſcendentes.in ſumma. Cogitabitis.Limitabitis tex.per c.j.§.ſi de feud.fuer.contro. & ibi dicam.¶Quæro,pone,†Vaſallus cõmiſit culpam,vel fallentiam priuatiuam feudi:dominus remiſit hãc culpam,& inueſtiuit vaſallum: quæritur, an dicatur nouum feudum vel antiquum , cùm ab exordio eſſet antiquum? Videtur,quòd ſit nouum propter nouam conceſsionem remiſsiuam culpæ. ¶Vos diſtinguite auctoritate And. de Iſer.Aut vaſallus

9

[a] *Vide Do.Ia. in glo.& vlnus ex dictis filiis. in col. fi. verſic.ſed iuxta prædicta quæro.*

ſallus priuatur feudo propter culpam ipſo iure: vt in crimine læſæ maieſtatis: & tunc dicitur noua cõceſsione nouum feudum: ar.l.diuus.& l.dotem.ff. de iur.dot.& l.cùm maritus.§.cùm inter.ff.de pac. dot.Et no.quòd remiſsio culpę iſto caſu non dicitur conceſsio feudi, niſi dominus concedat etiam feudum,vel quia feudum ſit penes vaſallum: arg.l. qua ratione.§.interdum.ff.de acquir.rerum do. & quod no.in c.j.quo temp.mil.c.j.ſ.de feu.ſine cul. non amitt. niſi princeps remiſiſſet culpam & reſtituiſſet bona vaſallo:quia tunc dicitur feudum antiquũ: cùm reſtitutio, dicatur in priſtinum ſtatũ reductio.l.quod ſi minor.§.relucretur.ff.de mino.l. j.l.cum indulgentia.& l.fi.C.de ſen.paſſ.Et eodem modo,ſi eſſet lata ſententia priuatiua, habent locũ omnia prædicta. Aut feudum non amittitur ipſo iure,ſed per ſententiã.Illud eſt regulare:c.j.ſ.de feu. ſine cul.non amit. & tunc ſi dominus remittat culpam ante ſententiam, dicitur antiquum: prout antea:l.ſi vnus.§.pactus,ne petere.ver.quòd ſi pactũ. ff.de pact.& no.in c.j.ſ.quo temp.mil. Et prædicta ſunt vera, vt procedat titulus quæſtionis. Si tenemus illam opinionẽ, ꝙ propter culpam cõmiſſam, feudũ antiquũ reuertatur ad dominũ,non ad agnatos.Sed ſi tenemus aliã ſententiã æquiorẽ, & veriorem quã tenet Hoſt.& And.& Bal.tunc non procedat articulus præcedens:quia in præiudiciũ agnatorum dominus non poteſt remittere culpam. l.in concedendo.ff.de aqua plu.arc.& habuiſtis gl.hĩc, ꝙ dominus cum vaſallo nihil poteſt in præiudiciũ agnatorũ in feudo antiquo vel paterno.¶Sed adiicite,ꝙ imo poteſt procedere titulus quæſt.quo ad alia dubia:quia in multis differt feudũ nouum à paterno & antiquo:vt probatur in rub.de frat.de no. beneſi. & dixi quædam in procœmio huius operis.

10 ¶ Quæro, † Vaſallus cõmiſit feloniã:ex qua debet puniri per ſententiã,deinde dominus vel princeps feudi dicit: remittimus tibi culpã,reſtituimus tibi

feudum,& de nouo concedimus: quæritur, an dicitur nouum vel antiquum:prout antea erat? Certè ſi inſpicimus verbũ, reſtituimus. erit antiquum: d.§.reſtitutio. Si verò inſpicimus verbũ, de nouo concedimus.erit nouũ:arg.c.j.de eo qui finẽ fecit. Reſpondit hic And.quòd debemus attendere mẽtem principis ſeu domini:quę poteſt colligi ex verbis præambulis vel ſequentibus.Vbi autẽ non conſtat de mente, erit noua conceſsio & nouum feudum:quia verba,de nouo concedimus.ſunt poſteriora. Ergo derogant prioribus:l.ſi mihi & tibi.§. ſi.ff.de leg.j.l.pacta nouiſsima.C.de pac.¶Ego putarem contrarium, quòd imo dicitur antiquum, prout antea: quia priuilegium principis eſt latiſsimè interpretandum:l.fi.& ibi not.ff.de conſt.prin. Ergo iſtud priuilegium remiſsiuum culpæ,& reſtitutiuum bonorum intelligatur latiſsimè: ſed vt appareat reſtitutiuum, non tamen iuxta nouã conceſſionem.Secũdò,quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam:l.ſi vnus.§.pac.ver.quod in ſpecie. Ergo reuertitur ad primitiuã naturam antiquã. Tertiò,quia verbũ,reſtituimus.debet operari aliquid: arg.l.ſi quando.ff.de leg.j.¶Non ob.ar.And.quia reſpõdeo,non eſt veriſimile,quòd quis velit ſe ſtatim corrigere.l.nam ad ea.ff.de cond.& dem.¶Et intelliguntur illa verba,de nouo concedimus.ſcilicet ſecundum formam antiquam:quia ſequẽtia declarantur & reſtringuntur ſecundum præcedẽtia: l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.j.& ſic tenerẽ con
11 tra And.¶Vltimò quæro,†Vaſallus commiſit feloniam:puta, proditionem contra dominum:ex quo bona vel feudum publicantur,vel feudum reuertitur ad agnatos,deinde dominus remiſit culpam,& reſtituit bona atque feudum vaſallo: quæritur, an hęc reſtitutio facta à principe vel domino feudi nocebit agnatis,ad quos reuerſum eſt feudum?Determinat hic Andre.ſimpliciter, quòd talis reſtitutio nocet agnatis. Ratio, quia princeps potuit remittere

tere ſententiam:arg.l.j.in fin.ff.de quæſtio. & quia poteſt princeps remittere quæ ſunt iuris ciuilis : l. fina.ibi not.C.ſi contra ius vel vtil.public.Sublata ergo ſententia, quæ eſt radix & cauſa,vt bona perueniant ad agnatum, ſiue feudum:tolletur etiã ius ipſius agnati in quandam conſequentiam: quia inſpicimus originem:l.qui id.ff. de don. & l.j. §.ſcio. ff.de minor.Et quia ſublata radice,colligitur radi-
12 catum:l.vnica.C.de Lat.liber.tollen. ¶†Sed quid ſi fiſcus ad quem peruenerunt bona delinquentis, alienauerit : puta, vendendo dicta bona alteri: vel agnatus ad quem peruenit feudum propter culpã feudatarij, legitimè alienauit dictũ feudũ : deinde princeps dominus feudi remiſit dictã culpam reſtituendo eum ad bona : quæritur, an hæc reſtitutio extendatur ad alienata? Reſpondit, quòd nõ:quia alienata non trahuntur ad reſtitutionem:l.quòd ſi minor.Facit l.fina.C.de repu.vel abſt.hære. ¶Dicet aliquis:And.videtur contrarius: quia in præcedenti articulo dixit contrarium. Reſpõdete,quòd imo non eſt contrarius : quia in primo articulo loquitur in ſententia, qua potuit auferre princeps: ſed in hoc articulo loquitur in contractu, qui non ſubiicitur principi,cùm ſit iure gentium: vt not.in l.digna vox. C.de legi. Et dixi plenè etiam quo ad principem,cap.j.§.de natura feud. ¶Ex prædictis habetis ſingularem limitationem ad not. per Bart. Bal.Ang. in l.Gallus. §.quid ſi tantum. ff.de lib.&
13 poſth. † quia reſtitutio licet non trahatur ad alienata,trahitur tamẽ ad ius perueniens ex ſententia.

## De inueſtitura in maritum facta. Titulus XV.

¶Continuatur hoc modo : Suprà viſum eſt de inueſtitura quam Titius accepit à Sempronio : nunc autem videndum eſt,an maritus ſuccedat in feudo dotali. Propterea ſubiicitur hîc alia rubrica de inueſti-

ueſtitura in maritum facta: quamuis meliùs ſtaret rubrica hoc modo: Si contentio ſit de feudo, quis debeat eſſe iudex.

## SVMMARIVM.

1 *Pecunia feudum concedi poteſt.*
2 *Conceßio feudi pro parte, valet.*
3 *Quæſtio formatur ex themate.*
4 *Actor ſequitur forum rei, maximè in rei vendicatione.*
5 *Compromiſſum factum de re feudali cum conſenſu domini, valet.*
6 *L. ex quacunque. limitatio.*
7 *Domino dicenti feudum nouum, incumbit probatio.*
8 *Vaſallus cum vaſallo litigans, ipſum inuitum ad dominum vel curiam non trahet.*
9 *Prorogare iuriſdictionem, an vaſallus in alium dominum poßit.*
10 *Arbitri ſententia in feudis habet effectum, & actionem in factum parit.*
11 *Compromiſſum factum ſub nomine appellatiuo, nõ tranſit ad hæredem.*
12 *Arbitris diſcordantibus, non eligitur tertius.*
13 *Citatio an coram arbitratore requiratur, remiſſiuè.*

VASALLVS SVPERSTITE. ¶Diuiditur in tres. In prima ponitur, quis debeat eſſe iudex, quando eſt contentio inter maritum filiæ prædefuncti vaſalli, & agnatum prętendentem feudum

dum eſſe paternum. In ſecunda, quis & qualiter debeat probare feudum eſſe paternumvel nouum, quando eſt contentio inter dñm & agnatũ.In tertia & vltima,quis iudex eſſe debeat, quãdo eſt cõtẽtio inter duos vaſallos de feu. antiquo,ſecundũ intentionem Iac.de Bel.Secunda ibi, item placet. Tertia ibi,illud tamen ſciendum.Hoc d.¶Si contentio ſit de feudo inter maritum filiæ prædefuncti vaſalli,non cognoſcit dominus : ſed cognoſcit arbiter,vel iudex ordinarius. Si verò ſit contentio inter dominum & agnatum,an feudum ſit nouum, vel paternum:dominus debet probare eſſe nouũ. Reo deficiente in proba. deferetur ſacramentũ agnato,qui iurabit aut ſuccũbet. Et ſi ſit contentio inter duos vaſallos de feudo antiquo, alter alterũ inuitum non trahit ad ſolum dominum ſimul cum curia.Hoc d.ſecundum intellectum Iac.de Bel.to-
1 tus hic titulus. ¶Not.ibi, accepta pecunia.†quòd dominus poteſt concedere feudum accepta pecunia : de quo vidiſtis in dubio ſ.de benef.fratris.&, qualiter frater fratri ſuccedat.& ſ. in c.j. de natu-
2 ra feu.¶No.ibi,altera.†quòd valet conceſsio feudi pro parte.¶No.ibi,agit dicẽs.erat cõtentio inter reum maritum filiæ prædefuncti vaſalli qui dicebat feudum eſſe nouum, & agnatum actorẽ qui dicebat feudum eſſe paternũ.¶Not.ibi,quæritur.
3 †quòd quomodo formatur ex themate, an hæc queſtio ſit dirimenda corã arbitro vel corã iudice ordinario agnati vel mariti,vel corã domino feud. Et determinatur hic in tex. quia quomodo non debet examinari coram domino:quinimo coram arbitro vel iudice ordinario. Nã ſi concordent partes in arbitrum,coram eo fiet iudicium : aliàs corã
4 iudice rei.¶No. tex.ibi,apud iudicẽ agnati.† ibi, innuit,quòd coram ordinario agnati debent agitare.Sed contrà: actor ſequitur,&c.l. iur. ordine. C.de iuri.om.iudi.c.cùm ſit generale. de fo.cõpe. Sed hìc agnatus erat actor, & maritus erat reus.

Ergo

Ergo coram iudice mariti rei,non autem coram iu dice agnati actoris eſt examinanda quæſtio feudalis.Timore huius contrarij Iac. ſubaudit ad tex. ibi, apud iudicem agnati.ſubaudi, vel mariti. Vel aliter ſoluo hoc contrarium:Nam fortaſsis agebatur rei vendi.quia res feudalis erat in iuriſdi. iudicis agnati:ar.l.fi.C.vbi in rem actio. ¶No. ibi, vel
5 arbitrum. †quòd valet compromiſſum factum in arbitrum de feudo.Sed contra hoc notabile oppono de his quæ notát Hoſti.& Ioá.An.in c.cótemp. de arbi.Sol.Aut quærimus,an vaſallus poſsit facere compromiſſum ſine conſenſu domini de re feu-
a dali:[a] & dicendum eſt, quòd non. & ita loquitur Io.An. in d.c.Aut quærimus,an valeat compromiſſum factum à domino vel vaſallo cum conſenſu domini,& tunc valeat compromiſſum:vt hîc. ¶In gl. quæ incipit,& iſtud eſt intelligendum. ad fi.no.gl. quæ vult,quòd hodie tex. corrigatur per tex. ꝟ. an apud iudi.vel par.curi.ita vt pares curiæ hodie cognoſcant.De materia huius glo. dicam vobis in c. ſequenti, quamuis Iacob. de Bel. hîc ponat vnam ſuam diſtinctioné. ¶No. tamen hîc eſſe vnam gl.
6 ſingularem, † quòd lex, ex quacunque. ſi quis in ius vo.non ierit.ſolùm habet locum in iudice ordinario generali: non autem in iudice ordinario
b ſpeciali.Et hanc glo.[b] multùm ſignat Bal. ¶Not.
7 ex §.item placet.†quòd ſi ſit contentio inter dominum aut agnatum,an feudum ſit nouum vel paternum: certè incumbit onus probandi domino, quòd ſit nouum. Et ſi dominus defecerit in probando, defertur iuramentum agnato, qui tenebitur iurare vel referre. Et ſic in materia feudali lex, manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiu. non eſt correcta,& ſic Ia.de Bel. intelligit iſtũ tex.quando eſt contentio inter dñm & agnatũ.Ego aũt intelligo iſtũ tex.quádo eſt cótentio inter agnatũ & maritũ filiæ vaſalli prædefuncti:vt apparet ex princ.huius c.Facit l.regula.§.pe.ff.de iur.& fac.ign.¶No. in tex.

a *An de re feudali poſsit ſine conſenſu domini feu. cõpromittere vide D.Frã. Cur. in tractatu feud. xj.char. iiij. par.ver.vij principaliter quæro.& ibi in ſeq. ver. ponit, an poſsit vaſallus litigãs ſuper re feudali deferre iuramentũ.*

b *Et de hac gl. vide D.Frã. Cur.in trac. feud. in iiij. char.vltimæ par.ver.vij. quæro.*

8 in tex.in §.illud.†quòd ſi ſit cõtentio inter duos vaſallos, alter alterum non trahit inuitum ad dominum vel curiam ipſius, licet ſi dominus cum curia vocauerit alterum, teneatur parere. Sed videtur, quòd iſte text. contineat in ſe repugnantiam. Nam in princ. dicitur, quòd alter alterum non trahit inuitum ad dominum: & in ver. ſi verò dominus. dicit contrarium. Sol. Iac. de Bel. In prin. huius §. illud. loquitur, quando vel ſolus dominus vel ſola curia vocabat, vel citabat alterum vaſallum. Videbimus tamen de hoc in ſequenti tit. Nam aliqui intelligũt, quòd aut loquimur de declinatoria iuriſdictione, aut de exceptione ſuſpicionis. Primo caſu loquitur prin. §. illud. Secundo caſu loquitur ver. ſi verò dominus. Sed contra hoc videtur tex. in c. j. §. præterea, ſi inter duos. ꝙ de pro
9 hi. feu. ali. per Fe. ¶†Extra glo. quæro, nũquid vaſallus poſsit prorogare iuriſdictionem in alium dominum inſciente vel inuito domino? Bal. tenuit, quòd non: in leg. j. in §. & poſt operis. ff. de oper. no. nũ. & l. j. & ij. in prin. ff. de iudi. De quo articulo dicendum d. c. j. in prin. apud quem vel
10 quos controuer. in. ¶†Quæro, nunquid ſi fiat cõpromiſſum in arbitrũ ſecũdum formã tex. noſtri in fi. an hæc ſententia arbitri habebit locũ & effectũ? Bal. hîc determinat, quòd ſic: Nam licet aliàs regulariter ex ſententia arbitri nõ oriatur actio: l. j. C. de arbi. tñ quia cõſuetudo feudal. ita diſponit, vt fiat cõpromiſſum: certè ſententia arbitri habebit executionẽ & effectum: & ſic erit actio in factum: ar. l. actore. §. de iureiu. Et ꝙ cõſuetudo feudal. ita diſponit, probatur ex tex. noſtro ibi, litigiũ fore terminandum. Ecce, quòd vult litigium habere finem: & ſic ſententiam arbitri habere effectum. ¶Quæ-
11 ro, †pone: Duo magni principes fecerũt cõprõmiſſum de caſtris forte feudalibus, in regẽ Francorũ ſub nomine appellatiuo: deinde pẽdẽte lite deceſsit rex Frãcorũ, in quo erat factũ cõpromiſſum,

quæritur, an hoc compromiſſum tranſeat in ſucceſſorem regis? Reſpondit Bal. quòd non tranſit tanquam ſit electa induſtria perſonæ: ar. l. j. ff. de offi. pręfec. pręto. & l. quòd principi conſequenti. ff. de leg. ij. & eorum quæ no. per Bar. in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pu. [a] Et faciunt no. in c. fi. de offi. dele. ¶ Quæro, †pone, eſt factum compromiſſum de feudo vel de alia re in duos arbitratores, & iſti ſunt diſcordes: quæritur, an debeat eligi tertius? Videtur, quòd ſic: not. in l. iij. ff. de arbi. In contrarium dicit hìc Bal. fuiſſe rectè determinatũ à ſapientibus: ar. no. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. Quod dictum temperate verum, vbi ſtatutum vel cõſuetudo ſit in contrariũ: ar. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & l. de quibus. ff. de legib. ¶ †Et vtrùm requiratur citatio coram arbitratore, quãuis Bal. hìc dicat vnum verbum, tamen vos dicite per Bar. & Ang. in l. ſi quis arbitratu. ff. de ver. ob. & latiùs per Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp. vbi ponit vnum notabile verbum, quòd arbitratores debent habere ante ſe duos oculos, ſ. veritatis & æquitatis.

a *Et ita etiã tenet Iac. in verbo dux Sab. verſi. addo vobis aliam quæſtionem.*

12 (margin, at "de offi. dele.")

13 (margin, at "ff. de iuſti.")

## De controuerſia feudi apud pares terminanda. Titulus XVI.

¶ Continuatur hoc ordine ſecũdum Ia. Nam ſ. in pluribus titulis, maximè de contro. inueſti. viſum eſt, qualiter ſit fienda probatio: nunc aũt eſt videndum, coram quo debeat fieri probatio, & terminari cauſa feudalis. Propterea ſubiicitur rubrica de contro. feu. apud pares curiæ ter. ¶ Vel aliter, & breuiús: Suprà in tit. proximè pręcedẽti viſum eſt coram quo ordinario ſit cauſa feudalis terminanda: verùm quia aliquando cauſa feu. agitatur corã paribus curiæ, propterea ſubiicitur Rubrica de cõtro. feu. apud pares terminanda.

## SVMMARIVM.

1 *Summa tituli.*
2 *Iudices in contentione feudali inter dominum & vaſallum, ſunt pares curiæ.*
3 *Pares niſi de re feudali, iudices eſſe nō poſſunt, præterquam in cauſa reconuentionis.*
4 *Dominus ſi pares curiæ non habeat, iudex ordinarius cognoſcit.*
5 *Electio parium qualiter fieri debeat.*
6 *Vaſallus qui non iurauit fidelitatem domino, non poteſt eſſe de paribus curiæ.*
7 *Non omnes pares curiæ cenſentur idonei ad iudicandum.*
8 *Reconuentio coram paribus curiæ, etiam extra cauſam feudalem locum habet.*
9 *Clericus etiam ſubijcitur cognitioni parium curiæ.*
10 *Pares curiæ, ordinarij eſſe cenſentur.*
11 *Paribus curiæ à domino electis, ſi vaſallus eligere nolit, à domino electi ſoli iudicabunt.*
12 *Iudiciorum ſolennitas coram paribus curiæ eſt obſeruanda.*
13 *Pares curiæ iudices electi, iurare tenentur.*
14 *Pares curiæ ad ſuſcipiendam iudicaturam cogi poſſunt.*
15 *Pares curiæ ſuſpecti, allegari poßunt.*
16 *Feudum quaternatum, quid ſit.*
17 *Feudum de tabula, quid ſit.*

SI INTER DOMINVM ET VASAL. ¶ Diuiditur in tres partes. In prima ponit, coram quo debeat ventilari cauſa feudalis, quando eſt controuerſia inter dominum & vaſallum. In ſecunda, qualiter fiat electio parium. In tertia, qui vaſallus poſsit eſſe de paribus curiæ. Secunda ibi, & ſi quidem conſentiat. Tertia ibi, ille tamen. Hoc dicit:

1 ¶ † Contentio feudi inter dominũ & vaſallum debet agitari & terminari coram paribus curiæ. Et ſi vaſallus & dominus concordant in eligendis paribus, pares electi erunt iudices: ſi verò diſcordent in eligendis paribus, tunc dominus eliget, quot, & quos voluerit: deinde vaſallus poſtea idem faciat. Et vaſallus qui non iurauit fidelitatem dño, non poteſt eſſe de paribus curię. Hoc dicit totũ hoc ca.

2 ¶ Not. primò regulam, † quòd ſi ſit contentio inter dominum & vaſallum, tunc pares curiæ [a] erunt iudices. Et dicuntur pares, cõuaſalli eiuſdem dñi.

3 ¶ Et notanter dicit de feudo: † quia ſi eſſet contentio de alia re nõ feudali, certè pares curię nõ eſſent iudices cõpetentes, niſi in cauſa reconuentionis: vt videbitis in gl. Et facit quod no. in c. cæterũ. de iudic. & hic. Licet pollicitus ſim examinare hanc diſtin. Ia. quam ponit in ti. præcedenti, tamen quia meliùs examinatur in c. j. §. prętereà. ꝗ. de proh. feu. alie. per Fed. propterea ibi dicam.

4 ¶ † No. ibi, ſi tamen pares habeat. Quid ergo iuris, ſi ſit contentio inter dominum & vaſallum, & dominus non habet alios pares curiæ, quis erit iudex in huiuſmodi cauſa? Reſpondeo, quòd ordinarius iudex rei: quia actor ſequitur forum rei: l. ij. C. de iuriſ. om. iud. c. cùm ſit generale. de fo. compe. Et ita poſſet intelligi tex. in c. j. ꝗ. de inueſt. in ma. fac. ſecundum And. hic.

5 ¶ No. ibi, ſi quidem conſentiant. † qualiter debeat fieri electio parium curiæ. Nam ſi dominus & vaſallus concordãt de perſonis parium, vel de vna perſona

[a] *Amplia tu & limita hanc regulam, vt per Do. Franci. Cur. in tra. feu. vl. char. vlt. par. col. fin.*

perſona: tunc nulla dubitatio, quòd electi concorditer à domino & vaſallo, dicuntur iudices in illa cauſa. Si verò diſſenſerint, quòd dominus vult aliquos pares curiæ, vaſallus verò vult alios: equidẽ
a tunc dominus primò eliget,[a] vel vnum, vel plures, prout voluerit: deinde & ſecundò vaſallus eliget totidem numero, alios: prout dñs, & iſti ſic electi erunt iudices. ¶ Et ſic nota, ꝙ ratione preeminentiæ dominus primò eligit vnum vel plures, prout voluerit: deinde habet neceſſe vaſallus eligere pares ſecundum numerum domini: quia ſi dominus eligit vnum, & vaſallus alium: & ſi dñs duos, vel plures, vaſallus & totidem: & ſic eſt in arbitrio domini numerus pariũ, & etiam prima electio pariũ. Melioris eſt ergo conditionis dominus, quàm va-
6 ſallus. ¶No.tex.in ver.ille tamen. †quòd vaſallus qui non iurauit fidelitatẽ domino, non poteſt eſſe
b de paribus curiæ, [b] niſi de voluntate domini & vaſalli litigantium. Et facit iſte tex.ſecundum Bal. vt ſcholaris qui non vult iurare in manibus domini, non gaudeat priuilegio ſcholarium: de quo dicite, vt in auth.habita.C.ne filius pro patre.per Bald.in gl.Sed dicitur ibi, §.ſed.quia ſoluitur contrarium: l.obſeruandum.ff.de iudi.vt non loquatur in iudiciis ordinariis. ¶In ea.gl.l.cùm prætor.no.glo.ꝙ ſimpliciter ſignificat tex. quòd vaſallus qui non iurauit fidelitatem, non poſſit eſſe de paribus curię.
7 ¶No.in ea.gl.ibi, ad iudicandum.†Signate gl.quę ſoluit talem quæſtionem: videlicet, cùm quæritur, an oẽs pares curiæ dicantur idonei ad iudicãdum: certè dicendum, ꝙ non. Nam ſi eſſet vnus vaſallus infamis, vel pupillus, vel mulier, vel aliàs inhabilis ad iudicandum: certè non poſſet eſſe de paribus curiæ: ar.l.cùm prætor.ff.de iudi. Nam verba legis recipiunt interpretationem reſtrictiuam: vt intelligantur de idoneo: l.vt gradatim.§.ſed ſi.ff.de mu. & ho. Ergo text.noſter debet intelligi de idoneo. Facit quod plenè no.in l.j.C.de ſa.ſan.ec.¶In e.gl.

a *Ita etiã concludit D.Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. col.vj. verſi. quæro etiam.*

b *Sequitur D. Ia.in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. co.vj. verſi. vlteriùs ne incedamus. Præterea etiam tenet, quòd qui pares curiæ habent cognoſcere in cauſa feudi, debẽt eſſe eiuſdem qualitatis, cuius ſunt ipſi vaſalli litigantes.*

8 ad ſi.no.gl. † ꝙ etiam extra cauſam feudalē coram
a paribus curię habet locum recōuentio. [a] Nam aut
ſit reconuentio in dependentibus vel connexis à
feudo,& tunc non virtute reconuentionis,ſed be-
neficio dotali,ſit agitatio iudicij coram eodem iu-
dice:vt ff.de quibus rebus ad eundem iudicem ea-
tur.vbi exemplū. Aut ſit recōuentio de re non de-
pendente à feudo, & tunc virtute reconuentionis
ſit prorogatio iuriſdi.l.cùm Papinianus.& auth.&
conſequenter.C.de ſen.& interlo.om.iud. & facit
9 no.Inn.in c.cū Marchio Ferrar.de conſt. ¶†Extra
gl.quęro,pone:vaſallus eſt clericus,& eſt contētio
de feudo inter dn̄m & vaſallum clericū : quæritur,
an pares curiæ layci poſſunt cognoſcere de huiuſ-
modi cauſa contra clericū? Reſpondit hîc Bal.ele-
ganter,quòd ſic: quia natura cauſæ feudalis trahit
ad ſe perſonā clericalem: vt no.in c.cęterū.de iud.
& ſic eſt limitatio ad c.ſi diligēti.de fo.cōp. ¶Nec
obſt.ſi quis dixerit,minimè hoc eſt cōtra c.eccleſia
ſanctæ Mariæ.& c. quæ in eccleſiarū.de conſti.vbi
conſuetudo vel ſtatutū laycale non ligat clericos:
quia reſpondet Bal.ꝙ illud c.habet locum in con-
ſuetudine generali,non in ſpeciali. Hęc ratio non
placet contra dicta capitula:Nam vtilis cōſuetudo
laycorum non ligat clericum,dictis capitulis. Sed
ego reſpōdeo:Nam cōſuetudo feudal.eſt recepta à
ſummo pōtifice & à iure canonico:propterea ligat
etiam clericos:vt dixi in procemio huius operis.&
dixi etiam in ti.epiſcopū vel abbatem.& allegabam
b Arch.in c.ij.de deci.li.vj.& iſta eſt melior [b] ſolutio.
¶Bal.hic quęrit de aliis non pertinentibus ad ma-
10 teriam feudalem,quę omitto.¶Sed quęro,†an pa-
res curiæ electi à dn̄o vel vaſallo dicantur arbitri,
vel ordinarij,vel delegati,vel arbitratores? Vide-
tur, ꝙ ſint arbitri:quia eligūtur à partibus:l.j.& ij.
l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi. ¶In conttarium

*a Et an coram parib.curiæ habeat locū recōuētio:vide D. Ia. in verbo,et dicti vaſa.pro dictis reb.co. ix.verſi. ſed vtrùm corā iſtis paribus. vbi plura pōnit in materia recōuentionis.*

*b Contrariam opi.dicit de iur. veriorē, D.Iacob.pro qua facimus plura fundamēta in verbo,& dicti vaſal. pro dictis rebus feud.co. ij.et ſequēti. verſi. quæro circa prædicta. Adde tamē quòd cū Do.Lau. hîc tenet D.Fr. Cur.in trac. feu. in ij.ch. vlt.par. ver. circa iſtā ij. reg.vbi dicit pro hac opinione text. expreſſum in c. ex tranſmiſſa de fo.compe. Ideo ſecundum ipſum non eſt opus alia diſputatione.*

eſt veritas, quia imo dicuntur iudices ordinarij inter paucos: vt probatur in tex. noſtro. Et probo vobis à ſimili: nam defenſor ciuitatis eligitur à ciuitate & confirmatur à præfecto prætorio, & dicitur ordinarius iudex: in auth. de defen. ciui. §. interim. Propterea dicũtur iudices eſſe ordinarij, pares curiæ.

11 ¶ Quæro, pone: † quòd dñs eligit ſuos pares curię, vaſallus non vult conſentire in illis, neq; eligere alios: quid fiet caſu iſto? Certè pares curię electi à dño erunt iudices inter dominum & vaſal. Defẽdo, ne ſit in poteſtate vaſalli illudere iudiciũ: ar. l. inter ſtip. §. ſi quis Stichum. ff. de ver. ob. & l. j.

12 ff. de eo quod certo loco. cum ſi. ¶ Itẽ quæro, † an in cauſa feudali corã paribus curiæ vel domino ſit ſeruanda ſolennitas iudiciorum? Reſpondet And.

a hìc, quòd ſic.[a] Et ſic requiritur libellus litis cõteſt. & c. l. prolatã. C. de ſen. & interl. om. iud.[ quia poſtquam non reperitur determinatum contrarium in

13 feudo, ſtamus iuri cõi: c. j. ſ. de feu. cog. ¶ † Quęro, an pares curiæ teneantur iurare de iuſtè iudicãdo, ſecundum formam auth. iuſiurandum, quod præſtatur? Reſpondet hìc And. quòd non: quia ſatis eſt pares iuraſſe fidelitatẽ domino: vt hìc in fi. text. ¶ Ego putarẽ contrarium, quòd vbicunq; aliquid non reperitur deciſum de conſuetudine feudi, ſtamus iuri cõmuni: c. j. de feu. cog. Sed ius commune diſponit, vt iudices iurent, in auth. iuſiurãdum quod præſtatur ab his. Igitur pares curię tenentur iurare. ¶ Nec obſt. hic tex. quia loquĩ quo ad hoc, vt vaſalli ſint pares curię, id eſt iudices. Sed iudices tenentur iurare. Igitur, &c. ita ꝙ tex. noſter ſolùm iuramẽto fidelitatis mediante, facit, vt ſint iudices: & ſic quemadmodum iudices tenẽtur iurare, ita &

b ipſi.[b] ¶ Prętera in iuramẽto fidelitatis non reperitur clauſula, de iuſtè iudicãdo. ¶ Prętera & vltimò iuramentum fidelitatis pręſtitum dño, non dicitur præſtitum vaſallo litigãti cum domino. Nam licet iurauerit vaſallus fidelitatem domino, non tamen

*a Hoc ſequitur Do. Franciſ. Curt. vbi alios allegat in trac. feu. ij. chart. vltimæ part. verſ. iij. quæro. Ibi etiam in ſeq. quæſ. ponit, quis erit notarius ſeu ſcriba in cauſa feudali inter dominũ & vaſallũ? Vide etiam, an debeat ſeruari ordo iudiciarius, per D. Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. col. xj. ver. ſed nunquid dominus.*

*b An pares curiæ teneantur iurare, vide D. Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus. in vij. col. ver. vlterius quæro.*

iurauit ad vtilitatẽ vaſallorum dñi. Ergo iuramen-
tum fidelitatis non prodeſt vaſallo qui litigat cum
14 domino. ¶Itẽ quæro,†an poſsint pares curiæ co-
gi ad ſuſcipiendũ iudicaturã inter dñm & vaſallũ,
ſi recuſauerint? Reſpondeo, ꝙ ſic:l.quòd ſi magi-
ſtratus.& l.fi.§.iudicandi.ꝟ.de mu.& ho. ¶Quæro,
15 †an ſi dominus elegerit aliquos pares curiæ,poſsit
a eos allegare ſuſpectos ex iuſta[a] cauſa? Reſpõdeo,ꝙ
ſic:l.apertiſsimi.& l.fi.C.de iudi.& in c.ſuſpicioĩs.
de off.dele.And.hìc dicit, ꝙ in regno Siciliæ regu
lariter pares non cognoſcunt inter dñm & vaſallũ.
16 ¶†Quæro,quid ſit feudũ quaternatũ, vel feudum
de plano, & de tabula. Feudũ quaternatũ eſt,quod
ſpectat ad regem,non ad alterum:ſed ſeruitia præ-
17 ſtantur regno vel regi,non alteri. ¶† Vbi aũt col-
latio feudi non pertineret ad regem,& ſeruitia feu
di non præſtantur regi, ſed alteri: puta, comiti:
tunc appellatur feudum de tabula, ſiue de plano.
¶Et ſubdit Andr. quòd in quacunq; conceſsione
feudi, intelliguntur excepta quaternata,&c.

*a An pares curiæ poſſint vt ſuſpecti recuſari, ponit D.la. in verbo,& dicti vaſalli pro dictis rebus. in viij. col. verſ.ſed dubitatur.*

## De eo qui ſibi vel hęredibus ſuis maſculis & fœminis inueſtituram accepit.

## Tit. XVII.

¶Continuatur ad pręcedentes hoc ordine:Suprà viſum eſt, an maſculus præferatur fœminæ in ſucceſsione,maximè in tit.de ſucceſ.feu.& ti.de ſucc. fœminæ: verùm quia plenè non erat tractatũm, propterea ſubiicitur hæc rubrica de eo qui ſibi & hæredibus ſuis inueſti.accep.

## SVMMARIVM.

1 *Tenor inueſtituræ ſubſidiarius & copulatiuus, pares efficiuntur.*

2 *Licet feudum deſcenderit in genus fœmininũ,tamen ſi maſcu-*

*ſi maſculi naſcantur, fœminæ excluduntur.*

3 *Feudum natura ſui magis inſpicit deſcendentem.*

4 *Dubium in iure vbi emergit, non ſtatim debemus reſpondere.*

5 *Fœmina in feudo nunquam ſuccedit, donec ſupereſt maſculus.*

6 *Maſculus tunc demum excludit fœminam, ſi fuerit de deſcendentibus primi vaſalli.*

7 *Deſcendentia dicitur, etiamſi deſcendat ex linea fœminina.*

8 *In materia feudi magis debemus inſpicere ſimile ſecundum naturam feudi, quàm ſecundum ius commune.*

9 *Maſculo exiſtente, vaſallus non debet feudum recognoſcere à fœmina.*

10 *Fallit, ſi inueſtitus ſit ab eo qui dominus ſit rei pleno iure, & decedat relicta filia cum filio.*

11 *Maſculina natura potior eſt fœminina, in feudis.*

12 *Filius ex filia, an excludat amitam.*

13 *Succeßio duplex: quædam hæreditaria, quædam verò ſanguinis.*

QVI SIBI VEL HAEREDI. ¶Diuiditur in duas. In prima magiſter feudorũ ponit, an fœmina ſuccedat in feudo, facta inueſtitura accipiẽti pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, ſuperſtite maſculo. In ſecũda parte ponit, an vaſallus teneatur recognoſcere feudum à fœmina, exiſtente maſculo. Secũda ibi, nam & illud iudicatum ſcio. Hoc dicit: ¶Si quis fuerit inueſtitus de feudo pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus pro fœminis: maſculo exiſtente, excluditur fœmina à

ſucceſsione. Et vaſallus deficiente maſculo, nõ tenetur recognoſcere feudum à fœmina. Hoc dicit vſque ad finem tituli. ¶Not. primò tenorem inue-
1 ſtituræ, ibi, ſibi & eorum hæredibus. † ꝙ tenor inueſtituræ fuit pro filiis ſuis maſculis: & his deficiẽtibus, pro fœminis. ¶Quid not. ſi tenor inueſtituræ ſit hoc modo: quia vaſallus ſit inueſtitus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis: non autem ſunt iſta verba, quòd deficientibus maſculis ſuccedunt fœminæ, an habebit locum diſpoſitio capituli noſtri? Videtur, quòd non: quia tenor inueſtituręfuit ſubſidiarius, quo ad fœminas, in tex. noſtro: vt patet ibi, vel his deficientibus, ſed in caſu noſtro tenor inueſtituræ fuit copulatiuus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis. ¶In contrarium arbitror eſſe veritatẽ, primò per rubricam noſtram, quę dicit copulatiuè, de eo qui & ſibi & hæredibus maſculis & fœminis ſuis. & valet argumentum ex rũbric. vt dixi in l. j. ff. ſi certum petatur. Secundò, quia ratio generalis textus facit diſpoſitionem generalem: l. his ſolis. ff. de reuocan. dona. & plenè in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſol. matrimon. & per Bar. in l. nõ dubium. C. de legi. Sed ratio tex. noſtri ibi, nõ enim. patet: quia locus eſt generalis: videlicet, quòd fœmina nõ ſuccedat in feudo, donec ſupereſt maſculus. Ergo par efficitur tenor inueſtituræ copulatiuus, vel ſubſidiarius. Ad idem facit, quod not. in l. libertate. per Cyn. de oper. liber. in l. Gallus. §. fin. ff. de liber. & poſthum. ¶No. tex. ibi, tan-
2 tùm vna filia. † quòd ſi vaſallus ſuſcepit inueſtituram pro ſe & hęredibus maſculis, & his deficientibus pro fœminis: deinde decedat vaſallus nullo relicto maſculo, ſed illa filia ſola, quòd filia poteſt dare feudum in dotem: deinde ponamus dictam filiam decedere relictis duobus filiis, quorum alter habebat duas filias, alter verò filium: certè filius excludit dictas duas filias. Et ſic no. quòd licet feudum deſcenderit in genus fœmineum: non tamen effi

efficitur feudum fœmineum, ita vt paſsim ſuccedát fœminæ: quinimo ſi poſtea naſcatur maſculus,
3 certè maſculus excludet fœminam. ¶Et ſic no.† qꝫ feudum natura ſua magis inſpicit deſcendentem. Nam fœmina deſcendens in qua trãſiuit feudum, non extinguit naturam principaliter feudalem: quinimo dormit natura feudalis, donec ſuperueniret maſculus, quaſi maſculus inſpecto principio naturali ipſius feudi, excludit fœminam. ¶Not.ibi,
4 diſputatum.†quòd vbi emergit grande dubium in iure, non debemus paſsim reſpõdere: quinimo põderare & diſputare articulum: quod bene no. conſulentes. ¶Not.text.ibi, enim patet. Signate text.
5 †qui ponit rationem differentiæ, & ſingularem regulam in materia feudali, vt quanquam feudũ fuerit datum, ita vt ſuccedant maſculi & fœminæ: nũquam ſuccedit fœmina, donec ſupereſt maſculus: quanquam feudum tranſiuerit in genus fœmineũ.
6 ¶No.tex.ibi, ex eo.†quòd non omne maſculinum genus excludit fœmineum à feudo, quando feudũ eſt acceptum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis: quoniam ita demum maſculinum excludit fœmineum, ſi maſculus fuerit de deſcendentibus primi vaſalli inueſtiti: aliàs non excluderet fœminam, quia in ſucceſsione feudali inſpicimus ſti-
7 pitem: c.j.§.j.ſ.de grad.ſuc.in feu. ¶Et no. †quòd deſcendentia dicitur etiam, ſi deſcẽdat ex linea fœminina, vt hîc caſus. Ponamus caſum talem: factam eſſe inueſtituram ſecundum text. noſtrum, deinde vaſallus decedit relicto filio, & relicto nepote ex filia: nunquid nepos ex filia veniat ad hanc ſucceſſionem feudi? Certè, ſi conſideramus ius commune, non eſt dubium, quòd nepos venit: Inſt. de hæredi. quæ ab inteſtato. §.j. & authentic. de hæredi. qui ab inteſtat. §.j. Si autem inſpiciamus naturam feudi puram: non eſt dubium, quòd nepos ex filia non ſuccedit: quia quemadmodum filia non ſuccedit in feudo: c.j.§.hoc quoque.ſ. qui feu. dare poſ.

ita nec deſcendens ab ea: l.ſi viua.C. de bo.mater.

8 ¶†Quid ergo dicemus de feudo, quando feudum non eſt ſimpliciter ſecundum naturam feudi: quinimo eſt pactum, quòd deficientibus maſculis ſuccedant fœminæ? Ego putarem, quòd Titius excludat illum nepotem ex filia: quia cùm ſimus in materia feudi, magis debemus inſpicere ſimile ſecundū naturam feudi, quàm ſecundum ius commune: c.j. & ibi dixi ſ.de feud.cognitio.l.de quibus. vbi nota.ff.de legib.

9 ¶Not. ibi, nam & illud. † quòd vaſallus exiſtente maſculo non debet recognoſcere feudum à fœmina. Declaramus per exemplum: Pone, Rex Arragonum inueſtiuit vnum comitem de feudo, deinde ille comes inueſtiuit militem de eodem feudo: deinde poſtea ille comes primò inueſtitus à rege, deceſsit relictis duobus filiis, quorum vnus habebat vnam filiam, alius verò vnum filium maſculum: deinde deceſſerunt dicti duo filij, quorum alter reliquit dictam filiam, alter filium: quæritur modò, an miles ſecundò inueſtitus à comite, teneatur intra annum & diem etiam recognoſcere feudum à dicta filia, an verò à maſculo tantùm? Reſpondetur per iſtum textum, quòd ſolùm debet recognoſcere iſte miles feudum à filio maſculo, non à fœmina. ¶Ego fortiter ſic oppono contra iſtum tex. Nam iſte text. innuit, quòd feud. tranſeat ad fœminas: ī.ca.j.§.hoc quoque notandum.ſ.qui feu.dar.poſſ.aliàs fruſtra quæreretur, an miles teneatur petere inueſtiturā? Solu. Comes inueſtitus à rege: vt ſ.fuit inueſtitus hoc tenore: videlicet, quia dominus comes ſuſcipiebat inueſtituram à rege pro ſe & hęredibus ſuis maſculis & fœminis: & tunc procedit text. noſter, vt miles non teneatur recognoſcere feudū à fœmina, donec ſupereſt maſculus: ſed ceſſante maſculo, teneretur miles recognoſcere feudū à fœmina: argumento huius text. ibi, donec maſculus ſupereſt. Prędicta omnia ſunt vera, quando miles eſt inueſti

tus

tus de feudo ab eo qui habet feudũ ab alio: vt dixi
10 in poſitione caſus. ¶ †Sed ſi miles eſſet inueſtitus de feudo ab eo qui non eſt inueſtitus ab alio, tunc miles tenetur recognoſcere feudum tá à fœmina, quàm à maſculo:vt probatur ibi, cũ de paterno allodio.Exemplũ pone,Ego ſum dominus pleno iure cuiuſdam caſtri,quia nõ habeo ab alio:quinimo eſt allodiale: deinde ego inueſtio te in feudo de dicto caſtro, & pòſt ego decedo relictis filio & filia: certè tu vaſalle teneris recognoſcere feudum tam à filio, quàm à filia: quia ego inueſtiui te de proprietate allodiali. Caue ergo vaſalle hoc caſu:quia ſi non ſuſcipias inueſtiturã intra annum & diem à filia,licet ſuſceperis à filio prædefuncti domini, cades à feudo pro portione filiæ: argumento huius text.coniuncto cap.j.ẽ.quo tempor.miles inueſtituram pet.debeat. ¶In gloſſ.quæ incipit, idem c.
11 ibi,cum domino.no.†quòd in feudis potior eſt natura maſculina,quàm fœminina. ¶Ad finem gloſſ. not.gloſſ.quæ format talem quæſtionem:pone,Vaſallus eſt inueſtitus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis,& fœminis,deinde ille vaſallus deceſsit relictis duabus filiabus,& conſequenter feudum peruenit ad dictas duas fœminas,cũ nullus ſupereſt maſculus,deinde vna ex dictis filiabus deceſsit relicto filio
12 ſuo:quæritur, † an hic filius ex filia excludat amitam ſuam,id eſt ſororem matris ſuæ à ſucceſsione feudi?Glo.noſtra hic concludit, quòd ſic:quòd filius ex filia præmortua excludat amitam ſuam, id eſt ſororem matris ſuæ à ſucceſsione feudi.¶Iaco. de Bel.& Bal.hìc tenẽt contrarium. Mouẽtur,quia faciliùs impediuntùr futura,& ſic fienda,quàm tolläturiam facta:l.pater furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur. Et ſic cùm iam in perſona ipſius amitæ ius fundatum ſit,quia iam cum ſorore ſua ſucceſſerat: certè ſuperueniens filius ex filia non impediret ſucceſsionem iam factam & fundatam in perſonam amitæ. Secundò allegauit cap.primũ,ſuprà

de

de benefic.fœmin.&, an maritus ſuccedat in feud. c.j. Item, quia dominia ſunt perpetua natura ſui:l. ſiue poſsidetis.C.de probatio. Et dicunt,quòd illa pars eſt æquior. ¶And.ſequitur hìc gloſſam noſtram.Mouetur,quòd res de facili reuertitur ad naturam ſuam : quæ eſt,quòd maſculus excludat fœminam. ¶Ego tenerem in ſecreta cõſcientia And. & gloſ.Moueor ſtricta ratione:Nam vbicunque in l.ponitur ratio decidendi,tunc dicitur res generalis, vel ſpecialis:ſecundum dictam rationem l.ſcire oportet.§.ſed & ſi maximè.ff.de execut.tut. & per Dynũ in c.fi.de reg.iur.li.vj.Sed ita eſt,quòd ratio tex. noſtri in ver. non enimpatet. eſt ratio generalis , & demonſtrabo ad caſum noſtrum. Ergo habebit locum deciſio text.noſtri. Nam ratio ſupereſt,donec ſupereſt maſculus, fœmina nõ ſuccedit. & ſic tex.vult priuilegiare ſexum maſculinum. Sed ita eſt,quòd hic filius ex filia ſit maſculus.Ergo excludetur amita. Secũdò moueor, quia in dubio in materia feudali magis iudicamus pro filio : vt hìc dicit textus. Nam quanquam fuerit diſputatum, an maſculus excludat fœminam , tamen fuit deciſum pro maſculo.Amplius,quanquam feudum habeat effectum totalem in fœmina , quia totum deſcendit ad filiam:vt hìc in text. tamen ſi poſtea reperiãtur maſculus & fœmina,certè maſculus præfertur. Quantò ergo magis ſaltim à pari ratione in portione amitæ ſuccedet filius ex filia ? ¶Nec obſtat primum argumentum,quia ibi non attribuitur actus ſuſpenſiuè in dicta l.patre furioſo. ſed in caſu noſtro ſuſpenſiuè feudum tranſit ad ſexum fœmineũ,donec maſculus ſupereſſet vel ſuperueniet: vt probatur in text.ibi,donec.Nam ſucceſsio feudalis in fœminam attribuitur ſub die incerta, donec maſculus ſuperuenerit , quæ dies incerta, donec maſculus ſuperuenerit,habetur pro conditione:l.dies incertus.ff.de conditio.& demonſtratio. ¶Non obſtat cap.j. cum aliis ſimilibus allegatis à

Iacob. de Bellouiſu: quia reſpondeo, quòd ibi non dicunt text. quòd ſi ſuperueniant maſculi, nihilominus fœmina ſuccedit ſiue duret in ſucceſsione feudi. ¶ Non obſt. vltimũ, quòd dominia ſint perpetua: quia reſpondeo, quòd illud verum in dubio: ſed vbicunque ſumus in materia, vbi attribuitur dominium alicui reſolutiuè eueniente aliqua conditione, tunc dominium dicitur eſſe tempora-
a le: a l. annalibus. C. de lega. l. ſub condi. ff. de ſolu. Et probo vobis in ſimili in materia ſucceſsiua in l. j. §. j. ff. de ali. aſsignan. In veritate illud videtur verius. ¶ Opp. de l. ſtipul. iſta. §. ſi quis ita. ff. de verb. ob. Sol. Illa eſt regula: Fallit in feudis. ¶ Vltimò
13 not. elegans dictum Bal. † quòd duplex eſt ſucceſſio: quædam hæreditaria, quædam verò ratione ſanguinis & agnatorũ. Primo caſu ſucceditur pro portionibus hæreditariis. Secundo caſu ſucceditur pro virilibus. Exemplum in leg. vt iureiur. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. & quia Iac. & Bal. videntur contrarij circa materiam: c. j. ſ. an agna. vel filius repudia. hæreditatem. ¶ Et nota ibi, quòd caſus huius ca. in prin. non habet locum in regno Siciliæ, ſecundum And. Pone, duo fratres diuiſerunt feudum, & vnus deceſsit relicta vna filia, & alius alio filio: certè filius non excludet filiam illam à feudo. Ratio, quia in regno Siciliæ ſuccedunt indiſtinctè in feudo, & excludunt dominum in feudo, etiamſi nullum ſit pactum inueſtituræ. ¶ In veritate ego putarem contrarium, quòd ille filius imo excludit dictam filiam prædefuncti: quia natura feudi eſt, vt quanquam ſuccedant filiæ deficientibus maſculis, tamen maſculus poſtea ſuperueniens excludit fœminas. Caſus hic in c. noſtro, & maximè, quia in dubio debemus interpretari illam conſuetudinem regni, vt minus offendet, &c. c. cum dilectus. de conſue. lege ij. ff. de noxali. Sed natura feudi eſt, vt maſculus excludat fœminam: c. j. ſ. de ſucceſ. feu. &c.

a *Contra hãc opi. D. Lau. hîc tenet D. Frã. Cur. intra. feud. in iiij. char. iij. par. verſic. xxvij. quæro. quam dicit eſſe cõmunem, ſ. quòd fœmina ſemel admiſſa, cẽſeatur perpetuò admiſſa, nec excludatur per ſuperuenientiam maſculorũ. Dicit tamen D. Ia. in ver. & fœminis. in co. ſi. quòd in pũcto iuris alia opi. eſt verior, quamuis nõ ſit in iudicãdo recedendum ab iſta opiniõe quã tenet D. Cur.*

## De duobus fratribus à capitaneo inueſtitis. Titulus. XVIII.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt in tit. immediatè præcedéti, an fœmina ſuccedat in feu. propterea in hoc tit. de duobus fratribus à capit. inueſti. tractatur, an fœmina excludat fratrem à ſucceſsione feudi, &c.

### SVMMARIVM.

1 *Tenor inueſtituræ diligenter attendendus eſt: quia derogat omni iuri feudorum.*

2 *Fratres ſuccedunt ſecundum tenorem pacti, deficiētibus maſculis.*

3 *Vnuſquiſque deſcendentibus ſuis prouidere velle præſumitur.*

4 *Frater fratri ſuccedit in beneficio Imperiali.*

5 *Copula, &. quando ponitur diſtributiuè, reſoluitur in ſuas ſingularitates.*

6 *Vaſallus præter debitum à domino oneratus, implorat officium iudicis.*

a DVO FRATRES SCILICET.[a] ¶ Diuiditur in duas. In prima, thema de quo quæſtio. In ſecunda, deciſio alterius quæſtionis. Secūda ibi, reſpōſio. Tertia ibi, ſi tamē huiuſmodi. Hoc d. ¶Si duo fratres de nouo beneficio fuerint inueſti ti cum pacto ſpeciali, quòd ipſi & eorum maſculi hæredes, & his deficientibus fœminæ habeant feu dum, & vnus ex dictis fratribus deceſſerit relicta ſola filia, certè filia ſuccedit in feudo excluſo patruo ſuo, id eſt fratre patris. Si verò alter dictorum fra-

*a Aliqua not. in materia huius capituli vide per Ale. ſuo cōſi. cxix. in j. co. in v. vol.*

fratrũ deceſſerit ſine hærede maſculo, & fœmina: tunc ſuccedit frater in feudo propter tenorem inueſtituræ.Hoc dicit totus hic titulus. ¶No. ibi, à quodam capitaneo,ſiue à marchione, ſiue à quocunque alio propter paritatem rationis quam ſtatim videbimus in text.Facit l.illud. ff. ad l. Aquil.
1 ¶Not.ibi,tenore. †quòd tenor inueſtituræ ſemper eſt diligenter attendendus:quia derogat iuri
a feudorum. [a] Propterea volentes conſulere, inſpiciant primò tenorem inueſtituræ,quia aliquando alterat pactum naturam feudi:c,j.ſ. de feu. non habente propriam naturam feud.Et propterea memini aliàs conſuluiſſe in tali caſu:Nam quidam princeps inueſtierat duos fratres de feudo vnà cum deſcendentibus ſuis, ita vt deſcendentes ſui ſuccedant: contingit, quòd vnus ex dictis fratribus deceſsit relicta vna filia,& fratre ipſius prædefuncti: quærebatur, an filia excludat patruum? Ego conſului,quòd non:quoniam tenor eſt diligenter attendendus. Sed tenor inueſtituræ eſt ſimpliciter conceptus de deſcendentibus, imo intelligitur de maſculis,non de fœminis:cap.j.§.ſi clientulus. ſ. de aliena.feud.Ergo non intelligitur de fœmina,& ſic de filia.¶Et non obſtat hic textus: quia reſpondeo, hîc erat factum pactum expreſſum,quòd fœminæ ſuccedant:vt patet ibi, fœminæ.& in caſu noſtro non erat facta ſpecialis mentio de fœminis.Ergo filia non excludit patruum:
b & erat illud feudum antiquum ex tenore [b] inue-
2 ſtituræ.¶Not. ibi,†quòd fratres ſecundum tenorem pacti hic ſuccedunt in ſubſidium deficien-
3 tibus filijs maſculis.¶No.ibi, reſpondeo.† quòd filia ibi excludit patruum propter tenorem inueſtituræ. Ex quo vnuſquiſque fratrum prouidere voluit deſcendentibus ipſius.Facit lex, ſi pactum. ff. de probationibus. ¶Not.ibi, ſi tamen is qui. quòd in præmiſſo caſu ſi alter ex dictis fratribus deceſſerit ſine hærede maſculo, vel fœmina:

a *Vide Alex. cõ.xxiiij. in j.col.v. vol. Plura Barba.ſuo conſ. iiij.pe. col. j. vol. Et quis dicatur tenor, vide Fel. in cap. ij. in ij.col. de conſtitu.*

b *Tenor inueſtituræ debet potiſsimè attẽdi.D. Frã. Cur. in v. char. j.par. ver.vj.principaliter. in co.pe. illius ver. & ibi decidit quòd vnũ pactũ cõtra naturã feudi,tamen dicetur feudum improprium.*

na:certè feudum,quanquam ſit nouum,non applicatur domino, ſed fratri. ¶Sed contra iſtũ tex.op. de c.j.ã.de beneficio fratris.&,qualiter frater fratri

4 tri ſuccedit.Sol.Fatẽdum eſt, †ꝙ in beneficio frater fratri non ſuccedat,niſi tenor inueſtituræ ſit in contrarium.¶Sed ponamus caſum:duo fratres de nouo feudo fuerunt inueſtiti à Papa, vel Imperatore,ſine aliquo pacto: deinde alter ipſorum deceſsit ſine hærede:quæritur, an frater fratri ſuccedat in feudo, vel feudum perueniat ad dominum? Sol.Dicendum eſt ſecundum Bal. hîc, quòd frater fratri ſuccedat in feudo:quia ſpeciale in principe: l.j.C.ſi liber. Imperialis ſocius. ſecus autẽ in inferiore:ar. d.c.j.¶Et nota,quòd etiã poſt acquiſitũ ius ipſis fratribus,habet locum ius accreſcendi,cũ ſit ſpeciale in principe,vt dixi:licet regulariter cõtrá:vt habetis gloſſam ordinariã:l. ſi duo patroni. in prin.ff.de iureiu.Facit quod no.in l.ſi mihi & Titio.de verb.obligat.& in l. re coniuncti.de leg.iij. ¶Itẽ no.ſecundum Bal.quòd veriſimiliter quis in-

a telligitur etiam prouidere deſcendentibus ſuis,[a] etiamſi tempore diſpoſitionis non haberet filios, vel putaret ſe non ſuſcepturum.Tex.videatur in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. cum ſi. ¶Op. contra

5 iſtum tex.†quòd filia non debeat ſuccedere, quoniam pactum vtitur verbis copulatiuis, ibi:quamdiu ipſi.Ergo requiritur concurſus omnium:l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ff. de reb. dub. Sed hîc non eſt concurſus omnium:quia alter fratrum deceſſerat.Igitur,&c.Sol.ſecũdum Bal.Copula,&.quãdo ponitur diſtributiuè, reſoluitur in ſuas ſingularitates:ar.l.Lucius.§.Gayo. ff.ad Treb.& l.falſa.

6 §.fi.de condi.& de.¶Vltimò pone, †quòd dominus vltra debitum alterat vel grauat vaſallum ſuũ vel alios, vltra debitum fortè imponendo onera:queritur,quo remedio ſuccurratur vaſallo?Sol. Vaſallus contra dominum debet implorare officium iudicis qui iudex nõ permittit eum grauari:

&

*a Vide ad quid hoc dictum põderatur per Alex. conſ. xvij.j.co. in v.vo.& no. conſ. xxvj. in eo. in j. colum.*

& erit officium nobile, ſecundum Imol. in c. fi. de
a off. iudi. Tene menti contra dominos.[a]

## An remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierunt. Tit. XIX.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt in pleriſq; titulis de paribus curiæ: ſed quia aliter dubitatum fuit, an poſsint eſſe teſtes qui deſierunt eſſe pares curiæ: propterea ſubiicitur rubrica, an remoueri debeant teſtes qui deſi. ſecundum tab.

## SVMMARIVM.

1 *Qui pares curiæ & teſtes erant tẽpore inueſtituræ, idonei teſtes ſunt.*

2 *Qui ex cauſa non infamante deſierunt eſſe pares, teſtes idonei ſunt: aliàs, ſecus.*

3 *Pares effecti ex tempore inueſtituræ alienæ, idonei teſtes cenſentur.*

4 *Moniales feudum à laicis habere poſſunt, iiſq; fidelitatem iurare.*

5 *Modus arguendi in materia teſtium valet: Ille modo non eſt traditus.*

SI INTER DOMINVM. ¶Diuiditur in duas. In prima, decißio. In ſecunda, ratio decidẽdi. Secũda ibi, quòd enim peccauit. Hoc d. ¶Si contentio fuerit inter dominũ & vaſallum, qui tempore inueſtituræ erant pares curiæ, & deſierunt, poterunt eſſe teſtes, quamuis deſierint eſſe pares
1 curiæ. ¶No. ibi, †quamuis alij aliud ſentiant, tamen ſecundum auctorem huius operis, qui erãt pares curiæ et teſtes tẽpore inueſtituræ, ſunt idonei

*a Et an vaſalli poſſint offendere dominum eos intolerabiliter opprimentem, vide per Do. Fran. Curt. in trac. feu. in vj. part. in j. quæſt. vbi inter cætera refertur Beatũ Thomã tenuiſſe, quòd liceat, & ſit meritorium vaſallu eo caſu occidere dominũ.*

a Vide ad hoc infinita per Barba.conſ. vj.vlt.col.j. vol. Panor. in c.licet.co. iij. extra de proba.

teſtes [a] in iudicio, quamuis deſierint eſſe pares curiæ. ¶Sed contra iſtum text. opp. & imo videtur,
2 † quòd qui deſierint eſſe pares curiæ, non poſsint eſſe teſtes: quia pares curiæ ſunt conuaſalli, qui non priuantur feudo, niſi ex cauſa, & conſequenter non deſinunt eſſe pares, niſi ex cauſa: puta, quia proditor eſt effectus vaſallus, vel commiſit aliud crimen, ex quo infamia irrogatur: quæ infamia repellit à teſtimonio. l.iij.§.duæ cauſæ. ff.de Carbo. edict. ¶Ergo propter infamiam qui deſierunt eſſe pares curiæ? Reſpondeo: Aut deſierunt eſſe pares ex cauſa quæ irrogat infamiam: & tunc ſi eſt infamia, iure repelluntur à teſtimonio: ſi autem facti, diminuitur fides: vt no. plenè in l.cunctos populos. C.de ſumma tri.& in d.§.duę cauſæ. Aut pares curiæ deſierunt eſſe pares curiæ ex cauſa, quæ non infamat: puta, quia renunciarunt feudo: vel, quia non petierunt inueſtituram intra annum & diem: vt.j.quæ ſit prima cauſa benef.amit.c.j.circa prin. Et tunc ſunt teſtes excep.maiores. Et ita loquitur tex.noſter. Et ſic not.limitationē ad tex.noſtrū, vt ſcilicet loquatur, quādo pares deſierūt eſſe
3 pares ex cauſa quæ irrogat infamiam. ¶ † Quæro quid econtrá: nam textus noſter loquitur, quando tempore inueſtiturę erant pares, ſed deſierunt poſtea eſſe pares tempore teſtimonij ferendi: quid, ſi ſint effecti pares ex eo, an ſint teſtes idonei? Reſpōdit & concludit Andreas, quòd ſic: quemadmodum dicimus, quòd effectus liber deponere poteſt teſtationem eorum quæ vidit in ſeruitute: l.notionem.§.j.ff.de verb. ſign. quamuis in veritate mens tex.noſtri ſit in contrariū in rationē: ibi, quid enim peccauit. Aequius eſt dictum And. ne copia probationum anguſtetur. l.quoniam. C.de hęredi.inſtit.
4 ¶Vltimò quæſitum fuit, † an moniales poſsint habere feudum à laycis, ita vt iurent fidelitatem layco? Reſpondit, quòd ſic: per tex.in c.j.§.verum. de ſtatu regula.lib.vj. Et ibi poſt alios Do. de ſan.

Gemini

5 Gemini. ¶ †In glo.hoc idem.ad fi.not.modum arguendi in materia teſtium: videlicet, ille non eſt modus traditus à iure,& repellitur à teſtimonio:l. j.ff.de teſti. ¶ Et quædam hìc dicit Bald. in materia teſtium quæ omitto. Sed dicite vt latiùs per Do.l.ad teſtium. §.j.ff.de teſta.& in l.j.C.de teſta. & in l. cunctos populos.per Bal.C.de ſum.tri.& fi. catho.& no.per Bar.in l.iij.§.duæ cauſæ allegatæ.

## De controuerſia inter epiſcopum & vaſallum. Tit. XX.

¶ Cōtinuatur hoc modo:Suprà viſū eſt in pleriſq; titulis de controu.inter dom. & vaſal. verùm quia aliquando eſt contro.inter vaſal. & epiſcopum de iuriſdictione : propterea ſubiicitur rubrica de contro.inter vaſal.& epiſcopum,&c.

## SVMMARIVM.

1 *Pares curiæ regulariter ſunt iudices, ſi ſit controuerſia inter dominum & vaſallum.*

2 *Figuratio caſus huius capituli,duplex.*

3 *Intētionem actoris magis inſpicimus, quàm rei,quo ad fundandam iuriſdictionem.*

4 *Laici, iudices clericorum eſſe poſſunt in cauſa feudali.*

5 *Ineptitudo libelli quamuis ſit,tamen interdum priùs eſt de iuriſdictione cognoſcendum.*

6 *Paria ſunt, libellum eſſe ineptum, vel euidenter calumnioſum.*

7 *Intellectus diſcutitur eorum verborum : ad quorum ſpectat officium.* Et nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

8 *Vaſallus habens iura vtilia, præfertur domino directo.*

14 *Altero habente iura directa, altero iura iuriſdictionalia,coram quo agitanda ſit cauſa inter illius caſtri homines orta.*

EX EO QVOD SCRIPTVM. ¶ Diuiditur in quinque. In prima,thema ex quo quæſtio. In ſecunda relatio vaſalli. In tertia allegatio dñi. In quarta deciſio, qui dicantur iudices. In quinta,quod ſit eorum officium. Secunda ibi, opponitur. Tertia ibi, domino reſpondente. Quarta ibi, ſed laudandum ſcio. Quinta ibi, ad quos ſpectat officium. Et hęc vltima pars eſt difficilis in intellectu, vt examinabo. Hoc dicit: ¶ Si contentio fuerit inter vaſallum & epiſcopum de inueſtitura eius prædeceſſoris, pares curiæ cognoſcent. Et priùs fieri debet inueſtitura de recto & ſimplici feudo : quàm cauſa principalis determinetur.Hoc
1 dicit totus iſte titulus. ¶Not.ibi,ꝙ pares. † quòd regulariter ſi ſit controuerſia inter dominum & vaſallum,pares curiæ ſunt iudices. ¶Not.ibi, aut
2 qualibet. Alia ratio,† quòd text.noſter procedit, nedum in feudo annuæ præſtationis : ſed etiam al-
3 terius cuiuſq; rei. ¶†Not.ibi, inueſtituram recepiſſe, ab epiſcopo vel ab alio domino, & ſucceſſor epiſcopi negabat. Præterea vâſallus agebat contra ſucceſſorem, vt mitteretur in poſſeſsionem : c.j.§. de controuer.inueſti.quia hîc agens contra ſucceſſorem, probabat inueſtituram prædeceſſoris legitimè : puta,per breue teſtatum : ſed ſucceſ. nouellus epiſcopus dicebat contra agentem, eũm non eſſe vaſallum : quia inueſtitura illa non tenebat. Fortaſsis allegabat,quòd erat celebrata clám : c. j. in fin.§.ſi de inueſti. inter dominum & vaſal. lis oriatur. Vel fortè allegabat, quòd tale feudum erat extinctum morte epiſcopi : quia dicebat eſſe feudum de camera,vel feudũ ſoldatæ:vt vidiſtis in

c.fi.

c.fi.§.de feu.cog.& in c.j.quis dicatur dux vel marchio. Propterea dubitabatur, quis eſſet iudex competens de huiuſmodi cauſa, an ordinarius vel pares curiæ: & deciditur hic in text. quòd pares curiæ ſunt. Ibi probatur, ſed laudatum ſæpe ſcio. Bald. ponit caſum hunc hoc modo: Inueſtitus ab epiſcopo de feudo, petiit à ſucceſſore nouo epiſcopo, vt inueſtiatur: nouellus epiſcopus negabat eſſe eum vaſallum: T. hoc videns conuenit ſub ordinario: puta, archiepiſcopo, epiſcopum dominum ſuum, dicens ſe eſſe vaſallum inueſtitum à prædeceſſore: quare petit ſe mitti in poſſeſsionẽ: epiſcopus declinauit forum archiepiſcopi, dicens quòd habet pares in curia qui debẽt cognoſcere in cauſa, quãuis neget eum eſſe vaſallũ: vaſallus dicebat, quòd cùm nouellus epiſcopus neget eum eſſe vaſallum, impoſsibile eſt, quòd hic habeat pares curiæ, cùm ipſe neget vaſallum. Ponendo caſum hoc modo: ſecundum Bal. hic eſt caſus notabilis, quòd magis attenditur aſſertio actoris, quàm rei, ad fundãdam intentionem actoris, quàm ad fundandam replicationem rei. Hic eſt caſus, quòd actor replicando non poteſt eſſe contrarius libello ſuo. ¶ Sed contra hoc oppo. quòd imo magis inſpiciamus intentionem actoris, quàm rei, quo ad iuriſdic. fundandam: quia in princ. fauemus actori: l.ſi quis inten. de iudi.l.cùm quædam puella. ff. de iuriſ.om.iudi. Sol. Libellus & qualitas narratorum in libello concludit excep.nouelli epiſcopi conuenti: quoniam in libello agens, narrauit ſe eſſe vaſallum. Ergo pares curiæ debẽt cognoſcere: vt eſt caſus hic. ¶ Sed in veritate quamuis Bald. ponit caſum hoc modo, tamen ordo literæ ponit contrarium: quia proponitur aſſertio vaſalli, deinde replicatio domini: vt patet ibi, opponitur, & poſtea ſequitur, domino reſpondente. Item quia text. ſe fundat, quia ita ſit de natura feudi, vt quando ſit controuerſia de inueſtitura inter dñm & vaſallum, pares curię ſint iu-

dices: non autē fundat ſe tex. propter aſſertionem
4 actoris in libello. ¶ Opponitur & imo videtùr,† ꝙ pares curiæ layci nō poſſunt cognoſcere de cauſa inter epiſcopum & vaſallum: c. ſi diligenti. de fo. compe. Sol. Illud c. non habet locum in feudis: vt no. in c. cæterùm. de iudi. Ratio, quia pares curiæ ſunt reales iudices feudi propter contractum feudalem: arg. l. qui aliena. §. fi. ff. de neg. geſt. ſecundum Bal. hic: & facit quod no. glo. fi. §. de inueſt. in mar. facta. ¶ In gl. epiſcopo. ibi, vel alio. no. gl. quæ vult, ꝙ tex. noſter vendicet ſibi locum non ſolùm in epiſcopo, ſed etiā in alia quacūq; perſona. ¶ No
5 ta finem gl. ſecundū Bal. † ꝙ quamuis quandoq; ſit ineptitudo libelli, tamen priùs cognoſcendum eſt de iuriſdi. iudi. ¶ Sed in veritate gl. hoc non dicit: quinimo dicit, quòd licet iniuſtè agat vaſall⁹, ſubaudi, prima facie: tamen facienda eſt citatio. Et ſic non loquitur gl. noſtra de ineptitudine libelli, ſed de iniuſticia, niſi ſaluādo Bal. dixerimus, ꝙ loquitur, quando libellus expreſsim continet iniuſticiā:
6 † quòd paria ſint libellum eſſe ineptum, vel euidenter calumnioſum: l. cum maior. §. ſi patris. ff. de bo. lib. & no. Inno. in c. j. de off. Archi. & Bal. in repetitionib. l. edita. C. de eden. ¶ In gl. quæ incipit, hoc fortè. coniuncta gl. ſequēti, quę incipit, poteſt. circa iſtas gloſſas quæramus de intellectu text. ibi, ad
7 quorum ſpectat officium. † Nā primus intellectus eſt quorundam (quos refert hìc And.) qui aiunt, ꝙ ibi c. vſq;. ad fi. ſit irrationabile, & non valet. Ratio eſt, quia iſte tex. conſtituit differentiam inter vaſallum habentem aliud feudum de quo non eſt controuerſia, & vaſallum non habentem aliud feudum, niſi de quo ſit controuerſia, cùm non ſit ratio diuerſitatis: argumentum, leg. illud. ff. ad legem
8 Aquiliam. cum vulgaribus. ¶ † Sed ego improbo hánc rationem quorundam, quoniam dicit hìc gloſſ. Ratio diuerſitatis, eſt quia ratione adiuncti aliquid admittitur, quod aliàs non admitteretur.

Secun

Secundò improbant ipſi,quoniam iuramentum fidelitatis eſt in fauore domini. Ergo non debet deferri,niſi dominus velit:quia reſpondeo,quòd defertur iuramentum,quando non cõſtabat,an valeret inueſtitura,necne. Propterea ſi vaſallus nõ habuerit aliud feudum,de quo non eſt controuerſia: ſed ſolùm feudum,de quo ſit controuerſia,differẽda eſt fidelitas à vaſallo: quia vaſallus non tenetur iurare, donec cauſa principalis ſit ſopita: vt latiùs infrà declarabo.Et ſic tex.noſter non continet irrationabile. Ergo hic intellectus quorundã nõ eſt ve-
9 rus. ¶†Secundò fuit intellectus Iac.quòd hic tex. noſter dum loquitur,quòd per ſententiam parium debeat vaſallus inueſtiri, intelligitur de feudo de quo non erat controuerſia inter dominum & vaſallum: ſed ſi vaſallus petat inueſtiri de feudo de quo ſit controuerſia,an valeat inueſtitura?Certè nõ eſt facienda inueſtitura, donec cauſa principalis fuerit ſopita, id eſt donec apparuerit per ſententiã parium, an ſit vaſallus,an non. ¶Sed hic intellectus videtur contra textum noſtrum ad literam,qui videtur conſtituere differentiam, an vaſallus habeat aliud feudum, de quo non ſit cõtrouerſia, vel non habeat aliud feudum. Nam ſi non habuerit aliud feudum,tunc loquitur verſi. ad quorum ſpectat officium.ſi verò habuerit aliud feudum, tunc loqui-
10 tur verſic.ſi cõſtiterit.¶†Fuit alius & tertius intellectus Bal. quòd hic vaſallus agebat contra dominum ad duas inueſtituras,quarum alteram confitebatur dominus, aliam verò negabat:certè per ſententiam parium cogetur dominus facere inueſtituram de feudo, de quo non eſt controuerſia, quia confitetur dominus: ſed de alia inueſtitura negata non fiet inueſtitura,donec cauſa principalis fuerit ſopita, id eſt donec ſententiatum fuerit à paribus, an ſit vaſallus necne. ¶Iſte intellectus Bal.dicitur indubitabilis. Nam cui dubium,quòd dominus tenetur facere inueſtituram de feudo, de quo nõ eſt

cõtrouerſia?c.ij.quid ſit inueſtitura.Ergo iſte intellectus non eſt bonus:arg.l. quod Labeo.ff.de Carbon.edict.Per textum videtur conſentire differentiam,an habeat aliud feudum, vel non: vt ſtatim dixi contra intellectum Iaco.de Bel. ¶†Quartò fuit
31 intellectus aliorum,quòd vaſallus ideo eſt inueſtiẽdus,priùs quàm cauſa principalis dirimatur: quia dominus ſpoliauerat eum poſſeſsione, cùm nollet præſtare annuam præſtationem: argu.c.querelam, de election. ¶Sed iſte intellectus non eſt de mente tex.noſtri, quia hîc nõ apparet de aliqua ſpoliatione. ¶†Alij ponunt caſum hoc modo: quòd ad
32 officium parium ſpectat cogere dominum, vt inueſtiat vaſallum, id eſt mittat in poſſeſsionem feudi, de quo ſit controuerſia: poſtquam vaſallus coram paribus curiæ docebat per breue teſtatum, vel aliã legitimam probationem ſe inueſtitum à prædeceſſore eius:c.j.§.j.ſ.de contro.inue. Sed ei defertur iuramentũ fidelitatis,id cogetur vaſallus pręſtare: aliàs non inueſtiretur vaſallus: c.j.in fi.ſ.per quos fiat inueſtit.& c.j.quid præcedere debeat,fidel. an inueſt.Nam ſi pares curiæ pronuncient ſuper inueſtitura principali inueſtituram valuiſſe, tunc præſtabit ſacramentum:ſi autem pronuncient inueſtituram non valuiſſe,non iurabit, qui dicebat ſe vaſallũ. ¶Hic eſt modò intellectus ſecũdũ And.huius tex.ibi, ad quorũ ſpectat officium. vſq; ad ver. ſi conſtiterit.quòd ſi vaſallus habuerit feudũ aliud de quo non ſit controuerſia, tunc dominus cogitur per pares curiæ inueſtire vaſallum,de quo non eſt controuerſia,& vaſallus præſtabit iuramentum domino. Sed hic intellectus eſt contra iſtum textum, Nam in tex.noſtro non proponitur, quòd ſit in poteſtate domini vaſallum iurare: quinimo tex. noſter vult iuramentum differri,donec cauſa principalis decidatur:vt apparet in tex.ibi, ſed fidelitatis iuſiurãdum deferatur. ¶† Quare putarẽ alium
33 intellectum in hoc verſic. ad quorum ſpectat officium

cium. Nam aut vaſallus contendens de inueſtitura cõtra dominum, nullum aliud habebat feudum, niſi de quo eſt controuerſia, tunc per ſententiam parium curiæ dominus cogitur inueſtire, id eſt mittere in poſſeſsionem vaſallum, & iuramentum fidelitatis differtur, donec cauſa principalis ſopiatur à paribus curiæ. Nam ſi pares curiæ declarauerint agentem eſſe vaſallum, præſtabit iuramentum domino: aliàs, ſi declarauerint eum non eſſe vaſallum, non præſtabit iuramentum domino. Si verò vaſallus aliud feudum habeat ſine cõtrouerſia, per pares curiæ cogetur dominus nedum inueſtire vaſallum de feudo, de quo non ſit controuerſia, ſed etiam de feudo de quo ſit controuerſia, & vaſallus præſtabit iuramentum de vtroque feudo: deinde principalis cauſa dirimetur: quia ſi pares curiæ declarauerint agentem non eſſe vaſallum, non tenebit iuramentũ, neque inueſtitura de feudo, de quo erat controuerſia: aliàs ſecus. Iſte videtur intellectus clarus in litera noſtra de mente etiam glo. noſtræ hìc, & Odoffredi in ſumma tit. qui poſsint de feudo cognoſcere, licet contrarium ſentiat Ia. Andre. & Bald. vt dixi ſuprà. ¶ In gloſſ. ſed nunquid. ad finem. ſoluite contrarium: cap. j. §. quis dicatur dux. quòd ibi feudum non tranſibat ad hæredes, neque ſucceſſores actiuè, neque paſsiuè: quinimo morte alterius finiebatur feudum, ſed hìc erat feudum tranſitorium ad ſucceſsionem vel ex natura ſui, vel ex pacto. ¶ Extra gloſſ. quæro de tali quæ-
14 ſtione in qua vidi dubitari: † Rex vel dux inueſtiuit me de caſtro cum omni iuriſdictione: cauſa prima inter homines illius caſtri agitatur coram rege vel duce: ego autẽ vaſallus illius caſtri volo, quòd agitetur coram me, quia habeo vtilia iura iuriſdictionalia: Rex vel dux vult, quòd agitetur corã eo, quoniã habet directa iura, quia dominus: quęritur, quid iuris? Reſpõdeo, quòd ego vaſallus qui habeo vtilia iura, debeo præferri: argumen. l. cum emp. ff.

de pact.& l.j.& ij.ff.ſi ager vectig.& l.j.§.quod ait. ff.de ſuperficiebus.& not.Bal.in l.j.ff.de rerum diuiſione. quæſt.xliij.

## De milite vaſallo qui arma bellica depoſuit. Tit. XXI.

¶ Continuatur hoc modo: Suprà in aliquibus titulis viſum eſt, quibus modis feudum amittatur: reſtat videre alium modum perdēdi feudum. Propterea ſubiicitur Rubrica de vaſallo milite qui arma bellica depoſuit, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Miles qui arma bellica deponit, mūdo renuncians, amittit feudum.*

2 *Miles habens liberos quantumuis arma deponat, ad eoſdem feudum tranſmittet.*

3 *Miles non armorum depoſitione feudum amittit, ſed renunciatione.*

4 *Militi qui ſeculo renunciauit, dominus atque agnati præferuntur.*

5 *Beneficium non debet pertinere ad eum, qui nō debet gerere officium.*

6 *Clericatu feudum amittitur.*

7 *Miles, habitus monachalis dimiſſione feudum amiſſum non recuperat.*

8 *Militi religionem ingreſſo, liberi ſuccedunt.*

9 *Triplex intellectus huius capituli examinatur.*

10 *Miles armatæ militiæ effectus miles gaudens, poteſt ſeruire per ſubſtitutum.*

11 *Filius vaſalli clericus, mortuo patre ſtatim vxorem acci-*

*accipiendo, feudum retinet.*
12 *Pactum de non amittendo feudo per culpam, non valet.*
13 *Beneficium l.ij.C.de reſcinden.vend. non habet locum in feudo.*

MILES QVI BENEFICIVM. ¶Diuiditur in duas. In prima, deciſio quæſtionis. In ſecunda ratio decidendi. Secunda ibi, nec partium beneficium.
1 Hoc dicit: ¶ † Miles ſeculi qui deponit arma bellica,ingreſſúſque religionem renunciauit mundo,amittit feudũ.Hoc dicit.¶No-
2 ta ibi,ſine liberis.à contrario ſenſu, †quòd ſi vaſallus miles qui deponit arma, habeat liberos, feudum tranſibit ad eoſdem. ¶No.ibi,ſeculo renun-
3 ciauit. † quòd licet arma bellica miles depoſuerit, non tamen perdit feudum,niſi renũciauerit. ¶No ta ibi, miles Chriſti. quòd ingrediens religionem efficitur miles Chriſti. Ergo religioſi militant. Et de multiplici militia vide in l.j.ff. de bon.poſſeſ.ex
4 teſt.mil.¶Not.ibi,dominum vel agnatum.†quòd dominus vel agnatus eſt proximior, quàm ſit miles qui renunciauit ſeculo.¶Not.ibi,nec pertinet
5 beneficium. † quòd beneficium non debet pertinere ad eum qui non debet gerere officium. Facit quod not.in l.ſub prætextu. C.de ſacroſanct.eccl. ¶In gloſſ.ibi,idem vel aliter imperfectus. no.glo. quæ extendit text. noſtrum ad ſimplicem clerica-
6 tum. † Nam miles qui eſt factus ſimplex clericus, perdit feudum.¶Quam gloſſ.intelligo veram, niſi ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum:argumen.l.ad ſimilitudinem.de epiſcop.& cler. & clariùs dixi in
7 c.j.§.qui feu.dare poſſunt. ¶Ad finem not.†quòd ſi miles ſuſceperit habitum religionis, & deinde poſtea dimiſerit habitum, certè feudum iam amiſ-

ſum

ſum per ingreſſum religionis non recuperabit, ſecundum gloſſam hic. ¶In gloſſ. quæ incipit, intel-
8 ligo. ad fi. not. † quòd ſi miles qui eſt ingreſſus religionem, habeat filios: certè filij ſuccedunt in feudum. ¶Extra gloſſ. examinemus intellectus huius
9 capituli: † Quidã fuit intellectus, quòd miles fuit inueſtitus hoc pacto, vt feudum remaneret penes eum quouſque haberet liberos. Ingreſſus religionem non poteſt amplius liberos iuſtos habere. Ergo amittit feudũ. ¶Hic intellectus quamuis ſit in ſe verus, tamen non eſt de mente neque de verbis text. noſtri, qui text. fundat amiſsionem feudi propter religionis ingreſſum: non autem quòd haberet liberos: vt patet ibi, miles ſeculi, qui factus eſt Chriſti miles. Et patet in ratione text. ibi, nec partium beneficium, &c. Secundò non placet, quia eſt indubitabilis contra l. quod Labeo. ff. de Carbon. edict. Nam cui dubium, pactum inſertum in feudo eſſe ſeruandum? cap. j. s. de duob. fratrib. à cap. inueſt. Facit l. j. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. ¶Secundus intellectus eſt, quòd text. noſter procedat indiſtinctè: videlicet, quòd vbicunque vaſallus ingreditur religionem, perdit feudũm qualecunque ſit. ¶Sed hic intellectus non placet, quoniã monaſterium habetur loco filij: §. ſed hoc prȩſente. in auth. de epiſc. & not. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccl. Ergo quemadmodum in feudo ſuccedit filius: c. j. §. cùm verò Conradus. s. qui feud. da. poſ. ita & monaſteriũ. ¶Quare fuit alius intellectus, quòd hic erat feudũ militiæ, quod quidem non tranſit ad monaſterium. [a] Secus, ſi eſſet tale feudum propter quòd monaſterium poſſet idoneè ſeruire, ſecundum Bal. hic. ¶Ego autem putarem, ꝙ tex. noſter debet intelligi in quocunq; feudo, vt vaſallus ingreſſus religionem amittat feudũ, niſi monaſterium ſit paratum ſeruire per ſubſtitutum, ſiue ſit feudum militiæ, ſiue qualitercunq;: ar. not. per Hoſt. & Io. And. in c. in præſentia. de prob.

*a Vide de hoc per Alex. latè in conſil. x. in v. vol. Corſ. in c. in præſentia. in verb. qui vſumfructũ. de prob.*

¶Fallit

¶Fallit, ſi fuit electa induſtria perſonæ vaſalli: quia tunc non tranſit ad monaſterium, cùm non poſsit ſeruire per ſubſtitutum:leg.j.§.nec autem. C.de cadu.tol.l.inter artifices. ff.de ſolu.Et ſic ſu-
10 mus expediti de lecturis huius c. ¶†Quæro, an ſi miles armatæ militiæ ſit effectus miles gaudens,vt ſunt milites Tuſsiæ, an amittat feudum? Reſpondit Bal.quòd poteſt ſeruire per ſubſtitutum:l.nullus.C.de decu.lib.x.Sed melior ratio eſt,quia ceſſat ratio tex.noſtri in ſi. Nam dicit tex. nec pertinet beneficium ad eum qui non debet gerere officium.Sed hic miles debet, & poteſt gerere officiũ militare,ſi velit.Ergo ceſſat ratio tex.Ergo ceſſante ratione, ceſſat lex:leg. adigere. §. quamuis. ff.
11 de iur.patro. ¶†Quæro, filius vaſalli eſt effectus clericus, deinde mortuo vaſallo patre ſuo ſtatim immediatè laycatur accipiendo vxorem:quęritur, an amittat feudum? Reſpondit And. quòd non: quia non amittitur, quod nunquam habitum fuit: leg.denique.& l. nec vltimæ. ff.ex qui.cau.ma. Et adducit ſimile:quia filius vaſalli non amittit feudum antequam ſit vaſallus, licet committat feloniam contra dominum:l.ſi.ff.de bo.lib.leg. ſi. de ſuſpec.tut. ¶Et no. ſecundum And. & Bal.quòd habilis ad ſuccedendum in feudo, licet ſit inhabilis ad ſeruiendum, perſonaliter poteſt & debet ſeruire per ſubſtitutum domino ſuo. Et ita intelligitur c.j.de clerico qui inueſtitu. fecit.Facit l.ad
12 ſimilitudinẽ.C.de epiſcop.& cle.¶†Quæro,conuentum eſt inter dominum & vaſallum, quòd vaſallus non amittat feudum, quamuis committat culpam vel dolum contra dominum:quęritur, an valet tale pactum?Dic,ꝙ non:quia tale pactũ inuitaret vaſallum ad delinquendũ:l.conuenire. ff. de pac.dota.& fuit not.Bal.in cap.ſi cautio.de fide in-
13 ſtrumentorũ.¶†Vltimò ſciendum eſt,ꝙ beneficiũ l.ij.C.de reſcin.vendi.non habet locum in feudo, ſecundum Bal. in d.leg.ij.

De

# De milite vaſallo qui contumax eſt. Titulus XXII.

¶Continuatur hæc rubrica hoc ordine: Quia plerumque in cauſis feudalibus vaſallus eſt contumax, & neſcitur, qualiter ſit procedendũ: propterea ſubiicitur rubrica de milite vaſallo qui eſt contumax.

## SVMMARIVM.

1 *Curia, accipitur pro paribus curiæ.*

2 *Qualiter procedatur contra vaſallum contumacẽ.*

3 *Contumacia non inducit amiſsionem proprietatis, niſi anno elapſo.*

4 *Contumacia vaſalli intra annum purgatur, & amiſſa poſſeſsio recuperatur.*

5 *Contumacia domini licita deprædatione coerceri poteſt.*

6 *Terminus à lege ſtatutus, in dubio ſeruandus eſt.*

7 *Citationis materia, remiſsiuè.*

8 *Curator litis, quibus caſibus officio iudicis dari poſſit, remiſsiuè.*

9 *Vaſallus dominum in ius vocare poteſt, non implorata venia.*

10 *Vaſallus, domino in reſtitutione contumace, vel maiorem principem adire, vel cauſam coram paribus agere poteſt.*

11 *Deprædatio domini non ſaltem banniti, ſed & ſimpliciter contumacis, vaſallo permiſſa eſt.*

12 *Contumacia domini elapſo anno, proprietatis amiſſione punitur.*

13 *Conuentiones factæ, vel in teſtamento, vel in inueſtitura, ſeruari debent.*

Inueſti-

14 *Inueſtitura vetus per tres liberos homines probatur:ſecus verò, noua.*
15 *Confeßio pro parte acceptari nequit.*
16 *Confeßio inueſtituræ feudalis,intelligitur de noua.*
17 *Deprædata propter contumaciam domini, vaſallus reſtituere non tenetur.*
18 *Proceſſus contra dominum contumacem,qualiter inſtituendus.*

DOMINVS VOCAT MILITEM. ¶Diuiditur in duas. In prima ponit magiſter feudorũ, qualiter ad inſtantiam domini procedatur in cauſa contra vaſallũ contumacẽ.In ſecũda, qualiter procedatur contra dominum, qui vaſallum feudi poſſeſsione priuauit.Secunda ibi, ſi verò va-
1 ſallus. Hoc d. ¶†Si dominus conqueratur de vaſallo,quia commiſit culpam, ex qua dicit feudum amittendum: citabitur vaſallus à curia, vij.vel x. dierum ſpacio pro termino quolibet: & ſi fuerit contumax,dominus mittetur in poſ.feudi: quam poſſeſsionem intra annum veniens vaſallus ad reſpondendũ,recuperare poterit,& poſt annum vaſallus non auditur de poſſeſsione neq; de proprietate,& conſequẽter amittit.Hoc dicit prima pars. Si verò vaſallus conqueratur de dño,quia eũ ſpoliauit de feudo:vaſallus adibit curiam, quę coget cum reuerentia dominum,vt reſtituat poſſeſsionẽ vaſallo:& ſi dominus contumax fuerit,vaſallus adibit maiorem iudicẽ,vt ei faciat iuſticiam cõtra dominum:& ſi dñs contumax fuerit, vaſallus poterit eum dñm deprędari. Hoc dicit totus iſte titulus. ¶No.ibi,reſpõdeo curiã.quia hic curia ſuſcipitur pro paribus curiæ:vt vidiſtis etiam text.in c. j. de
2 inueſti.in mari.facta.¶†No.ibi, & ſi non venerit. qualiter procedaĩ cõtra vaſ.cõtumacẽ;videlicet,ꝙ

tribus

tribus vicibus citatur ſpacio vij.vel x. dierũ arbi-
trio iudicis:qui vaſallus ter citatus ſi non venerit,
tunc pares curiæ debent mittere dominum in poſ-
a ſeſsionem [a] rei feudalis, de qua eſt controuerſia.
3 ¶†No.in hoc ipſo feudũ amittat, debet exponi ſe
cundũ Ia.& Bal.hîc, id eſt poſ.rei feudalis amittat.
Nam illa contumacia nõ inducit amiſsionem pro-
prietatis,id eſt dominij,niſi elapſo anno à die miſ-
ſionis in poſ.ſecundum Bal. hic. ¶Not. ibi, ſed ſi
4 intra annũ. †Poſtquam dominus eſt miſſus in poſ-
ſeſsionem, poteſt vaſallus purgare contumaciam
ſuam intra an.veniendo ad reſpondendum : & re-
cuperabit poſſeſsionem vaſallus. Si verò vaſallus
non venerit intra annum à die miſsionis in poſſeſ-
ſionem,certè amittet vaſallus proprietatem feudi
irrecuperabiliter. ¶Not. ibi,in ver. ſi verò vaſ.cy
ſi dominus fuerit contumax, vaſallus debet adire
curiam:quæ quidem curia cum reuerentia coget
dominum ad reſtituendum poſ. vaſallo, vel iudi-
5 cio curiæ ſe committat dominus. ¶†No.ibi,quòd
ſi ter admonitus à paribus curię, fuerit contumax,
licitum erit vaſallo ire ad ſuperiorem : & ſi domi-
nus noluerit parere, & fuerit contumax, certè li-
citum eſt vaſallo deprædari dominum ſuum. ¶Et
ſic hîc not. etiam caſum, quòd vbicunque pro-
pter potentiam aduerſarij iudex non poteſt ad-
miniſtrare iuſticiam,certè debet adiri princeps vel
ſuperior, ſecundum Iac.hîc. ¶In glo. ſed hodie.
6 ibi,quotidie vſitatur.no.gl.quę vult, †quòd quã-
quam tex.ponat ſpacium vij. vel x. dierum in ter-
mino ſtatuendo, tamen conſuetudo ſeruat vt ar-
bitrio iudicis detur dilatio. In dubio ſeruate for-
mam c. noſtri. Nam noſcis,quòd dies detur pro
7 ſingulis xx.miliaribus:l.j. C.ſi quis cautio. ¶†Ad
ſi.glo.dicite: de hoc videbimus in glo. magna ad
ſi.dicite quòd hæc glo.eſt magiſtra valde in mate-
ria citationis,& ſi deberemus examinare materiam
huius gloſſæ, eſſet neceſſe legere ſaltem per heb-
domadã

*a Vide D. Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus.in xj. col. ver. ſed videamus nunc. Et quid ſi prima vice dixerit ſe nolle comparere, an debeat iterũ citari? Ibi vide, & per eundem in verbo, dictique vaſſalli promiſerũt non cõmittere. in xij.col. ver. xxj. cauſa.*

domadam:verùm quia iſta materia nõ eſt feudalis, omittam.Sed de materia huius gl.traditur in l.con ſentaneũ.cum ſua auth. quæ ſemel.C.quomodo & quando iudex.& l.properandum. C.de iudi. in l.ſi finita.§.Iulian.ff.de dam.infec.in l.cũ proponas.C. de bo.auctorit.iudi.poſſ.in l.j. C.de dila.in l.ij. ff.ſi quis in ius vo. non ie.& in c. quoniam frequenter.
8 vt lit.non conte.& in l.ij.C.vbi in rẽ actio.¶†No. tamẽ, quòd Bal. ponit hic,in quibus caſibus iudex
a ex officio poteſt dare curatorem [a] liti. ¶In gloſſ.
9 ecce,quod liberto.ad fi.ſignate gl. †quòd vaſallus poteſt vocare in ius dominum ſuum, etiam non im plorata venia: debet tamen vaſallus vti contra dominum ſuum verbis honeſtis, & loqui cum magna reuerentia cũ domino etiam in iudicio. ¶Ex qua gl.infert Bald. quòd ſubditus poteſt vocare in ius principem vel fiſcum non implorata venia. Sed hæc illatio Bald. non eſt vera:de quo habetis gloſſam quam no. ibi Baldus in l. bene à Zenone.C.de quadri.præſcrip.quòd ſubditus non poteſt vocare
b in ius principem vel fiſcum ſine venia. [b] Nec obſt. hæc gl.quia nõ loquitur de principe vel fiſco. ¶In gl.ſed cur.no.glo.quæ declarat text. Namq; dicit,
10 †quòd ſi ad præceptum parium curiæ dominus no luerit reſtituere poſſeſsionem vaſallo, poterit ipſe vaſallus adire alium principem maiorem: tamen in poteſtate ipſius vaſalli eſt,an velit agere cauſam co ram paribus,vel adire principẽ: quia quod fauore: l.quod fauore.C.de legib. Sed hic tex.in fauorẽ vaſalli concedit, vt relicta curia parium, poſsit adire ſuperiorem. Ergo huic fauori poterit renunciare vaſallus, & proſequi cauſam in curia parium: arg. l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac. ¶Et no.vt intelligamus tex.ibi, vel iudici curiæ ſe committat. quòd hic text. loquitur de vrbanitate. Nam pares curiæ ſunt iudices in cauſa feudali inter dominum & vaſallum:c.j.ſ.de inueſt.in mari.facta.cum ſimil. Ergo non eſt neceſſe,quòd dominus ſe committat

a *De quo latè per Alex. ſuo conſ. cxxij. j.vo.vbi allegat Bald. hic.*

b *Vide Do.Ia. in ver.dicti que vaſalli promiſerũt non committere.col.xiij. verſicul.xx. cauſa.*

curiæ,& ſic paribus : cùm iam pares ſint iudices,& contra dominum etiam inuitum poſsint reddere ius:l.inter ſtipulantem.§.ſi quis Stichum.ff.de ver. oblig.& ſi dominus noluerit ſe committere, pares procedent contra dominum ad iuſticiam vaſalli.
11 Et prædicta ſunt de mente And. ¶†In glo.intellige.ibi,extat.no.etiam gloſ.quæ intelligit text.noſtrum, quòd ita demum vaſallus poterit deprædari dominum,dummodo dominus ſit bannitus propter contumaciam : aliàs ſi vaſallus deprædaretur dominum non bannitum, quanquam dominus ſit contumax:vaſallus incideret in pœnam : l.extat.ff. quod metus cauſa.& cum hac gl.trãſit And. ¶Sed Iac.de Bel.& Bal. rectiùs ſentiunt tenendo contra gl.Nam gl.ſentit,quòd pares curiæ poſsint bannire dominum : ſed hoc eſt falſum,cùm non habeant imperium banni:vt no.in l.nulli.C.de ſen.& interlo.om.iudi.¶Sed vltra Bal.moueor ſtrictiùs cõtra gl.per tex.ibi,& ſi dominus iuſticiam,&c.vbi text. ſe fundat propter contumaciam domini : nihil autem dicit de banno. ¶Nec ob.l.extat. qua mouetur gl.noſtra : quia reſpõdeo,quòd auctoritate legis ſiue conſuetudinis, de qua hic in text. vaſallus deprædatur dominum:propterea nõ meretur pœnam:l.Gracchus. C.ad l.Iul.de adul. & conſequenter non incidit in pœnam dictæ l.extat. ¶Ad fin.
12 gl.Hæc gl.eſt ſignabilis:quæ vult,†quòd quemadmodum vaſallus propter contumaciam elapſo anno perdit feudum, ita dominus propter contumaciam perdit proprietatẽ.Tene menti gl.iſtam,quia à pari iudicantur vaſallus & dominus : c.j. qualiter do.proprie.feu.priue.¶In gl.quæ incipit,quidam.
13 ibi,ſupradicto tit.not.†quòd aliqui libri habent aliqua capitula hic, vſq; ad ti.in quibus cauſis feud. amit.quæ cap.vacant tanquam ſuperflua. ¶In ead. gl.ibi, qui cũ tutorib.no.gl. quæ vult in c.hic poſito,quod incipit,ſi duo fratres.ꝙ ponitur vna clauſula quæ non reperitur alibi,nec eſt ſuperflua.Quę
clau

clauſula ſtat hoc modo : in his omnib. enim primò vidẽdum puto , quid actum ſit inter contrahentes. Teſtantia,vel inueſtitura,vel conuentio enim quæ ſit ante tres liberos,omnes ſeruari debent,niſi iuri vel naturæ contraria ſit : quam clauſulam exponit gl.dicens : Videndum, quid ſit actum in teſtamento. Nam ſi inueſtitura, vel teſtantia,vel conuentio facta fuerit ante tres liberos, omnes ſeruari debẽt.
14 ¶†In ea.gl.ibi,habeatur diſtinctio.no.gl.quæ vult diſtinguere tex. Nam aut loquitur de noua,aut de veteri inueſtitura. Si de veteri loquitur,hæc clauſula,vt ante tres liberos,&c. Si autem de noua inueſtitura,& tunc non ſufficiunt ad probandum nõuam inueſtituram tres liberi : quinimo requiritur, quòd ſint pares curiæ,vel quòd probetur per breue teſtatum: c.j.de contro.inueſtit.& c.j.§.quid ſit
15 inueſtitura. ¶†In ea.ibi,diſputatorio Pylei.no.gl. quæ format quæſitum tale : pone,vaſallus confitetur feudum eſſe conditionatum.Nam feudum conditionatum eſt, quod datur ad certum ſeruitium: vt no.gl.ĩ.c.j.ĩ. de capi. qui curiam vendi. dominus autem dicit, quòd feudum eſt purum, non conditionatum : quæritur, an dominus poſsit acceptare confeſsionẽ vaſalli pro parte:ſcilicet,quòd ſit conditionatum? Reſpondeo, quòd non : quia eſt vnicum capitulum : ar.l.j.§.etiam. ff.de mino.& quod plenè no.Bar.in l.Aurelius.§.item quęſiit.ff.de lib. lega. Nam dominus aut in totum debet acceptare confeſsionem vaſalli, aut in totum negare : ſecundum Andr.hìc. ¶Ad fi.gl.no.gl.quæ vult,ꝙ ca.ij.
16 ſequens ſit ſuperfluum. ¶†Quæro,ſi dominus vel vaſallus confiteatur inueſtituram feudalem,an hęc confeſsio probet inueſtituram nouam? Reſpondet Andr.ꝙ ſic:arg.l.generaliter.C.de non nu.pe. Sed grande eſt ar.contrà in c.j. ĩ.quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram:ſed ibi dabitur reſponſum,quia veriſsimum eſt dictum And.
17 ¶†Item quæro, pone vaſallus deprædatus eſt do-

minum propter contumaciam, reſtituit poſſeſsionem vaſallo: quæritur, an vaſallus deprædata teneatur reddere? Reſpondet Bal. quòd non: quia ſunt capta à vaſallo bello licito: ar. no. c. ſicut. de iureiu. Sed ar. eſt contra Bal. magnū: c. ex literis. de cōſti. Cogita. ¶ Vltimò no. ordinem procedendi contra
38 dominum: † quia primò vaſallus debet adire pares curiæ qui præcipient domino, vt reſtituat poſſeſſionem vaſallo, & exequentur ſententiam contra dominum, ſi vaſallus voluerit: ſi verò vaſallus maluerit adire maiorem poteſtatem, tunc maior poteſtas coget dominū reſtituere poſſeſsionē vaſallo: quam ſi noluerit reſtituere, perdet poſſeſsionem: vt vidiſtis in gl. Vel vaſallus poterit deprędari dominum. Nam dicit And. ꝙ in Cathalonia & Hiſpania vaſalli qui nō conſequuntur ius ſuum, inducant bellum contra dominos ſuos.

Ex prædictis ſumus expediti de libro ſecundo huius operis.

# AVREA AC PERVTILIS LECTVRA CLARIſſIMI ac iuris interpretis cōſummatiſsimi, D. MARTINI de CARATIS LAVDEN. in lucroſiſsimo, & præ cæteris practicabili opere FEVDORVM, Vnà cum dictis Modern. PAPIEN. & THAVRIN. congruis locis breuiter inſertis, per modum repertorij, ac aliis additionibus, ad vtilitatem ſtudentium.

## LIBER TERTIVS.

### In quibus cauſis feudum amittatur. Titulus I.

¶ Hic incipit tertius & vltimus liber Feudorum: quoniam hic libellus feudorum in tres libros diuiditur, vt dixi in procemio.

### SVMMARIVM.

1 *Studioſo addiſcendi præceptor ſatisfacere debet, maximè quærenti.*

2 *Cauſæ omnes, regula & certa definitione comprehendi non poſſunt.*

3 *Cauſæ feudi amittendi in vſibus feudorum exprimuntur, non tamen certò definiuntur.*

4 *Ingratitudo quælibet non eſt ſufficiens ad feudi amiſsionem, ſed notabilis requiritur.*

5 *Humilitate vaſalli, quid intelligatur.*

6 *Definitio feudi, remiſſiuè.*
7 *Feudum quomodo det gaudium capienti.*
8 *Feudum ab initio ſpontaneum, ex poſtfacto neceſſarium eſt.*
9 *Auctoritates philoſophorum allegari poſſunt in iure.*
10 *Dominium directum remanet penes dominum, vtile penes vaſallum.*
11 *Feudi natura eſt, quòd tranſeat ad hæredes maſculos.*
12 *Feudum, vel ad ſeruitia certa, vel incerta conceditur.*
13 *In dubio feudum videtur concedi ad ſeruitium incertum.*
14 *Seruitium moderatum ſolùm à vaſallo requiri poteſt.*
15 *Feudum ſine ſeruitio conceſſum, valet.*
16 *Natura feudi, quatenus pactum non eſt, alterari non cenſetur.*
17 *Verba, mentem concedentis demonſtrant.*
18 *Res ſua nemini ſeruit.*

OBERTVS DE ORTO, ANSELMO.

¶ Diuiditur in tres. In prima Obertus de Orto requiſitus à filiô vt cauſas amittendi feudũ exponeret: reſpondet eidem, quòd cauſæ amittendi feudum facilè non poſſunt poni ſub certa regula. In ſecunda parte ponit, qualiter ſe debeat habere vaſallus erga dominum

minum. In tertia & vltima ponit definitionem feudi. Secũda ibi, quomodo enim vaſallus. Tertia ibi, beneficium nihil, &c. Et hæc diuiſio habetur loco ſummarij: quoniam quãdo legiſlator procedit per viam diuiſionis, vel ſummarij, nõ ſummatur. ¶No.
1 ibi, & ſtudiũ diſcendi. † ꝙ quando ſtudioſus animo addiſcendi quærit à præceptore, debet doctor dare cauſam ſtudij, vt ſatisfaciat ſtudioſo. ¶Not. ibi, aut definitione rotunda. Ex hoc tex. ſumitur illa regula: caſus eſt rotundus certè in illa l. ¶No. ex
2 eodem text. † quòd ſub certa regula & definitione non poſſunt comprehendi cauſæ ex quibus amittatur feudum: quemadmodum dicimus in proba-
a tione teſtium: quòd eſt arbitraria. [a] Videndum l. iij. §. j. ff. de teſti. in tãtum, vt ſingulariter dicat Bal. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. quòd non obſtantibus teſtibus, poteſt ſententiam ferre contra dicta teſtium: quod tamen accipe cum grano ſalis: ſcilicet, cum cauſa, ꝙ inferat in ſentẽtia, ne in ſindicatu puniretur. In dubio enim ſtãdum eſt teſtibus: l. in exercendo. C. de fide inſtru. ¶Sed contra tex. oppo. quòd imo cauſæ amittendi feudum ſint ſub certa definitione concluſæ. Vnde opp. ſ. qui. mod. feu. amit. & ſ. tit. quæ fuit prima cau. benefic. amit. Ergo malè loquitur tex. noſter. Sol. ex mente And.
3 † Faciliter non poſſunt concipi cauſæ feu. amittendi, vt hîc: tamen exprimuntur in hoc libello: puta, in tit. quib. mod. feud. amit. & ĩ. tit. ſequẽ. Vel aliter poſſumus dicere, quòd licet cauſæ amittendi feudum in hoc libello ſint expreſſæ, tamen ſi reperiantur maiores cauſę amittendi feudum, amittitur feudum: propterea non ſunt ſub certa definitione cõcluſæ: pro qua ſolutione facit tex. ĩ. tit. prox. §. præ-
4 dictis modis. ¶† No. ibi, nõ enim omnis occaſio ad hoc ſufficit, quòd omnis ingratitudo eſt ſufficiens ad feudi amiſsionem, quinimo requiritur notabilis & egregia in mala cauſa ingratitudo. ¶No. ibi, quomodo enim. quòd vaſallus contra dominum ſe

*a Vide in hoc not. dictum Panor. in c. ij. circa fi. de cohab. cleri. & mul. Et quando pœna committuntur arbitrio iudicis, vide Pan. in c. ex literis. in vlti. col. de conſtitu. Alex. conſil. lxv. in j. volum. & cõſi. v. in eo. Panorm. in c. à crapula. de vita & honeſt. cler.*

5 habere debet benignè,deuotè & fideliter. ¶†Sed quæro,aliquis vaſallus nõ habuit ſe benignè, & humiliter contra dominum,ſed reſpõdit ſuperbè : an ex hoc amittat feudum? Videtur quòd ſic : per iſtũ tex. ¶In contrarium veritatem arbitror,quòd niſi notabilis ſit ingratitudo contra dominum, non amittitur feudum : vt ſtatim diximus, & videbimus in titulo ſequenti. ¶Ad quid ergo dicit tex.quòd vaſallus debet ſe habere deuotè & humiliter cõtra dominum? Reſpondeo,quòd aliquando dominus prouocatus ad iram propter ſuperbum verbum vaſalli,occaſionem arriperet vaſallum feudo priuandi. Quare de facto, licet non de iure hoc quod de facto fieri poteſt, vaſallus timere debet : ne dominus occaſionem reſeruet vaſallum feudo priuãdi: quia potentioribus pares eſſe non poſſumus : l.iij. de alien.iud.mut.cauſa fact.Et ita ſentit hîc Andr.

6 ¶No.ibi,quod beneficium.†hîc ponitur definitio feudi,quam plenè examinaui in proœmio huius o-
7 peris.¶No.ibi,capientibus.& ibi,capiens. †quòd feudum dat gaudium capiẽtibus: quoniam qui dat liberaliter,gaudet:cùm beatius ſit dare,quàm accipere.Et ita dicit hîc glo.Vel aliter,Feudũ dat gaudium danti,quia acquirit fidelitatem vaſalli: c.j.in fi.ſ̃.de for.fide. Item dat gaudium accipienti,quia habet vtile dominiũ,& commoditatem fructuum.
8 ¶No.ibi,ſpõte.†quòd quamuis ab exordio feudũ dicitur ſpontaneum,tamen poſt contractam inueſtituram dicitur neceſſarium:quia hincinde erit obligatio:l.in commodato.§.ſicut.ff.commod.quãuis feudum ex parte domini magis nitatur gratiæ quàm obligationi : vt latè dixi in principio huius
9 operis.¶No.ibi,Senecam.†quòd licet allegare auctoritates philoſophorum Moralium : de quo plenè ff.ſi cert.pet.l.j.verſic.Celſus. ¶Not.ibi,ſi pro-
10 prietas. † quòd directum dominium rei feudalis remanet penes dominum , & penes vaſallum vtile dominium.¶Nec obſtat tex.iſte,vſusfructus. quia expo-

exponitur, id eſt vtile dominium, ſecundum And.
& Bal.¶No.ibi,ad eum hæredéſque ſuos.Et de na
11 tura feudi eſt, † quòd trãſeat ad hæredes ſuos maſculos:cap.j.§.& ſi clientulus.ẽ.de alie.feu. Sed ad
fœminas non tranſit, niſi nominatim dictum fue-
12 rit.¶No.ibi,expreſſum.†quòd duobus modis cõceditur feudum:Vno modo ad certum & determinatum ſeruitium : puta, ad ſeruiendum in menſa.
Item datur ſeruitium:puta,do tibi feudum, vt ſeruias : & tũc dicitur rectum feudum, & intelligitur
ſecundum naturam feudalem:c.fi.ĩ.de cap.qui cur.
13 vend. ¶†Sed quid ſi dominus dat feudum ſimpliciter,non apponendo certum ſeruitium,neque incertum,vt ſeruias:an tunc vaſallus teneatur ad certum ſeruitium domino?And.hìc ſentit, quòd non:
quia ſeruitium non eſt ſubſtantiale feudi:quinimo
fidelitas,vt iuret incolumem,tutum, &c.c.j.de forma fidel. ¶Sed ego putarẽ contrarium, quòd imo
etiamſi dominus concedat ſimpliciter feudũ, tunc
vaſallus tenetur ad ſeruitium domino: quia de natura feudi eſt,vt vaſallus teneatur ſeruire domino:
c.j.§.firmiter.ĩ.de prohib.feu.alie.per Fede.¶Nec
obſt.cap.j.de forma fideli. quia licet in iuramento
non veniat ſeruitium,vt ibi venit:tamen de natura
feudi:d.§.firmiter. Ergo intelligitur tacitè actum:
l.cùm quid.ſi certum pet.cum ſimilib.& ſic contra
14 And.¶†Quæro,dominus vult ſeruitium à vaſallo
immoderatum:quæritur, an vaſallus ſit obligatus?
Videtur,quòd ſic:quia vaſallus promiſit ſeruire domino. Ergo hæc loquutio generaliter intelligẽda:
l.de precio.de Public.¶In contrarium eſt veritas,
quia talis promiſsio ſeruitij intelligitur, dummodo ſit moderatum ſeruitium : l.ſi libertus ita. ff.de
15 oper.liber.ſecundum Andr.hìc. ¶†Quæro,an valeat conceſsio feudi,vt vaſallus non teneatur præ-
a ſtare aliquod ſeruitium domino? [a] Reſpõdet And.
quòd ſic,ſicut valet feudum cum pacto,ne præſtetur iuramentũ fideli.c.j.§.fi.ẽ.per quos fiat inueſt.

a *Vide de hoc D.Ia.in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iura. col.xix.ver. dubitatur etiam.*

16 ¶†Quæro, factum eſt aliquod pactum contra naturam feudi, an in reliquis iudicabitur, vt feudum? Reſpondet Andr. quòd ſic: quia quatenus non loquitur pactum, eatenus feudum cenſebitur ſecundum naturam ſuam: de feu.dat.in vicem legis com miſſo.ꝗ.ſi de feu.fuer.controuer.c.j.ꝗ.de feu.non ha
17 bente propriam naturam feudi. ¶†Quæro, princeps dicit, concedo tibi tale caſtrum: quæritur, an dicatur feudum, vel donatio? Reſpõdit And. quòd præſumitur donatio, niſi ſint verba concernentia naturam feudi: puta, do tibi ad certum ſeruitium: quia tunc præſumitur feudum: quia ex verbis præſumimus vel concipimus mentem dantis: l. Labeo. de ſupel.leg. Facit quod not.gl.in l.cùm quid.ff.ſi
18 certum petat. ¶†Quæro: pone, princeps conceſsit Gayo feudum: puta, caſtrum: deinde illud caſtrum reuerſum eſt ad dominum, poſtea dominus concedit tibi illud caſtrum: nunquid intelligitur in dubio concedere in feudum? vel caſtrum dicatur allodiale ex cauſa donationis? Reſpondit Andr. ꝙ non dicitur feudum, per l.ſi quis ædes.in prin.ff.de ſer. vrba.præd.quia caſtrum fuit reuerſum ad dominũ, & eſt penes eum liberé: quia res ſua nemini ſeruit: l.vti frui.in prin.ff.ſi vſusfr.pe. ¶Quáquã ſit extra naturam feudi, dicam tamen notabile Bal. ꝙ extra caſus emergentes licitum eſt aliquando excedere terminos legis. Allegat Imol.in c.j.de conſtit.quia melius eſt præuenire, quàm præueniri: l.ſi quis filio exhæreda.circa mediũ. ff.de iniuſto, rupto, &c.

## Quæ fuit prima cauſa beneficij amittẽdi. Titulus II.

¶Continuatur hoc modo: Suprà in tit.prox.præcedẽti Obertus de Orto pollicitus eſt ponere cauſas ex quibus amittitur feudum: propterea ſubiicitur rubrica, quæ fuit prima cauſa amittendi feudum, &c.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, vel eius hæres intra annum & diē à morte domini, inueſtituram petere cogitur.*

2 *Inueſtituræ petitio non ſufficit, niſi fidelitatis pollicitatio accedat.*

3 *Fallit in pupillo qui licet inueſtiturā nō petierit, tamen excuſatur.*

4 *Miles ad petēdā inueſtiturā habet mēſem & annū.*

5 *Fallit etiam, ſi iuſta cauſa non petendi ſubſit.*

6 *Fallit, ſi iuramentum præſtitum ſit domino & eius ſucceſſori.*

7 *Annus & dies inueſtituræ petendæ, nō incipit currere, niſi à die ſcientiæ.*

8 *Purgatio moræ, etiā poſt annū & diem admittitur.*

9 *Dominus recipiēdo ſeruitium poſt annum & diem, inueſtituræ neglectionem condonare videtur.*

PRIMA AVTEM CAVSA BENEFIC. ¶Diuiditur in tres. In prima ponuntur cauſæ ſpeciales, ex quibus feudū amittitur. In ſecunda ponuntur cauſæ generales. In tertia ponitur, ad quem reuertatur feudum. Secunda ibi, prædictis modis. Tertia ibi, denique. Hoc dicit: ¶Si dominus deceſſerit, vaſallus intra annum & diem tenetur inueſtituram petere: aliàs perdit feudum, & eodem modo hæres vaſalli à domino tenetur petere a inueſtituram intra annum & diem: [a] aliàs perdit feudum. Ad hoc allegatur vſque ad §. eſt & alia. ¶No. tex. ibi, prima cauſa. quòd prima cauſa amittendi beneficij non ſeruatur in curia Mediolaneñ. & dicit hîc And. quòd auctor huius libelli, ſcilicet Obertus fuit Mediolaneñ. ¶Not. ibi, beneficium. quòd

a *Et quæ fuerit ratio inductiua iſtius renouatiuæ inueſtituræ, & quod intra annum debeat fieri, vide no. Dom. Franc. Cur. in trac. feu. v. chart. iiij. par. verſicu. xxiij. cauſa. Vbi etiā tāgit omnes limitationes hîc poſitas per D. Lauden. aliis ſuperadditus.*

1 †quòd vaſallus defuncto domino debet adire eius hæredem, petendo inueſtituram intra annum & diem, aliàs perdit feudum. Eodem modo ſi vaſallus deceſſerit, eius deſcendens maſculus tenetur petere inueſtituram intra annum & diem. ¶In gl.
2 quæ incipit,niſi. ibi, c.j.ſignabitis hanc gl. † quòd non ſufficit vaſallum ab hærede domini, vel hæredem vaſalli à domino petere inueſtiturá intra annum & diem, ſed etiam tenetur polliceri fidelitatem.Quam gloſſ.not.quando reſpondebitis de iure ad formandam petitionem pro vaſallo, qui vult petere inueſtituram intra annum & diem:quia adiicietis illam clauſulam, & dictus vaſallus pollicetur fidelitatem: & ſi non eſſet illa clauſula vel ſimilis,amitteret feudum:quod tene menti.¶In ea. gloſſ.ibi,imperialem:. no.primam limitationem ad
3 textum noſtrum,†vt habeat locum in pubere,non autem pupillo.Ná licet filius vel hæres vaſalli non petierit inueſtituram intra annum,tamen nō cadit à feudo durante pubertate. ¶Ad finem gloſſ.not.
4 †quòd ibi paganus habet annum & diem ad petendum inueſtituram:vt hîc miles habet annum & mēſem.Dixi in cap.j.š.quo tempo.mil.inueſt.pe.deb.
5 ¶Fallit ſecundò text.noſter:†quando ſubeſt iuſta cauſa. Nam excuſatur vaſallus & alius hæres, qui non petiit inueſtituram intra annum & diem: cap. fin.ĵ.de prohib.alien.feud.per Lothar.& no.in d.c.
6 j.quo temp.miles. ¶Item fallit,†quando iuramentum eſſet præſtitum domino & eius ſucceſſoribus: quo caſu licet deceſſerit dominus, non tenetur vaſallus petere inueſtiturā à ſucceſſore domini: quia ſufficit ſemel iuratum domino & ſucceſſori: c.ego veritatis.de iureiuran.ſecundum Iacobum de Bel. quod eſt valde notabile pro vaſallo, vt iuret domi-
7 no,& eius ſucceſſoribus. ¶†Pone,hæres vaſalli ſiue vaſallus, ab hærede domini intra annū & diem à morte domini vel vaſalli nō petiit inueſtituram: quæritur,an ſit perditum feudum?Dixerit aliquis, cui

cui dubium?quia caſus eſt hîc.¶Ego puto contrarium:quia annus & dies non incipit currere, niſi à die ſcientiæ:no.in l.genera.ff.de his qui no.infã.in auth. hodie.C.de ap. Facit quod no. Bal.in l. quãdiu. C. qui admit.Et in terminis ſcribit hîc Bal. quòd ſcientia mortis domini:quia in facto alieno ſcientia non pręſumitur in dubio:leg. verius. ff.de proba.Incumbit ergo domino probare ſcientiam ad hoc,vt currat tẽpus anni & diei.Et qualiter probetur ſcientia, traditur per glo.in l.ſi tutor. C. de
8 pericu.& cõmo.tuto. ¶†Quæro,à die ſcientiæ eſt lapſus annus & dies,an vaſallus vel eius hæres poſ-
a ſit purgare moram?[a] Bal.hîc ſentit, quòd non:per l. proſpexit.qui& à qui.manumiſs.¶Ego putarem contrarium, & ęquius: quod etiam tenet Iac. de Ra.per c.potuit.de loca.Facit l.ſi quis ita.§.ſciẽtia. ff. de verbo. ob.& quod plenè no.in l.inſulá.ff. eo.
9 titu.& in l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cautio. ¶†Vltimò pone,quòd vaſallus vel eius hæres intra annum & diẽ,vt debet,non petijt inueſtituram: deinde dominus vel hæres domini recepit ſeruitium à vaſal-
b lo:[b] quæritur, an dominus vel eius hæres poſsit auferre feudum à vaſallo:quia non petijt inueſtituram intra annum & diem?Dic, quòd non: per leg. poſt diem.ff.de l.commiſſoria. ſecundum Bal. hîc, &c.

a *An admittatur purgatio moræ, vide per D. Frã. Cur. in tra. feu.v. char. iiij. partis. verſi. xxiij. cauſa. in ij. co.illius ver. Poſui ſuprà in cap. j. in princ. quo tẽp.mil.*

b *Vide per D. Fran. Cur. vbi ſuprà in d.ver.xxiij. cauſa.in iij. co.illius ver.*

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus fidelitatem requiſitam præſtare detrectãs, feudo priuatur.*

2 *Dominus petens fidelitatem, debet priùs offerre inueſtituram vaſallo.*

3 *Temporis à lege ſtatuti forma in pœnalibus eſt obſeruanda.*

4 *Pares curiæ ſunt iudices,quando fidelitas à domino petitur.*

Quali-

5 *Qualitas non cadit, vbi non cadit ſubiectum.*

6 *Feudum cenſetur etiam in quo non præſtatur fidelitas.*

7 *Vaſallus relinquens dominum in acie non periclitantem, feudum minimè amittit.*

8 *Vaſallus reticentia magni periculi domino imminētis, feudum perdit.*

9 *Mulier quæ nondum nupta eſt, in capillo eſſe debet.*

10 *Vaſalli ad exercitum armati venire debent cum equis, ſecundum qualitatem perſonarum.*

11 *Vaſallus admittitur ad probationem, dominum ex vulnere non deceſsiſſe.*

12 *Inueſtituram veram, non abuſiuam dominus polliceri debet.*

13 *§. noſter loquitur de inueſtitura fienda, non iam facta.*

14 *Vaſallus ob non petitam inueſtituram intra annum & diem, non debet à poſſeſsione remoueri.*

15 *Vaſallus inueſtitura facta, ſi fidelitatem præſtare ceſſet, an intra annum priuari poßit.*

16 *Lata culpa ſola ad amißionem feudi ſufficit, non leuis.*

17 *Vaſallus à priuatione excuſatur, ſi non potuit certiorare dominum, vel reſiſtere nocenti.*

§. EST ET ALIA INGRATITVDO.

1 ¶ †Si dominus paratus facere inueſtituram vaſallo, petierit fidelitatem ab eodem vaſallo, & requiſitus ſolenniter ſecundum formam huius §. noluerit contumaciter præſtare fidelitatem domino, priuabitur vaſallus feudo: quo etiam priuatur, ſi non præſtiterit auxilium domino in prælio.

lio.Item ſi grande periculũ imminens domino,nõ denunciauerit eidem. Item ſi concubuerit cum vxore,vel ſorore,vel nuru domini exiſtente in ca-
2 pillo. Hoc dicit vſque ad §. porrò. ¶†Not.ꝑ.ibi, pollicendo.ad hoc vt habeat locũm pœna huius §.opus eſt dominum offerre inueſtituram vaſallo. Ratio,quia vbi præſtatio eſt reciproca, priùs vnus debet offerre:leg.Iulianus.§.offerri.ff.de act.emp. l.ædiles.ff.de ædil. edic. Ergo dominus petens fidelitatem,debet priùs offerre inueſtituram vaſal-
3 lo. ¶No.ibi,tribus vicibus.†quòd ad hoc vt locũ habeat pœna huius §.requiritur trina dilatio,adeo quòd vna perẽptoria non ſufficiat.Ratio, quia vbi lex vel ſtatutum pręfigit tempus ad vnguem, eſt ſeruanda forma temporis in pœnalibus,ſecundum Bal.in auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex. & facit quod not. in c.j.ſ̃. de mili. vaſal. qui
4 contu. ¶Not. ibi,à ſuis paribus.†quòd pares curiæ ſunt iudices inter dominum & vaſallum, quan do à domino petitur fidelitas.¶Not. ibi, ſi tamen
5 beneficium.†quòd vbi non cadit ſubiectum, non cadit qualitas:l.eius qui in prouincia.ff. ſi cer. pe. Nam ſi ſit feudum in quo non cadit fidelitas: ergo neque pœna ratione omiſſæ fidelitatis.¶Item no.
6 hic eſſe caſum, †quòd cenſetur feudum, etiam in quo non præſtatur fidelitas.¶Not.ibi, in acie pe-
7 riclitantem.à contrario ſenſu, † quòd ſi vaſallus reliquerit dominum in prælio non periclitantem in acie,non perdit feudum: propterea dominus agens ad amiſsionem feudi contra vaſallum tenetur probare duo copulatiuè: primò, quòd eum reliquerit in acie.Item quòd reliquerit eum periclitantem. ¶Not. in §. item ſi vaſal-
8 lus. †quòd ſi vaſallus ſentiat periculum mortis
a vel captionis domini, [a] vel grande periculum aliud, & non denunciauerit domino, perdit feudum.¶Et ſubdit And.quòd quilibet ſubditus tenetur inquirere:leg.nec Theodorum.ff.de pœnis.

a *Vide in hoc* D.Frã.Cur. *in tra.feud. vj.cha.iiij. par. verſi. xxvj.cauſa.*

¶Not.

9 ¶No.ibi,item ſi domino.ibi,quę in capillo.†quòd mulier debet eſſe in capillo, quando nondum eſt nupta:quia olim velabantur nuptæ:vt no. Inſti. de
10 pa.poteſt.in prin.ſecundũ Ia.de Bel.hic. ¶†Quæro, dñs præcepit vaſallis,vt veniant ad eius exercitium: quęritur,qualiter intelligitur tale præceptum? Reſpondeo,quòd intelligitur, vt veniát armati cum equis, ſecundum qualitatem perſonarũ & feudi,ſecundum Ang.in l.ſi non fortis. §. liber-
11 tus.ff.de condict.indebi.¶Item quæro: pone,†quod vaſallus velit probare dominum non deceſsiſſe ex vulneribus receptis in acie,in qua vaſallus dominũ periclitantem reliquit:quinimo,quòd ob malá medicinam vel cuſtodiã:quæritur, an ſit admittẽdus? Reſpondeo ſecundum Bal.vaſallum eſſe admitten
12 dũ ad probationem,vt nõ priuetur feudo.¶†Quęro,nunquid §. noſter qui loquitur de inueſtitura ibi,inueſti.pollicendo.intelligatur de inueſtitura vera & propria,an de inueſtitura abuſiua? Reſpondeo ſecundum Ia.de Bel.quòd loquitur de inueſtitura propria, non abuſiua:de qua vidiſtis in cap.j.
13 §.quid ſit inueſtitura.¶†Secundò quæro,an §. noſter loquatur de inueſtitura facta,an fienda? Reſpõdeo ſecundum eundem Iac. quòd loquitur de inueſtitura fienda,non iam facta:quia ſi eſſet facta inueſtitura,fruſtra quidem tractaretur de traditione poſſeſsionis,cùm iam ipſe vaſallus poſsideret:ar.l. corrupt.C.de vſufruc.& auth.ſacramẽta puberũ.ſi aduer.vend.Ergo loquitur de fienda, nõ autem de facta:& conſequenter loquitur de inueſtitura noua,non autem veteri.¶Quod dictum Ia. limitabitis verum, vt non loquatur de veteri inueſtitura vaſallo poſsidente.Si autem dominus poſsideret, tunc §.noſter loqueretur etiam de inueſtitura veteri,ſecundum And.hic. Et ſic non eſt contrarius. Ratio,quia congruunt verba §.noſtri: arg.l.ſi an-
14 cillas.ff.de legat. j. ¶†Aduertendum eſt, conſtituendã eſſe diferentiam inter §. eſt & alia. & prin.

huius

huius capi. quia vaſallus non poteſt intra annum & diem moueri à poſſeſsione, propter non petitam inueſtituram à fideli. Ratio, quia conſuetudo feudalis dedit dilationem anni & diei, in princi. huius cap. Ergo, quod eius fauore eſt inductum, non debet, &c. l. quod fauore. C. de legib. Itẽ quia beneficium conceſſum à lege, nemini eſt auferendum: l. ſi arrogator. ff. de adoptio. Ergo dilatio anni & diei conceſſa, vaſallo non eſt auferenda. Fateor tamen, quòd ob alias cauſas iterum poſſet priuari feudo: puta, ſi reliquerit dominum in acie periclitantem: vt §. item quia dominum. ꝗ. proximè ſecundum Iac. de Bello. ſed in §. noſtro, eſt & alia. poteſt priuari vaſallus intra annum & diem. ¶ In glo. ibi, contumax eſt. not. quòd tempus de quo in §. noſtro, eſt
15 arbitrarium iudici: l. j. in fi. ff. de iur. delib. ¶ †In ea. ibi, omnino priuatur. not. hic glo. quam ſequuntur communiter Canoniſtæ, maximè Iac. & Andr. vt §. noſter non habeat locum, quando dominus iam feciſſet inueſtituram vaſallo, & dominus peteret ab eodem vaſallo fidelitatem: quinimo hoc caſu vaſallus habet annum & diem, [a] & elapſo anno & die priuatur vaſallus feudo, licet Bal. ſolus teneat contrarium: quòd imo habet locum §. noſter. videlicet, vt tempus ſit arbitrarium iudici. ¶ Sed hæc opinio non eſt vera, quoniam textus noſter loquitur, quando vaſallus non erat in reali poſſeſsione: vt declarauimus. Ergo §. noſter non loquitur in caſu gloſſ. in quo vaſallus realiter poſsidebat. Ad
16 fi. bene loquitur. ¶ †In gl. fortè. ad fi. ſignate gloſſ. valde notabilem, quæ reſtringit text. noſtrum, vt ſolùm lata culpa in negligendo ſit cauſa amiſsionis feudi: ſecus autem, ſi fuerit culpa leuis, vel leuiſſima in negligendo: vt non certioretur dominus de periculo. Poteſt eſſe ratio, quia dolus & lata
17 culpa æquiparantur: l. quod Nerua. depoſiti. ¶ †In glo. quod ergo. ad fin. no. gloſ. quæ limitat textum, vt excuſetur vaſallus à priuatione feudi, quando

[a] *Vide de hoc per D. Frãc. Cur. in tra. feu. vj. charta iiij. par. verſic. xxv. cauſa.*

non potuit certiorare dominum, neque reſiſtere volenti nocere domino. ¶In gloſ. hic notandum. ad fi. no. gloſſ. pulchram, quod de conſuetudine feudi propter ingratitudinem patris priuantur filij & eius deſcendentes. ¶An autem priuentur agnati, quando ſit paternum, habetis caſum in cap. ſi vaſallus culpa.ꝗ.ſi de feu.fu.contro.

## SVMMARIVM.

1 *Aßilire, quid ſit.*
2 *Vaſallus aggreſſus locum per violentiam in quo dominus ſit, perdit feudum.*
3 *Vaſallus domino inferens manus non ad malum finem, non perdit feudum.*
4 *Leuis iniuria vaſallum feudo non priuat.*
5 *Vaſallus inſidians domino, feudum amittit.*
6 *Vaſallus per alium aggrediens dominum, æquè punitur, ac ſi per ſemetipſum.*
7 *Probatio felonię, quot teſtes requirat, remiſſiué.*
8 *Vaſallus amicitiam copulans cum inimicis domini, in eius damnum feudum perdit.*
9 *Probatio, amicitiam eſſe contractam in perniciem domini, ad dominum ſpectat.*
10 *Vaſallus iurans occidere dominum, niſi veniat ad actum extrinſecum, feudo non priuatur.*

*a Ad hunc §. porrò. vide Barba. ſuo conſ.xj.ij.co. in j.vol.*

§. a PORRO SI DOMINVM. a ¶Vaſallus perdit feudum, ſi aggreſſus fuerit dominum, vel vicum in quo ſit dominus, vel manus impias intulerit contra dominum, vel morti voluerit
1 tradere dñm. Hoc d.§.porrò. ¶†Not. ibi, aſsilierit. quid ſit aſsilire? Not. in c.j.§.ſumitur.ꝗ.quibus modis

modis feud.am.la j.rubrica. Et debet ſtare text. in ſequẽtib.hoc modo: videlicet,vel vicũ in quo eſt, per vim aggreſſus fuerit: licet aliqui libri habeant, vel vicum in quo,&c. & malé:quia tunc litera eſſet
2 ſine intellectu. ¶†No.ibi,vicum.quòd ſi vaſallus fuerit aggreſſus locum per violentiam in quo ſit
3 dominus,perdit feudum. ¶No.ibi,impias.†quòd ſi vaſallus intulerit manus erga dominum non ad
a malum finem, non perdit feudum. [a] Propterea nota textum,manús impias. ¶No.ibi,graue.à con
4 trario ſenſu, † quòd ex leui iniuria illata domino à vaſallo, non facit perdere feudum. ¶No.ibi,in-
5 ſidiatur. † quòd vbicunq; vaſallus inſidiatur mortem domini, perdit feudum. ¶Quid autem ſi ſine inſidiis vaſallus velit perdere dominum? Reſpondet And.diſtinguendo: aut peruenit ad actum offenſionis, & perdit feudum. Aut ſtetit in meris fi-
b nibus voluntatis, [b] & tunc non perdit feudum: c. j.§.ſi voluerit.j̃.de capi. qui cur. ven.& facit not.in l. ſi quis, non dicam rapere. de epiſcop. & cleric.
6 ¶†An autẽ tex.noſter procedat, ſiue vaſallus perſonaliter aggreſſus ſit, ſiue mandauerit alteri, vt aggrediatur dominũ,vel inſidiatur mortem domini: videtur prima facie,quòd non: quia dicit text. ſi dominum aſſilierit, ſcilicet vaſallus. ¶In contrariũ determinat Andr. quòd qui per alium facit, ipſe feciſſe videtur: l.j. §. deieciſſe. de vi & vi arm.
7 ¶†An autem requirantur duo teſtes, vel quinque ad probandum contra vaſallum? Dicite, vt dicam in c.j.§. ſi voluerit.poſt gl. ¶Glo.quoque diuiditur in duas,quẽadmodum duas quæſtiones ſoluit. Secunda ibi, ne tradas. ¶In ead.ibi, ſi capitanei.
8 no.hîc eſſe gloſſam, † quòd ſi vaſallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini ſui, perdit feudum. ¶Quam gloſſ. limitabitis veram,dummodo copulatio amicitiæ cum inimicis domini vergat in diſpendium, damnum, & iniuriam domini: capitulo primo,ſuprà quibus modis feudum amit.

*a Quid ſi tantum manus in dominũ alleuauerit, ſed non percuſſit? Vide D.Frã.Cur. in tra.feud. iiij. chartæ iiij.par.ver. xij.cauſa priuationis.*

*b In contrariũ videtur tenere D.Frã. Cur. in tra. feu.iiij.charta iiij.part. verſic. xiiij. cauſa.*

a ſecunda rubrica. [a] Nam ſi vaſallus contraheret amicitiam cum inimicis domini, non in iniuriam, neque damnum domini, ſed quia operoſum & virtuoſum eſt acquirere amicos: certè vaſallus non amitteret feudum. Secus autem, ſi hæc amicitia eſſet in damnum domini: puta, vaſallus contrahit amicitiam cum inimicis domini, ad hoc vt inimici ſint potentiores domino: iſte vt ſit finis: quia omnia à fine nominantur: l. rem non nouam.
9 C. de iudi. ¶ † Sed difficultas ſtat in hoc, quis teneatur probare, an vaſallus qui contraxit amicitiam cum inimicis, in eius perniciem? Reſpondeo ſecundum And. quòd dominus tenetur probare vaſallum copulaſſe amicitiam cũ inimicis ad ipſius domini damnum & iniuriam: argum. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de proba. Nam contrahere amicitiã non eſt de genere malorum: l. lata culpa. §. amicos. ff. de verb. ſignificat. ¶ Hoc amplius peccaret vaſallus, ſi teneret inimicitiã contra inimicos domini, vt ſcribitur Eccleſiaſtici ſexto: Noli eſſe inimicus pro amico. Ex quibus ſequitur notabiliter, quòd niſi dominus probaret vaſallum contraxiſſe amicitiam cum inimicis ipſius domini, non condemnaretur vaſallus, imo abſolueretur: niſi probaret, quòd in eius damnum dicta amicitia eſt contracta: quod eſt notabile. Ex quo ſequitur, quòd ſi vaſallus fideiuſsiſſet pro inimicis domini, non cadit à feudo: niſi prima fideiuſsio celebrata ſit in iniuriam vel damnum domini, ſecundum Bald. hîc
10 qui allegat Specul. de treuga & pace. ¶ † Quæro, quid iuris erit, ſi vaſallus iurat occidere dominũ,
b tamen non venit ad actum extrinſecum: [b] an perdat feudum? Dicit Andr. quòd non: niſi peruenerit ad inſidias, vel præpararet pro occidendo: vt no. in d. §. ſi noluerit. Conſulo tamen vaſallo, vt abſtineat à tali iuramento. Item non contrahat amicitiam cum inimicis domini: quia aliquando dominus eſt potens, qui non inſpiciet, an bono fine, vel malo

a *Vide D. Frã. Cur. in tra. feu. iiij. charta iiij. par. ver. xv. cau.* Dom. Ia. *in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere. col. iij. verſ. v. cauſa.*

b *Vide de hoc arti. D. Frã. Cur. in tra. feu. iiij charta iiij. part. verſic. xiiij. cauſa.*

malo ſit contuacta amicitia: quia potentioribus pares eſſe non poſsimus: l.ij.ff. de ali. mu.iud.cau. facta. Et ex circunſtantiis, qualitate perſonarum, & aliis coniecturis iudicamus, an ad bonum finem vel malum ſit contractum.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi domino iuſtitiam facere noluerit, feudum perdit.*

2 *Seruitium non præſtans, feudum retinere non poteſt.*

3 *Impotentia non cauſata ex culpa vel dolo, vaſallum excuſat.*

4 *Contumacia ficta vaſallum non facit perdere feudum, niſi poſt annum.*

5 *Vaſallus vbicunq; noluerit facere iuſtitiam domino, feudum amittit.*

6 *Dominus iuſtitiam facere nolens vaſallo, proprietate priuatur.*

7 *Actio quæ competat domino contra vaſallum ſeruitia detrectantem.*

8 *Vaſallus non tenetur præſtare ſeruitium domino, niſi quando indiget.*

9 *Impotentia etiam in expreſſa conuentione, vaſallum excuſat.*

10 *In dubio, onus feudi cenſetur eſſe reale.*

11 *Dominus conſentiens alienationi, non intelligitur remittere ius ſuum.*

§. ILLVD TAMEN NON LATEAT. ¶ Vaſallus perdit feudum, ſi neglexerit, id eſt, ſi noluerit domino iuſticiam

facere: vel,ſi non prǣſtiterit ſeruitium pro quo feu̅
dum ſit præſtitum,niſi ſit iuſta cauſa impoſsibilita-
tis. Hoc d. ¶Not.ibi,noluerit.id eſt non promi-
ſerit iuſticiam fieri à iudice.¶Not.ſecundò ex eo-
1 dem text. † quòd ſi vaſallus noluerit facere iuſti-
ciam domino, perdit feudum : quod notabile de-
clarabitur in gl.noſtra. ¶No.tex.in §.item ſi pro-
pter. quòd qui non præſtat ſeruitium , non poteſt
2 retinere feudũ. ¶No.ibi,ſpoliandus.† quòd me-
ro iure non ſpoliatur vaſallus feudo in caſu huius
§.quinimo requiritur ſententia:quoniam verbum,
expoliandus.eſt futuri temporis,non præteriti:iu-
xta ſcripta in l. ſi quis in totum. §. vnde vi. in l. in
criminali.C.de iuriſ.om.iud.& in l.fin.ad fin.C.de
iur.emphy. ¶Not.ibi tex.ſignabilem pro vaſallo:
3 ibi,non potuit.† quòd impotentia vaſalli excuſat
vaſallum ab amiſsione feudi: dummodo illa impo-
tentia non ſit cauſata ex culpa,vel dolo vaſalli:arg.
l.fin.ad fi.ff.quæ in frau.credi. quæ no.in l.j.C.qui
bo.ce.poſſ.De hoc etiam videbitis j. ¶Glo.ſed de
qua inueſtitura. ibi relinquo.¶No.gl.quæ reſtrin-
git text.noſtrum, vt vaſallus qui noluerit facere iu
a ſticiam domino,perdat a feudum,duobus concur-
rentibus. Primum, quando noluit facere iuſticiam
domino, ſcilicet defendendo. Secundum,quando
noluit facere iuſticiam domino in re feudali. Vbi
autem vaſallus in alia re vel ob aliam cauſam no-
luerit facere iuſticiam domino,perdit feudum: l. ſi
vnus.§.pactus.ff.de pac.And.intelligit text.primo
modo: Nam ſi dominus citauerit vaſallum, vt ve-
niat reſponſurus ad curiam: quia fortaſsis vult pe-
tere à vaſallo feudum ob aliquam culpam ipſius
vaſalli, & ipſe vaſallus expreſsè dixerit : ego nolo
venire ad curiam, ne dominus conſequatur iuſti-
ciam, perdit feudum vaſallus. Vbi autem vaſallus
non fuit verus cõtumax,ſed fictus,non perdit feu-
dũ,ſed poſſeſ.quam intra annũ recuperare poterit:
poſt annũ perdit etiam feud.quo ad proprietatem:
allegat

*a Et an & quando denegans facere iuſticiam domino,perdat feudũ: & , quid ecõtrà ſi dominus deneget iuſticiã vaſallo: vide D.Ia.in verſ. dictiq; vaſalli promiſerũt non committere. col.vj.verſi. vj.cauſa.*

allegat cap.j.§.ꝑ.hic finitur lex, deinde incipit conſuetudo regni. Vos allegate cap.j.ſ.de mil.vaſ.qui
4 contum.eſt. Et ſic And.reſtringit text. † vt non habeat locum in ficto contumace, niſi poſt annum.
¶ Vel aliter ſecundum eundem poteſt intelligi in caſu cap.j.ſ.de alien.feud.per Federicum. quando neglexit dom.nũ: vel noluit filios vel propinquos offendentes dominum ad ipſum deducere, quò ſatisfacerent domino. Nam tunc vaſallus priuatur feudo. ¶ Vel aliter poteſt intelligi generaliter ſe-
5 cundum eundem, † quòd vbicunque vaſallus noluerit facere iuſticiam domino, perdit feudum: argumen.l.j.§.generaliter.ff.de lega.j. Ecce notabile ſuum exemplum proponamus: Ego habeo vaſallum Mediolaneñ. qui eſt præſes vel collateralis in hac ciuitate, coram quo ſum accuſatus: volo præſtare fideiuſſores, quibus præſtitis de iure non poteſt me incarcerare: quia pœna pecuniaria: l.j.& ij. ff.de cuſtod.& exhib.re. Hoc non obſtante me carcerauit cõtra iuſticiam, certè perdit feudum. Nam ſi vaſallus non fecerit iuſticiam in re feudali, perdit feudum: quantò ergo magis, quando vaſallus non facit iuſticiam in re non feudali? argumen.l.in ſeruorum.C.de pœnis. Et videbitis in ſequenti lectione, quando vaſallus pertulit ſententiam iniquam. ¶ Ego putarem dictum Andr.quo ad exemplum, eſſe veriſsimum, propter rationem præmiſſam: ſed dictum ſuum in eo quòd concludit hunc §. debere intelligi generaliter, non eſt verum, ſecundum Iacobum de Bel.& Bald.& gloſſ.quæ concludunt hunc §. non procedere, quando vaſallus noluerit facere iuſticiam domino in alia re, quàm
a feudali. [a] Secundò, quia in materia pœnali in dubio proceditur ſtricta via: argumẽ.l.cum quidam. ff.de libe.& poſthum. Nam ſi non deliqui in re feudali, ergo non debeo priuari feudo: argumen.d.l.ſi vnus.§.ante omnia. &, quia limitata cauſa, & c.l.age cum.C.de tranſactio. Propterea verior ſenten-

*a Super hoc relinquit cogitandum D. Franc. Cur. in tract.feu. vj.char.iiij. par.verſicu. xxvij. cauſa.*

tia Iacob.gloſſ.& Bald. ¶In eadem gloſſ.ad finem
6 no.†quòd ſi dominus noluerit facere iuſticiam va-
ſallo,priuabitur dominus proprietate rei feudalis:
quam gloſſ.intelligite ſane, quando noluerit face-
a re iuſticiam dominus in re feudali; [a] ſecus, in alia
re: quemadmodum dictum eſt ſuprà de vaſallo.
7 ¶Extra gloſſ. quæro, † qua actione agitur contra
vaſallum, qui recuſat præſtare ſeruitium pro feu-
do? Reſpondeo, quòd poteſt agere directa rei ven-
dicatione,ſi ſit dominus:vel Publiciana: cap.j.§.fi.
ẽ.de inueſt.in mar.facta. §.ſunt & aliæ. Inſtit.de a-
ctionibus. & l.j.ff.de Public. vel aget condictione
ob cauſam:vel,ſine cauſa:l.ij.& per totum titulum
ff.de condictio.ob cauſam. & facit l.j.C.de dona-
tion.quæ ſub modo: vel, actione præſcriptis ver-
bis:vel ſtipulatione,ſi fuit interpoſita: l.rebus. C.
de rerum permutatione. l.in traditionibus. de pa-
ctis.vel actione in factum:vel ex moribus ſubſidia-
ria:l.j. C.de ſacroſanct.eccleſ.ſecundum Iacobum
de Bel. vel ſecundum Baldum poterit agere con-
dictione triticaria ad poſſeſsionem: l.ſed & Cel-
ſus.§.j.ff.de contrahenda emptione.l.ex empto.§.
ſi quis virgines.ff.de act.empt.vel dicite,vt ſcribit
plenè Bartol.in l.j.ff.de donation. titulo generali.
8 ¶Item eſt notandum, † quòd vaſallus non tene-
tur præſtare ſeruitium domino, niſi quando indi-
get. Rurſus etiam, ſi indigeat, debet admoneri &
interpellari à domino, niſi aliter ſit conuentum de
certo ſeruitio præſtando certa die: cap.j. §.firmi-
ter.ĩ.de prohib.alien.feud. per Federicum.cap.j.§.
ij.in titu.hic finitur lex. & ca.j.§.ſimiliter.ĩ.de cap.
Conradi.ſecũdum Andream hic.Et de ſeruitio di-
ctum eſt,& poſuit ibi Andr.ẽ.titu.j.capit.j. ¶Item
9 And.ibi ſentit, † quòd ſi expreſſa conuentione va-
ſallus teneatur præſtare ſeruitium, impotẽtia eum
b non excuſat. [b] ¶Sed hæc opinio non eſt vera, per
textum ibi,quia non potuit.ergo impotentia excu
ſat à pœna caducitatis feudi. Nam non diſtinguit
tex.

*a An denegãs facere iuſticiam ſubditis, perdat feudum, vide D.Iac.in verbo,marchio. col.v. verſ. quæritur etiam. vbi dat no. cau.per quã ſi dominus deneget facere iuſticiã ſubditis, perdet feudum.*

*b De hoc articulo vide D.Frã. Cur. in tract.feu. vj. charta iiij.par.ver. xxviij. cauſa.*

text.noſter,an ſeruitium ſit conuentum,vel non:l.
de precio. ff.de Public. maximè, quia ſumus in ar-
ticulo fauorabili, & ſunt amplianda dicta l.cum
quidam. Propterea fortè Andr. ſubiicit in lectio-
ne: vel dic, quaſi ſentiens præcedentem lectio-
nem ſuam non eſſe veram, ſubiicit tamen Andre.
quòd vbicunque impotentia faciendi ſeruitium
domino, eſt cauſata ex culpa vel dolo vaſalli, non
excuſatur vaſallus, quò minus perdat feudum:
quia dicitur impoſsibilitas affectata. l.ij. ff. ſi quis
caut. ¶Item hic §. non eſt correctus per §. firmi-
ter.ti.de prohibit.feud.aliena.per Federicum.quin-
imo dictus §.firmiter. diſtinguitur ex §.noſtro, an
vaſallus ſit potens, vel non, ad præſtandum ſerui-
tium: argument.l.ſed & poſteriores. ff.de legib.&
quod not.in l.ſciendum. ff.qui ſatiſdare cogantur.
10 ¶ † Item eſt notandum, quòd ſi vaſallus tenetur
præſtare ſeruitium domino: in dubio cenſetur o-
nus reale. Propterea ſequitur feudum, ſicut lepra
leproſum:argumen.l.j.C.de donatio.quæ ſub mo-
do. & l.via conſtitui. §.ſi rurſum. ff.de ſeruitu.ru-
ſticorum prædiorum.Nam niſi eſſet obligatio rea-
lis, non tranſiret ius neceſſ.feud. l.fina. ff. de con-
11 trahenda empt. ¶Vltimò quæro: pone, † quòd ſi
dominus conſentit alienationi feudi, an videatur
remittere emptori ſiue acceptori ius ſuum? Solu.
Aut ſumus in caſu in quo alienatio non eſt per-
miſſa ſine conſenſu domini, & tunc non intelligi-
tur remittere: ſecus autem, vbi aliàs ſine conſen-
ſu eius valebat alienatio. Ratio, quia conſenſus o-
peratur validitatem alienationis, quæ non vale-
ret aliàs ſine conſenſu domini. Andreas hic. ¶Ex
quo infero, quòd in dubio dominus conſentiens
alienationi rei feudalis, non intelligitur remitte-
re ius ſuum: quoniam regulariter alienatio feu-
di eſt prohibita: cap.j.ti.de prohib.feud.alienatio-
ne per Federicum.

# SVMMARIVM.

1 *Vaſallus qui accuſauerit dominum capitaliter, perdit feudum.*

2 *Capitalis accuſatio quæ ſit.*

3 *Diſpendium graue, quod intelligatur.*

4 *Vaſallus non liberans dominum incluſum, feudo priuatur.*

5 *Incluſus intelligitur, qui iniuſtè detinetur: ſecùs, ſi iuſtè.*

6 *Fructus feudi eccleſiæ oppignorati non computantur in ſortem.*

7 *Indignationis comminatio, priuationem feudi ſecum adfert.*

8 *Vaſallus æquiparatur liberto, & dominus patrono.*

9 *Vaſallus fideiubens pro accuſatore domini, contra dominum, perdit feudum.*

10 *Vaſallus contra dominum teſtificans, feudo priuatur.*

11 *Fallit, ſi vaſallus pro republica dominum accuſauerit, vel ſimile quid egerit.*

12 *Fallit, vt procedat non ſolùm in accuſatione criminali, ſed & quæ aliàs diſpendium inferat.*

13 *Vaſallus non perdit feudum proſequendo ſuam, vel ſuorum iniuriam.*

14 *Vaſallus dominum capitaliter accuſans, ſi accuſationem probauerit, feudum non perdit.*

15 *Vaſallus ob accuſationem qua non ingeritur pœna magna, feudum non amittit.*

16 *Vaſallus qui defendendo cõtra dominum procedit, feudo*

*ſeudo minimè priuatur.*

17 *Vaſallus ſponte contra dominum teſtificatus, punitur: ſecùs, ſi coactus.*

18 *Vaſallus ſponte ac voluntariè contra dominum aduocans, ſeudo priuatur: ſecus, ſi coactus.*

19 *Vaſallus in accuſatione domini pœnitere poteſt vſque ad ſententiam.*

20 *Vaſallus iniuſtam ſententiam ferens, quæ poſtea in appellatione reuocatur, ſeudo excidit.*

21 *Vaſallus cauſa venerandæ reipublicæ poteſt agere iniuriarum, contra dominum.*

22 *Iuſta ignorantia vaſallum excuſat.*

23 *Vaſallus per actum facti, non verbi, cogi debet.*

§. ITEM SI DELATOR. ¶Si vaſallus accuſauerit capitaliter dominum, ex qua accuſatione ſenſit graue damnum: vel ſi vaſallus carceratum dominum non adiuerit, perdit feudum. Hoc dicit: licet aliqui libri habeant intermedia capitula duo, quæ communiter non habentur, neq; commentantur à gloſſ. neque à Doctoribus. ¶Not. ibi,
1 delator. † quòd ſi vaſallus accuſauerit dominũ ca-
a pitaliter, perdit feudum. [a] ¶ † Et dicitur capitalis
2 accuſatio, in quam imponitur pœna capitis vel deportationis: l. qui cum maiori. §. his demum. ff. de bon. lib. ſecundum And. hìc. ¶No. ibi, graue diſpẽ-
3 dium. † quòd poteſt intelligi, vel quia propter accuſationem non veram diuulgatum eſt in auribus multorum dominum deliquiſſe: ar. l. in ſeruorum. ff. de pœnis. Vel aliter graue diſpendium, quia dominus fecit magnam expenſam in defendẽdo ſe ab accuſatione: ſ. §. præterea. ſecundum And. ¶Not.
4 ibi, vel ſi cognouerit. † quòd ſi vaſallus ſciuerit do-
b minum incluſum, [b] priuatur feudo, ſi eum nõ liberauerit. ¶ Et not. verſic. cognouerit. quòd non eſt

a *Ponit* D. Frã*ciſc. Curt. in tract. feudo. vj. char. iiij. part. verſic. xxix. cauſa.*

b *Qualiter hoc intelligatur, vide* D. Frã. *Curt. in vij. charta, iiij. part. verſic. xix. vj. cauſa.*

eſt neceſſe, quòd dominus denunciet vaſallo ſe in-
cluſum: ſed ſatis eſt, quòd vaſallus ſciuerit domi-
num incluſum: quia certus certiorari non debet: l.
j. ff. de actione emp. & facit cap. licet. ꝗ. ſi de feu. fue.
5 controuer. ¶ †No. ibi, incluſum. expone, id eſt de-
tentum ſiue in vinculis, ſiue non: argumen. l. j. & ij.
ff. de lib. homi. exhi. Et intellige iſtum tex. quando
dominus eſt detẽtus iniuſtè: ſecus, ſi iuſtè: quia tũc
non tenetur vaſallus eum liberare: [a] argum. cap. j.
& ibi no. ꝗ. hic finitur lex Conradi. ſecundum And.
hic. ¶ Not. ibi, cùm potuerit. quòd propter impo-
tentiam excuſatur vaſallus. Simile vidiſtis in §. præ
6 cedẽti. ¶ Aduerte ad vnum caſum: pone, †quidam
prælatus: puta, epiſcopus, vel alius infeudauit te de
quodam caſtro: deinde tu indigẽs pecuniis, prædiũ
pignoraſti eidem prælato: is nomine eccleſiæ per-
cepit multos fructus ex prædio pignorato: quæ-
ritur, an fructus percepti debeãt computari in ſor-
tem, cùm prælatus nomine eccleſiæ nulla ſeruitia
exigere poſsit à vaſallo? Videtur prima facie, quòd
ſic: per l. j. & ij. C. de pign. act. vbi fructus compu-
tantur in ſortem. ¶ In contrarium eſt veritas per
tex. in c. ij. de feud. dũmodo eccleſia non percipiat
ſeruitia à vaſallo. Et hoc eſt ſingulare in eccleſia fa
uore eccleſiæ, ſecundum gl. ordinariã in c. conque
ſtus. de vſur. ¶ Idem putarem dicẽdum in piis cau-
ſis, à paritate rationis: quia priuilegia conceſſa ec-
cleſiæ, intelliguntur conceſſa & pio loco: vt not. in
l. j. C. de ſac. ſanct. eccl. & in l. ſancimus. per Bal. C.
ad Treb. ¶ Glo. magna diuiditur in duas. In prima
declarat tex. & eum extendit. In ſecunda ponit plu
res limitationes. Secunda ibi, ſed licet dominũ va-
ſallus accuſauerit pro principe. ¶ In ead. gloſſ. ibi,
euitabit. not. duplicem fore literam: Vno modo, in
grauedinem: alio modo, indignationem. Et vtra-
que litera bona: & exponitur à gloſſ. j. à feudo pri-
7 uari poteſt. ¶ Ex qua gl. ſingulariter no. †ꝙ ſi prin
ceps ſcribat vaſallo, vt aliquid faciat ſub pœna in-
digna-

[a] *Vide per D. Iac. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt. col. xj. verſ. xiij. cauſa.*

dignationis:certè illa cóminatio operatur, vt eis vaſallis non obedientibus poſsit princeps eos priuare feudo.¶Et no.iſtam glo. propter clauſulam, quæ ſolet apponi in apoſtolicis diſpoſitionibus:licet aliàs nouerint ſe incurſuros indignationem ve rorum apoſtolorũ Petri & Pauli:& ſignificet clau-
a ſula comminationem priuationis beneficiorum.[a] Et de hac clauſula ponit etiam Bal. in leg. cunctos populos.in repetitione,de ſumm.tri.& fi. ca-
8 tho.¶†In ea.gl.ibi,qui cùm maior.not. vaſallũ æquiparari liberto, & dominũ æquiparari patrono. ¶In ea.ibi,ſubmiſerit.no.gl.quæ extendit tex.no-
9 ſtrum pœnalem,†vt ſi vaſallus fideiuſſerit pro accuſatore contra dominum,vel ſi ipſe vaſallus ſubmiſit alium,qui fideiuſſerit pro accuſatore contra dominum : certè vaſallus perdit feudum. ¶In ea.
10 glo.ibi,l.poſt legatum.no.†quòd vaſallus qui teſtificatus eſt contra dominum in accuſatione criminali,perdit feudum:cum limitatione, quam ſtatim videbimus in glo. ¶In ea.glo.in auth.eo.no.
11 primam fallentiam à text. noſtro:†quia ſi vaſallus pro principe vel pro republica accuſauerit dominum , vel fideiuſſerit vel teſtificatus fuerit contra dominum,certè non amittit feudum. ¶In ea. glo.
12 ibi,§.j.no. ſecundam limitationem, †vt non ſolùm procedat in accuſatione criminali , vt dixi in tex. ¶In ea.gl.ibi,§.quòd ſi patris.no.tertiã limitatio-
13 nem,†vt vaſ.non perdit feudum,ſi accuſauerit dominum proſequendo ſuam vel ſuorum iniuriam. ¶In ea. glo. ibi , §. fi. not. ſingularem limitatio-
14 nem , † quòd vaſalallus qui accuſauerit domi-
b num capitaliter, non perdit feudum : [b] dummodo probauerit veram & iuſtam accuſationem. Quartò

*a* *Adde, quòd contrariũ tenet D.Iaſ.in l.j.in princ. ij. col. ff. ſi quis ius dicẽti nõ obtẽp. Bar.in trac. qui ſint rebelles.in verbo,indignationẽ noſtr. dicit nõ reperiſſe ſe, quid importet iſta clauſula ad hãc clauſulã. Faciũt plura accumulata per Fely. in ca.ſi quis.in pe.& fi.co. de ma. & obed. & cap. veniẽs. vbi vnum verbum ponit,col.j. de præſcriptio. Alex.cõ cij. col.pe.j.vol. Et an poſsit dominus facere præceptũ ſubdito ſub pœna amiſsiõis feudi, & an talem pœnam poſsit exigere*, D. Ia. *in ver. dictiq; vaſalli promiſerunt recogno.colum.iiij.verſ.inſuper quæro.*

*b* *De veritate iſtius limitationis vide* D.Fran.Cur.*in tract.feudorũ,vj. char. iiij.par. ver.xxix.cauſa.*

itaque reſtringendus eſt text.noſter ad accuſatio-
nem non probatam, vel non iuſtam. ¶In ea. glo.
15 ibi, §.j.not.quintam limitationem, †vt non proce-
dat in accuſatione ex qua nõ ingeritur magna pœ-
na, quamuis iudex iniquus magnã pœnam domi-
no impoſuerit: ar.l.fi.§.per imprudentiã.ff.de eui-
16 ctio.¶In ea.gl.ibi,l.ij.not.ſextam limitationẽ, †vt
tex.noſter non procedat, quando quis defenden-
do vel vlciſcendo proceſſerit contra dominum.
17 ¶In ea.gl.ibi,l. poſt legatum. not.glo.†quia limi-
tat dicta ſuprà. Nam dictum eſt, quòd vaſallus de-
ponens teſtimonium contra dominum, perdit feu-
dum. Hoc verum, ſi ſpõte fuerit teſtificatus: ſecus,
ſi coactus fuerit à iudicio: puta, iudex præcepit ſub
pœna, vt teſtificaretur contra dominum: leg.non
18 videtur.ff.de reg.iur.¶In ea.gl.ibi, ait prętor, †an
aduocatus qui prętat patrocinium contra domi-
nũ in accuſatiõe, ſit dignus priuari feudo?[a] Reſpõ.
quòd quando voluntariè præſtitit patrociniũ, pri
uatur feudo: ſecus, ſi coactè. Propterea cautus ſit
vaſallus, vt non aduocet cõtra dominum in accu-
ſatione, niſi prçceſſerit coactio iudicis: puta, præ-
19 ceptum.¶In ea.gl.ibi,l.iij.no. †quòd vaſallus qui
accuſauit dominum, poteſt pœnitere vſque ad ſen
tentiam: vt in glo.& ſic non perdit feudum. ¶In
20 ea.glo.ibi, appella.not.vij.†quòd ſi vaſallus iniu-
ſtam ſententiã tulerit contra dominum, poſtea ex
eiſdem actis in cauſa appellationis fuit reuocata,
priuatur feudo:[b] ſecus, ſi ex nouis actis coram no-
uo iudice factis: quia tunc nihil poteſt imputari
vaſallo: vt leg.j.C.de app.¶In ea.glo.ibi, §.j.not.
21 †quòd vaſallus cauſa venerandæ reipublicæ po-
teſt agere iniuriarum contra dominum. ¶In ea.
22 glo.ibi, leg.ſi quis.no.hìc aliam limitationem, †vt
iuſta ignorantia excuſet vaſallum. ¶In ea. glo.
23 ad fi.nota verbum, egregium. †quod exponi de-
bet, id eſt notabilem. & intelligite gloſſam, ſane.
quando fuit coactus per actum facti: ſecus, ſi per
actum

a *Et de teſtificãte & patrocinante contra dominum, an debeat priuari feudo, vide D.Frã. Cur. in tra. feudorũ vij. chart. iiij. part. verſi. xxxij.cauſa & ver. ſeq. D.Ia.in ver. dictiq; vaſalli promiſerunt non cõmittere. col. vij. ver. ſed quid ſi vaſallus. & in verbo, qui quidẽ inueſtiti.col.iiij. verſ.ex præmiſsis infertur.*

b *Vide per D. Frã.Cur. in tra. feu.vij. char. iiij. par. verſi. xxxiiij. cauſa. D. Ia. in verb. dictiq; vaſalli promiſerũt non committere.*

a actum verbi, non perueniendo ad factum. [a] Nam per actum verbi puniri debet extraordinarié: l. j. de extraor. cri. ſecundum And. hîc.

a *Vide D. Ia. in ver. dicti q; vaſalli pro miſerũt non committere. col. ix. verſi. ſed adhuc dubitatur.*

## SVMMARIVM.

1 *Exhæredationis cauſa, ſimilis priuationi feudi.*

2 *Diuortium quæ faciunt, eadem & priuationem feu di inducunt.*

3 *Donationem quæ reuocant, eadem & feudo priuant.*

4 *Non ex ijſdem cauſis libertus in ſeruitutem reuocatur, & vaſallus feudo priuatur.*

5 *Subtiliter leges conſiderandæ, non ad corticem.*

6 *Natura deproperat nouas edere formas.*

7 *Arbitrio iudicis minimè permittitur, ex quibus cauſis feudum amittatur.*

8 *Vaſallus licet bonæ fidei, quo ad graues viros, non cenſeatur, tamen feudum non amittit.*

9 *Periurus feudum non amittit.*

10 *Delictum contra dominum eidem feudum defert.*

11 *Paricida omnis debet priuari feudo.*

12 *Frater fratrem incarcerans, feudo minimè priuabitur.*

13 *Alienatum feudum perditur ipſo iure.*

14 *Alienatione facta iure non permittente, feudum ad dominum reuertitur.*

15 *Vaſallo feudum amittente, filius eius priuatus eſſe dicitur.*

16 *Alienatio feudi licet licita ſit, agnati tamen id redimere poſſunt.*

17 *Vaſallo feloniã committente, feudum ad dominum reuer-*

*reuertitur, niſi tenor inueſtituræ contrarietur.*

18 *Fallit quoque, ſi feudum conceſſum ſit generi.*

19 *Filijs quomodo caueri poßit, ne eis alienatio feudi à patre facta noceat.*

20 *Vaſallus qui alienat ſaluo iure domini & agnatorũ, non excuſatur.*

§. PRAEDICTIS MODIS BENEFICIVM. ¶ 1 † Ex quibus cauſis poteſt fieri exhęredatio, & ex quibus cauſis reuocat̃ donatio,[a] & ex quibus cauſis celebratur diuortium: ex eiſdem vaſallus priuatur feudo: & iudex ex ſimilibus, vel maioribus cauſis priuabit vaſallum feudo: & ex omni cauſa non priuatur vaſallus feudo: & ſi vaſallus delinquit in dominum, feudũ reuertitur ad dominum: ſi verò non deliquerit in dominum, feudum reuertetur ad agnatos vaſalli: & ſic ſi vaſallus contra conſtitutionem Lotharij Imperatoris alienauerit feudum, perdit feudum & precium. Hoc d. vſque ad fi. ti. ¶ No. ibi, conſtitutioně. quę noua conſtitutio eſt in auth. vt cũm de ap. cog. §. aliud. & §. cauſas. ¶ No. ibi, exhæredatus. 2 † bonam eſſe regulam in feudis: Iſta eſt iuſta cauſa priuationis feudi quę eſt iuſta cauſa exhęredationis. ¶ No. ibi, conſtitutiones veteres. quę habentur in l. fi. C. de dona. & in toto titulo C. de repu. ¶ No. ibi, matrimonia. 3 † eſſe bonam conſequentiam in feudis: Iſta eſt iuſta cauſa faciẽdi diuortium, ergo eſt iuſta cauſa priuationis feudi. ¶ No. ibi, donationes. bonam eſſe conſequentiam in feudis: 4 † Iſta bona eſt cauſa priuationis donationis, ergo eſt bona cauſa priuationis feudi. ¶ Item ſentit Iac. de Bel. in ſummario, quòd iuſta cauſa reuocandi libertum in ſeruitutě, eſt iuſta cauſa priuationis feudi: quamuis hoc difficulter colligatur ex tex. niſi dicatur, quòd colligemus ex illo verbo, ingratitudinis. ¶ Not. ſubtiliter, contra eos qui ad corticem intelligunt iura.

[a] *Contra iſta tria dicta ſeu tres regulas arguit Do. Frã. Cur. in tract. feud. vij. cha. iiij. par. verſi. xxxviij. cauſa.*

5 iura. † Nam ſubtiliter debemus conſiderare leges.
6 ¶ Nota ibi, ſed quia. nota, † quòd natura depro-
perat nouas edere formas : vt plenè habetur in
prooemio Sexti & Clem. & in l. ij. C. de veter. iur.
enucleando. ¶ Nota ibi, ideo iudex. quòd ex ſi-
milibus cauſis exhæredationis, reuocationis do-
nationis, diuortij, vel maioribus cauſis vaſallus
perdit feudum. ¶ Nota ergo, quòd vaſalli ha-
bentes feuda, ſunt ſub magno periculo perdendi
feudum, cùm ex tot cauſis, vel ſimilibus, vel ma-
7 ioribus perdatur feudum. ¶ † No. ex §. illud. con-
tra iudices, qui in cauſa feudali dicunt, quòd ar-
bitrarium eſt iudici, quæ ſit cauſa amittendi feu-
dum : & allegant pro ſe præcedentem §. ibi, ideó-
que iudex. Sed in veritate text. noſter hìc in ver.
illud. nõ vult, quòd iudex poſsit arbitrari feudum
debere amitti ex quacunque cauſa leui : quinimo
requiritur egregia & notabilis cauſa. ¶ Nec obſt.
verſi. ideoque iudex. quia reſpondeo, quod arbi-
trium iudicis non poteſt ſe verſari, niſi ad ſimiles
cauſas, vel maiores, exhæredationis, vel diuor-
tij : non autem pro paruis vel diſsimilibus : quod
8 not. pro vaſal. ¶ No. ibi, vaſalli. † quòd licet vaſal-
lus quo ad graues viros, non cenſetur bonæ fidei:
tamen non perdit feudum. ¶ Nota ibi, deierat.
9 † quòd periurus non amittit feudum. ¶ Nota ex
10 §. denique. † quòd ſi vaſallus deliquerit in domi-
num, ex quo delicto perdatur feudum, reuerti-
tur ad dominum, non ad agnatos : ſi verò delique-
rit vaſallus in alios : puta, occidendo fratrem
ipſius vaſalli: certè feudum reuertitur ad agnatos.
¶ Quid autem ſi vaſallus interfecerit fratrem do-
mini ſui? Dicite, vt videbimus in c. j. ꝟ. de eo qui in-
terfecerit fratrem domini ſui. ¶ Nota ibi, parri-
11 cidij. † quòd omnis parricida debet priuari feu-
do. Ex quo ſequitur, quòd ſi quis occiderit pa-
trem, matrem, vel generum, vel nurum, vel a-
lias perſonas enumeratas in l. j. ff. ad leg. Pomp. de

H

parricidis.poteſt priuari feudo. ¶Et ſufficit,quòd voluerit occidere : quinimo ſcientia aliquando ſufficit : l. ſciente. ff. ad leg. Pomp. de parricidis.

12 ¶†Quid autem ſi vaſallus fratrem ſuum non occiderit, ſed eum poſuerit in carceribus : an amittatur feudum ? Baldus hîc determinat, quòd ſic: [a] arguendo de ſimilibus ad ſimilia. ¶Ego puto contrarium : quia maior culpa ſiue maius delictum eſt occidere, vel velle occidere : quàm in carceribus ponere : l. aut damnum. §. vitam. & §.ſolent.ff.de

13 pœnis. ¶Nota text.in §.ſi vaſallus. † quòd ſi vaſallus fecerit contra conſtitutionem Lotharij, alienando : perdit feudum, & reuertitur ad dominum. ¶An autem perdatur mero iure ? Reſpondeo, Speciale eſt in alienatione, vt perdatur mero iure : vt not. in cap. ex parte. de feudo. Sed Baldus in contrarium allegat iſtum textum in verbo, cariturum. quod eſt futuri temporis. Ergo requiritur ſententia:l. iubemus.§.ſanè.C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in criminali. C. de iuriſdictione omnium iudic. Vos poteſtis dicere de hoc, vt plenè not. in leg. final. C. de iure emphyteot. ¶ Opponitur contra iſtum textum : Nam dicitur in §. denique. quòd ſi vaſallus deliquerit in dominum, feudum reuertitur ad dominum. Sed contrà : imo reuertitur ad agnatos : cap. ſi vaſallus. infrà, ſi de feud. fuerit controuerſ. ¶Dictum cap. ſi vaſallus. eſt limitandum, niſi vaſallus deliquerit in dominum : quia ſi deliquerit in dominum,reuertitur ad domi-

14 num. ¶ Secundò oppo. contra §. ſi vaſallus. † & imo videtur,quòd facta alienatione contra conſtitutionem Lotharij,feudũ non reuertatur ad dominum, ſed ad agnatos. Vnde oppo. de cap.primo, ſuprà qualiter olim feud. alienari potuerit. Solutio : Aut alienatio eſt facta iure & conſuetudine permittente,& loquuntur contraria : aut iure non permittente,& loquitur textus noſter. Sed contra iſtam ſolutionem oppo.d.c. Titius.§. titu.ij. Solut.

Tex.

[a] *Dicta Bald. in hoc artic. de parricida refert ſimpliciter D. Frã. Cur. in tra. feu.iiij.charta iiij.part. verſic. xvij. cauſa.*

Tex.noſter hîc eſt intelligẽdus,deficientibus agnatis. Exiſtentibus autem agnatis, agnati præferuntur domino: quemadmodum, quando vaſallus non petiit inueſtituram intra annum & diem, feudum paternum non reuertitur ad dominum, ſed ad agnatos: ſecundum Andream: quod eſt bene
15 notandum. ¶ Et not. vnam regulam, †quòd ſi vaſallus perdat feudum ex culpa, filius eius vaſalli dicitur priuatus eſſe: vt videbitis plenius in d. ca. Titius. & in d.ca.ſi vaſallus. ¶Et not. hîc elegantem diſtinctionem Iacob. de Bello. [a] quem ſequitur hîc Baldus: cùm quæritur, amiſſum feudum an reuertatur ad dominum, vel ad agnatos: diſtinguenda ſunt duo membra: Aut vaſallus amiſit feudum delinquendo, aut alienando. Primo caſu capienda eſt diſtinctio §.noſtri, denique. videlicet, ſi deliquerit in dominum, feudum reuertitur ad dominum:[b] ſi in alium, tunc reuertitur ad agnatos. Secundo caſu, quando alienando: & tunc aut eſt facta alienatio iure & conſuetudine permittente, & tunc feudum perueniret ad filios vaſalli: quibus deficientibus peruenire debet ad agnatos: c. j.§.j. ꝟ. de ſucceſsione feud.& d.§.porrò. Aut alienatio fuit facta iure non permittente, & tũc feudum debet reuerti ad agnatos: non ad filios, niſi agnati tacuerint anno: deficientibus autem agnatis, reuertitur ad filios, vt hîc: in feudo verò nouo, feudum ſemper reuertitur ad dominũ, ſecundũ vnam ſolutionem quæ datur ad dictum capi. ſi vaſallus.ꝟ. tit.ij.propter quod cap.ita intelligitur text.noſter hîc in §. ſi vaſallus. Et licet hæc diſtinctio ſit pulchra, tamen latiùs dicam in d.c.Titius. vel in c. j.ꝟ. de prohi.feu.al.per Fe. ¶Et no.vnam regulam pul
16 chram,†quòd vbicunque licita eſt alienatio feudi: puta,cõſuetudine:agnati poſſunt redimere feudũ: & ſi agnati noluerint redimere,dominus poteſt redimere,ſecundum gl.Ia.de Bel.& Bal.in c.j.§.porrò.ꝟ.qualiter olim feud.ali. po.quod eſt notabile,

*a Ad hãc diſt. vide latè Alexã.conſ.ij. col.iij.v.vo. & cõſ. xxx. co.ij.in j.volum. & latiùs in v.co. et con.xxvj. in princi. in v.vol.*

*b An id quod dicitur hîc, quòd feudũ reuertitur ad dominũ, procedat etiam in feudo antiquo: vide D.Frã. Cur. in tra. feud. in d. part.colũ. j. vbi plures ponit limitatiões,in quibus feud.reuertitur ad dominum. Vide Do.Ia. in verſ. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere.co.xvij. verſic.videamus nunc.*

maximè in patria Vltramontana in qua ſæpenumero eſt conſuetudo alienandi feudum. ¶ Et nota vnam limitationem Bal. hic ad textum noſtrum in
17 §. denique. † vt feudum reuertatur ad dominum, ſi vaſallus deliquerit in dominum: niſi tenor inueſtituræ eſſet in contrarium: cap. j. de duobus fratri-
18 bus à capit.inueſtit. ¶ †Item limitat, niſi feudum ſit conceſſum generi: argument.l.ij.ff.de interdic. & releg.& dep. & dicit ita de cõſuetudine ſeruari. Baldus hic dicit, quòd ſibi videtur iniquiſsimum, quòd vaſallus alienando poſsit priuare filios & agnatos. Sed quo ad agnatos, malè loquitur Bald. dict.cap. Titius.& dict.cap.ſi vaſallus. ſed quo ad
19 filios, bene loquitur Bald. ¶†Sed dat cautelam, ne etiam priuentur filij. Nam filij debent pro ſuo intereſſe comparere, & etiam denunciare domino, ne permittat emptorem ingredi in poſſeſsionem, & vaſallum non tradere poſſeſsionem emptori: argum.l.ſi quis ſciens. de contrahend.emp. cum ſi. & conſequenter non tradita poſſeſsione, non dicitur alienatum: l. alienatum. ff. de verbor. ſignificationibus. ¶ Sed hæc cautela Baldi non eſt generalis. Quid enim ſi filij vaſalli ignorent alienationem, & emptorem, quomodo poterunt prohibere emptorem & venditorem, quos ignorant? Propterea do vobis vnam cautelam,[a] quòd filius, vel deſcendens vaſalli, vel etiã agnati ad cautelam compareant coram iudice, & faciant fieri proclama, quòd nullus emat feudum à vaſallo, & ſic interdicat alienationem vaſallo: qui ſi poſtea alienet, non valebit alienatio: argum. l. de pollicitationibus. Facit l. ego. ff.ex quibus cauſis ma. & l. eo tempore.C.de remiſ. pign. quod eſt tenendum
20 menti. ¶†Vltimò, non excuſatur vaſallus qui alienat feudum ſaluo iure domini & agnatorum, & nõ adiiciat illam clauſulam: & non aliter, nec alio modo ſum venditurus: argu.l.ſi quidem. C. de exceptionibus.[b] &c.

*a Probat tamẽ D. Franciſc. Curt. in tra. feud. in iiij. concluſio. v. part. nõ eſſe neceſſarium deuenire ad has cautel: vt per eum, quem vide.*

*b An et p quæ verba poſſit vaſallus alienans excuſari à caducitate, vide D. Franc. Cur. in tra. feu. xij. charta iiij. part. verſic. xxj. quæro. Vide Alex. conſil. iij. co. ij. ver. cõfirmo per iſta verba. in j. vol. Fel. latè in cap. quæ in eccleſiarum. col. xxxiij. de conſtitut.*

# Si de feudo vaſallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

## Tit. III.

¶Continuatur hoc ordine: Suprà viſum eſt, qualiter feudum amittatur: verùm quia aliquãdo feudum euincitur, & dubitatur, an vaſallus poſsit agere contra dominum de euictione: propterea ſubiicitur rubrica: ſi de feud. vaſallus interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

## SVMMARIVM.

1 *Summarium totius tituli.*

2 *Vaſallus denunciatione facta, de euictione feudi contra dominum agit.*

3 *Concluſionis forma in libello vaſalli de euictione.*

4 *Tempus rei iudicatæ inſpicitur.*

5 *Filia fratris cui in diuiſione bona feudalia aßignata ſunt patre mortuo, & bonis iſtis euictis, contra patruum agere nequit.*

6 *Vaſallus de euictione non agit, ſi ſcienter rem alienam in feudum ſuſcepit.*

7 *Non agit quoque, niſi domino denunciârit litem motam.*

8 *Denunciatio etiam ſcienti facienda eſt.*

9 *Vaſallus ex ſententia arbitri euictus, non agit de euictione.*

10 *Euictione contra abſentem facta, euictus agere non poteſt de euictione.*

11 *Euictio ſi facta ſit ex culpa vaſalli, vel per impru-*

*dentiam iudicis, de euictione non agitur.*

12 *Euicto quomodo caueatur, vt dominus ei ſatiſfaciat.*

13 *Feudum non conſiſtit in pecunia.*

14 *Vaſallus à tertio conuentus in iudicio, an nominare poßit dominum, remißiué.*

NEGOCIVM TALE EST: QVIDAM. ¶Diuiditur in tres. In prima quæſtio & deciſio. In ſecunda, quãdo certũ eſt de feudo vaſallum euictum eſſe. In tertia, quando eſt dubium, an vaſallus ſit euictus de feudo. Secunda ibi, ſuper negocio iſto. Tertia ibi, ſed ſi dominus negat. Hoc dicit:

1 ¶† Si vaſallus de feudo interpellatus fuerit ab aliquo, & domino denunciauerit, vt eum defendat: euictione ſecuta, agit vaſallus contra dominum vt detur ſibi ſimile feudum, vel pecunia, ex qua ematur res immobilis, quam tenebit in feudum, & hoc quando certum eſt vaſallum de feudo victum fore. Sed ſi ſit dubium, probabit vaſallus ſe de dicto feudo fuiſſe inueſtitum, & aget de euictione contra dominum: ſi autem vaſallus non probauerit inueſtituram feudalem, defertur iuramentum domino. Ad hoc allegatur vſque ad fi. tituli. ¶No. ibi,

2 ſuper negocio iſto: †quòd ſi vaſallus denunciauerit domino, vt eum defendat & euictum fuerit feudum, poterit agi de euictione cõtra dominum.

3 ¶Nota text. ibi, vt dominus. † nota formam concluſionis libelli, quando vaſallus de euictione contra dominum agit: quia debet cõcludere ad emendum feudum eiuſdem bonitatis, vel ad numerandum denarios vaſallo, ex quibus ematur: denique vaſallus tenebit in feudum à domino, & ſic vaſallus non concludit in libello euictionis ad intereſſe. Et eſt ratio, quia agit ad hoc: vt

habeat

habeat à domino ſimile feudum. Et prædicta ſunt vera, quando certum ſit vaſallum victum fuiſſe. Vbi autem ſit dubium, tunc vaſallus debet probare rem euictam, fuiſſe feudalem: qua probatione facta, aget de euictione, ſecundum formam quam dixi in ſuperioribus. ¶ Et not. † quòd inſpicitur tempus rei iudicatæ. Et facit ad materiam
4 
5 l.vinum.ff.ſi certum petat. Pone, † duo fratres inuicem diuidentes bona, aſsignant vni bona allodialia, alteri verò bona feudalia: frater cui aſsignata ſunt bona feudalia, deceſsit nullo relicto filio, ſed ſola filia fœmina, & ſic reuocatur feudum à domino: quia filia non ſuccedit in feudum: vt cap.j.§. hoc quoque notandum.ſ.qui feu. dare poſſ. hæc filia tanquam euicta ſit pars ſua à domino feudi, vult agere contra patruum cui aſsignata ſunt bona allodialia: quæritur, an poſsit? Reſpondeo, quòd non poteſt agi de euictione, ſecundum gloſ. not. ſignandam: l.ſi familiæ.C.fami.herciſcun. niſi eſſet ſubiecta in dicta diuiſione ſtipulatio de euict.ar.l.ſi fundum ſciens.C.de euict. & ita limitat glo. in d.l.ſi familiæ. Quã gl. Doct. ibi declarant eſſe verã, quãdo ſpecialiter eſt facta ſtipulatio de euictione: quod eſt notabile. Facit l.damni infecti ſtipulatio. ff.de damno infecto. & l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur. ¶ Gloſſ. quoq; dicit ad dominũ reuerti, ibi, c.j. ¶ No. limi-
6 tationem ad text. noſtrum, † vt vaſallus non poſsit agere de euictione, quando ſcienter rem alienam in feudum ſuſcepit, niſi ſibi ſpecialiter prouidiſſet de euictione: vt not. in d.c.j. hic allegato. ¶ In ead.
7 ibi, procuratori. no. aliam limitationem, † vt ita demum habeat euict. ſi domino denunciauerit litem motam: aliàs non agit: l.emptor.C.de euictio. ¶ In
8 ead. gloſ. ibi, domino ſciente. † an autem venditori vel domino ſcienti motam litem, teneatur vaſallus ad denunciandum? Doct. dicunt, quòd ſic: in l.denunciaſſe.ff.ad legem Iul.de adulte. Et probat iſte text. ibi, vt cum defenderet. Et facit l.qui abſente.

de procur. Sed aduerte Bar. fuiſſe in illa ſententia, non valere denunciationem, niſi ſibi oſtendatur libellus venditori vel domino: quæ opinio Bar. non ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Ang. in l. libera Theodora. ff. de ſent. & interloc. omnium iudic. ¶ In ead. gloſſ. ibi, dicitur. not. aliam limitationem
9 ad text. noſtrum, † quòd ſi vaſallus compromiſerit, & ex ſententia arbitri fuerit euictus, non agit de euictione, niſi neceſſarium fuerit compromiſſum vigore ſtatuti, &c. vt not. Doct. maximè Bar. & Ang. in l. ſi dictum. §. ſi compromiſſo. ff. de euict. ¶ In ea.
10 ibi, pronunciatum. no. aliam limitationem, † quòd ſi feudum fuerit euictum, quia ſententia fuerit lata contra vaſallum abſentem: certè non aget de euic. l. ſi ideo. ff. de euict. quod eſt verum, quando ſentētia fuit lata contra abſentem, non ex probabili cauſa, vel ex iuſta. Nam ſi fuiſſet abſens vaſallus vel emptor, vel probabili vel iuſta cauſa, agetur de euict. ſecundum gloſ. in verb. abſens. in l. ij. C. de contra. iudi. tut. Et eodem modo vaſallus vel emptor ageret de euictione: etiamſi non eſſet abſens ex cauſa probabili: dummodo ſentētia non fuerit lata propter abſentiam, ſed propter iuſtas & veras probationes, ſecundum Bal. hîc allegantem d. glo. in l. ij.
11 quam appellat ſingularem. ¶ † Ad fin. not. aliam limitationem, quòd ſi feudum ſit euictum ex culpa vaſalli, certè non agit vaſallus de euictione. ¶ Itē ſi per imprudentiam iudicis feudum fuerit euictum, non agitur de euict. l. per imprudentiam. ff. de euictio. ¶ Item ſi vaſallus non appellauerit, vel nō denunciauerit domino, vt appellet: non aget vaſallus de euictione: de quo in l. Herēnius. §. fi. ff. de euict.
12 ¶ † Si tamen vultis euitare iſtas fallentias, ponite pactum ſpeciale in inſtrumento inueſtituræ, quòd dominus teneatur de euictione, ſiue fuerit euictū feudum per imperitiam iudicis, ſiue fuerit lata ſententia contra abſentem, ſiue præſentem. Et ſimiliter no. Ang. in l. ſi emptor. allegata. Sed tanti principes

cipes hodie dantes in feudum, quamuis illam clau ſulam in inſtrumento inueſtituræ ponant, tamẽ no lunt teneri de euictione, qualitercũque euincatur feudum. ¶Gloſſ.ſiue aliquam rem immobilem.ad
13 fi.not. † quòd in pecunia non conſiſtit feudum:de quo in c.ij.ſi de feud.fue.cont.¶Item not.quòd ſi dominus dederit pecuniam in feudum, eam repetit condictione ſine cauſa,niſi ſcienter hoc fecerit: quod in dubio non præſumitur, ſecundum And.al leg.l.j.& l.ſi me præſente.in prin.ff.de condi.indc. ¶In gl.ſed cui.ad fi.not. quòd ideo defertur iuramentum reo,& non domino:quia erat aliqua præſumptio pro vaſallo: de quo videbimus plenè in §.
14 ſacramentum.ī.de conſue.rec.feu. ¶† Quæro,ſi vaſallus cõueniatur à tertio, an poſsit nominare dominum in iudicio? Reſpondeo ſecundum glo.Bar. & Angel. & allegata in l.j. ibi, in rem actio. & per Bar.in l.j.§.tabulæ.de tab.exhibẽ. & in c.quoniam frequenter.vt lit.conteſt.

## Si de feudo defuncti contentio ſit inter dominum & agnatos vaſalli. Titulus IIII.

¶Hic titulus vtilis continuatur hoc ordine:Suprà viſum eſt in ſpecie de controuerſia feudi in pluribus rubricis:nunc verò ſubiicitur rubrica generalis,ſi de feu.fuer.contro.¶Et ſi rubrica iacet: ſi de feud.fuer.controuer.eſt generalis ad nigrum: ſi verò iacet hoc modo: ſi de feud.defuncti controuer. fue.inter dominum & agnatos:tunc nigrum eſt generalius,quàm rubrica: vt patet ex capitulis ſequẽtibus,&c.

## SVMMARIVM.

1 *Militis appellatione in hoc libello continetur vaſallus.*

2 *Contentione feudi inter agnatos & dominum exorta, agnati in poſſeßionem mittuntur.*

3 *Agnatis in poſſeßionem mißis ac probatione deſtitutis, iuramentum eis defertur.*

4 *Agnatis in dubio iuramentum defertur, ſi pro eis ſit præſumptio.*

5 *Caſus huius §. varij.*

SI DE FEVDO DEFVNCTI. ¶Si fuerit cõtentio inter dominũ & agnatos de feudo, an feudũ ſit nouũ vel paternũ, agnati ſunt mittendi in poſſeſsionẽ, & vtroq; in probatione deficiente, agnatis iuramentũ eſt deferẽdũ. Hoc dicit vſq; ad
1 §. inter filiá. ¶No. ibi, milites. †quòd appellatione militis in hoc libello continetur vaſallus: vt habuiſtis ſ. Imperator Lotharius. c. j. ¶No. ibi, agnati in
2 in poſſ. †q̃p ſi ſit contentio inter dominum & agnatos de ſucceſsione feudi, quia agnati dicant feudũ eſſe paternum, propterea ſeſe ſucceſſores: & dominus dicat feudũ eſſe nouum, propterea feudum ad eũ pertinere: certè mittẽdi ſunt agnati in poſſ. feudi interim, niſi dominus per, hodie cõſtat: hodie agatur. ſtatim velit probare feudum eſſe nouum: l. ſi his. ff. vt in poſſ. leg. & fuit de mente And. de Iſern.
3 in c. ſeq. ¶Not. in text. ibi, quo facto. †quòd miſsis agnatis in poſſeſsionẽ, cognoſcendum erit de principali cauſa, an feudum ſit nouum, vel paternum. Nam ſi dominus probauerit nouum, obtinebit: ſi verò agnati probauerint paternũ, obtinebunt contra dominum: vtroq; verò deficiente in probatione, defertur iuramentũ agnatis. ¶Sed quæro, quæ ſit ratio, quare agnati mittantur in poſſeſsionem? Reſpõdeo, propter poſſeſsionem defuncti vaſalli: arg. l. fin. C. de edict. di. Adr. tol. Vel, quia dominus erat actor. Vel, quia longo tempore poſſedit vaſallus

lus defunctus:arg.l.fi.ff.fin.regund. & l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.ſecundum Iac.de Bel.Vel alia poteſt eſſe ratio, quia dominus nõ negabat feudũ, ſed quòd feudum non eſſet paternum. Et nobilior eſt præſumptio,quòd ſit paternum, quàm nouum. ¶Et no.ſecũdum Bal.ꝙ licet ex vna linea collaterali feudum ſit poſſeſſum centum annis, tamẽ quo

a ad aliam lineam,feudum poteſt eſſe nouum, [a] licet nõ præſumatur in dubio:vt hîc in text.noſtro.¶In *a Hoc dictum valde commendat Alexan.ſuo cõſ. xv.col.ij.in v. vol.*

4 gl.videtur.ibi,videamus.not.†quòd hîc agnati nõ coguntur præciſè ſubire iuramentum, ſed volẽtes admittuntur.¶In ea.gl.ibi,§.ſacramẽtum.not.iſtã glo.quæ vult,vt ita demum deferatur iuramentum agnatis, ſi ſit præſumptio pro eis:ſecus,ſi eſſet maior præſumptio pro domino:d.§.ſacramẽtũ.In du-

5 bio autẽ defertur agnatis:in c.j.¶†No.glo.ibi,l.fi. Hæc gl.poteſt intelligi hoc modo:videlicet,vt ponatur caſus in c.noſtro, ꝙ agnati agebant interdicto quorum bonorum,vel edicto diui Adri. ¶Sed hæc lectio nõ bene congruit textui noſtro. Ratio, quòd interdicto quorum bonorum, vel in beneficio d.l.fina.dominus poſſet dicere excipiendo, Eſt feudum nouum,& volo probare, & ſic repellerentur agnati à miſsione in poſſeſsionem : quia exceptio,dolo facis,&c.habet locũ in omnibus interdictis,niſi in interdicto recuperandæ.Et no.in d.l.fi. & in l.j.C.de app.& l.ſi denique. ff.de iudic.ſecundum Andr. Propterea ponit aliter caſum Archi.ꝙ ſi defuncto vaſallo qui poſſedit feudum , quia dominus receperat ab eodem ſeruitia: fuit contentio inter dominum & agnatos:certè agnati ſunt mittẽdi in poſſeſsionẽ rei feudalis : quia vaſallus defunctus poſſedit, vt paternum. Ergo poteſtis inferre, quòd ſi defunctus poſſediſſet, vt feudum nouum: agnati non eſſent mittendi in poſſeſsionẽ ceſſante ratione Andre. In dubio præſumitur poſſediſſe , vt feudum paternum : vt hîc in text.noſtro. Quibus agnatis in poſſeſsionem miſsis, dominus

ven-

vẽdicabat ab eis feudum, & ſi probauerit feudum eſſe nouum, obtinebit: vel vtroque in probatione deficiente, agnatis defertur iuramentum: vt in tex. Et ſic ſecundum lect. And. agnati antè ſunt mittẽdi in poſſeſsionem, quàm inchoatum ſit iudicium vẽdicatoris. ¶ Et licet iſte intellectus ſit verus in ſe, tamen non videtur de mente literæ ibi, ſuper principali quæſtione. vbi text. innuit, quòd prius fuerit principalis quæſtio, quàm miſsio in poſſeſsionem. Propterea poſſet ſic formari caſus: Nam pendente lite inter dominum & agnatos, an feudũ ſit paternum vel nouum, interim agnati ſunt mittẽdi in poſſeſsionem: quo facto ſuper quæſtione principali erit cognoſcendum & definiendum: vt ſequitur in tex. Et iſta lectura eſt de mente tex. & Iac. de Bel. hic. ¶ In ead. glo. ad fin. Hæc quæſtio gloſſ. poteſt intelligi vno modo, quòd mouebatur controuerſia ſtatus domini: quia dicebat vaſallus dominũ non eſſe filium veri domini: quo caſu, niſi probauerit ſe filium veri domini, vaſallus poſsidebit, nõ dominus: ſi ipſe probauerit ſe filium veri domini, ipſe poſsidebit, non vaſallus, ſecundum And. hìc. ¶ Vel alio modo poteſt intelligi, ſecundum Andr. quòd hìc mouebatur controuerſia ſtatus vaſalli: quo caſu ſi non probauerit, quòd ſit vaſallus, poſsidebit dominus. ¶ Vel aliter ſecundum Ia. Aut enim vaſallus cui opponebatur, quòd erat ſeruus, erat in poſſ. libertatis: & tunc ipſe poſsidebit feudum, non autem dominus: aliàs verò poſsidebit dominus. Et ita iſta gloſſ. intelligitur.

## SVMMARIVM.

1 *Libellaria res ad filiam tranſit.*

2 *Sententia lata ſuper directo dominio, non nocet in vtili, nec contrá.*

3 *Feudalem rem qui dixit, atque ſuccubuit, poſtea eãdem propriam eſſe dicere poteſt.*

§. IN-

§. INTER FILIAM DEFVNCTI ET.

¶Si inter filiam defuncti & agnatos fuerit cõtrouerſia, filia erit mittenda in poſſeſsionem: & deficientibus probationibus, agnatis erit defe-
a rendum iuramentum.[a] Et ſi inter dominum & filiã fuerit cõtrouerſia, filia mittetur in poſſeſsionẽ: & deficientibus probationibus, filiæ deferetur iuramentum. Hoc dicit vſque ad c. moribus. ¶Not. ex capitulo, inter filiam. vaſallo decedente relicta vnica, contentio eſt de quodam prædio inter filiam & agnatos, quia agnati dicũt eſſe feudale: ſed filia dicit allodiale vel fœmineum: certè interim pendente hac lite, filia eſt mittenda in poſſeſsionẽ prædij: deinde cognoſcẽdum de cauſa principali, niſi agnati velint per, hodie conſtat. probare prædium eſſe feudale: l. ſi is à quo. vt in poſ. lega. ſecũdum And. Probationibus autem deficientibus, defertur iuramẽtum agnatis: ſubaudi, cum xij. ſacramentalibus: c. j. ꝟ. de controuer. inter maſculum & fœminam. ſecundum And. & Bal. hîc. Et eſt ratio, quòd filia mittatur in poſſeſsionem: quia eſt præ-
b ſumptio pro ea,[b] cùm viuo patre quodammodo dicitur domina: leg. in ſuis. ff. de liber. & poſthumis.
1 ¶Et no. hîc eſſe caſum, †quòd res libellaria tranſit ad filiam, licet non feudalis. ¶Et not. ſecundum
2 Bal. †quòd ſententia lata ſuper directo dominio, non nocet in vtili. Nec contrà allegat gl. in leg. penul. C. de inge. & ma. Vos allegate glo. in Rubrica ff. de rei vendi. ¶Et no. eſſe glo. in leg. penul. quæ dicit, quòd ſi vaſallus in libello dixerit rem feudalem, eſſe propriam: licet ſuccubuerit, tamen poſtea poterit dicere rem eſſe feudalem. ¶Sed iſta glo. eſt contra tex. in cap. ſi vaſallus. ꝟ. co. ti. vbi vaſallus negans rem feudalem, amittit feudum: niſi ſaluando illam glo. dixeritis, quòd ibi ille ignorabat rem eſſe feudalem: quo caſu propter iuſtam ignorantiam excuſatur: d. cap. ſi vaſallus. in verbo, ignoranti. Vel intelligamus illam glo. quando agens

a *Vide deciſ. Iaſ. in leg. fi. antepe. col. C. de edic. diui Adr. tol.*

b *Et qualibet res, in dubio præſumitur allodialis: vt per D. Ia. in pulchra q. in verbo, dictiq; vaſalli promiſerũt. in iij. co, ver. ſubſequẽter quæro.*

gens non agebat contra dominum,ſed contra aliũ. Vel,quando nondum eſt lata ſententia, ſecundum Bal.in d.leg.pe. In iſtis duobus vltimis procedat,
3 quod hîc dicitur.¶†Quid autem ſi quis dixerit ré feudalem,& ſuccubuerit:an poſsit dicere eandem rem eſſe propriam allodialem? Reſpondeo, quòd ſic:in l.j.in xxx.q.ff.de re.diui.& Bal. ¶Et no.glo. quæ incipit,hîc collocanda.quæ in omnibus bene loquitur.¶Sed magis no.gl.in c.defunctus.in ver. danda.quæ rectè ſoluit contrarium. Nam in hoc c.inter filiam. defertur iuramentum agnatis: quia erat prçſumptio pro ipſis:ſed in c.defuncto.defertur filiæ,quia erat præſumptio pro ea.

## SVMMARIVM.

1 *Valet inueſtitura de re aliena, dummodo fiat in diẽ, vel ſub conditione.*

2 *Inueſtitura de re aliena facta,effectum habet quãdo feudum ad dominũ reuerſum eſt.*

3 *Inueſtitura de re aliena facta à perſona Eccleſiaſtica, nõ valet:niſi feudum inueſtienti aperiatur.*

4 *Fallit,ſi perſona Eccleſiaſtica feudũ conferat patrimoniale.*

5 *Inueſtitura de feudo vaſalli qui mortuus putabatur, facta,licet poſtea moriatur,non valet.*

6 *Inueſtitura de re aliena purè fieri nequit.*

7 *Certa perſona ſub conditione,vel in diem inueſtiri de re aliena poteſt.*

§. MORIBVS RECEPTVM.¶Diuiditur in tres.In prima loquitur in feudo nõ eccleſiaſtico. In ſecunda,de feudo eccleſiaſtico. In tertia,remouet dubium. Secunda ibi, ſecus in eccleſiaſticis.Tertia ibi,in tali inueſtitura. Hoc d.¶De feudo quod ſperatur ad dominum reuerti,poteſt dominus inueſtire alium militem,etiã

ſine

ſine conſenſu vaſalli,dummodo applicetur ei, vel hæredi ſuo.Et prædicta locum habent in feudo nõ eccleſiaſtico:ſed in feudo eccleſiaſtico eſt neceſſe, quòd applicetur domino inueſtienti, non autem
1 ſucceſſori.Hoc d.vſque ad c. vaſal. ¶†Not.ibi, ad dominum reuerti ſperatur.ergo à contrario ſenſu, ſi non ſperaretur reuerti ad dominum,nonvaleret inueſtitura.Vos dicite,quòd valet inueſtitura, dũmodo fiat in diem,vel ſub conditione: vt ſ.hîc po teſt eſſe titulus, qui ſucce.te. ¶No.ibi, effectum.
2 †quòd ſi dominus fecerit inueſtituram in alium de feudo quod ſperaretur ad eum reuerti,tunc habebit effectum,cùm feu. domino vel hæredi ſuo reuerſum fuerit.Exemplum,quandoſperatur reuerti ad dominum : ponamus, vaſallum non habere deſcendentes maſculos, neque agnatos,neque ſpem fore eum habere:certè tunc ſpes eſt propter deficientem ſucceſsionem feudi, feudum reuerti ad dominum:c.j.de ſucce.feudi.c.j.§.& ſi clientulus. ſ.de alie.feu.¶No.ibi, ſecus eſt in eccleſiaſticis.
3 †quòd ſi in eccleſiaſticis perſonis facta fuerit talis inueſtitura,non habebit effectum, niſi reuerſurum fuerit inueſtienti:nõ autem ſucceſſori,licet in perſona layca ſufficiat,ſi applicatur etiam hęredi ſuo.
4 ¶†Et hunc tex.limitabitis verum, quãdo perſona eccleſiaſtica facit feudum de rebus eccleſiæ:ſecus autem,ſi de proprijs : c. j. ĩ.de clerico qui inueſti. fecit.ſecũdum And.Nam ſi haberet clericus feudũ patrimoniale:ſic eſt,prout in laycis. Nã in tali inueſtitura de qua in tex. noſtro, non eſt neceſſarius
5 cõſenſus vaſalli perdẽtis feu. ¶†Quærit hîc And. pone,ꝙ dominus putabat vaſallũ deceſiſſe nullis relictis filijs maſculis : propterea inueſtiuit me de feudo:reperitur,quòd vaſallus nõ erat mortuus tẽ pore inueſtituræ,deinde poſtea moritur vaſallus: quæritur, an hæc inueſtitura habebit locum vel effectum in me inueſtitum?Reſpondet And.quòd non:niſi dictum feud.fuerit apertum vel aperiendum:

dũ:ar.c.ſi ſuſcepta.de reſcrip.lib.vj.& l.ſi ita. ff. de auro & ar.lega.¶Quæro,an valeat inueſtitura facta in alium de feudo, quod tenet vaſallus ſub conditione,vel in diem:puta, dum aperiatur feudum, vel ſi aperiatur domino? Reſpondeo valere talem inueſtituram per tex.hic.& in c.j.§.hic poteſt eſſe titulus,qui ſucce.te.Et ita multis argumentis concludit Bal.in c.ij.§.de feu.da. in vicem legis com-
6 miſſo.¶†Sed pulchrum dubium eſt, an poſsit aliũ inueſtire purè de feudo,quod tenet alius vaſallus? Ia.de Bel.hic videtur tenere,quòd ſic: ſed contrarium eſt verius, vt allego text. clarum in c.j. circa medium,§.hic poteſt eſſe titulus,qui ſucce. te. Et ita tenet ipſe Iac.in d.c.j.§.de feu.da.in vicẽ legis
7 commiſſo.& Bal.etiam.¶†Sed an dominus poſsit inueſtire certam perſonam ſub condi. vel in diem de feudo,quod vaſallus poſsidet?Ia.de Bel. in d.c. ij.videtur tenere,quòd non:ſed contrarium eſt verius,per tex.noſtrum,& in d.c.j.hic poteſt eſſe ti.& in c.j.de feu.da.in vicem legis commiſſo. &c. ¶Id quod dixi, non valere inueſtituram purè factam, habet locum,niſi vaſallus poſsidens conſentiat, ſecundum Bal. hic allegãtem Petrum de Ceruo,&c.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus feudum,vel feudi cognitionem negans,eo priuatur.*

2 *Fallit,ſi ignoranter negauerit.*

3 *Dubitatio iuſta,habetur pro ignorantia.*

4 *In pœnalibus non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*

5 *Negationem factam vaſallus vſque ad ſententiam reuocare poteſt.*

6 *Vaſallus non ſoluens penſionem,iure ſuo non cadit.*

7 *Negans poſſeßionem feudi,non perdit feudum.*

Ignorã-

8 *Ignorantia craſſa & affectata, ſcientiæ æquiparatur.*

9 *Negans partem, negatam partem amittit.*

10 *Celans doloſè feudum, eo priuatur.*

11 *Seruitia qui præſtitit, cogi poteſt ad oſtendendam rem propter quam ſeruitia præſtitit.*

12 *Emphyteuta rem emphiteuticam negans, eadem qua vaſallus, pœna punitur.*

§. a VASALLVS SI FEVDVM.[a] ¶Vaſallus negans feudũ, vel partem feudi, vel conditionem feudi, perdit feudum: non autem, ſi celauerit aliam rem domini. Ad hoc allega-
1 tur. ¶†No. primò ibi, aut feudi conditionem. vaſallum perdere feudum. Ecce vnus caſus, vel partem feudi, vel conditionem, id eſt qualitatem feudi: vel alius caſus. ¶Et notate bene verbum, conditionem. quia ſi dominus interrogauerit vaſallum, an eum inueſtiuerit cum talibus pactis: & vaſallus confiteatur inueſtituram feudi, & neget pacta: certè ſi dominus probauerit talia pacta, priuabitur vaſallus tali conditione. ¶Nota ibi, ex cer-
2 tà ſcientia. † quòd ſi vaſallus ignoranter negauerit
b feudum, certè non amittitur feudum, [b] à contra-
3 rio huius literæ: quod limitate, vt in glo. ¶†Quid autem, ſi vaſallus dubitauerit iuſta dubitatione? Certè puto, quòd non amittat feudum: quia iuſta dubitatio habetur pro ignorantia: l. fi. C. de conditione inde. ¶Not. ibi, conuictus. ſcilicet, per teſtes vel inueſtituram, non autem per iuſiurãdum, vel per confeſsionem vaſalli poſtea ſubſecutam: arg. l. eum qui. in prin. ff. de iureiur. ſecundum Iac. quod eſt valde notabile: quia tunc non cadit à feu-
4 do. ¶† Quid autem ſi eſſet ſemiplenè probatum, an deferatur iuramentum in ſupplementum probationum, ita vt vaſallus poſtea amittat feudum?

a *Ad materiã huius §. vide plura per Alex. in l. etiã. §. licet. col. iiij. ff. ſol. mat. Latiùs per D. Iaſ in §. j. xxv. co. cum duabus ſeq. col. Inſt. de ac. Vide etiã not. dictum Alex. in l. ſi alien. in princi. ff. ſol. ma.*

b *Quid de vaſallo negante generaliter per clauſulam, nego narrata pro ut narrantur? Vide D. Ia. qui in facto conſuluit in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt nõ commitere, co. x. ver. xj. cauſa.*

Dic, quòd non:quia in pœnalibus non defertur iuramentum in ſupplementum probationum: vt dixi in l.admonendi.in fallentiis.ff.de iureiur. ¶ Nota ibi, ſpoliabitur. quòd licet vaſallus neget feudum, tamen non eſt priuatus ipſo iure, feudo: quinimo requiritur ſententia, quia text. vtitur verbo futuri temporis: vt no.in l.criminali. C.de iuri.om.iudi.
5 & habetis in l.iubemus.C.de ſac.ſan.ec.¶†An autem vaſallus poſsit pœnitere, & reuocare hanc negationem? Reſpondeo, quòd ſic:vſq; ad ſententiá, ſecundum Iaco.de Bel.ar.dictæ l.in criminali.cum
6 ſi.¶Sed pulchrum eſt quærere, † nunquid ſi vaſallus nó ſoluat penſionem domino, cadat à iure ſuo? Andre. hìc tenet, quod non: quia aliud eſt negare, aliud eſt minus ſoluere: quod dictum putarem verum eſſe, niſi quando vaſallus id fecerit per biennium in re eccleſiaſtica:in auth.qui an.C.de ſa.ſan. ecc.& l.ij.C.de iure emphy. & facit no.Bal.in Rubrica C.de contrahen.emp. & quod dixi in procemio huius operis:in articulo, an vaſallus non ſoluens domino, cadat à feudo: & pro prædictis facit
7 l.ſtipulationum.la v.ff.de verb.obl. ¶†Sed contra iſtum tex.quòd non amittatur feudum, facit l.fi.ff. de rei vend.cum ſi. Sol. Ibi negabat poſſeſsionem: hìc autem feudum, ſecundum And. ¶Et ſic not.ꝙ vaſallus negans poſſeſsioné feudi, non perdit feudum. ¶In gl.quod dicit.ibi, illa.ſignate gl.quæ li-
8 mitat tex.†videlicet, vt craſſa & ſupina ignorantia ęquiparetẽ ſcientię:& eodé modo affectata ignorantia.Et dicitur craſſa ignorantia, ignorare quod oés ſciunt: vt no.in l.quod Nerua.ff.depoſiti. ¶Ad fi.
9 gl.no.†quòd ſi vaſallus non negauerit feudum totum, ſed partem, amittit partem negatam. Simile dicitur per Guil.& Ang. in l. conſil. C. de his qui.
10 vt indig.¶†In gl.non per dolum.ad fi.no.iſtam gl. quæ limitat tex.noſtrum, quòd vaſallus celans rem domini, nó perdit feudum.Hoc eſſet verũ, quando non celat per dolum:ſi autem celat per dolũ, perderet

ret feudum: quod not. contra vaſallos ſcienter celantes bona domini: quia perdunt feudum. ¶Format hic Iaco. de Bel. quæſtionem: †Quidam longo
11 vel longiſsimo tempore præſtitit ſeruitia domino, deinde denegat velle præſtare dicta ſeruitia, & negat ſe eſſe vaſallum: quæritur, an cogatur qui præſtitit ſeruitia tanquam vaſallus, oſtẽdere rem propter quam præſtat ſeruitia, vel præſumatur vaſallus omnium bonorum ſuorum? Et concludit Ia. quòd poteſt cogi ad oſtendendum rem propter quam præſtat ſeruitia: l. certum. ff. de cõfeſſ. c. longinquitate. xij. q. ij. ibi, ſit iuſta cauſa ignorantiæ. l. qui in alterius. ff. de regul. iu. Bal. in hac quæſtione dicit, quòd vbi non reperiuntur inſtrumẽta, neq; teſtes, ſtandum erit famæ & communi opinioni hominũ: arg. l. ſi arbiter. de iudi. & l. atqui natura. §. cùm me abſente. ff. de neg. gẽſt. Nã in factis antiquis multũ operatur fama: arg. l. cum ſuper. C. de rei vend. per Bal. etiam in l. proprietatem. & l. iudicia. C. de probat. Et ſic ſi fuerit fama ſeruitia fuiſſe præſtita propter talem rem, ſtandum erit famæ. ¶Sed quid ſi fama non probatur, ſtandũ eſt dicto vt hic, & facit
12 quod no. Spe. ti. de loca. §. nũc aliqua. ver. lv. ¶†Et not. ſecundum Bal. ꝙ pœna huius c. non habet locum in emphyteota vel libellario. Allegat gl. in ar. in §. item mixta. Inſtitu. de actionibus. Vos de hoc dicite per Inn. in c. cæterum. de iudi.

## SVMMARIVM.

1 *Poßidens rem vt feudum, per xxx. annos, feudum præſcribit, vt vaſallus dicatur.*
2 *In eccleſia 40. anni requiruntur, vt contra eam feudum præſcribatur.*
3 *Malæfidei poſſeſſor xxx. annis feudũ nõ præſcribit.*
4 *Dominus actionem ad ſeruitia æquè præſcribit, vt vaſallus feudum.*

§. SI QVIS PER XXX. ANNOS.a

a ¶ Qui poſsidet rem vt feudum xxx. annis, tutus eſt præſcriptione, dummodo præſtiterit ſeruitium domino. Hoc dicit. ¶ Not. ibi, rem aliquam per triginta annos. † quòd poſsidens rem per triginta annos, præſcribit feudum, vt dicatur vaſallus: quod ſanè intellige verũ, ſi poſſedit vt feudum: vt ibi, vt feudum. Non ſufficit ergo probare poſſeſsionem xxx. annis, niſi probet ſe poſſediſſe, vt feudum. ¶ Item eſt neceſſe, ꝙ pręſtiterit ſeruitium domino ſecundum ea quæ videbitis ĩ. in cap. proxi. ¶ Et ſufficit ſemel præſtitiſſe ſeruitium domino, & poſtea ſe poſſediſſe per xxx. annos: quòd præſumitur poſſediſſe vt feudum. Facit quod not. in ca. cum eccleſia ſutrina. de cauſa poſ. & proprie. ſecundum Andr. Non ergo requiritur ſeruitiũ eſſe præſtitum omni anno. ¶ Sed pulchrũ eſt dubium,

2 † nunquid in eccleſia requirantur xl. anni? Ego putarem, quòd ſic: per auth. quas actiones. C. de ſac. ſanct. eccl. & text. non loquatur in eccleſia ad xxx. annos: quia requiruntur xl. anni: d. authent. quas

3 actiones. ¶ Glo. illud meritò. ad fi. no. † quòd oēs quæſtiones formatæ à glo. ſoluuntur per gl. & Do. in d. l. ſi quis empt. & in auth. niſi. de bo. mater. & la poſſeſſor. de reg. li. vj. Sed Bal. videtur hic ſentire, quòd c. noſtrũ habet locum in malęfid. poſſeſſore. Et hoc ſit ſpeciale in feud. propter exhibitionem ſeruitij. Sed Baldo diligenter eum ſpeculando videtur oppoſitum de iure canonico, dum dicit ſimplicitas Canoniſtarum, attende non eſt hæſitandum, quòd in ca. noſtro non procedit præſcriptio in malæ fidei poſſeſſore. Nam quamuis Bart. habuerit ſingularem opinionem in l. ſequitur. §. ſi via. ff. de vſucapi. quam tamen non affirmat, ſed ſe ſubmittit eccleſiæ Romanæ: tamen veriſsima eſt opinio, quam vidi obſeruari à collegiis bonis. Ita ſæpe conſului: videlicet, quòd malæ fidei poſſeſſor, ſiue poſsidens mala fide, non præſcribit, neque

*a Latè in materia Alex. con. clxix. in ij. vol. & cõſ. xv. ij. col. v. volu. Et ad materiã huius §. vide no. quæſtiones p Alex. in l. qui in aliena. iij. & iiij. co. ff. de acq. hære.*

que in actionibus perſonalibus per rationem text. cap.fi.de pręſcrip. quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt: ex quo ratio eſt generalis. Et ita tenet Bald.in authen.ad hæc.C.de vſuris.Et ita Ang.in d.l.ſequitur.§.ſi viam. Et idem tenet Hoſt. & Io.An. & cõmuniter Doc.in d.c.fi. Etita tenen-
4 dum eſt propter peccatum euitandum. ¶ † Quid autem in domino, an ſicut vaſallus poſsidens præſcribit, vt hîc:ita poſsit domin9 præſcribere actionem ad præſtandum ſeruitium ipſi domino? Reſpondit Bal. quòd ſic: l.fi. de accep.propter naturam correlatiuorum. Faciunt ſcripta in l. ſi certis annis. C. de pac. & in l. cùm de in rem verſo. ff.de vſu.& l.fi.C.de indi.vid.tol.

## SVMMARIVM.

1 *Clericus amittit feudum antè acquiſitum.*

2 *Clericus ſi paratus ſit domino ſeruire per ſubſtitutum, feudum retinet.*

3 *Voto ingrediendi religionem emiſſo, non perditur feudum.*

4 *Intra annum probationis qui egreditur religione, feudum non amittit.*

§. QVI CLERICVS EFFICITVR. ¶ Clericus amittit feudum & monachus.
1 Hoc d. ¶No.ex c.ſi clericus. †quòd clericus amittit feudũ antè acquiſitum. ¶No.ex c.& ſi vaſallus.quòd licet vaſallus non ſe pręſentet omni anno, domino: tamen non amittit feudum. Et de materia huius videbimus in c.j.ꝭe. ¶Gl.hoc ideo.
2 ad fi.ar.pulchrũ, †vtrùm ſi clericus ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum, an amittat feudum? Examinaui plenè in c.j.ſ.qui feu.da.poſ. & aliàs publicè diſputaui & determinaui, quòd non amittat, dummodo ſit paratus ſeruire per ſubſtitutum:per gl.in c.j.

de feu.fœm. ¶Et quid ſi nõ ſit in ſacris ordinibus? Bal.in d.c.j.ſentit,ꝙ non. Dicite, vt in d.c.j.§.qui
3 feu.da.poſſ. ¶Hic And.ait,†quòd ſi vaſallus emittat votum ingrediẽdi religionem,licet non ingrediatur religionem, tamen perdit feudum : & quia peccat mortaliter non adimplendo votum,Bal.hìc ſentit contrarium cum glo.tex.ibi,votum religionis in monacho. & ſic in eo qui eſt ingreſſus religionem. ego conſequerer Bald. per text.ibi, aſſumit. Et quia verba debẽt intelligi cum effectu,&c. l.j.in fi.ff.quod quiſque iuris. Nec ob.iſte tex.quia facit in contrarium in verbo,aſſumit. Nec obſt. ꝙ ſit in peccato mortali,quia nõ eſt bona conſequentia: Eſt in peccato mortali,ergo eſt priuandus feudo:per tex.in §.j.§.quæ fu.prima cauſa benefi.ami. vbi periurus qui eſt in peccato mortali, etiam non amittit feudum. Et ſi hoc eſſet verum, omnes fere amitterent feudum : quia nemo ſine crimine viuit.
4 ¶Pone,†vaſallus ingreſſus eſt religionem,& ſtetit ibi per annum ad probandum , & ante annum non placuit ſibi religio : quæritur , an amittat feudum? Reſpondeo ſecundum And.ꝙ amittit feudum:per tex.in c.j.§.de ben.aliàs,de feu.fœm.vbi poſtpoſito habitu religionis, nõ reaſſumit feudũ. ¶Ego dico contrarium , ꝙ ſi intra annũ egrediatur religionẽ, non perdit feudum. Probo per notata in auth.ingreſsi.C.de ſac.ſan.ec.Neq; ibi conſtituitur differẽtia inter feudalia & allodialia.Nam quod fit iure permittente,&c. l. Gracchus.C.ad l.Iul. de adult. Sed iure licito intra annũ probatiõis poteſt egredi religionem : c.ij.de reg.iur.li.vj.cum ſi. Ergo non priuabitur feud.Tertiò ad idem facit l.Attilicinus. cum concor.ſuis.de ſerui.ruſt.præd. Nec obſt.c.j. quia loquitur, quando efficitur apoſtata : puta,religioſus poſtquã eſt effectus religioſus & poſt annum probationis deponit habitum iure non permittente: & hoc per leg. humanum. & ſequent. l. ff. de legibus.

SVM

## SVMMARIVM.

1 *Vaſalli decedentis filij omnes domino fidelitatem præſtare tenentur.*

2 *Diuiſio cùm ſit bonorum, feudum vni aßignari poteſt.*

3 *Fidelitatem præſtat ille, ad quem ſolum feudũ peruenit.*

4 *Filij inuicem feudum diuidentes, omnes tenentur ad præſtandam fidelitatem.*

5 *Seruitium diuiduum pro parte filij vaſalli præſtãt: ſecùs in feudo indiuiduo.*

6 *Electio domini eſt, quis filiorum ſit idoneior.*

7 *A tenore contractus non eſt recedendum.*

8 *Ius vaſallorum, eſt indiuiduum.*

9 *Fidelitas an ſit præſtanda omnibus filiis domini decedentis.*

10 *Directi dominij alienatio, domino in plures perſonas minimè licita eſt.*

11 *Vaſallus vniuerſitatis non ſingulis, ſed vniuerſitati fidelitatem præſtat.*

12 *Renunciare feudo vaſallus non poteſt inuito domino.*

13 *Seruitium diuiduum præſtatur omnibus hæredibus: ſi ſit indiuiduum, locus eſt gratificationi.*

14 *Vaſallus feudum à diuerſis dominis tenẽs, ſeruitium anticipanti præſtare cogitur.*

15 *Diuiſio feudi regionibus & commoditatibus fieri poteſt.*

§. OMNES FILII EIVS QVI. ¶Omnes filij vaſalli tenentur præſtare fidelitatẽ domino, niſi feudum ex diuiſione ad vnũ per-

uenerit:quo caſu ipſe ſolus tenetur iurare.Hoc di-
1 cit.¶No.ibi,fidelitatem.†quòd ſi vaſallus deceſſe
rit relictis pluribus filiis,omnes tenẽtur petere in-
ueſtituram intra annum & diem,& præſtare domi-
no fidelitatem: quod eſt notabile per ea,quæ vidi-
ſtis in c.j.quo temp.mil.& in ca.j.in princip.ſ.quæ
fuit pri.cau.benefi.amit. ¶No.ibi,maximè,ſi indi-
uiſum.quòd ſi filij vaſalli habent indiuiſum feudũ,
tenentur omnes præſtare fidelitatem.¶No.ibi,ex
2 diuiſione.†quòd quãdo fratres diuidunt inuicem
bona,vel iudex diuidit,poteſt aſsignari feudum v-
a ni.[a] ¶Not.ibi,ille ſolummodo.†quòd ille ad quẽ
3 ſolum peruenit feudum, ſolus tenetur præſtare fi-
b deliratem domino.[b] Habetis ergo duos caſus de-
4 ciſos in hoc cap. ¶Eſt & tertius,†quãdo filij inui-
cem feudũ diuidunt,vtrùm omnes teneantur præ-
ſtare fidelitatem domino? Reſpõdeo,quòd ſic:per
text.ibi,maximè,ſi indiuiſum.quæ dictio cõcludit
caſum etiam diuiſionis feudi: l.ſcire oportet.§.ſed
& ſi maximè.de excu.tut.¶In gl.meritò,ibi,ſi plu-
res.no.rationem, quare omnes filij tenentur iura-
re domino:quia habentur loco vnius:l.cũ fundus.
5 in fi.ff.de cond.& demonſt. ¶†Vos habetis,quòd
omnes filij vaſalli tenentur præſtare fidelitatẽ do-
mino:ſed elegans dubium eſt,an omnes filij vaſalli
teneantur præſtare ſeruitium domino?Sol.ex men
te And. Aut ſeruitium eſt diuiduum:puta,de ſolué
dis decem omni anno : & tũc omnes filij vaſalli te-
nentur pro parte:l.ea quæ.C.fam.herc.l.j.C.ſi cer.
pet.Quod eſt verum,quando omnes æqualiter ſuc
cedunt:ſecus, ſi feudum peruenerit ad vnum:quia
vnus ſolus tenetur auctoritate text.noſtri.Et eodẽ
modo, ſi feudũ perueniret inæqualiter ad omnes:
quia quilibet tenetur præſtare ſeruitium diuiduũ
pro tota illa parte, pro quota ſiue quanta haberet
feudum:arg.l.ſecundum naturam.ff.de reg.iu.Aut
ſeruitium eſt indiuiduum:puta,ire ad prælium,vel
exercitum cum domino:& tunc poſſunt filij vnum
magis

[a] *Vide in materia Ale.latè ſuo cõſi.vj.& ſeq.in v.vol.Et quòd eo caſu quã do feudũ diuiditur, requiratur cõſenſus ſubditorum, latè Alex.conſil.xxv.col.pe.in v.vol.Et ibi ponit, an per vnũ ex conſortibus poſsit impediri diuiſio. Vide Felỳ.latè in cap. quæ in eccleſiarũ. xxxvj. col. de conſtitu.*

[b] *Et an omnes filij teneantur iurare, & qualiter præſtabunt ſeruitiũ domino, D.Ia. in verb.qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. col.vj.verſi, nũc quæro: ponamus,q, vaſallus.*

magis idoneum eligere ex eis, vt vadat cum domino ad exercitum:l.iam tamen,§.ſi plures.ff.iudicatum ſol.Et ſi dicti filij nollent eligere, certè omnes amitterent feudum propter ſeruitium non præſtitum:arg.c.j.§.item ſi hi. ṡ.quæ fue.pri.cau.benefi. amit.Et vbi dominus nollet priuare eos feudo, ſed cogere eos ad ſeruitium præſtādum : certo certius eſt, eos poſſe cogi ad eligendum vnum captis pignoribus,& mulcta indicta:l.eius.§.j.ff.de legat.j.

6 ¶ †An autem electio ſit domini, quis dicatur idoneior? Reſpondeo, electionem eſſe domini:argu.l. quòd ſi plures.ff.de teſta.tut. ¶In ea.gl.ibi, recedē

7 do.ſignate glo.†quòd à tenore contractus non eſt recedendum. Hinc eſt, quòd vaſallus non tenetur ire ſuis ſumptibus ad prelium cum domino, niſi tenor inueſtituræ illud indicet, ſecundum Inno.in c.

8 ſicut.de iureiu.¶In ea.gl.indiuiduum.not.†quòd ius vaſallorum eſt indiuiduum:quod facit ad materiam l.iiij.§.Cato. & l.ſtipulationes non diuiduntur.

9 tur. ff.de verborum oblig. ¶†In ea.gl.ad ſi, articulus eſt, an ſi dominus feudi decedat relictis pluribus filiis, vaſallus teneatur præſtare fidelitatem o-

a mnibus, vel vni tantúm?[a] Gl.argumentatur pro & contrà, & tandem concludit, quòd hodie vaſallus non tenetur præſtare fidelitatem omnibus hæredibus domini, ſed vni:per tex.in c.j.§.præterea ducatus.de proh.feu.alie.per Fed.Contrariam gl.habetis in l.ſi cuius,§.j.ff.de vſufruct.Et glo.contrariam ſequitur hîc And.licet non alleget: ſed Pe.de Ceruo, Ia.& Bal.ſequuntur gl.hîc:de quo etiam vidебimus in d.§.præterea ducatus.¶In hoc arg.putarem ſic diſtinguendum, vt omnium ſaluetur opinio : Aut quærimus, an ſingulis hæredibus domini ſit fidelitas præſtanda? Et dicendum eſt, ꝙ non: ne cogatur vaſallus plures habere dominos. Et ita intelligatur gloſſ. hîc cum ſequentibus eam. Aut quærimus, an vaſallus tenetur præſtare fidelitatem vni ex hæredibus domini pro omnibus? Et eſt di-

a *Vide de hoc D.Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt. col. vij. verſicu. quid autem econtrà, ſi dominus.*

cendum, quòd ſic. Et ita intelligatur alia opinio: quia hîc ceſſat ratio §.præterea ducatus. Nam non cogitur præſtare fidelitatem omnibus, ſed vni nomine omnium: ne alij hęredes ſint in dãno: de quo
10 dicemus etiam in §.præterea ducatus. ¶†Signate ſecundum Andream, quòd dominus non poteſt alienare directum dominium feudi in plures perſonas, neque alienare partem directi dominij feudi: ne cogatur vaſallus habere plures dominos: dicto
11 §.præterea ducatus. in ratione ſui. ¶ †Quæro, an vaſallus vniuerſitatis teneatur præſtare fidelitatem ſingulis de vniuerſitate? Reſpondeo, quòd nõ: quia dicitur vaſallus vniuerſitatis, nó ſingulorum: l.ſed & ſi hac. §.qui manumittitur. ff.de in ius vocando. ſecundum Andream hîc. ¶Item no. hîc An-
12 dre. †quòd ſecundum communem ſententiam vaſallus non poteſt renunciare feudo: quoniam feudum eſt gratia vtriuſque: vt not. in cap.j.ꝑ.de capit. qui curiam vendi. Sed de hoc videbimus in cap.j.ꝑ. de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotharij.
13 ¶†Vos intellexiſtis ex præcedentibus, an vaſallus teneatur præſtare fidelitatem pluribus hæredibus domini, vel vni: nunc quæro, an vaſallus teneatur præſtare ſeruitiũ vni vel pluribus hæredibus? Reſpondeo ſecũdum Andream, quòd ſi ſeruitium eſt diuiduum, præſtatur omnibus hæredibus domini: l.j. C.ſi certum petat. Si verò ſit indiuiduum, quia quilibet filius domini habet bellum in diuerſis locis, certè hoc caſu locus eſt gratificationi: quia poterit ſeruire, cui voluerit: l.ſi quis in graui. ff.ad Syllanianum. l.fina. ff.de relig.& ſumptibus funerum.
14 ¶ †Quid autem ſi vaſallus teneat feudum à diuerſis dominis, cui potiùs teneatur ſeruire? Dic, quòd priori: quia qui prior eſt in tempore, &c. argumen. l.in operis. ff.locati. & l.interdum. & toto titulo ff. qui potiores in pigno. habeantur. Si autem non ſit prioritas temporis, tunc vaſallus poterit gratificari cui voluerit: argument. dictæ l. ſi quis in graui.

15 ¶Extra gloſſ. oppo. † quòd non poſsit fieri diuiſio feudi:l.communi diuidundo.ff.communi diuidundo. Solu. Non poteſt fieri diuiſio regionibus, ſed commoditatibus, ſeu per alternationem temporum ſic. ¶Sed hæc ſolutio non eſt bona. Et ideo dicite, quòd feudum poteſt etiam regionibus diuidi, niſi ſit feudum regale ducatus: cap.j.§.præterea ducatus.ꝗ.de prohib.feud.alienation.per Federicum.

## SVMMARIVM.

1 *Ciuilitas ſola non conſideratur in feudis, ſicuti nec ſola naturalitas.*

2 *Arrogatus, in feudo non ſuccedit.*

3 *Fallit, ſi arrogatio facta ſit à principe, vt in feudum ſuccedat.*

4 *Fallit, ſi cùm arrogatione concurrat naturalitas: puta, quia auus.*

5 *Fallit, ſi in inueſtitura pactum eſſet, vt filij arrogati etiam ſuccedant.*

§. ADOPTIVVS FILIVS. ¶In feudo non ſuccedit filius adoptiuus. Hoc dicit. ¶No. quòd dixi in ſummario, & ſic no. quòd
1 † ſola ciuilitas non cõſideratur in feudis, ſicut nec ſola naturalitas: vt ſtatim videbimus in cap. natu-
2 rales. ¶In gloſſ. vnica. ad fin. † An autem filius arrogatus ſuccedat in feudo? Reſpondit Bal. quòd non à paritate rationis: Quia in feudis ſola naturalitas filiorum non ſufficit, vt hîc. ¶Limitabitis hũc tex.
3 † niſi arrogatio vel adoptio eſſet facta à principe eo tenore, vt ſuccedat in feudum, ſecundum Bald. hîc: allega. not. in dicto cap. naturales. ¶Secundò
4 limitabitis, † niſi cum arrogatione vel adoptione cõcurrant iura naturalia: puta, quia auus paternus adoptauerit vel arrogauerit nepotem ex filia mea.

a Sequitur An ge.Are.in §. j. circa medium. Inſti. de hære.quæ ab inteſta. defer.

a Nam tunc ſuccederet etiam in feudo,[a] dummodo aliàs ſine arrogatione vel adoptione ſucceſsiſſet auo:argum.l.cùm in adoptiuis.C.de adop. & quod not.in l.ſi arrogator.C.eod.titul.ſecundum Andr.
5 ¶ Tertiò limitatur text. † niſi in inueſtitura eſſet pactũ,vt etiam filij adoptiui ſuccedant: quia tenor inueſtituræ ſeruandus:arg.c.j.§.de duob.fratrib.à cap.inueſt.Et vidiſtis glo.quæ vtitur hoc articulo, in cap.omnes filij, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Pactum vt filij primi matrimonij ſuccedant, valet.*
2 *Conſuetudo ſeruanda eſt, & illa non præſumitur, niſi probetur.*

§. MVLIER HABENS FEVDVM. ¶ Valet conſuetudo, vt in feudo paterno ſuccedant filij primi matrimonij, non ſecundi.Hoc dicit. ¶ No.ibi,eſſe caſum valde durũ:
1 †valere pactum,vt filij primi matrimonij,non autẽ ſecundi ſuccedant in feudo. Ex quo poſſumus inferre ad conſuetudinẽ:quę eſt,quòd in regnis non ſuccedat, niſi primogenitus : de quo per Bald.in l. cum antiquioribus.C.de iur.delib. ¶ No.gl.id.ad
2 fi.Dicite, † quòd hoc cap.loquitur de conſuetudine. Nam ſi ſit aliqua conſuetudo,& probaretur illa,eſſet ſeruanda, quòd filij primi matrimonij tantùm ſuccedunt in feudo : vbi autem non probaretur talis conſuetudo,quæ non præſumitur,tam primi quàm ſecundi matrimonij,ſuccederent:arg.ca. j.de gradib.ſuc.in feu.& l.vlt.C.de legi.hæredi.Et ſic hoc ca.noſtrum eſt locale,non autem generale,

## SVMMARIVM.

1 *Naturales tantùm non ſuccedunt in feudo.*
2 *Legitimatio non trahitur ad feuda.*

Natu-

3 *Naturalis etiamſi tempore inueſtituræ reperiat ſe legitimatum, non ſuccedit tamen in feudo.*

4 *Naturales etiam non exiſtentibus alijs, non ſuccedunt in feudo.*

5 *Naturales nec ab inteſtato, nec ex teſtamento ſuccedunt in feudis.*

6 *Legitimare ad regalia nemo poteſt, niſi Papa, vel Imperator.*

7 *Legitimatio Imperatoris generalis non comprehendit legitimationem feudalium.*

8 *Certa ſcientia principis in legitimatione, æquiparatur clauſulæ, non obſtante.*

9 *Legitimati per ſubſequens matrimonium, ſuccedunt in feudo.*

10 *Legitimatio ab Imperatore rarò, & ex cauſa fieri debet.*

11 *Naturales fratres inuicem ſibi non ſuccedunt.*

12 *Qualitas in legitimatione non expreſſa, non vitiat.*

13 *Hæredes conſtituti in ſacris ordinibus, intelliguntur collaterales, non filij.*

§. NATVRALES FILII LICET POSTEA.[a] ¶ Filij naturales tantũ, non ſuccedunt in feudo, quamuis legitimẽtur. ¶ No.
a
1 hîc eſſe caſum, † quòd filij naturales tantùm, non
2 ſuccedũt in feudo. ¶ No. ibi, legitimi. † quòd legitimatio non trahitur ad feuda. ¶ Operæpreciũ eſt
3 quærere, † an naturalis legitimatus, ſuccedat in feudo, ſi tempore inueſtituræ feudalis, filius naturalis reperiat ſe legitimatum poſtea? Videtur prima facie, quòd ſuccedat: quia tex. noſter dicit, poſtea. Ergo à contrario ſenſu, ſi tempore inueſtituræ reperiat ſe legitimatum, ſuccedat in feudo: quando conſuetudines feudales diſponunt filios non poſſe

a *Multa ad materiã huius §. naturales. vide per Ale. ſuo conſ. clxxxvij. cũ duobus conſilijs ſequẽtibus, in v. vol.*

ſe ſuccedere, niſi concurrant eodem tempore natu ralitas & ciuilitas filiorum: vt probatur in hoc ca. iũcto c. adoptiuus. Nec obſtat textus in hoc c. naturales. in verſic. poſtea. quia noluit iſte textus ſoluere dubium, an filij naturales legitimati ex pòſt facto ſuccedāt in feudũ, ita quòd terminus poſtea nõ refertur, quo ad tẽpus inueſtiturę: ſed ſe refert ad naturalitatem: quia naturalitas filij præceſsit legitimationem. ¶ Not. ibi, nec ſoli, nec cum alijs.
4 †quòd filij naturales legitimati non ſuccedunt in feudo, etiam non exiſtentibus aliis filijs legitimis
5 & naturalibus. ¶ Sed quæro, †an hic tex. loquatur de ſucceſsione ab inteſtato tantùm, an verò de ſucceſsione ex teſtamento, eo caſu quo feudum etiam deferatur ex teſtamento? Reſpondeo vtroque caſu habere locum c. noſtrũ: quia loquitur indiſtinctè: argu. l. de precio. ff. de Public. ¶ In glo. j. ad fi. not.
6 †quòd nemo poteſt legitimare ad regalia & baronias, niſi Papa, Imperator, vel matrimonium ſubſequens: de hoc vltimo videbimus ĩ. ¶ No. ſecundò,
7 †quòd Papa vel Imperator poteſt legitimare tenore, vt legitimati ſuccedant in feudum. Nam niſi nominatim diceret, ſuccedāt in feudum. non ſuccederent in feudum legitimati ab Imperatore. Et ſic nota hìc eſſe glo. quòd in generali legitimatione, etiam Papæ vel Imperatoris, non venit legitimatio feudalium, niſi expreſſerit. Propterea hæc gl. dicit, nominatim. & ſufficit clauſula generalis, vt ſuccedant in feudis, licet nõ exprimatur ad talia & talia feuda. ¶ Limitabitis tamen pro legitimato ad maximas dignitates, niſi exprimatur ſecundum Bal. in leg. tanquam. C. de fideicom. ¶ Item not. ex glo.
8 †quòd certa ſcientia principis in legitimatione æquiparatur [a] clauſulæ, non obſtante. ¶ Sed contra. de §. fi. cum glo. in auth. qui. mo. natu. effi. fui. Reſpondeo ex mente Bal. hic: Aut loquimur in diſpoſitione certa in ſpecie: puta, quando Imperator legitimat aliquem etiam ad feuda: & tunc ſufficit

*a Vide per Fely. latè in c. cùm inter. de except. in princ.*

ſine

ſine clauſula,non obſtantibus. Aut loquimur in diſpoſitione generali:puta,princeps quando dat auctoritatem legitimandi:& tunc requiritur clauſula,non obſtante.d.§.fi.coniuncta glo.vt per Bal.in
9 d.l.tanquam. ¶Quæro,†an filij legitimati per ſubſequens matrimonium,ſuccedant in feudũ?Iacob. de Bel.hic determinat eos ſuccedere:quod limitat Bal.verum,niſi forma inueſtituræ inſpiceret principium:puta,ſi inueſtitura feudalis diceret,concedo feudum tibi & filiis tuis ex te deſcendentibus. Nam tunc legitimati per ſubſequens matrimoniũ non ſuccederent.Sed hęc limitatio non placet per c.tanto.qui filij ſint legitimi. quando legitimatio per ſubſequens matrimonium trahitur retro : ar.l. qui potior.& leg.qui balneum.ff.qui po. in pig.ha. Et ita reperio Andr. hic tenere in fortiori caſu, ſi tenor inueſtituræ eſſet hoc modo : inueſtio te & deſcendentes ex corpore tuo,&c.Et ſic habetis,ꝙ ſubſequens matrimonium legitimat etiam ad feuda:quod dictum ſanè intelligo in naturalibus filijs tantùm : ſecus,in ſpurijs:d.c. tanto. Vbi caſus.
10 ¶Et not.ſecundum Andr. †quòd raro & ex cauſa debet Imperator legitimare:maximè,quando ſunt filij legitimi & naturales:arg.l.nec auus.C.de emã. lib. ¶Quæro,an tex.noſter habeat locum in feudo paterno?Reſpondeo, quòd ſic:ſecundũ And.quia
11 loquit̃ indiſtinctè. ¶†Sed quid inter fratres naturales tantùm,an alter alteri ſuccedat in feudo?Ego puto,quòd non:quia ſi filij,ergo non fratres : quia
12 abhorrent ll.naturalitates. ¶†Quæro,quid ſi non ſit expreſſa qualitas in legitimatione, an valeat? Bal.dicit, quòd ſic. Nam ſatis eſt exprimere ſpurietatem abſque eo , quòd dicat quòd ſit natus ex monacha:quod dictum non puto verum, quia ſurreptio qualitatis in priuilegiis vitiat priuilegium: leg.& ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. publi. Et partem hanc tenet Ioã. And. in tit.qui ſi. ſint legitimi. in addi. Spec.Idem tenet Alberi. in rubrica
C.de

C.de naturali.lib. Idem tenet Bal.in l.præſcriptiõne. in repet.C. ſi contra ius vel vti.pub.Idem Ant. de But.in c.per venerabilem.qui filij ſint legit. Et ita aliàs cõſului. ¶Nec ob.no.Io.And.in c.ſi.de ſi. presbyter. quia teneo,quòd loquitur de ſtilo curiæ in ſummo pontifice,qui eſt ſeruandus:vt c.tam graui. de fal.& not.in l.de quibus.ff. de legi. & ita
13 ſcripſi in diſputatione legitimationis. ¶†Quæro, princeps concedit feudum conſtituto in ſacris pro ſe & hæredibus ſuis:quæritur,an illa verba,hęredibus ſuis. intelligantur de deſcendentibus, an verò de agnatis? Concludit Bal.quòd intelligũtur de collateralibus,non de filijs conſtituti in ſacris,
a cùm non poſsit habere filios legitimos.[a]

a *Adde, quòd omnia dicta per D.Laud. hîc in iſto §. naturales.ſequitur Do. Frã. Cur. in tra. feud, in viij.char.iij par. in ver. xvij. quæro. & ſequenti.*

## SVMMARIVM.

1 *Minor 14.annis, fidelitatem iurare non cogitur.*
2 *Vaſallus an poßit ſeruire per ſubſtitutum.*
3 *Minor licet nõ debeat iurare,tamen per ſubſtitutum ſeruire compellitur.*
4 *Maior 14.annis,ſi fidelitatem debito tempore non petat,reſtituitur.*
5 *Minores ſecundum conſuetudinem omnium curiarum, faciunt ſeruitium per alios.*
6 *Dignitate accreſcente vaſallo,ipſe per ſubſtitutum ſeruit.*
7 *Vaſallus ex felonia feudum perdens,liberatur fidelitate:ſecus,ſi ex negligentia.*
8 *Inueſtitura quibus rebus fieri debeat.*
9 *Vaſallus domino ſeruiturus, in bello armatus equis veniet.*

§. SI MINORI DATVM FVERIT. ¶Si minori xiiij. annis detur feudum, non cogitur facere fidelitatem, & nihilominus tenet feudũ

a feudum. [a] Et ſi filius impubes ſucceſsit vaſallo, non cogitur facere fidelitatem, nec aliquod ſeruitium præſtare: tamen ſi alius ſponte fecerit, admittatur. Hoc dicit vſq; ad c. Titius. ¶ †Not. ſpeciale
1 in minore xiiij. annis, vt non cogatur iurare fidelitatem, niſi ſit doli capax, per text. ibi, capax doli. ¶ In glo. quæ incipit, ſed de quo minore. ad fi. not. iſtam glo. quæ intelligit iſtum text. non de minore
2 xxv. an. ſed de minore xiiij. ann. ¶ †In glo. not. hic. ibi, relinquitur enim. quæritur, an vaſallus poſsit
b ſeruire per ſubſtitutum? [b] Diſtingue ſecundum Ia. de Bel. Aut vaſallus eſt minor aut maior. Primo caſu poteſt ſeruire per ſubſtitutum: ſed ſi non ſeruit, non tamen perdit, niſi ſpecialis loci conſuetudo ſit in contrarium. Secundo caſu, aut ſeruitium eſt tale, quod poteſt per alium implere, aut non. Si non poteſt per alium expediri: puta, quia cohęret perſonæ, tunc non poteſt ſeruire per ſubſtitutum: l. j. §. ſin autem. C. de cadu. tol. Si autem poteſt per alium impleri, aut eſt inhabilis ſecundum naturã feudi à principio, aut ex pòſt facto, ſicut eſt fœmina: & tunc non ſeruit per ſubſtitutum: quia à principio excluditur à ſucceſsione: c. j. §. hoc autem notandum. ſ. qui feud. dare poſſ. Aut eſt inhabilis ex poſt facto, & tunc poteſt per alium ſeruire æquè bonum & domino acceptabilem: c. j. §. firmiter. ĩ. de prohi. feu. alie. per Fe. ¶ An clericus poſsit ſeruire per ſubſtitutum? Dic, vt dixi in cap. j. ſ. qui feud. dare poſſunt. ¶ Et not. primam opinionem,
3 Bal. hìc, qui dicit, † quòd licet impubes non debet iurare, tamen debet ſeruire per ſubſtitutum, & poterit compelli, vt ſeruiat: quamuis non poſsit amittere feudum, licet non ſeruiat: quia eſt contra textum noſtrum in capitulo, ſi quis deceſſerit. ibi, idem de perſonali ſeruitio. niſi reſtringamus dictum Bald. ad reale ſeruitium, non perſonale.
4 ¶ Et not. ſecundum Andream de Iſer. † quòd ſi maior quatuordecim annis vel minor quatuorde-

a *Et quid in tutore, an teneatur iurare pro pupillo: et quid in pupillo pubertati proximo, vide D. Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti. in vj. col. ver. ſed ponamus, quòd vaſallus.*

b *Vide Alexã. latè cõſ. x. ij. col. in v. vol. Vide vnum not. dictum Bal. in l. parabolani. C. de epiſco. & cleric. Vide Do. Ia. in §. fuerat. co. iij. Inſti. de act. Fely. in cap. cùm omnes. colu. xix. de conſtit.*

cim, tamen doli capax, non petat fidelitatem intra tempus debitum, reſtituetur: vt not. in capit.j.§. præterea.ĵ. de prohib. alien. feud. per Federicum.
5 ¶ Et nota tex.ibi, datum fuerit feudum. † quia iſte textus loquitur tam in veteri, quàm in nouo, ſecundum Andream hic. ¶ Et not.gloſſ. in capit. ſi quis deceſſerit. quòd ſecundum morem omnium curiarum minores faciũt ſeruitium per alios. ¶ Et
6 not. † ſi dignitas accreſcit vaſallo poſt ſuſceptum feudum: vt, ſi fiat baro vel comes, tunc de feudo ſeruiet per ſubſtitutum: leg. interdum. ff. de oper. lib. & leg. eius artificij. eodem titulo, vbi pro dignitate, &c. & excuſatur vaſallus, ſi dominus petat ſeruitium, quod non poteſt facere ſine dedecore, ſecundum Andream: & illicitum petitum ex conuentione, vel impoſitione, commutabitur ad aliud licitum & eius honorem: l. legatum. ff. de vſufruct. lega. & l. liberto. §. Lucius. de annuis lega. dummodo commutatio non ſit indebitè onerofa vaſallo, ſed fiat arbitrio boni viri: vt no. d. §. præterea. Nam dominus grauatur in hoc, quia conuentum ſeruitium non poteſt habere: cùm ſit indecens vaſallo, releuabitur in hoc, vt ipſe eligat commutationem æquam prædicto modo: argum. leg. eum qui. ff. de iureiurand. Vnde ſi vnus Rex liber, ab alio Rege libero feudum teneat, vel accipiat, quicquid conueniat de ſeruitio, fiet illud ſeruitium quod conueniet dignitati vtriuſque, ſicut ſi poſt acceptum feudum perueniſſet ad hanc dignitatem, & mutabitur in aliud ſeruitium eiuſdem generis, quod deceat ſtatum vtriuſque: arg. l. ſi is cui. ff. de ſeruitutibus. Propterea Rex infeudans ſi dixerit Regi infeudato: volo, quòd mecum moreris in exercitu meo conſiliando & alia faciendo: certè non tenebitur: quoniam ſecum morando in exercitu læderetur dignitas regia vaſalli. Eodem modo ſi dominus diceret vaſallo militi, quòd ſeruiat pedes, vel portet onera: propterea Rex vaſallus

7 ſallus ſeruiet per ſubſtitutum. ¶ †Et nota. vt vidi ab originali, Bald. circa finem huius operis id quod communiter non habetur, quòd ſi vaſallus perdit feudum propter feloniam ſuam, & dominus acceptat, non tenetur à modo vaſallus ad fidelitatem domino: capi.j. de eo qui ar. bel. depo. & cap.j.de vaſallo qui ex conſtit. Si autem non eſt felonia, ſed negligentia, ex qua obligetur vaſallus: vt quia paſſus eſt per ſuam negligentiam auferri, ſcilicet poſſeſsionem caſtri feudalis, non liberatur à fidelitate: quia regula eſt, quòd vaſallus non debet ex ſua negligentia liberari: vt not. in
8 cap.j.quo temp.miles. ¶†Et nota ſecundum Baldum de quibus debet dominus inueſtire vaſallum, an cum enſe, baculo, vel annulo? Textus in cap.j. quid ſit inueſtit. dicit, haſta vel alia re corporali. Nec dicit magis per enſem, vel haſtam, vel chirothecam. Et vide Spec. titul. de feud. in princip. Nam domini poſſunt facere inueſtituram, iuxta conſuetudinem eorum, tamen quando Rex vel alius dominus inueſtit aliquem de poteſtate gladij, decens eſt cum enſe, qui ſignificat merum imperium: quia ſignum debet conuenire ſignato, leg. ſtigmata.C.de fabricenſibus. Vnde meliùs ſignificat enſis quàm haſta. Sed ſi dominus de initio tradet poſſeſsionem vaſallo, non eſt neceſſaria haſta, vel iſta inueſtitura quæ vocatur abuſiua. ¶Et not.
9 †quòd vaſallus qui tenetur ſeruire domino, in guerra venire debet armatus cum equis, ſecundum Angel.in l.ſi non ſortem.§.ſi libertus.de condictio.indebit.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum paternum in præiudicium agnatorum, in agnatum remotioris gradus alienari nequit.*

2 *Feudum nouum alienatum, ad dominum redit: antiquum verò, ad agnatos.*

3 *Dominus feudi non poteſt gratiam facere in præiudicium agnatorum.*

4 *Agnationis nomen aliter conſideratur in iure ciuili, aliter iure conſuetudinario.*

5 *Extraneus cenſetur qui non deſcendit à primo ſtipite, à quo feudum exordium habuit.*

6 *Alienatio ratione neceſſitatis famis, non valet.*

7 *Agnati feudum alienatum reuocantes, an precium numerare cogantur.*

8 *Alienatum feudum ſtatim reuocari poteſt, non expectata morte alienatoris.*

9 *Alienatio feudi prohibita eſt regulariter, niſi infeudatio fiat.*

10 *Agnati præferuntur domino in reuocatione feudi paterni alienati.*

11 *Alienantis filius, an excludatur à feudo.*

12 *Alienatione in agnatum remotioris gradus facta, reuocatio intra annum fit: ſecus, ſi in extraneum.*

13 *Renunciatio liberatoria etiam in ſe habet obligationem.*

14 *Alienatione in caſu prohibito facta, filij alienantis excluduntur: ſecus, ſi ſit alienatio permiſſa.*

15 *Filius non poteſt contra factum patris venire, cuius eſt hæres.*

16 *Filius cum beneficio inuentarij hæreditatem adiens, non excluditur à reuocatione feudi, etiam illegitimè alienati.*

In

17 *In dubio regulas iuris communis ſequimur, ſi non habemus regulas ſpeciales in feudis.*

18 *Alienatio feudi prohibita eſt non ſolùm in fauorem dominorum, ſed & agnatorum.*

19 *De iure tertij nemo diſponere poteſt ſine eius conſenſu.*

20 *Alienatio in agnatos cuiuſcunque gradus, quo ad dominum, permittitur.*

21 *Alienatio rei feudalis in præiudicium alienantis, valet.*

22 *Alienatio facta in remotiorem agnatum, non conſentientibus anterioribus, non tenet efficaciter.*

23 *Agnatus proximior præfertur agnato extraneo, in emendo.*

24 *Agnato remotiori feudum alienari nequit, quantumuis primi gradus agnati conſentiant, ſi agnati tertij gradus repugnent.*

5. TITIVS FILIOS MASCVLOS. ¶ Pro intelligentia huius difficillimi text. in feudo, inferam addendo quædam, inferendo caſum ſuper quo conſului in dominio Sabaudiæ. Thema: ¶ Spectabiles comites maximi, ſunt inueſtiti de nonnullis caſtris cum mero & mixto imperio, & iuriſdictione in feudum, ab Illuſt. duce Sab. pro ſe & hæredibus ſuis, &c. deinde dominus Petrus, vnus ex dictis comitibus inueſtitus non habens filios legitimos & naturales, ſed ſpurios tantùm, alienationem fecit in domini Iacobi extraneam perſonam, vel fortè agnatum non proximiorem, ſed vlterioris gradus dictorum, quæ alienatio fuit facta cum conſenſu agnatorum proximiorum in ſucceſsione feudi: agnati verò qui ſunt in tertio gradu & proximio-

ri, quàm ſit alius, exceptis dictis agnatis primi gradus conſentientibus dictæ alienationi feudi in dictum dominum Iacobum factæ. Ex hoc the-
1 mate de pluribus fuit dubitatum, & primò, † an dictus dominus Petrus potuerit alienare dictum feudum paternum & antiquum in dictum dominum Iacobum, quo ad præiudicium agnatorum: propoſito in facto, quòd dominus Iacobus ſit extraneus, non agnatus, ſuccedens in feudum: pro cuius dubij deciſione dicendum putaui dictum Petrum non potuiſſe facere alienationem in dictum Iacobum extraneum in præiudicium agnatorum: vt eſt caſus in hoc capitulo, Titius. in principio, & gloſſ. quæ incipit, remouetur hîc. & Iaco. qui dicit, quòd quo ad extraneum, in quo pro parte erat facta alienatio in caſu capitul. noſtri, res eſt indubitata, cùm agnatus illam partem poterit reuocare: capitulo primo, porrò. qualiter olim feudum alienari poterat. Et nota in capitulo primo, in gloſſa magna, de ſucceſsione feud. in princip. & capit. primo, §. ſed & res. per quos fiat inueſtitura. Et vtrobique eſt ratio manifeſtiſsima, quia ius alteri quęſitum, ſine eius facto tolli non poteſt. leg. ſi arrogator. ff. de adoptione. ſed agnatis eſt acquiſitum ius in feudo paterno & antiquo: capit. primo. §. hoc quoq; notandum. ſuprà, qui feudum dare poſſunt. & capit. j. §. j. ꝫ. de gradibus ſucced. in feud. Ergo non poteſt tolli ius acquiſitum ſine eorum facto. Amplius, Papa vel Imperator non non poſſet feudum conuentionale ſine cauſa auferre, ſecundum Bal. in capit. primo, de natura feudi. & in leg. qui ſe patris. verſicu. & ſcias. in xj. col. vnde lib. Et prædicta vera in feudo paterno & antiquo: ſed in feudo nouo non requiritur conſenſus agnatorum, ſed ſolius domini: c. j. de fratribus de nouo benefi. inueſti. Propter hoc inquit Iacob.
2 ꝙ c. noſtrum nō habet locū in feudo nouo. ¶ † Sed contra prædicta op. quòd feudum debet redire ad dominum

dominum, non ad agnatos: quia ex alienatione feudi vaſallus videtur dominum cõtemnere: c.j.ad fi. quæ fu.pri.cau.benefic.amit. Reſpondeo, quòd loquitur in feudo nouo: nos in feudo antiquo: quod no. Secundò reſpondeo, d.c.in fi. intelligi debere, quãdo nulli exiſtũt agnati. Et ita ibi intelligit Iac.
3 in fi. ¶ Et no. † quòd dominus feudi nõ poteſt gratiam facere in præiudicium agnatorum, ſecundum And.in c.j.ſi vaſal.feud.priuetur. Ex prædictis patet alienationem factam in extraneum, non valere in præiudicium agnatorum non conſentientium. ¶ Aliud & ſecundum fuit dubium ex themate prę-
4 poſito: † Conceſſo, quòd Iaco. ſit agnatus reſpectu ſtipitis, an dicitur eſſe facta alienatio in extraneũ, cùm dictus Iaco. ſit vltra primum gradum ex linea tranſuerſali agnatorum? Pro cuius deciſionę præmittebam agnationem in materia feudali aliter cõſiderari in iure cõſuetudinario feudi, aliter autem in iure ciuili. Nam nomen, agnationis. de iure ciuili eſt: quia agnati ſunt pro virilis ſexus perſonis cõiuncti cognatione, quaſi à patre cognati: veluti frater eodẽ patre natus, filius fratris, nepós ve ex eo, & ſimiles: vt probatur in l. iuriſconſul. §.j.ff. de gradib. & Inſt. de legi. agnatorum tute. ¶ In feudis autem non curatur agnatio, quaſi generis paterni: ca. j. de grad. ſuc. in feu. Et ideo notabiliter ait Bald. in auth. de ſucceſſ. in ij. col. C. de ſuis & leg. quòd per emancipationem in materia conſuetudinaria feudi nõ tolluntur iura agnationis. Vnde in feudis nomẽ, agnationis. ſignificat potiùs genus, quàm qualitatẽ: quod genus agnationis quo ad ius ſuccedendi in tranſuerſalibus, an ſit reſtrictum vſque ad ſeptimum gradum in feudis, dixi plenè in ca.j.§. hoc quoque notandum. ẽ. qui feu. dare poſſ. ¶ Aliud &
5 tertium dubium, † verùm ſi dictus Iacobus, in quẽ eſt facta alienatio, ſit agnatus reſpectu primi vaſalli aſcẽdentiũ: & ſic, an ſit agnatus trãſuerſalis dicti primi vaſalli, non autem ſit agnatus deſcendens à

K 4

primo vaſallo: & ſic à primo ſtipite, à quo exordiū habuit feudum? Dicēdum putaui, dictum Iacobum qui non fuit ex deſcendētibus primi vaſalli, ſed ex deſcendentibus tranſuerſalium primi vaſalli, iudicari vt extraneum, & regulariter non ſuccedere in feudum: c.j.§.ſi enim Titij auūs. de gra.ſuc.in feu.

6 ¶ Circa aliud dubium, † an ratione neceſsitatis famis, valeat alienatio in præiudicium agnatorum? Dic, quòd non: vt plenè not. in c.j.qual.olim feud.

7 alie.pot. ¶ Circa aliud dubium, † an precium ſit numerandum ab agnatis, an verò poſsit ſine precio auocari feudum cum precio alienatum in dictū Iac? Diſtingue ex mente Iac. in c.j.per quos fiat inueſt. Aut agnatus reuocat vaſallo alienāte mortuo, aut eo ſuperſtite, & ſi ſuperſtite eo, aut vaſallus alienās habet filios, aut non. Primo caſu, quando reuocat agnatus vaſallo mortuo, aut ſuccedit agnatus tantùm in feudo, & non in aliis bonis, dicto alienanti: & non cogitur reddere precium: vt in hoc c. quod ita declarat Iac. Aut etiam in aliis bonis vaſalli alienantis ſuccedit agnatus, & tūc tenetur bonæ fidei emptori reddere precium; cap.j.§.pe.per quos fiat inueſt. ſed malæ fidei emptori nō tenetur, qui ſciebat vaſallum alienare non poſſe in præiudicium agnatorum, niſi ſit ſtipulatus vel pactus de euictione ſiue de precio: c.j.de inueſt.de re alie.fact. Secūdo verò caſu principali, quando eo alienāte ſuperſtite reuocat agnatus, ſi alienans non habet filios, nō tenetur agnatus reddere precium, vt hoc caſu: c.j.in prin. ſi verò vaſallus alienans habet filios, cogitur reddere precium emptori: vt in hoc cap. ſi Titius. Et poteſt eſſe ratio diuerſitatis, quia filius de iure communi deberet præferri agnato, & ſic licet nō ſuccedat, cùm non præferatur agnato, certè eſt cauſa vt reddatur precium: vt hoc ca. Cùm itaque in caſu noſtro proponamus emptorem fuiſſe bonæ fidei, certè precium erit reſtituendum: ſecus, ſi ſit malæ fidei emptor. ¶ Circa aliud dubiū, cùm quæ-

ritur,

8 ritur,†an ſtatim poſsit auocari feudum alienatum, an verò duntaxat mortuo primo alienatore? Dixi ſtatim agnatum nõ conſentiẽtem alienationi poſſe reuocare hodie,cùm illicita fuerit alienatio,ſecundum Iac.in c.j.de ſuc.feu.quia hodie non expectata morte fratris alienantis indebitè,agnatus reuocat alienationem:quoniam quando alienatio eſt facta conſuetudine refragante, tunc feudum alienatum in vita alienantis poteſt reuocari:ſecùs, ſi cõſuetudine approbante ſit facta alienatio:quia tunc poſt mortem alienãtis tantùm reuocatur:d.ca.j.de
9 ſuc.feu. ¶†No.hodie alienatio eſt prohibita regulariter:c.j.de prohib.feu.alie.per Fed.niſi in aliquibus caſibus:puta, ſi vaſallus det in feudum, ſecundum plenè not.per gloſſ.approbatam in c.j.§.præterea.de capi.Conradi.in glo.magna.Et pro prædictis facit, quod not.Andr.de Iſern. in c.j.§.rurſus. quib.mo.feu.amit.& per Bal.in c.j.de ſuc.feu.Ponderandum eſt,quòd quãdo vaſallus dat in feudum alteri, infeudatio feudi valet in vita infeudãtis tantùm,vt agnati non poſsint reuocare:ſed poſt mortem eius agnati proximiores reuocant,quãdo feudum eſt paternum,ſiue antiquum : ſecũdum quod not.Andr.in c.j.per quos fiat inueſt.¶ Circa aliud
10 dubium, † an conſenſus iſtorum agnatorum priorum qui conſenſerunt alienationi,noceat eorum filiis,ita vt non poſsint ad feudum venire propter alienationem paternam: & an admittantur alij agnati tranſuerſales, an verò dominus feudi? Reſpondi duos articulos examinãdos;Vnus,an in alienatione feudi antiqui & paterni preferatur dominus,an verò agnati. Secundus articulus,an filius alienãtis ſiue conſentientis alienationi excludatur à feudo, & admittatur agnatus.¶ Circa primum reſpõdeo, quando feudum antiquum eſt alienatum ſine conſenſu domini & agnatorum , agnatos præferri domino,ſi feudum eſt paternum: c.j.§.porrò.verſi.in prohibendo.ſ.qual.olim feu.ali.pot. & eſt gl. ma-

gna in c.j. de prohib.feu.alie.& Iac.de Bel.in c.j.de proh.al.feu.per Fed.ver.quæritur, an habeat locũ.
11 ¶†Circa ſecundũ capio doctrinam Iaco.quam ibi ſequitur Bal.in c.j.circa fi.quæ fu.pri.cau.benefic. amit.& quam ibi ſequitur Bal.in hoc c.Titius.cùm quæritur, an feudum perueniat ad dominũ, vel ad filios,vel ad agnatos? Diſtingue: Aut vaſallus peccat delinquendo,aut alienãdo.Primo caſu,aut peccat in dominum,& reuertitur ad dominum excluſis omnibus agnatis:c.j.§.denique.ꝟ.quæ fuer.pri. cau.benefic.amit.Aut peccat in alium,& tunc non peruenit ad agnatos:niſi ad filium:ca.ſi vaſalli culpam.ꝭ.eod.lib. Secundo caſu,aut alienat legitimè, & tunc peruenit ad filios,ſi ſuperſint: vel ad agnatos,ſi filij non ſuperſint:c.j.§.j.de ſuc.feud.cum ſi. Si illegitimè, tunc peruenit ad agnatos,non filios. Sed ſi filij alienantis ſuperſint, agnati etiam viuo alienatore reuocabunt: ſed non ex tantibus filiis alienantis, tunc petent mortuo eo alienãte:vt hoc c.niſi agnati conſenſerint alienationi, vel anno ta-
12 cuerint,vt hoc c.Titius.¶Adde,†ꝙ iſtud quod dicitur de anno,habet locum,quando alienatio ſit facta in agnatũ remotioris gradus: ſecus,ſi in extraneũ:quia tunc taciturnitas anni non ſufficit:quinimo requiruntur xxx.anni,ſecundum gloſſ.Iaco.& Bal.hìc. Si verò non extarent agnati, reuerteretur ad dominum feudi:c.j.in fi.quæ fue.pri.cau.bene. amit. Quæ diſtinctio eſt notabilis in themate noſtro: quoniam ſi dictus Iacobus, in quem eſt facta alienatio, eſſet extraneus: quia non deſcendiſſet à cõmuni parente,vel ſtipite,qui primò ſuſcepit feudum: vel non eſſet ſucceſsibilis in feudo ex aliqua cauſa, tunc indubitatum eſſet hanc alienationem eſſe prohibitam. Et ideo nedum alienãs, ſed etiam filij eius excluderentur, ſecundum prædictã diſtinctionem Iacob.& Bald.& per Iacob.in ca.j.de prohib.feud.alien.per Feder. Si autem diceremus dictum Iacobum eſſe agnatum ſucceſsibilem, tunc etiam

etiam excluduntur filij alienantis:quia eſt facta alienatio in caſu prohibito: ſcilicet,in agnatū remotiorem in gradu:vt hoc cap.præterea.¶Etiam filij conſentientium alienationi excluduntur, quando pater ſe obligat:ſecùs,ſi eſſet ſimplex renunciatio, ſecundum Iacob.in c.j.de ſuc.feud.quia filius non poteſt venire contra factum patris: c.j.ꝭ.an agn. vel
13 filius.& ibi vide Iac.& Andr.†Nam renunciatio etiam liberatoria habet in ſe obligationem,licet ſecùs in ſimplici renunciatione, ſecundum Bart.in l. ſi vnus.§.pactus.ff.de pact.& ſecundum Bal. in rubri.de pact.c.j.ꝫ.de ſuc.feu. in quarta cōcluſione.
14 †Præterea,vbi fit alienatio in caſu prohibito,vt eſt in feudis regulariter: c.j.de prohib.feu.ali.per Federic.excluduntur etiam filij alienantis. Idem ſi in fraudem fieret alienatio, ſecundum gloſ.in verbo, in fraudem.in c.j.per quos fiat inueſt.Vide ibi pulchra exempla gloſ.& Doct.Vide Odoff.in ſumma, quib.mo.feu.amit.§.item vaſallus.vbi dicit, quòd in fraudem fit alienatio, quando datur in feudum propter deſperationem filiorum, cùm non ſperet habere filium propter ſenectutem.¶Pro prædictis omnibus bene facit tex.c.noſtri.Nec enim eſt dubium, quòd ſi filius alienantis vel conſentientis alienationi tacitè vel expreſsè, vel non petierit inueſtituram intra annū, excludatur à feudo : ꝫ. quo tempo.mil.§.j.& in hoc cap. Et ſecundum prædicta intelligo And.in c.ſi vaſallus culpam.ꝭ.eod.qui dicit quòd filius admittitur,licet pater alienet feudum paternum: quia eſt intelligendus in caſu alienationis permiſſo:puta,quando vaſallus dat in feudum:cap.j.§.ſi porrò.de capi.Conradi. ſecundum diſtinctionem Ia. & Bal.in cap.j.in fi.quæ fuer.pri.
15 cau.benefic.amit.¶†Et bene facit,quod no.Iaco. de Bel. in hoc cap. vbi concludit notabiliter limitando tex.noſtrum,quòd ſi vaſallus alienauerit legitimè,præfertur filius alienantis,ipſis agnatis:c.j. de ſuc.feud. Vbi verò vaſallus alienauerit illegitimè,

mè,tunc filius non reuocat,ſed agnati:vt in hoc c.
noſtro.Ratio eſt,quia non poteſt contra factum pa
tris venire,cuius eſt hęres:nec poteſt hęreditatem
repudiare,& amplecti feudum : cap.j.ſ. an agnatus
16 vel filius. ¶Item eſt aduertendum, †quòd tex.no-
ſter ſecundum Iacob. debet intelligi hoc modo:
Nam ſi filius adiret hæreditatẽ patris cũ beneficio
inuẽtarij, vel ex bonis patris nihil, vel modicũ,vel
legitima tantùm ad ipſum perueniret, & ſi feudum
ſit antiquum : de æquitate filius non excluditur à
a feudo, licet pater illegitimè alienauerit feudum: a
de quo dicam in c.j.ſ.an agnatus vel filius.¶Tranſ
gredior ad aliud dubium,an valeat alienatio feudi
antiqui ſiue paterni, in agnatum remotioris gra-
dus in præiudicium agnatorum prioris gradus qui
non conſenſerunt? Pro cuius deciſione præmit-
17 tendum, † quòd vbi non habemus regulas ſpecia-
les in vſibus feudorum, ſequi debemus in dubio
regulas iuris communis:cap.j.in fin.ſ.de feud.co-
18 gnitio.& ibi dixi.Secundò præmitto, †quòd alie-
natio feudi eſt prohibita, nedum fauore domino-
rum, ſed & agnatorum: cap.j.de prohib.feud.alie.
19 Tertiò præmitto,†neminem diſponere poſſe de iu
re tertij ſine eius conſenſu, etiamſi ſit ius in ſpe,
dummodo ſit ſpes iuridica & fundata: cap.j.de ſuc
ceſſ.feud.cum ſimilib. Hinc eſt,quòd vaſallus non
poteſt commutare ſucceſſorium edictum per ali-
quam ſuam ordinationem in feudis : cap.j. de ſuc-
ceſſ.feu.Nam feuda ſemper reſpiciunt primum ſti-
pitem,& primum conſenſum domini : cap,j. de eo
qui ſibi & hæredibus ſuis. Nec ex perſona ſucceſſo
ris variatur ordinatio defuncti:l.Aemilius.ff.de mi
nore. Item præmitto, quòd in caſibus poteſt fieri
alienatio ſincerè & ſine fraude:glo.in verb. cõmer
cium.in c.j.de prohib.feu.alie.per Lotha.¶His ſic
20 præmiſsis,reſpondeo ad quæſitum hoc modo:† ꝙ
alienatio rei feudalis facta vni ex agnatis,etiam nõ
conſentiente domino,reſpectu domini valet:quia
in

a *Et an in feudo antiquo conſenſus agnatorũ in alienatione præiudicet eorum filiis, vide D.* Frã. Cur. *in tra. feu. antepe. charta iiij. par. verſi.ij. cadit neceſſaria dubitatio.*

in hoc non decipitur dominus, nec fit contra naturam recti feudi, cùm feuda progrediantur in deſcendẽtes & agnatos:c. j. §.hoc quoque notandũ. qui feu.da.poſ.& c.j.de gra.ſucce.in feu.Cùm igitur intentio primi datoris legis prouidẽtia fuerit, feu.prouenire in infinitum in deſcendentes ex primo vaſallo, non fit contra legem domini, ſi vni ipſorum fiat alienatio feudi.Liquet igitur pulchra concluſio, quòd in agnatos cuiuſcunque gradus permittitur alienatio, quo ad dominũ:quia in hoc
21 ipſe non offenditur.¶†An autem valeat alienatio rei feudalis in preiudicium alienantis?Certè ſic:vt ſi eſt iuridica,& ex ea obligatur natura ipſius obligantis. Si autẽ nõ ſit licita alienatio, alienans perdit jura ſua:c.j.§.alioquin.de alie.feu.& notatur in c.ex parte.de feudis.& per Bal.in ti.qui. mo.feud. amit.ver.ſed ſi cum filia.Ex his apparet, quòd tenet alienatio reſpectu vaſalli alienantis,quo ad ſui præiudicium, etiamſi ſit alienatio in agnatum remotioris gradus.¶Etiam poteſt intelligi c.j.§.ſed & res.per quos ſi.inueſti.& c.j. de ali.feu. paterni.
22 †Sed videndum eſt de perſona agnatorum non cõſentientium alienationi,qui quidem ſunt in anteriori gradu,quàm ſit agnatus in quem facta fuerit aliẽnatio feudi,habentem parem in gradu agnationis,ſeu in ordine ſucceſsionis.Et ſi eſt facta alienatio proximiori in gradu, qui ſtatim debet ſuccedere in feudo,etiam tunc valet talis alienatio irreuocabiliter:quia ſi non fuiſſet facta dicta alienatio,certè feudum mortuo alienatore vaſallo,ad eũ tanquam ad proximiorem in ſucceſsione,perueniret:c.j.de ſucceſ.feu.& c.j. de ali.feu. paterni.cum ſi.Si verò alienatio fuerit facta agnato habenti alium ſibi parem in gradu,tunc non tenet alienatio efficaciter & irreuocabiliter , niſi pro portione ſua:quia mortuo alienatore, reuocatur alienatio ab aliis paribus in gradu pro portionibus , quæ ad eos ſpectaſſent ſi dicta alienatio facta non fuiſſet:

quia

quia nemo poteſt diſponere de iure tertij: c.j. de inueſti. de re.ali.fac. Et facit quod not .Bal. in c.j. de ali.feu.paterni.& in cap.j. per quos fi. inueſtit. Si autẽ fieret alienatio non proximiori agnato alijs non conſentientibus, proximiores agnati non conſentientes reuocare poterunt, licet interim viuente alienatore valeat: vt in c.j.§.ſed & res.per quos fiat inueſti.& in c.j.§.& ſi clientulus. de ali. feu. &
23 ibi Bal.& And.¶Circa aliud dubium, †an agnatus proximior præferatur agnato ſequenti vel ex-
a traneo in emendo?[a] Reſpondit, quòd ſic:d. §. ſed & res.Et ibi glo.& And.¶Aduerte ſimpliciter, ꝙ ſi in aliqua patria ſit conſuetudo alienandi feudũ, agnatus habet ius redimendi feudum vſque ad annum, à die ſcientię:& poſtea vbi agnatus non velit redimere, poterit dominus:ſecundum glo. Iac. & Bal.in c.j.§.porrò. qualiter olim feud.al.po.Limita ver.agnatus conſenſerit. vt in hoc c. ¶Circa
24 vltimum dubium, †an feud. paternum ſiue antiquum potuerit alienari ſiue dari inſolutũ in agnatum remotioris gradus conſentientibus agnatis primi gradus in præiudicium agnatorum ſecundi vel tertij gradus, ſummè dubitarunt maiores noſtri, ita vt ſiant contrarij. Nam collegium Papien. ſiue Mediolanenſe tenuit alienationem feudi paterni etiam ſine permiſſu ſuperioris poſſe fieri in agnatos remotioris gradus. Et ita conſuluerunt Barthol.de Salyceto & Chriſtophorus de Caſtello, pro quibus adducitur tex.in cap.j.ꝟ.de ali.feud. paterni.Secundò probatur per cap.j.§. ſed & res. ꝟ.per quos fiat inueſti. ibi, ter. vel proximiori. Tertiò adducitur cap.j. §. & ſi clientulus.ꝟ. de ali. feu.ibi, fratri vel nepoti. Facit lex, pater. §. libertus.§.quid. de legat.iij. Quartò ad idẽ, l.fœminæ. C. de ſecundis nup. vbi mater prohibita alienare poteſt aſsignare vni ex filijs. Vltimò facit, quòd ceſſat ratio prohibitionis alienationis, ne vadat ad extraneos, maximè exoſos, niſi ſibi conſortes

[a] *Et quid ſi agnatus offerat iuſtum precium, an præferatur extraneo offerẽti plus iuſto precio?* Vide D.Frã. *Cur.in tra. feu.pe.char. iiij.par.ver. v.& vlti.*

fortes:cap.j. de alie.feud.paterni.& cap.j. de capi. Conrad. cum ſi. cùm in caſu noſtro non fiat in extraneos, ſed in agnatos. ¶ Contrarium ego conſului in hoc difficilimo articulo, primò adducendo auctoritates, ſecundò iura & rationes, tertiò reſpondeo obiectis. Nam in primis allego auctoritatem Ia.in c.j.§.de prohi.feu.ali.per Fe. circa prin. in verb.quæritur, nunquid vaſallus hodie poſsit alienare agnatis? Reſpondet, quòd ſic: proximiori ſcilicet, qui ſit ſucceſſurus in feudo, & non alijs. Sed in themate noſtro dominus Iac.in quem facta eſt alienatio, non eſt immediatè ſucceſſurus in feudo, cùm ſint alij proximiores in gradu. Ergo non valet alienatio. Idem tenet And.de Iſer. in cap. j. de ſucceſ. feud. quia ſucceſsio reuocatiua habet locum de gradu in gradum:leg.cum pater.§.libertis. de leg. ij. Idem tenet Iaco. de Ligna .in cle.j. de iure pa.qui ita conſuluit. Idem conſuluit concilium Bononienſe. Idem tenet Bal. indiſtinctè in ſumma capit.j.§.de ali. feud. Et ita fuit obtentũ & iudicatum in cauſa appellationis Nobilium de Scarampis, in qua producta fuerunt prædicta contraria conſilia: pro quibus facit text. capit. noſtri: vbi alienatio eſt prohibita in agnatum non proximiorem: ideo proximior reuocat. Nam aduertendum, quòd feudum ſit inalienabile ſine conſenſu domini:cap.j.de prohi.feud.ali. per Fed. Vbi autem voluntate domini alienaretur feudum paternum ſiue antiquum: non valet alienatio, niſi interueniat voluntas agnatorum proximiorum: cap.j.§.per quos fiat inueſtitura.& cap.j.§. de alie. feud. paterni. Nam ſi interueniret conſenſus agnatorum proximiorum: certè quo ad eos, valet alienatio irreuocabiliter: glo. in verbo, conſentientibus. in d. capit.j. de alienat. feud. paterni. Et ſic patet eſſe prohibitam alienationem feudi, ſiue in agnatum non proximiorem, ſiue in extraneum. Hinc eſt, quòd ſi vaſallus haberet vnum

agnatum

agnatum proximiorem,& immediatum, cui aliena ret feudum,valeret alienatio,cùm non agatur de præiudicio domini,nec alterius agnati:ſi verò haberet plures æquè proximiores, & etiam alios remotiores,& alienatio facta foret vni ex illis proximioribus intercedente conſenſu omnium agnatorum æquè coniunctorum, valet alienatio:cùm de præiudicio remotiorum in gradu non agatur extantibus proximioribus:c.j.per quos fiat inueſti. cum ſi. Sed vbi fieret alienatio in agnatum remotioris gradus,& non conſentientibus agnatis primi gradus & non conſentientibus agnatis ſecundi gradus,tunc non tenet alienatio in præiudiciũ agnatorum non conſentientium:c.j.de ali.feu.paterni.quia non valet alienatio,niſi omnibus agnatis conſentientibus,ad quos beneficium quandocunque ſit reuerſurum.Et facit lex,de vnoquoque. de re iudi.& le. peto.§.fi.ff.de leg.ij.& d.c.j.de ali. feu.paterni. ¶Non ob.primum argu. de c.j. verſi. & licet. de cuius natura eſt aduerſari in facto & iure ad pręcedentia:quod non fieret,ſi intelligerẽ, quòd debet interuenire conſenſus omnium agnatorum,quando alienatur agnato etiam remotioris gradus:quia reſpódeo, quòd bene aduerſatur: quoniam ſi eſſet facta alienatio extraneo vel filio, non conſentientibus agnatis,non valet ipſo iure à principio illius tex.Sed facta alienatio vni ex agnatis remotioris gradus tenet à principio:dicto ver. & licet. quamuis ſubiaceat reſolutioni, ſecundum gl.in d.§.& ſi clientulus.Inde ſurgunt magni effectus iuris, quia pręſcriptio annalis de qua in c.noſtro,& in c.j.§.porro.ſ.qualiter olim feud. ali. po. non currit,quando alienatio eſt nulla ipſo iure:c. j.ſ.de prohi.alie.feu.per Fed. Secus in alienatione quæ à principio tenet,licet reſolubiliter:vt hoc c. Facit c.j.§.pręterea.de capi.Conradi.cum gl.Item facit,quia quando à principio alienatio eſt nulla, ſtatim poteſt agi:d.§.ſed & res.& c.j.ver alioquin.

ſ.de

§. de aliena.feud. Secus in alia, quia mors alienatoris expectatur, ſecundum diſtinctionem cap.noſtri. Item quia alia differentia, quia alienans illicitè, & ſic nulliter in principio, non habet neceſſe agere reuocatoria, quæ datur ad rumpendum: d.§. ſed & res. Secus ſi alienatio valet, ſed reuocabiliter: c.j.qualiter olim feu.alie.pot. Non obſt.dictũ c.ſed & res. quia facit pro iſta parte. Nam fateor, quòd licet poſsit alienari in agnatum remotioris gradus reuocabiliter, tamen proximior agnatus reuocabit. ¶ Vel dic, ꝙ intelligitur, quando proximior agnatus non vult reuocare: & eodem modo reſponde ad dictum §.& ſi cliẽtulus. ¶ Vel dic, ꝙ ibi ponitur pro tota agnatione, ſecundum Bald. ibi. ¶ Non obſtant vltimò alia argumenta: quia reſpondeo talia iura cõſiderari circa feuda: Vnum, prohibens alienationem rei feudalis, quæ tamen eſt permiſſa inter agnatos: c.j.§.de alie.feu.paterni. Secundum ius feudorum, inducens reuocationem alienationis factæ in agnatum non proximiorem: d.c.j.§.ſed & res. Aliud ius feudorum, inducẽs reſolutionem dictæ alienationis poſt mortem alienantis. Et hoc dicit tex.in d.§. & ſi clientulus. &, qui.mo.feud.amit.§.ſi fuerit. ¶ Ex primo iure non fit reuocatio, vt in contrariis eſt allegatio: ſed ex aliis duobus iuribus bene fit reuocatio, &c. quia ſi non poteſt vaſallus teſtari in præiudicium agnatorum: c.j.de ſucc.feu.ergo multò minus contrahere.l.ſeruum qui.§.eum qui chirographum.de lega. j.§. diſponat. in auth. de nupt. Nec eſt vera vltima ratio allegata, quia in extraneo poteſt fieri infeudatio, ſecundum plenè no.in c.j.§.præterea.de capit. Conradi. ¶ Ex quibus omnibus habetis plenè declaratum de intellectu huius c.Titius. [a]

a *Adde quòd iſtã opinionem etiã tenet D.Fran. Cur. in tra. feu.in xviij. charta iiij. par. ver.iij. igitur eſt regula. Et ibidem ſubiungit, an debeat quãdo fit alienatio in agnatũ de feudo antiquo, peti renouatiua inueſtitura.*

## SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura abuſiua facta, dominus vaſallum præciſè in poſſeßionem mittere cogitur, nec liberatur*

*præſtando intereſſe.*

2 *Duobus de eodem feudo diuerſis temporibus inueſtitis, potior eſt ille cui priùs poſſeſſio eſt tradita.*

3 *Feudatarius rem feudalem vendens, non tenetur tradere poſſeſſionem.*

4 *Res ei priùs tradita præſumitur, qui precium numerauit, niſi habita ſit fides de precio.*

5 *Dominus vaſallo ad duo tenetur, ſcilicet ad traditionem & patientiam.*

6 *Pactum valet, ne filij ex vxore nati, in feudo ſuccedant, idq; propter honorem & fauorem matrimonij.*

7 *Imperator eſt vnum pecus, quando facit contra iuſticiam.*

8 *Vaſallus non amittit beneficium ex omni cauſa, per quam accepti beneficij videatur ingratus.*

9 *Vaſallus licet dominum à periurio non liberet, non tamen feudum perdit.*

10 *Alere dominum egentem, an vaſallus cogatur.*

11 *Vaſallus qui paratus eſt præſtare ſeruitium, nõ præſcribit contra dominum.*

§. SI FACTA DE FEVDO. ¶ Hoc dicit: Facta de feudo abuſiuè inueſtitura, cogitur dominus vaſallum inducere in poſſeſsionem, nec liberatur prędtando intereſſe. Hoc d. c. ſi facta. ¶ Et ſi nobilis cum ignobili contraxerit matrimonium eo pacto, quòd filij ex eo nati patri in feudo non ſuccedant, certè mortuo patre non ſuccedit in feudo. a Hoc dicit c. filij. ¶ Et ſi vaſallus domino ſeruitium non obtulerit, ſed petenti domino ſeruitium præſtare non recuſauerit, feudum non amittit. Si tamen vaſallus ſciat domino magnũ periculum imminere, ſponte debet abſq; denunciatione

a *Vide quæ per iſtum §. filij. decidit Do. Alexan. ſuo cõſ. clxxxix. in v. vol.*

tione auxilium domino dare. Hoc d. c.licet vaſal-
1 lus. ¶Not. primò ex c.ſi facta. † quòd ſi dominus
conceſsit feudum & inueſtiuit, non tamen tradi-
dit realem poſſeſsionem, cogitur dominus præciſè
mittere vaſallum in poſſeſsionem, nec liberatur
præſtando intereſſe: ſecus ergo, ſi promiſiſſet tan-
tùm feudum, & non inueſtiuiſſet vaſallũ: quia tunc
non eſſet feudum conſtitutum: & ideo liberaretur
à promiſsione feudi, dando intereſſe: l. ſi quis ab
alio. §. fi. ff. de re iudi. ſecundum Andr. & probatur
in textu noſtro ibi, facta inueſtitura. quaſi ſentiat
tex. à contrario, ſi non ſit facta inueſtitura, præciſè
a non compellatur: [a] quod not. ad declarationem
2 huius text. ¶†Si autem dominus duos de eodem
feudo diuerſis temporibus inueſtiuerit, & poſſeſ-
ſionem priùs poſteriori tradiderit, certè potior eſt
ille cui priùs poſſ. eſt tradita: l. quotiens. in fi. C. de
rei vend. & tunc liberatur dominus præſtando in-
tereſſe priori, ſecundum gl. Ia. & And. Quod etiam
nota ad limitationem c. noſtri, qui loquitur, quan-
do dominus poſsidet. ¶Sed quæro, ſi tradendo ſe
cundo vaſallo, dicat dominus tradens, idemq; in-
ueſtiens, trado tibi ſaluo iure Gaij, quem priùs de
hoc feudo inueſtiui, an tunc ſecundus ſit potior,
cùm ſibi tradita eſt poſſeſsio ſaluo iure primi? Re-
ſpondeo, quòd talis proteſtatio non operatur, ſe-
cundum And. hîc: quoniam primo inueſtito de do-
minio & poſſeſsione nullũ ius erat acquiſitum: vt
no. in d. c. j. in princi. quid ſit inueſtitura. Ergo ius
quod non competit primo, non poteſt per prote-
ſtationem reſeruari: imo ſi diceret tradens, volo
quòd ſi primus petat à te ſecundo, quòd tradas ei
poſſeſsionẽ: vel, ſi primus petat à me, vt mihi poſ-
ſeſsionem reſtituas, quã tradam illi: quod pactum
in traditione valet: l. in traditionib. ff. de pac. Etiã
ſi pòſt ſtipuletur primus inueſtitus à ſecundo: l. fi.
C. de inutil. ſtip. non propterea tenetur ſecundus
præciſè reſtituere poſſeſsionẽ tradenti, vel tradere

a *Hoc quod tenet hîc Do. Laud. quòd quando eſt ſola promiſſio abſq; inueſtitura. liberetur præſtãdo intereſſe, tenet etiam D. Ia. in tra. feud. in verbo, inueſtiuit talem, &c. col. ij. ver. item dubitatur, &c. Et ibi limitat procedere, quando eſt facta promiſsio ſolennis: aliàs ſi fuiſſet nuda promiſſio & ſimplex, non obligaret dominũ etiã ad intereſſe. Et hãc concl. limita multis modis, vt p D. Frã. Cur. in tra. feud. ix. chart. ij. part. ver. ij. principaliter circa materiã. Et ibi, in ſequent.*

*verſic. ponit requiſita ad ſolẽnem inueſtituram.*

primo: ſed veniret intereſſe: d.l. ſi quis ab alio. in fi. & probatur in l. ea. l. cum ibi no. C. de cond. ob cauſam. ¶ Nec ob. c. noſtrum, quod loquitur in inueſtiente, nõ in alio: ar. l. ſi verò negocium. §. de viro. ff. ſo. ma. niſi in traditione rei poneretur conſilium ſine cautela, quæ ponit Bart. in l. qui abſenti. ff. de acq. poſſ. & Bal. in d. l. ea. l. & dicit notabiliter Bal. ſecundum Ia. Mo. quòd beneficium offerens, cogi-
3 tur præciſè ad id tradendum. ¶ †Et licet proprietarius dominus feudi cogatur præciſè emptori tradere rem, ſi habet facultatẽ rei tradendi, ſecundũ opinionem Martini, contra approbatam in l. j. ff. de ac. empt. tamen feudatarius vendens, non tenetur tradere poſſeſsionem: quia non poteſt de iure, cùm non potuerit alienare feudum incõſulto domino: c. j. de prohi. ali. feu. per Fe. licet teneatur ad intereſſe ratione rei non traditæ, ſecundum Bal. Ex quo infero, quòd licet vendens teneat facultatẽ rei tradendæ, quia poſsideat rem: tamen ſi ſit prohibita alienatio de iure, vt in emphyteota & vaſallo, & ſimilibus: non poteſt compelli vẽditor tradere rem emptori: Quod no. ad limitationem notatorum in d. l. j. de ac. emp. & in l. ſtipulationes non diui. ff. de ver. obli. Secus, ſi vaſallus vendidiſſet cũ conſenſu domini: quia emptor tunc ſuccedit in feudum ex perſona domini. Et ideo tenetur vaſallus venditor præciſè tradere rem. Ex quo Bal. hìc vult, quòd vaſallus qui vendidit primo emptori etiam cum conſenſu dñi, ſi vendat poſtea ſecundo emptori etiam cum cõſenſu domini, certè erit potior primus emptor: l. non quocunque. §. qui Gayum. ff. de leg. j. Quod dictũ ſanè intelligo, quando primo emptori ſit facta traditio:[a] aliàs ſecundus emptor cui priùs eſſet tradita poſſeſsio, eſſet potior. l. quotiens. C. de rei vendi. quia per ſolum titulum ſiue per traditionem non transfertur dominium. l. traditionib. 
4 C. de pac ¶ †Et not. quòd licet in dubio præſumatur tradita poſſeſsio priori emptori: ſecundum Ia. de

a *Vide in materia not. Alex. cõſ. xcij. colũ. ij. in v. vol. & conſ. xiiij. in j. volum. in fi.*

de Are.in d.l. quotiens. tamen ſi vnus probauit de precio, alter non, præſumitur priùs tradita res ei qui priùs precium numerauit, ſecũdum Bal. Quod intellige verum, niſi habita fuiſſet fides de precio: l.quod vendidi.ff.de contrah.empt.l.venditę.Inſt. de re.diui. l.procuratoris. ff. de tribut. ¶ Et not.
5 †quòd dominus tenetur ad duo, vaſallo: ſcilicet, ad traditionem & patientiam: ar. l.corruptionẽm,
a C.de vſufru. Et propterea non liberatus eſt [a] ſola traditione: quoniam poſſet conueniri, quòd patiatur feudum poſsidere. Pone, papa conceſsit mihi feudum, & dedit mihi executorem: ego propter abſentiam executoris iui ad ordinarium loci, & feci me inueſtiri: quęritur, an teneat inueſtitura? Bal. poſt multa verba cõcludit, quòd non: pro quo no.
6 c.ſanè.de off.ordi. ¶No.ex c.filij.† conſuetudinẽ contra ius commune: cuius ratio eſſe potuit, quia punitur in eo, quòd habet ignobilem coniugem, & ex illa filios nobiles, idq; propter honorem & fauorem matrimonij. Nam ſub tali pacto Nobiles inueniunt nobiliores, per quos nobilitas creſcit: verbi gratia, ſi marchio qui tenet feudum ab Imperatore, accipit in vxorem filiam regis, quæ ei non nuberet, niſi eo pacto, quòd filij ſui ſuccedant in marchionatu, & non alij de alio matrimonio. ¶Et not.quòd hoc c.non habet locum in emphyteota, nec in aliis bonis propriis. ¶Et no.quod Bal.dicit
7 † quòd Imperator eſt vnum pecus, quando facit
8 contra iuſticiam. ¶Item no.†quòd ex c.licet vaſallus. non amittit feudum ex omni cauſa, per quam accepti beneficij videatur ingratus. ¶ Not. bene
9 tex. †quòd ſi dominus iurauerit dare decem Titio ad diem, & ſic incidit in periurium, quòd licet vaſallus diues, non dederit pecuniam, ne incidat do-
b minus in periurium, [b] non tamen perdit feudum.

a *Omnia hîc dicta per D. Laud. in hac & preced. commemorat & ſequitur Do. la. in ver. inueſtiuit talẽ.co.j.et ſequẽti. Et an ſi dominus fecerit inueſtiturã duobus, incidat in crimẽ falſi, vide Do. Laud. ſuprà in ca. ſancimus. in fin. quo temp: mil.*

b *An teneatur vaſallus dominum liberare à periurio, et ipſum egẽtem alere, vide Do. Franc. Cur. in trac. feu. ij. char. iiij. part. verſic. ideo faciunt prædicta. Et vide Do. la. in verſi. qui quidem inueſtiti. col. pen. verſi. circa quintum caſum. vbi dicit, quòd iſtis caſibus debet dominus petere ſubſidium charitatiuè & gratioſè. Et ibi ponit, an teneatur vaſallus dominum incarceratum redimere.*

10 ¶Et licet hîc And.videatur tenere,†quòd vaſallus non teneatur dominum egentem alere, tamen contrarium puto verius, per tex. c.noſtri, vbi vaſallus debet ſubuenire domino, quando imminet magnum periculum mortis: vt eſt, quando quis non habet,vnde ſe alat: l.necare.ff.de lib.agno.Secundò per tex.in l.ſi quis à liberis.§.alimenta.eod.tit. & ita tenet Bartolus in dicto §. alimenta. ¶Et
11 not. † quòd vaſallus, qui eſt paratus præſtare ſeruitium, quod præſumitur, niſi interpellatus negauerit, non præſcribit contra dominum ſuum: arg. l.arboribus.§.item tracta.ff.de vſufruct.

## SVMMARIVM.

1 *Culpa quæ obſtat patri, obſtat filio & deſcendentibus.*

2 *Similitudo & audacia eadem ſolet eſſe in coniunctis.*

3 *Culpa in dominum feudi commiſſa, omnes agnati indifferenter excluduntur.*

§. SI VASALLVS CVLPAM COM. ¶Si vaſallus cōmittat culpam, vel feloniam, propter quam feudum perdit, ſicut ipſe repellitur,ſic filius eius & omnes deſcēdentes ex eo: agnati verò qui in gradu quarto ſunt, vſq; in infinitum,non repelluntur. Hoc d. ¶Not.hic caſum,
1 †quòd quantum ad ſucceſsionem feudi,culpa quæ obſtat patri,obſtat filio & deſcēdentibus. ¶Et no. quòd tex.loquitur de culpa.Quid aūt ſi pater alienet feudum antiquum? Vidiſtis in c.Titius.ſ.eod. ¶Sed contra iſtum tex. opponitur & imo videtur, ꝙ delictum patris non nocet deſcendentibus:l.iij. de interd.& releg.l.adoptiuum.§.fi.ff.de in ius vo. Sol.Speciale eſt in feudo, ſecūdum Doct.hic. ¶Et aduerte, ꝙ nedum deſcendentes repelluntur, ſed & agnati, vſque ad quartum gradum excluſiué: vt

2 probatur in tex.ibi,ſed agnati qui quarto gradu. a Et eſt de mente Iaco.de Bel.hîc:quod eſt notabile. ¶Sed quæro de ratione,quare deſcédétes & agnati vſque ad quartum gradum excluſiuè repellũtur
2 in c.noſtro?Reſpódeo,†propter ſuſpicionem:quia ſolet ſæpe eſſe ſimilitudo & audacia eadé inter tales coniunctos:l.quòd ſi nolit.§.qui mácipia.ff.de ædi.edict.l.quiſquis.C.ad legem Iul.maieſta. ¶Et no.ſecundum Iac.pulchram limitationem ad text.
3 noſtrum, †quòd c.noſtrum debet intelligi,quádo culpa ſit commiſſa in alium,& non in dominũ feudi: tunc omnes agnati indifferenter excluduntur. §.denique. ᷤ.quæ fuer.prima cau.benefic.amit. & vult glo.hîc in fi.ſecundum Iac.& alios. ¶In gloſſ. notauit.ad fi.no.iſtam gl.quæ intelligit tex.noſtrũ in antiquo feudo. Do. & vide ea quæ not. Cyn. & Bal.in l.ij.C.de libert.& eorum liber.& Alber.in l. emancipatum.§.fi.ff.de ſenator.& Bal.in l.iij.ff.de interdict.& Ang. in l.adoptiuũ.ff.de in ius voc.Ex quibus remiſsionibus plenè habetis materiam huius capituli, &c.

*a Et dicit Do. Franc. Cur. in tra.feud. in v. parte, col.iiij.verſ. iij.princip.a lis conclu-ſio. quòd iſta opinio videtur dura, & ſuper ea relinquit cogitãdum.*

## SVMMARIVM.

1 *In generali alienatione hypotheca, vel renunciatione bonorum non venit feudum.*

2 *In generali alienatione facta à domino, non venit id quod alij dedit in feudum.*

3 *Rex non poteſt vendere ciuitatem vnam inuitis omnibus.*

4 *Appellatione caſtri,an contineantur vaſalli.*

§. IN GENERALI ALIENATIONE.
1 ¶†In generali alienatione omnium bonorũ nó venit feudum,niſi nominatim ſit dictũ.Hoc dicit.¶Eodem modo dicédum eſt in generali hypotheca bonorum,pari ratione:quia non veniũt pro-

hibita alienari: l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.ij.
per Bar. ¶Et eodem modo in generali refutatione
bonorum non venit feudum, ſecundum Bal.in au-
then.in ſucceſsione.C.de ſuis & legit.hæred. ¶Et
2 not.†quòd iſte tex.ſecundum Io.intelligitur,vt in
generali alienatione facta à vaſallo, non venit id
quod tenet in feudum à domino: vel econuerſo, in
generali alienatione facta à domino, non venit id
quod alij dedit in feudum: quod eſt valde notabi-
le, [a] niſi nominatim ſit dictum. ¶Et no.ſecundum
3 Bal.†quòd Rex Franciæ non poteſt vendere vnam
ex ciuitatibus inuitis omnibus. Vide not.in c.dile-
cti filij.de maiorit.& obed. [b] ¶Pone, quis detinet
debitoré meum, & per hoc non poteſt mihi ſatisfa
cere: quia de operibus ſuis poſſet acquirere, & mi-
hi ſoluere: certè non poſſum repetere ab iſto debi-
toré meum, niſi habeam in eo ius reale, ſicut in va-
ſallo [c] & aſcriptitio: de quo per Inno.& Doct.in c.
4 delicti.de excep. ¶†An appellatione caſtri conti-
neantur vaſalli? Dic inſpici dignitatem conceden-
tis,& eius cui cōceditur: l.plenum.§.equitij.ff.de
vſu & hab. In dubio verò dic, vt no, in c.j.de capit.
qui curiam vend. ¶Sed pone ecōtrà, quòd in quo-
dam caſtro omnes homines erant vaſalli, & ego cō
cedo tibi omnes vaſallos meos illius caſtri: vtrùm
videar concedere tibi omnes habitationes meas,
quas habeo in illo caſtro, & ipſum fortilitium? Re-
ſpondeo, quòd non: quia vaſalli ſunt pars & non
totum. [d]

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus dubitans, poteſt petere terminum ad deliberandum.*

a *Vide Alexā. latè conſilio xxv. in penult. col. v. volu. & in l.ij. vlt. col. ſuprà, ſolut. matri, Fely. in cap. quæ in eccleſiarum.xx.col. de conſtitu. D.Iaſ. in §. item Seruiana. in gloſſ. in verbo, de qua re.Inſt. de actio. & per Fel. latè in c. dilecti. in verbo, hominibus. de ma. & obe. Iaſ. in l. debitorum. C. de pact.*

b *Faciūt dicta per D. Frāc. Cur. in tracta.feud. in vj.par.q.ij. & fina.vbi examinat, an poſſit dominus inuitos vaſallos alienare, & an eo caſu alienando priuetur proprietate?*

c *Vide in materia Panor.not.in c.licet.vlt.not.extra, de proba.*

d *Vide in hoc per D.Ia.in verb.de caſtro rubei montis.col.ij.*

Hæres

2 *Hæres vaſalli ignoranter vendens prædium, excuſatur.*

3 *Beneficium,à vaſallo in feudum rectè dari poteſt.*

4 *Vaſallus de ſuo feudo agere, tranſigere, & conueniri poteſt.*

5 *Domini felonia non diſtinguitur in quem commiſſa ſit, ſecus verò vaſalli.*

6 *Feudum etiam non habens propriam naturam, iiſdem caſibus amittitur, quibus aliud.*

7 *Pactum de non petendo feudo factum à fratre fratri recipienti pro ſe, & hæredibus, intelligitur de deſcendentibus, non autem collateralibus.*

8 *Pactum declaratur ſecundum naturam rei in pactum deductæ.*

§. SI VASALLVS FEVDVM QVOD SCIENS. ¶Hoc dicit: Si vaſallus feudum domino ſcienter inficiatus eſt, amittit feudũ: ſecus, ſi ignoranter. Sed ſi dubitat, dubitãter reſpõdere debet. Et vaſallus in feudum poteſt dare perſonæ æquali, niſi fiat in fraudẽ l. Et vaſallus de ſuo feudo agere & conueniri & tranſigere poteſt. Et ſi dominus cõmiſerit feloniam in vaſallũ, per quã ſi vaſallus eam committeret, amitteret feudum: dominus etiam proprietatem feudi amittere debet. Et ſi vaſallus committeret culpam propter quam meretur amittere feudum, amittit feudum, ſiue feudum habebat propriam naturam, ſiue non. Et ſi Titius & Sẽpronius ſucceſſerint patri in feudum, & ex diuiſione in totum peruenerit ad Sempronium, vel fortè pro parte: poſtea Titius fecit pactũ Sempronio, ei, vel eius hæredibus: deceſsit Sẽpronius ſine filio maſculo, extraneo hærede relicto: Titius petit feudum ab hẹrede Sempronij ex ſucceſsione ad ſe deuolutum, certè nõ obſtat ſibi. Hoc dicit vſ-

que ad finem tituli. ¶Et not.in cap.j.cap.vaſallus.
1 †quòd vbi vaſallus dubitat,poteſt petere terminũ ad deliberandum: not.in l.ij.§.quod obſeruari.C. de iuramen.calum.ſecundum Iac. ¶Et no.ſemper
2 iſtum text. †quòd ſi hæres vaſalli vel emphyteotæ ignoranter vẽdiderit prædium vel rem emphyteoticam,à ſuo iure non cadit:arg.l.qui in alterius. ff de reg.iur.Propterea dominus volẽs reuocare,habet neceſſe probare hæredem ſciuiſſe rem feudalẽ, vel emphyteoticam:quod eſt no.dignũ. ¶Et not. tex.ſemper pro iuſta cauſa ignorantiæ,& poteſt venire vaſallus contra factum ſuum propter iuſtam cauſam ignorantiæ:per iſtum tex.¶No.ex c.bene-
3 ficiũ.†id quod dixi in ſummario:de quo in c.ij.ĩ.de leg.Conradi.& quo ad fraudẽ. Vnde no.in l.fraus. & l.non dubium.ff.& C.de legib.¶Not.ex c.ſi vaſallus de ſuo.id quod dixi in ſummario. & not. per
4 Bart. †quia intelligit dolum eſſe cõmiſſum eo ipſo quòd vaſallus potuit denunciare domino , & non denunciauit:l.creditor.de diſtract.pign.& quo ad tranſact.vide Bal.in l.ſi hæredes.C.de teſtamẽ.lib. ¶No.in c.domino.ibi,vaſallum.quia non ad agnatos vaſalli : quia ſi vaſallus non cõqueritur,remiſſa pœna videtur.¶Et no.quòd illud c.non habet locum in eccleſia:c.dilecti.de reg.iur.lib.vj.ſecundũ
5 Bal.¶Et no. †quòd in felonia quam commiſit dominus, non diſtinguitur in quem commiſſa fuerit: ſecus in felonia vaſalli : §.denique.ſ.quæ fuer.pri.
6 cau.benefi.amit.¶No.ex c.feudum. †quòd feudũ etiam nõ habẽs propriam naturam feudi,amittitur iiſdem caſibus, quibus etiam aliud feudũ:quod eſt
7 notabile. ¶No.ex c.ſi.†quòd pactum de nõ petendo feudum,factum à fratre fratri recipiẽti pro ſe & hæredibus ſuis,intelligitur de liberis & deſcẽdentibus:nõ autem de collateralibus: [a] vt probatur in tex.ibi,Seium fratrem.neque de aliis extraneis hæredibus:c.j.§.& ſi clientulus.ſ.de ali.feu. ſecundũ Iac.de Bel.& Bal.Et quod dicitur hìc in pacto liberatiuo,

a *Vide D.Ale. in cõſil.xiij. in v.vol.& latè conſilio xxj.in eo.*

ratiuo,habet locum in renũciatione facta fratri recipienti pro ſe & hæredibus ſuis, à paritate ratio-
8 nis.¶†Item not.pactũ interpretari & declarari ſecundum naturam rei in pacto deductæ,& quod cõtemplatione certæ perſonæ fieri preſumitur,perinde habetur,ac ſi talis perſona nominatim exprimatur.Et de materia huius capituli traditur in c.j.ỹ.de eo qui pact.fec.agna.de feudo paterno, &c.

## De pace tenenda, & eius violatoribus. Titulus V.

¶Hæc rubrica de pace tenenda, & eius violatoribus,poteſt continuari hoc modo : Suprà viſum eſt de cõtentione inter dominum & vaſallũ, ſiue vaſallos:ſed quia inter eos debet maximè ſeruari pax,& violatores pacis puniri:ideo ſequitur hęc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Homicidij per teſtes vel confeßionem probati, pœna eſt capitalis: per duellum,amputatio manus.*
2 *Duellum non fit,ſi delicti probatio ſit clara.*
3 *Pacem infringere non videtur,qui propter nouam diſcordiam alium offendit.*
4 *Principes qui Dei munere alios præcellunt,omnino ipſi parere debent in opere.*
5 *Bona ciuitati confiſcantur,ſed de iure ciuitates non habent fiſcum.*
6 *Bona mobilia eſſe cenſentur illius ciuitatis, in qua reperiuntur.*
7 *Modus vel conditio in ſententia appoſita, ſeruari debent.*
8 *Filius non poteſt alimentare patrem bannitum.*
9 *Modum qui excedit in ſe defendendo, de exceſſu ſo-*
*lo*

lo punitur.

10 Bona immobilia per contumaciam delinquentis, hodie poſt annum non publicantur.

11 Iudicis ſententia, bona filiorum non citatorum confiſcantis, in rem iudicatam non tranſit.

12 Generalis arbitrij ratione iudex non poteſt omnia bona facere publicari.

13 Fructus à ſolo ſeparati, inſtar rerum mobilium cenſentur.

14 Penſiones interdum fructibus à ſolo ſeparatis, interdum pendentibus aſsimilantur.

15 Nomina debitorum de re mobili, mobilibus: de immobili, immobilibus æquiparantur.

16 Annuæ præſtationes ad longum tempus, inter immobilia computantur.

17 Duellum, in quibus caſibus fiat.

18 Duellum, per principales fieri debet, exceptis octo caſibus.

19 Campio, quis eſſe poſsit.

20 Duellum, qualiter ordinari debeat.

21 Arma quæ in duello concedantur.

22 In duello actor campio primò percutere debet.

23 Armis fractis vel cadentibus, alia dari debent.

24 Conuictus in duello, qualiter condemnari debeat.

FEDERICVS DEI GRATIA ROM. ¶Diuiditur in decem partes. In prima, qualiter ſit puniendus laycus, ſi pacē violauerit. In ſecunda, qualiter clericus. In tertia, qualiter receptator eius qui pacem violauerit. In quarta, qualiter dirimatur

matur contentio orta inter vaſallos. In quinta, qualiter procedendum ſit, ſi ruſticus militem vel ecõtrà, de pace violata pulſauerit. In ſexta, quemadmodum ſtatuitur regulariter libertas à comite. In ſeptima, qua pœna ſit puniendus arma portans. In octaua, de latronũ & furũ & inobedientium pœna. In nona, ſi miniſtrales inter ſe guerram habuerũt, qualiter procedendum ſit. In decima, quo caſu, vel quo loco licet pabulare equum. Secunda ibi, ſi clericus. Tertia ibi, ſi iudex. Quarta ibi, ſi duo. Quinta ibi, ſi ruſticus. Sexta ibi, poſt natale. Septima ibi, ſi quis ruſticus. Octaua ibi, publici latrones. Nona ibi, ſi miniſtrales. Decima ibi, §. ſi quis quinque ſolidos. Hoc d. vſq; ad §. ſi clericus. ¶Imperator indicat omnibus, quòd pacem ſeruare debeant, & ſtatuit pœnam non ſeruantibus, dicens: quòd qui hominem intra pacis edictum occiderit, capite puniatur: niſi per duellum probet, ꝙ fecerit ad ſui defenſionem. Veruntamen ſi ſit manifeſtum, ꝙ volũtariè, & non ad defenſionem occiderit, non admittitur probatio per duellum, ſed capitis pœna punitur: et hoc habet locũ in violatore pacis. Si verò fugerit, bona mobilia publicãtur: immobilia permittuntur hæredibus iuramento ab eis pręſtito, quòd inde ſibi nullum emolumentum præſtabunt: ſed ſi poſtea conferunt, priuabuntur hęreditate, quæ applicatur fiſco. Si verò intra tempus pacis aliquis aliquem hominem vulnerauerit, manus ei amputabitur: niſi per duellum probet, quòd hoc ad ſui defenſionẽ fecerit. Et ſimili modo proceditur in bonis vulnerantis, ſicut ſ. dictum eſt in occidente. Si aũt aliquis alium ſine ſanguinis effuſione percuſſerit, vel abſque percuſsione eum inuaſerit, pœna pecuniaria comprimetur. Hoc dicit vſq; ad §. ſi

1 clericus. ¶Et no. gl. ſecundũ Iac. quæ vult, † ꝙ aut conſtat de homicidio per proba. per teſtes, vel cõfeſsione, tunc imponitur pœna capitis, vt hîc: aut conſtat propter pugnã, tunc eſt pœna manus: l. qui

verò

verò.de homicidio liberi hominis in Lõbarda.Sed an hodie dicta pœna manus, locum habeat,depen det ab articulo,de quo dicã in ſequenti articul.an hodie duellũ ſine pugna ſit licita. ¶Et no.tex.hîc,
2 †quòd non ſit pugna, ſi probatio delicti ſit clara: ſed tũc,cùm ſit dubia. Et illud quod quis facit ad defenſionem ſui corporis,vel filiorum, vel vxoris, vel alterius perſonæ ſibi coniunctæ,iure feciſſe exi ſtimetur:de quo plenè per Doc.in l.vt vim.ff.de iu ſticia & iu.& l.j.C.vnde vi.¶Et no.ꝙ hoc c.habet locum generaliter,ſiue Imperator indicat pacem, ſiue ciuitates inter ſe faciant pacem, ſiue ſingulares perſonæ:vt probatur hîc ſecundũ Bal.¶Et no.
3 †quòd non videtur infringere pacem,qui propter
a nouam diſcordiam [a] alterum offendit:quia de hoc non videtur fuiſſe cogitatũ,ſecundũ no.in c. fi. de immu.eccl.in Nouella.¶Itẽ no.tex.ibi,cuius prę-
4 cellimus.† quòd principes qui Dei munere alios præcellunt,omnino parere debẽt ipſi Deo in opere.¶Item no.ſecundum And.quòd omnia pacem appetunt.¶Et no.quòd iudex non debet admitte re friuolas probationes homicidij.¶Itẽ not. ꝙ eo ipſo quòd citatus non comparet, dicitur fugere.
5 ¶†Itẽ no.bona cõfiſcari ciuitatibus : ſed de iure communi ciuitates Lombardię nõ habent fiſcum, niſi quibus conceſsit Imperator ex pace Conſtantiæ:in auth.de defen.ciui.§.nulla.& no.in l.j.C.de
6 bo.vacan.lib.iiij.¶Itẽ no. †quòd bona mobilia cẽ
b ſentur eſſe illius ciuitatis in qua reperiãtur: [b] quia populo vel fiſco illius ciuitatis confiſcantur:vt eſt tex.notabilis hîc:quod facit ad no.per Bar.& alios in l.cũctos populos.C.de ſum.tri.& ſi.catho.¶Et
7 no.tex.ibi, tali conditione. †quòd vbi modus vel conditio apponitur in ſententia,debet obſeruari: Quod facit ad no.in l.cum eorũ.& l.cũ iudex.C.de
8 ſen.om.iudi.¶Et no.tex.ibi,neglecto.† quòd hæres etiamſi ſit filius,non poteſt alimentare patrem hoſtem patriæ:aliàs punitur,vt hîc : Quod facit ad limita-

[a] *Vide per D. Ale. latè ſuo conſi.xix.in princ. in j. vol.*

[b] *Vide de hoc per Alex.latè cõ.xvj.in ij.q.in j.vol.*

limitationem leg.ſi quis à liberis. ff. de liber. agn.
9 ¶Item no. hîc Bal. †qui excedit modum in ſe defendendo, non punitur de toto, [a] ſed de tanto: de quo per Bal. in repetitione l.j.C. vnde vi. ¶Et no. text. ibi, barbam. quòd ſi aliquis ceperit aliquem per barbam, punitur, vt hîc. ¶Attendite ad caſum
10 pulchrum in tex. ibi, ſi verò pacis violatorũ. †quòd propter contumaciã delinquentis bona immobilia non cõmittantur in fiſcum, etiam poſt annũ: ſed proximiores ſanguine ſuccedunt. ¶Sed oppo. de tit. de requir. reis. vbi poſt annum propter contumaciam bona publicantur in fiſcum. Sol. ſecundũ Iac. Contrarium procedit de iure antiquo: ſed hodie bona non auferuntur hæredibus, ſecundũ tex. in auth. vt nulli iudi. §.fi.& ſic concludit Ia. quòd titulus, de requirendis reis. ſit correctus hodie, vt etiam poſt annum propter contumaciam bona nõ publicentur: quinimo relinquantur hæredibus, ſecundum formam in auth. bona damnatorum. C. de bo. dã. ¶Vos dicite contrarium, ſecundũ cõmunẽ ſententiã Doc. in d. auth. bona dãnatorum. & ſecũdum Bar. in leg. j. ff. de bo. dam. quinimo titulus, de requirendis reis. non eſt correctus per dictã auth. bona dãnatorum. quę loquitur in bonis damnatorum ad mortem, vel proſcriptorum: quibus dicta reſeruãtur, & ciuitas vel libertas adimitur. Sed illi cõtumaces non ſunt damnati de crimine: l. j. ff. de req. reis. Igitur, &c. Ex prędictis apparet, quòd titulus, de requirẽdis reis. in quãtũ loquit̃ de publicatione bonorũ & ãnotatione quę fit per cõtumaciã, nõ eſt hodie correctus per ius authẽticorũ. Sed aduerte, inquãtũ loquimur de publicatiõe bonorũ quę fit per ſentẽtiã cõdẽnatoriã latã ſuper delicto, an ſint correcta iura antiqua? In quo articulo etſi variæ ſint ſentẽtiæ, tamẽ cõis cõcluſio Doc. maximè, Petri & Cy. in d. auth. bona dãnat. & Bar. in d. l. j. ff. de bo. dã. eſt, quòd vbi per dãnationẽ quis amittit ciuitatẽ, tũc iura antiqua ſunt correcta: d. auth.

a *Fely. pulchrè in c. ſignificaſti. el ij. de homic.*

bona damnatorum. quoniam pœna ademptionis bonorum non expreſſè, ſed in cōſequētiā alterius pœnæ venit. Aut quis non amittit ciuitatem propter condemnationem ſuper delicto, vt in relegato: & iſto caſu iura antiqua non corriguntur: in auth. de inceſtis. §. j. Ratio differentiæ eſt, quia in primis caſibus ipſe nō poteſt bona retinere. Vnde ſi applicarentur fiſco, eſſet pœna ſuccedentium ab inteſtato magis quàm ipſius. Sed eo caſu, quando relegatus poteſt retinere bona: l. relegati. ff. de interdic. & rele. ideo ſi auferuntur bona, eſt pœna ſibi, nō venientibus ab inteſtato: & conſequēter in illis caſibus, in quibus expreſſè ponitur pœna adēptionis bonorū, non in conſequētiam alterius pœnæ, ſed expreſſè per ſe iura antiqua non corriguntur: quod eſt notabile. Et de materia dictæ authenticæ, bona damnatorum. vide, quod ſcripſi poſt Bal. in l. ij. C. qui teſta. fa. poſ. Nec obſt. prædictis tex. noſter in ver. pacis violator. quia hoc tātùm procedit in violatore pacis, ſecundum Bart.
11 in l. j. ff. de bo. dā. ¶ Et no. ſecūdum Bal. hìc, † quòd ſi iudex expreſſè dixerit in ſententia, quòd confiſcantur bona: à qua ſententia filij vel parentes non appellarunt: talis ſententia non tranſit in rem iudicatam: quia iudex hoc facere non poteſt in præiudicium filiorum, vel parentum, qui non fuerunt præſentes vel citati in dubio: l. nam ita diuus. ff.
12 de adop. cum ſi. ¶ Et no. ſecundum Bal. † quòd ratione generalis arbitrij, iudex non poteſt omnia bona facere publicari: de quo dic, vt plenè no. in l. j. C. ne ſine iuſ. principis. ¶ Itē no. quòd hoc quod dicitur hìc de hæredibus, habet locum non in omnibus hæredibus, ſed in filijs, &c. ſecundum for-
13 mam dictæ auth. bona damnatorum. ¶ † Quęro, cū text. dicat de mobilibus, quid de fructibus? Reſpondeo ſi ſint ſeparati fructus, idem prout in rebus mobilibus. Vide leg. fi. §. pe. ff. quæ in frau.
14 credi. & Bal. hìc. ¶ † Quid de penſionibus? Reſpon

det

det Bal. eas æquiparari fructibus ſeparatis à ſolo, ſi ceſsit dies penſionis ſoluendæ: ſed ſi non ceſſerit dies, æquiparantur fructibus pendentibus: ſi verò pro parte temporis ceſſerit, pro parte non, iudico de eis pro rata tẽporis: de quo vide Doct. maximè, Bal. in l.fi.ff.de iure fiſ.& in l.Iulianus. §. ſi fructib.
15 ff.de ac.empt. ¶† Sed quid de nominibus debitorum? Reſpondeo, quòd ſi debetur mobile, æquiparantur rei mobili: ſi autem immobile, cenſentur immobilia: vt no.in l.iubemus.C.de ſac.ſan.eccl.
16 & in l.mouentium.de verb.ſign. ¶† Annuæ autem præſtationes ad longum tempus indiſtinctè computantur inter immobilia: in auth. de non ali. §.j.
17 ¶†* Quoniam hîc fit mentio de pugna, videndum eſt ſtrictè, in quibus caſibus ſit pugna? Reſpondeo in crimine læſæ maieſtatis. Item ſi mulier conſiliata fuerit in necem mariti. Item de opprobrio cucurbitationis. Item de homicidio in duobus caſibus: ſcilicet, ſi fiat in abſconſo, vel in treuga. Item in crimine parricidij. Item in ſuſpicione adulterij. Item ſi quis dixerit, quòd ſit fornicaria. Item ſi quis conueniatur, quòd malo ordine rem poſsideat. Item inter contrarios teſtes. Item de delicto paterno contra filium. Item de incendio. Item de periurio. Item ſi eccleſia ſuper primatum habeat controuerſiã de inſtrumento falſo. Item de inueſtitura prædij. Item de depoſito. Item de furto, vel rapina: vt hæc omnia probantur in Lombarda: de publi.iudi.l.j. & conſilio mortis: l. vltima. & de homine libero, qui ĩ treugam: l.vltima. & de parricidiis: l.fi.& de furtis: l.ſi quis dum in fuga.& de adulteriis: l.iiij.& de iniuriis: l.ij.& de præſcriptionibus: l.ij.& de his quæ allodium: l.j.& de teſtibus: l.ſi quis.& l.vlt. Et hos caſus habetis extra titulum, qualiter quis ſe defendere debeat. & in
18 illo titulo probantur alij caſus. ¶† Sequitur videre, quando pugna admittatur per campiones, & quando per principales. Prima nanque pugna de

* *Hæ ſubſequẽtes quæſtiones oẽs cum alijs quamplurimis copioſè explicantur in ſumma Roffredi, nõ Beneuẽtani illius, qui cõpoſuit libellos, ſed alterius diſcipuli prioris: referente Aluaroto §. j. nu. xv. hoc titulo. Vide etiam Bal. l.negãtes.C. de probat. S. Sch.*

iure Lombardo ſemper debet admitti & iudicari inter principales perſonas, niſi in octo caſibus. Primus, iuuenilis ætas. Secundus, decrepita ætas. Tertius, infirmitas: vt in Lombarda: qualiter ſe quis defendere debeat. & de parricidiis, l. ſi. Quartus, ſi ſeruus de poſſeſsione ſeruitutis proclamauerit in libertatem, & dominus pugnare poteſt per campionem. Quintus, ſi eccleſiaſtica perſona, vel comes vel vidua cauſam habet inter ſe. Sextus, ſi mulier accuſatur de adulterio: quia tunc munduales pugnant pro ea: eod. titul. l. ſi quis vxores. & l. ſi. Septimus, ſi teſtes actoris ſint cõſcij teſtibus rei: vt in Lombarda, de teſtib. ſi quis ad aldo. Octauus, ſi ſeruus habens accuſatur de furto: in Lombarda, de furtis. §. ſi quis domini. Hodie tamen propter coſuetudinem permittitur cuilibet campionum de arte, ſecundum Roſ. in ſumma, de pugna.

19 ¶ † Sequitur, quis poſsit eſſe campio? Reſpõdetur iure Lombardo, omnis qui non repellitur: vt in Lombarda, qualiter quis ſe defendere debeat: l. vt campio. niſi ſit fur, vel infamis, vel in criminali peccato, & pugna eſt in electione actoris: [a] vt in dicto titu. qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi quis animo. niſi in crimine, vbi ex neceſsitate cauſata cogitur pugnam imponere, vel in conuitio: vt in Lombarda, de publicis criminibus. l. ſi. & de conuitiis. l. j.

20 ¶ † Sequitur, qualiter pugna debet ordinari? Sol. ſecundum Roſ. in dicta ſumma: Aſsignatur locus: puta, campus in ciuitate vel extra, & circũcirca chordis claudatur, & nullus alius miſſo banno perſonarum & rerum audeat ingredi illum locum, & ſi fortè in illo die pugna non finiatur, iudex debet ſcribere * inuitas vtriuſque partis, & ſequenti die iterum ad pugnam debet vtriuſque partis inuita redire: vt not. in d. titu. qualiter quis ſe defendere debeat.

21 ¶ † Sequitur, quæ arma concedantur in pugna? Reſpondetur, quòd ſcuta & fuſtes. Debent tamen æqualia à iudice æqualiter præ

a *Et an poſtquam ſunt in campo poſiti, vnus poſsit inuito alio licitè pœnitere, conſuluit Ang. quòd ſic: & dixit ſe ex hoc fuiſſe lucratum centũ florenos auri. Ita refert Do. Iaſ. in l. ex hoc iure. col. iiij. ff. de iuſti. et & iure.*

* *Hic locus corruptus eſt qui ex Lombarda reſtituitur. S. Sc.*

præſtari: vt in Lombarda, de teſti.l.ſi quis eam. &
22 in d.tit. qualiter quis ſe defendere debeat. ¶† Et no.quis aliũ primò percutere debeat? Sicut actor primò porrigit libellum reo: auth. offeratur.C.de lit.conteſ.ita actor campio reum primò percutiet,
23 ſecundum Roſ.in d.ſumma. ¶†Sequitur,quid iuris, ſi ceciderint arma,vel frangantur: an debeant alia dari? Videtur,quòd ſic: vt in Lombarda: qualiter quis ſe defendere debeat. In hoc ſerua con-
24 ſuetudinem. ¶†Vltimò ſequitur,qualiter conuictus in pugna debeat cõdemnari? De quo in Lombarda, de homine libero:l.recolimus.& l.vltim.de publicis criminibus. & qualiter ſe defendere debeat.l.ſi quis.quia debet condẽnari,ſi per pugnam conuincitur. ¶ Aduerte, quòd pugna hodie non eſt licita: [a] de quo in ca.j.de purga. vulga. & in §. per contrarium. Inſtit.de hæredi. quæ ab inteſt.& vide gl.& no.in l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.ff.ad l.Aquil.&c.

*a Et an hodie ſit licita pugna,et quòd tribus de cauſis contingit duellum, & plura alia de duello ponit Do. Iaſ. in l. ex hoc iure.col.iiij. ff. de iuſti. & iur.*

## SVMMARIVM.

1 *Imperator hodie non poteſt imponere pœnam clericis.*
2 *Bona vaſalli dominum baronem habentis, ac delinquentis, fiſco applicantur, non baroni.*
3 *Malefactores nemo in ſuo caſtro protegere debet.*
4 *Malefactores in manus iudicis dominus caſtri ponere non cogitur.*
5 *Dominus impune occidi poteſt, ſtante ſtatuto, quòd bannitus impune occidi poßit.*
6 *Inueſtitorem producens, interrogatur etiam ipſe in iudicio à iudice.*
7 *Duplum rapinæ,mera eſt pœna.*
8 *Vaſallus rem feudalem, quam dominus tenet, propria auctoritate inuadens, feudum perdit.*

9 *Vaſallo propter inuaſionem contra extraneum feudum petente, res à domino vindicari poteſt.*

§. SI CLERICVS DE PACE VIOLATA. ¶Si clericus pacem violauerit, vel pacis violatores receptauerit, ſi quidem compareat in iudicio, pœna pecuniaria punitur: ſi verò eſt inobediens, pœna maiori eſt puniendus. Hoc dicit cap. ſi clericus. vſque ad cap. ſi iudex. ¶Et ſi violatorem pacis dominus caſtri acceptauerit, punitur, ſi eum nõ repręſentet cũ omnibus ſuis bonis mobilibus, vel non permiſerit abduci. Hoc dicit, vſq; ad c. ſi duo. ¶Et ſi ſit contentio inter duos de eodem beneficio, quorum vnus vnum producit inueſtitorem, alter alterũ: ille qui dicitur inueſtitor, prim⁹ ad teſtimoniũ recipiatur: & ſi ille qui produxit inueſtitorem, probare poterit idoneis teſtibus, ſine controuerſia de iure ſuo poſſidebit: & ſi de rapina conuictus fuerit alter vtrorum, punietur in duplo, & beneficio carebit. Hoc dicit vſque
1 ad cap. ſi tres. ¶No. ex cap. ſi clericus. †quòd poteſt Imperator imponere pœnam clericis. Sed hoc notabile hodie non procedit, quia clerici ſunt de foro eccleſiaſtico: cap. ſi iudex laycus. de ſen. excom. lib. vj. c. ſi diligenti. de fo. comp. Hinc eſt, non valere citationem factam à iudice layco, clerico: authent. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cleric. per Bar. in leg. ex quacunque. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. Propterea dicit Andre. quòd hoc capi. nil valet, & eſt truffa hodie. ¶Et aduerte ſecundum Andre.
2 † quòd ſi committatur delictum in terra comitis vel baronis per eius vaſallos, de quo erat pœna publicatio bonorum: quòd bona vaſalli delinquentis venient in fiſcum, niſi eſſent feuda vel alia, quæ à comite vel barone tenentur. Illa enim redeunt ad eum, à quo tenebatur feudum: ff. de bon. damnatorum. l. fin. §. ſi libertinum. & C. de bonis

pro

proſcripto. l.filius.vt in cap. j.§.illud.ꝟ. de prohib. feud.alien.per Federic. ¶ Not.in c.ſi iudex. aliàs
3 incipit, ſi quis. † quòd quis in ſuo caſtro non poteſt protegere malefactores & eorum bona, ſed tenetur repræſentare & remittere ſecurè, vt eius manibus non effugiant. Sed quæro, cuius expenſis remittet eum? Reſpondet Bald. quòd aut hoc facit iudex ex officio ſuo, aut ad inſtantiam partis pro intereſſe ipſius. Primo caſu debet expenſis publicis tenere, ad quem fit remiſsio: l. mulier in opus ſaluiatur.ff.de captiuis.Secundo caſu expenſis petentis, ſecundum Baldum. ¶ Et nota hîc
4 text. † quòd dominus caſtri non tenetur ponere malefactorem in manibus iudicis, ſed expellere de caſtro ſuo. Vide not.in l.præſenti. C.de his qui ad eccle.confu.& in l.j.C.vbi de cri.agi oportet. ¶ Et
5 not. † quòd ſi ſtatuto, vel etiam de iure communi ſit, quòd bannitus occidi poſsit à quocunq;, poterit vaſallus impune occidere dñm: ſecundum Doc. maximè, Bart.& Ang. in l.ſi adulterium cum inceſtu.§. liberto. ff. de adulteriis. ¶ Not.ex §.ſi duo. ibi, producit. quia poteſt intelligi dupliciter: Vno modo in figura iudicij: Alio modo ad informationem iudicis, & non in forma iudicij: vt iudex ex inueſtitoris reſponſione ſumat aliquod indicium vel adminiculum: argum.l.etiam.& l. cum probatio.& ff.de probat.cum ſi. ¶ Iſte §. ſi duo. poteſt legi ſecundum gloſſ. quando producunt diuerſos inueſtitores: vel vnus producit inueſtitorem, alter nullum; nec creditur ſoli inueſtitori abſque idoneis teſtibus. Nec obſtat infrà, de leg. Conradi.cap. ij. quia ibi ambo producunt eundem inueſtitorem, hîc verò producit diuerſos, ſecundum gloſſ. hîc, quæ incipit, nam ſi ambo. vel ſecundum Iac. hîc vnus producit inueſtitorem, alius nullum.
6 ¶ Et no. † quòd qui producit inueſtitorem, interrogatur etiã ipſe in iudicio à iudice vel à parte. ¶ Et no.gl. quę incipit, eius qui.ad fi. quòd licet tex.hîc

innuat actorem debuiſſe probare ſe habuiſſe beneficiũ: quod no.ne tex.te decipiat. Et intellige iſtũ textum, quòd ambo litigatores vtebantur eodem inueſtitore, ſed alter tantùm eum produxit in iudicio ad teſtimonium. Et actor qui produxit inueſtitorem, etſi interrogatur à iudice vel à parte: poſt reſponſionem inueſtitoris nihilominus probare cogitur idoneis teſtibus de iure ſuo. Sed Andreas ponit caſum hoc modo, in hoc c.ſi duo. Titius poſsidebat feudum aliquod, de quo Seyus dicebat ſe inueſtitum à Gayo domino feudi, Titius poſſeſſor dicebat feudum eſſe ſuum, & Seyus actor producit inueſtitorem Gayum, qui coram comite dicebat ſe inueſtiuiſſe Seyum de illo feudo, gratia, non precio: quæritur modò, quid habet neceſſe facere actor, vt vincat? Reſpondet magiſter feudorum, quòd primò iudex recipiet teſtimonium inueſtitoris, non tamen credatur ſoli inueſtitori dicenti ſe inueſtituram feciſſe: C.de teſti.l.iureiu. ſecus, ſi ambæ partes vellent ſtare dicto domini.ĩ. de l.Conradi. §.ſi inter duos. Et ideo oſtendit, actorem probare idoneis teſtibus ſe inueſtitum eſſe ab eo qui eſt dominus feudi: & hoc facto conſtabit, quòd non per rapinam, id eſt inuaſionem vel violentiam habuit feudum, remota controuerſia, quòd poſsidẽs Titius nihil probet in contrariũ: qui elidet intentionem actoris, quoniam obtinebit. Et iſto modo legendo hunc textum plurimæ gloſſ. hîc erunt ſuperfluæ. ¶ Et nota gloſſ. ſi autem.ad fi.quòd ratio diuerſitatis pro hac gloſſ. eſt, quia in dicto §. ſi autem pares. pro poſsidente eſt aliqua præſumptio: quia poſsidet, & aſſertio ſeu guarentatio domini adminiculum præbet. Sed hîc pro actore nulla eſt probatio, & ideo domini aſſertio & teſtimonium non multùm prodeſt, niſi tanquam dictum vnius teſtis. In aliquo tamen maior fides eſſet adhibenda propter maioritatem perſonæ, quando non tenetur de euictione; argumen

gumento, l. teſtium. potiſsimè in feudis, quòd maior fides adhibeatur domino feudi cæteris paribus, quàm alteri teſtium. ¶ Et not. † quòd du-
7 plum rapinæ eſt mera pœna. ¶ Aduerte, quòd vbicunque lex contrarium non declarat, ſemper ſimplum eſt in pœna: gl. in l. pe. ff. ad leg. Iul. peculatus. Sed hæc omiſſa facio, quia nō eſt materia feu
8 dalis. ¶ Et no. † quòd feudū amittit vaſallus, ſi rem feudalem, quam tenet dominus, propria auctoritate inuaſerit: l. inuaſores. C. vnde vi. ſecundum Bal.
9 hîc. ¶ Aduerte, † quòd eo caſu quo vaſallus propter inuaſionem contra extraneum perdit feudū, dominus rem à quolibet poſsidente poterit vendicare: argumen. C. de iure emphy. l. fin. ſecundum Baldum hîc, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis ad inſtantiam partis produci debet.*
2 *Iudex non debet ſupplere in ciuilibus, niſi in crimine vſurarum, vel cauſa ſuſpecti.*
3 *Dominus ſi pares non habet, coram ordinario agitur.*

6. SI TRES VEL PLVRES. ¶ De beneficio cùm eſt controuerſia inter tres vel plures qui producūt diuerſos inueſtitores, & dubiū eſt, an poſsideatur beneficium ſine rapina: quæritur à magiſtro feudorum, qualiter iudex procedere debeat in cauſa? Reſpondetur, quòd inquirere debet à duobus bonis teſtimonij hominibus in eadem prouincia commorantibus, & cognita veritate ille quem conſtiterit poſsidere, obtinebit, niſi a-
1 liud ab aduerſario fuerit probatum. ¶ † In tex. ibi, requirat, ſcilicet nō ex officio iudicis, ſed ad inſtātiam partis, ſecundum Iac. de Bel. & Bal. quia teſtis
2 produci debet ad inſtātiam partis: † quia iudex nō

debet ſupplere in ciuilibus, niſi in crimine vſurarum, vt no. Innoc. in c. noſtram. de iureiurã. vel niſi in cauſa ſuſpecti, ſecundum Bal. Cui adiicite plenè ſcripta in l. iiij. §. hoc autem iudicium. de dam. infecto.
3 ¶Opponitur, †quòd non iudex, ſed dominus cognoſcere debet: ꝭ de prohib. alien. feud. per Fed. §. ſi inter duos. Sol. Ibi eundem, hic diuerſos producunt inueſtitores. Nec ſtatur vni inueſtitori, quando vnus tantùm eum produxit; vt dictum eſt in præcedenti lectione. Nam hic agebatur non coram domino feudi, quia eum negabant. Nam vnus dicebat ab vno, alius ab alio domino. Vel ſecũdum And. Si ambo dixerint de vno domino, nõ habebat dominus curiam & pares. Ideo agitur corã ordinario: quia actor ſequitur forum rei, de quo per glo. ꝭ de prohib. feud. alie. per Feder. c. j. §. ſi inter duos, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Ruſticus non poteſt clamare militem ad duellum, niſi ſit natus de nobili genere.*

2 *Milites conſuetudine non ſuſpenduntur.*

§. SI RVSTICVS MILITEM. ¶Ruſticus militem de pace violata pulſauit, & verũ eſſe iurauit, certè miles ſe manu militari expurgare debebit. Si autem miles ruſticum de pace violata pulſauerit, & iurauerit verum eſſe, ruſticus aut diuino aut humano iudicio purgabit innocentiam ſuam, vel duodecim teſtibus idoneis. Si verò miles militem pro pace violata vel aliqua alia cauſa capitali pulſauerit, per duellum[a] probare non poterit, niſi probauerit ſe militem. Hoc dicit. ¶No. †quòd
1 ruſticus non poteſt clamare militem ad duellum, niſi ſit natus de nobili genere: & qui allegat nobilitatem, tenetur eam probare. Et probatur nobilitas

[a] *Materiam duelli, vide per Bal. ſuo cõſi. cccxliij. ij. volu.*

tas eoipſo, quòd antiquitus maiores ſui fuerunt
1 milites. a ¶Not. hic gloſſ. quòd de fidelitate vel felonia fit pugna: de quo ĩ. de feudo pa. & de pace
2 iuramen. firman. in gloſſ. ¶Et not. †quòd conſuetudine milites non ſuſpenduntur per regulam, per quam plebei ſuſpenduntur; vt no. in l. deſertorem. §. pœna. ff. de re. mili. &c.

a Et vide multa quæ de nobilitate ponit Fel. in c. cum adeo. col. final. de reſcript.

## SVMMARIVM.

1 *Bona ſtatuta non ſeruans, debet puniri.*
2 *Principes debent curare, vt ſit abundantia victualium.*
3 *Vendens cariùs annonam quàm ſit ſtatutum, punitur ſicuti violator pacis.*

§. POST NATALEM S. MARIAE. ¶Hoc dicit: Præcepit Imperator communitatibus, quòd poſt natalẽ Mariæ prouideant, quòd ſit rerum vbertas: & ſtatuitur pœna non ſeruantibus deliberationem & earum ſtatuta. ¶Not.
1 hic tex. †quòd non ſeruans bona ſtatuta, debet pu-
2 niri. ¶Item not. hic text. †quòd principes debent curare, quòd ſit abundantia victualium, & in foro conuenienti. Facit, quod not. in l. præſes. §. cura carius. ff. de offic. præfect. Nam ideo in qualibet terra ſtatuent aliquos, qui ſciant conditionem proprij incolatus, & cum eis ſagaciter diſponent, quãto precio annona vendẽda ſit intra annum. † Nam
3 qui cariùs vendiderit, quàm ſit ſtatutum, punitur ſicut violator ſtatus pacifici. Et vide l. annonam. ff. de extraordi. cri. & l. fina. ff. ad legem Iul. de anno. Nam dardanarij vocantur, quia emunt in groſſo, & minutatim cariùs vendunt: contra quos ſtatuitur, vt non emant vſque ad certam horam: vt no. in l. j. ff. de nundi. l. j. C. eod. ſecundum And. quod eſt bene notabile, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Familiares principis, vel alterius domini, ſunt ſub iudice ordinario.*

2 *Pacem frangit, qui facit furtum, vel dat enorme damnum.*

3 *Malè tractantes rem feudalem, ea priuari poſſunt.*

4 *Arma vetita portans, debet ea perdere.*

5 *Arma portans, præſumitur habere malum animum, niſi ea portet ligata.*

6 *Retia nemo ponat, niſi ſit proprius fundus venātis.*

a *Et qualiter intelligātur iura prohibētia vſum armorū, vide Panor. in c. ij. de vita & honeſta. cler. Ang. in maleſic. in gl. in verbo, vno ſto ho.*

§. SI QVIS RVSTICVS ARMA. ¶Hoc dicit: Pręcipit Imperator, quòd ruſticus arma nō portet, [a] niſi mercator cauſa mercādi prouinciam trāſiuerit, nec miles ad palatium comitis. Et nullus retia, vel laqueos tendat ad capiēdas venationes, niſi ad vrſos, lupos & apros. Et publici latrones antiqua damnantur ſententia, & miles qui feudum vel aduocationem ſuam malè tractauerit, ſi à domino requiſitus ſe non emendauerit, priuabitur per ſententiam ſuo beneficio. Si quis quinq; ſolidos furetur, ſuſpendatur: ſi verò minus, tūc ſcopis excutitur, & forfice tondeatur. Et ſi miniſtrales alicuius domini inter ſe guerram habuerint, iudex eos ad pacem & concordiam debet inducere. Et quicunque trāſitum facit cum equo per terram aliquam, poteſt equū ſuum ſaturare per viam, & poteſt etiam vti herba, & viridi ſylua ſine guaſtatione & damno alicuius. Hoc dicit vſque ad fin. tit. ¶Et no. ſecūdum Doct. §. ſi quis quinque aureos. & iſte §. non ſeruatur de conſuetudine, vt ſcripſi in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. ¶Et no. §. ſi miniſtrales. quia decidit pulchrū caſum ſecūdū Bal. videli-
1 cet, † ꝙ familiares principis vel alterius domini, ſunt ſub iuriſdictione iudicis ordinarij. Vide no. in l. j. C. vbi ſena. vel clariſsimi. ¶Et not. ſecundū Bal.

quòd

2 † quòd dicitur frangere pacem, qui facit furtũ, vel
3 dat enorme damnum. ¶ † Et not. bene tex. in §. aduocatiua. contra vaſallos & dominos malè tractantes ſubditos ſuos, ſeu rem feudalem: & quòd dominus feudi poteſt monere vaſallum, vt bene tractet
a ſubditos: [a] quod eſt bene notabile. ¶ Item not. ex
4 §. ſi quis ruſticus. † q̃ ad palatium ſenatus Florẽtiæ nemo poteſt portare arma, ſicut nec ad palatium principis. Et no. glo. hìc, quòd ille qui portat arma
5 vetita, debet ea perdere. ¶ † Item ille qui portat arma, præſumitur habere malum animum, niſi portet ex cauſa, vel ea ligata: puta, vt ſe defendat à latronibus: quæ omnia relinquuntur arbitrio iudicis, inſpecta perſona & tempore. l. j. & ij. C. ad leg. Corn.
6 de ſicar. & plenè in l. j. C. vnde vi. ¶ † Et no. quia intelligo text. in §. nemo retia. niſi ſit fund⁹ proprius venãtis: l. diuus. ff. de ſer. ruſt. præd. ¶ Sed pulchrũ eſt dubium, an cũ auibus & canibus poſsit venari, prǽterquam ad lupos & apros? Puto, quòd ſic: quia text. ibi, ſimilia. intelligitur de retibus laciis: puta, per fuſtes: ar. no. in auth. ex teſtamẽto. C. de collat.

a *Vide per Alexan. in l. diuortio. §. ſi fundum. in j. col. ff. ſolu. matrim.*

## Hîc finitur lex: deinde conſuetudines regni incipiunt. Titulus VI.

¶ Cõtinuatur hæc Rubrica ex ſeipſa: quia in præcedenti titulo præmiſit legẽ Federici, ideo ſubdit cõſuetudines, & reuertitur ad materiã præcedẽtẽ. ¶ Præterea in rubri. dicitur, hîc finitur lex, deinde exponitur, incipiunt, id eſt reaſſumũtur: quoniam à princi. libri vſque huc dixi de conſuetudinibus, interpoſita ſola rubrica prǽcedenti, ſecundum Iac. de Bel. &c.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus dominum in bello iuſto, vel dubio, iuuare tenetur.*

*Vaſallus*

2 *Vaſallus non debet obedire domino bannito ab Imperatore vel Rege.*

3 *Bannitum dominum vaſallus non poteſt occidere, niſi ſit factus hoſtis patriæ.*

4 *Reſtitutio in integrum facta vaſallo, poſt confiſcationem, an trahatur ad feuda.*

5 *Domino à rege bannito, vaſallus feudum vendere non poteſt.*

6 *Excommunicatio non tollit obligationem, ſed effectum eius.*

7 *Alienationes licet non valeant, tamen durante excõmunicatione, bannitus de his conqueri non poteſt.*

8 *Bonis domini publicatis, atque domino reſtituto, feuda reſtituta eſſe cenſentur.*

9 *Bannito domino, vaſallus à iuramento eſt abſolutus.*

10 *Perſona domini, ſemper debet videri ſancta atque honeſta.*

11 *Lombardiæ ciuitates habent merum & mixtum imperium, de conſuetudine.*

DOMINO GVERRAM FACIENTE. ¶ Diuiditur in quinque. Primò, quando vaſallus debet adiuuare dominum. Secũdò, quando debet ſeruitium præſtare ſibi. Tertiò, feudo finito, ad quem incremẽta feudi debent pertinere. Quartò, ad quem debet pertinere incrementum fructuum induſtrialium. Quintò, cõtra quos vaſallus debet dominum iuuare. Secũda incipit in §. ad hæc. Tertia, in §. ſi vaſallus. Quarta, in §. his conſequenter.
1 Quinta, in §. contra homines. ¶ Pone caſum: † Dominus feudi habet bellũ: quæritur, an vaſallus debet eum iuuare? Reſpondetur, aut habet guerram iuſtam,

iuſtam, & hoc eſt certum, vel dubium: & tunc de-
bet ipſum adiuuare ſiue ad defendendũ, ſiue offen
dendum. Aut certum eſt, quòd iniuſtè habet guer-
ram: tunc ad defendendum eum adiuuare debet,
1 ſed ad offendendum poteſt, ſi vult: [a] non tamen cō-
gitur, nec propter hoc perdit feudum, ſecundum
Obertum & Girardum, qui vtuntur eo ar. quia ſi
dominus ſit excomunicatus, vel à rege bānitus, nō
tenetur vaſallus eum adiuuare, niſi fuerit reſtitu-
tus. Ergo nec ipſum guerrā iniuſtè facientē debet
cogi adiuuare. Hoc dicit vſq; ad §. ad hoc. ¶ No.
2 tex. id eſt adiuuet ad defendendum. ¶ †Not. vaſal-
lum non debere obedire domino bannito áb Im-
peratore vel rege. Idem, ſi eſſet hæreticus. l. j. C. de
hæreticis. & auth. credentes. eo. ti. leg. nemo. C. de
3 epi. audi. ſecūdum Ia. de Bel. ¶ †Sed pone dominū
bānitum, an vaſallus poterit eum occidere? Iac. de
Bel. reſpondet, quòd nō: l. ſi adulterium. §. liberto.
ff. de adul. Tu limita hoc eſſe verum, niſi ſit effectus
hoſtis patriæ propter bannum: vt eſt caſus in l. mi-
nimè. ff. de reli. & ſump. fu. & vult Bar. in d. §. liber-
to. & vide Ange. in l. j. ff. ad l. Iul. maie. & text. in l.
poſtliminium. §. filiū. ff. de cap. & poſtlimi. ¶ Pone
queſtionem, quæ fuit in curia regis, dum Iac. eſſet
in regno Siciliæ, & quam in ciuitate Bononiæ di-
ſputauit: Rex dedit in feudū caſtrum comiti & co-
mes committit proditionem, propter quam eſt à
rege bannitus vel condemnatus, Rex poſtea con-
ceſsit illud caſtrum alteri in feudū, poſtremò Rex
reſtituit comitem ad gratiam & bona: quæritur,
nūquid comes poſsit caſtrū à milite reuocare? Ar.
primò pro comite, quia reſtitutio in patrimonio
eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, quo ad omnia: l.
j. & l. fin. C. de ſen. paſ. Secundò, quia expreſſa bo-
norum reſtitutio debet aliquid operari: l. ſi quan-
do. de legat. j. Tertiò, per reſtitutionē reſtituūtur
actiones directæ. Ergo multò magis vtiles: ar. leg.
j. ff. de ſen. paſ. Ergo vtili in rem reſtitutione aget
comes

*a Sequitur iſtā diſtin. Do. Frā. Cur. in tra. feud. j. cha. iiij. par. ver. ij. cadit dubitatio. vbi dicit ſpeciale in vaſallo, vt teneatur iuuare dominum iniuſtè præliantē: & ibi ēt, quòd prælium dicitur iniuſtū altero de quinq; modis. Vide ēt de hac qōne D. Iac. in verb. & promiſerūt eidē domino ſuo præſtare ſeruitia. in ij. col. verſ. v. quæro Et ibi plenè attigit quādo dicatur bellū iuſtū. Ibidē ēt pōit, quid ſi dominus mouerit præliū cōtra Saracenos, an poſſit facere queſtam à ſubditis. in ix. ver. xvij. quæro.*

comes contra militem. Quartò, quòd licet res prorſus mutet ſtatum, tamen per reſtitutionem reuertitur in priſtinum ſtatum: l. ij. ff. de nata. reſti. Ergo reintegratur dominium, & poterit comes vendicare. Quintò facit, quòd res de facili reuertitur ad naturam: l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. Sextò facit l. filio. ff. de liber. & poſth. & l. ſiue. ff. de iure pa. Septimò, quia finito iure datoris, reſoluitur ius acceptoris: c. j. §. fi. ſ. de contro. inueſti. Ergo cùm omne ius regi quæſitum per ſententiam, ſit reſolutum per reſtitutionem, videtur ius quæſitũ militi reſolui debere: ar. leg. ij. C. quando pignori datum ſit. Ergo rei mutatione tollitur ius competens militi. Ergo rei reſtitutione videtur reſtitui: l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ff. de ſerui. vrban. prædi. Ad idẽ facit l. adeo. §. inſulam. ff. de acqui. re. do. Ergo cùm princeps concedit quid ſciens, videtur tollere id ſine quo quod conceſſit, haberi non poſſit: l. idem Vlpianus. ff. de excuſa. tut. Ergo cùm fuerit ſciens, videtur tollere ius acquiſitum militi.

4 ¶ †In cõtrarium ar. pro milite, quòd reſtitutio in integ. indulta comiti, non reſtituet eum ad caſtrum contra militem: Primò, quia feudum amiſſum per ſtatum, nõ reuertitur in priſtinum ſtatum, licet vaſallus reſtituatur in priſtinũ: c. j. §. fi. de benefi. fœminæ. & c. j. §. j. ſ. quid iuris poſt alie. Secundò, quotiẽs perſona mutat ſtatum, nõ reuertitur ad priſtinũ ſtatum: l. liber homo. ff. de ſtat. ho. & l. qui liberatus. ff. de oper. lib. & l. qui vſumfructũ. in prin. ff. de vſufruc. Tertiò, quia ius ſemel commiſſum non reſtituitur: l. qui res. §. aream. ff. de ſol. Quartò, quia quod ſemel alienum factum eſt, ad priorem dominũ redire non poteſt: l. in rem. §. item quocũque. ff. de rei ven. Ergo quęſitum dominium militi, non redibit ad comitem. Facit regula, quod noſtrum. de reg. iur. Quintò, rex à milite non poteſt auferre caſtrũ in feudum conceſſum: c. ij. quo temp. mil. inueſti. pe. de. c. j. §. pręterea. de proh. feu. ali. per Fe. Sextò,

quotiẽs

quotiens quis id quod per culpam ſuam eſt perditum, legitimè poſtea inuenit ab alio detineri:ſi velit reuocare,non recuperat:l. ij. in princ.ff. de decuri.l.quòd ſi minor.§.Sceuola.ff.de minor.l.fi.C. de repu.hæredi.Septimò,rex tenetur militi de euictione,& quem de euictione tenet actio,&c.l.védi cãtem.ff.de euicti.Ergo eadem exceptio obſtabit comiti:quia à rege cauſam habere videtur:l. exceptio. in prin.ff.de excep.rei iud.Ergo cũ princeps rem alienam vel fiſcalem vel propriam donat, non aufert dominiũ donatario:l.ij. & iij. C. de quadri. præſcrip.Ergo nec habebat rem quæ erat propria regis,qui tenetur pro principe in regno ſuo. Vltimò,quia beneficium ſine alterius iactura videtur cõcedi:l.nec annis.C.de eman. lib. ¶Iacob.ſoluit hanc quęſtionem hoc modo:Aut comes eſt bannitus:aut condemnatus & bannitus, & requiſitus ſecundum ius conſuetudinarium:aut bannitus & notatus ſecundum ius cõmune:& tunc amittit feu dũ anni circulo reuoluto:c.j.ſ. de mil. vaſallo qui contu.l.j.& ij.ff.de requirendis reis. Aut eſt bannitus,& bona ſunt publicata,ſecundum conſuetudinem regni:& idem:l.etiam. ff. de bonis damnatorum.Aut eſt ſimpliciter bannitus, & tunc non perdit feudum, nec alia bona: quia feudum non perditur, niſi regulariter per ſententiam culpa cognita & conuicta:l.diuus.ff.de cuſto.re. & cap. j.de feud.ſine culpa non amit. Sed ſi eſt condemnatus legitimè, indubitanter perdit feudum. Exemplum in titulo, an ille qui interfecit fratrem. & in titulo, de feud.ſine culpa non amit.cum ſimi. ¶Sed ex quibus cauſis comes amittit feudum, non puto comitem reſtitutum eſſe ad caſtrum: ſed eo caſu quo non amittit feudum, ſuo iure vtili repetit à milite caſtrum:c.j. de inueſtitu. de re ali. facta.& c.j.de controuer.feud.inter domi.& alium de benefi. Nam reſtitutio in integrũ reſtituit quædam quę deueniunt in aliũ mediatè,id eſt ſine ſen-

tentia

tentia publicationis bonorum vel amiſsionis feudi:& illa acquiſita eodem ſtatu manent:& manifeſtò patet ex iuribus allegatis.Sed quod alij, immediatè, id eſt per regem qui verè eſt dominus, acquiritur,non reſtituitur:vt ex iuribus allegatis patet.Et vide quæ ſcripſi poſt Doc. in l. Gallus. §.
5 quid ſi tātum.ff.de lib.& poſth. ¶ †Quęrit gl.quid ſi dominus eſt à rege banitus, an vaſallus poterit interea vendere feudum, ſine eius conſenſu?Glo. reſpondet,quòd nõ:quam glo.ſequitur Iac. cum limitatione,niſi bona ſint publicata per aliquem: l.ſpecial. vel bona annotata de iure communi anni circulo elapſo:C.de requiren.reis.l. j.& ij.& l.fin. ff.eo.ti.quia tunc perdit dominium, & tollitur obligatio inter eos,& tranſit in fiſcum : vt l.j. C. de iure fiſci.cum ſi.Sed ſi bona ſint publicata vel annotata,vt ſ.ſecus erit:l.diuus.ff.de cuſto.reo.l.j.ff.de
6 requiren.reis. †Nam excomunicatio vel bannum nõ tollit obligationem,qua vaſallus eſt obligatus domino : ſed tantùm effectū obligationis. Et ideo domino abſoluto & reſtituto,ſtatim tenetur obedire.Et propterea dicit hìc Bal.quòd glo.eſſet falſa,ſi bānum haberet vim definitiuæ ſententiæ. Sed quia bannum datur ex interloquutoria, ideo glo.
a vera. [a] ¶Not. tamen ſecundum Bal. †quòd licet
7 alienationes non valeant,tamen excommunicatus de hoc conqueri non poteſt durante excommunicatione:C. l. cõmuniter. de excep.l.quæ habebat.
8 gl.in ff. de manu. teſt.¶†Deinde gl. quærit, quid ſi bona domini fuerint publicata, & poſtea dominus fuerit reſtitutus, an feudalia iura vaſallorum intelligantur reſtituta?Et gl.reſpondet,quòd ſic:l. j.& ſi.C.de ſen.paſ. Quod verum eſt rebus manēti bus in eodem ſtatu:ſecus,ſi ſint in alium tranſlatę:
9 vt no. in d.l. Gallus. ¶†Quæritur, ſi dominus ſit bānitus à ciuitate,nunquid vaſallus interim ſit abſolutus à ſacramento?Reſpondeo,quòd ſic:ſecundum Iac.quia eſt eadem ratio. Nam ſicut ſubditus

*a An ſi dominus ſit bānitus,vel excõmunicatus, poſſit vaſallus feudum vendere ſine cõſenſu, ponit D. Frā. Cur.in trac. feud. xiiij. cha.iij.par verſi. xxv. quæro.Et an teneatur vaſallus ſeruire domino excõmunicato ſeu bannito,D.Iac.in ver. & promiſerūt eidē domino præſtare ſeruitia. col. x. verſi.xxiiij. quæro. Vbi enumerat plures caſus quibus excuſatur vaſallus à præſtādo ſeruitio domino ſuo.*

ſubdito bannito à rege non tenetur obedire, ſic
10 nec ciuis conciui bannito à ciuitate. ¶ † Cùm quæritur, an vaſallus debeat iuuare dominum in guerra? Reſpondeo, quòd in duobus caſibus tenetur. Primus eſt, quando ius eſt pro dño. Secundus caſus eſt, cùm eſt dubium, an bellum ſit iuſtũ necne: quoniam determinatio iſtius dubij non pertinet ad vaſallum, qui debet obſequi domino ſuo in dubio: quoniam perſona domini ſemper debet videri ſancta & honeſta: l.liberta. ff. de obſequiis. Sed ſi notorium eſſet, guerram eſſe iniuſtam, non debet iuuare dominum, ſecundum veram ſententiam gl. & Archi. xxij. quæſt. vltima. c. de forma. & ſequitur hîc And. Et hoc modo debet intelligi iſte text. Propterea alibi Io. de Lignano in tractatu de bello dicit, quòd ſubditi non tenentur obedire Imperatori, qui iniuſtè mouet bellum contra eccleſiam, & imo poteſt eos abſoluere à vinculo fidelitatis: c. ad apoſtolicæ. de re iudic. in vj. & not. in c. exercitamen. de hæreti. & in c. vlti. de pœnis. & in c. nos ſanctorum. & c. iuratur. xv. quæſt. vj. Quicquid dixit hîc Bal. Et eſt notabilis gl. hæc quæ dicit, quòd poſſumus impune dare damnum in bonis bannitorum: quam glo. dicit hîc Bald. non eſſe veram, niſi forſan in banno Imperiali, quod eſt diffidatio quædam: auth. caſſa. de epiſc. & cler. auth. nauigia. C. de fur. Et eſt not. tex. noſter, quòd non eſt confiſcandum feudum propter delictum domini; quinimo feudum remanet firmũ vaſallo. ¶ Not.
11 vnum ſingulare verbum Bal. † quòd ciuitates Lombardiæ habent merum & mixtum imperium de conſuetudine.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non cogitur domino offerre ſeruitium: nec propterea feudum amittit.*

2 *Fallit primò, ſi recuſet ſeruitium ex pacto debitum.*
3 *Fallit ſecundò, ſi ſibi à domino fuerit denuntiatum.*
4 *Fallit tertiò, ſi ſciuerit domino mortem imminere.*
5 *Declaratio regulæ, quòd arbitrio iudicis committitur.*
6 *In dubio debemus iudicare pro vaſallo reo contra dominum.*
7 *Poſt interpellationem requiritur congruum tempus, arbitrio iudicis.*

§. AD HOC QVANTOCVNQVE TEMPORE. ¶Diuiditur in tres. In prima, ponitur regula. In ſecunda, fallentia. In tertia, declaratio. Secunda ibi, niſi. Tertia ibi, bo-
1 nus. ¶†Vaſallus non cogitur domino ſeruitium offerre, propterea non amittit feudum, quantumcunq; tempus ſtetit, quòd domino ſeruitium non præſtiterit. Fallit in tribus caſibus hîc nota. Hoc d. ¶Not. regulam, quam dixi in ſummario. Subinde
2 not. primam fallentiam:† ſcilicet, ſi vaſallus recuſauerit facere ſeruitium domino, quod ſeruitium de
3 bet ex pacto inueſtituræ. ¶†Secundò fallit, ſi ſibi à
4 domino fuerit denũciatum. ¶†Tertiò fallit, ſi ſciuerit dominum obſidiari vel ei mortem imminere: & cũ potuit, noluerit adiuuare. ¶No. vltimò declarationem regulæ, ꝙ arbitrio iudicis hoc committitur, qui variis cauſis & perſonis definiet, ſe-
5 cundum Bal. hîc. ¶Et no.† quòd in terminis huius §. tempus non interpellat, ſed requiritur interpellatio hominis vel legis, ſecundum eundem Bal. hîc. Nec obſtat huic text. l. magnam. C. de contrahen. & commit. ſtip. cum ſi. quia regula hîc debet intelligi, quando feudum erat rectum & ad indeterminatum ſeruitium: ſecus ſi eſſet determinatum ſeruitiũ, & ex pacto apponitur dies: quia tunc vaſallus

ſe

ſe debebit offerre propter interpoſitionem diei: vt probatur in tex. noſtro ibi, in ſeruitium. iuncta d. l. magnam. ¶ Not. vltimò hîc eſſe caſum pulchrum
6 ibi, & promptiores ſumus. † quòd in dubio debemus iudicare pro vaſallo reo contra dominum:
7 ¶ Not. tamen ſecundũ Bal. † quòd poſt interpellationem requiritur congruum tempus arbitrio iudicis: vt hîc, & l. nullius. ff. de minor. &c.

## SVMMARIVM.

1 *Meliorationes feudi finiti vaſallo hæredi ſoluendæ.*
2 *Meliorationes emphyteuſeos ad eccleſiam reuertentis, non reſtituuntur.*

§. SI VASALLVS IN FEVDO. ¶ Caſus: Vaſallus ædificium fecit in feudo, vel ipſe ſua pecunia meliorauit, vel ſua pecunia ſeruitutẽ feudo acquiſiuit: ſi moriatur ſine filio vaſallus, certè dominus debet pati ædificium tolli, aut hæredi vaſalli ſoluet preciũ meliorationis, vel ſeruitutis: & hoc eſt in electione dñi. ¶ Et intellige iſtũ tex. quando feudum reuertitur ad dominum propter finitam generationem: ſecus, ſi reuertatur ob culpam vaſalli: quia tunc perdit meliorationem quam fecit. Nam cùm perdit principale, ergo & acceſſorium, l. j. C. de iur. emphy. Nec obſt. l. Paulus. ff. de excep. doli. & l. ſumpt. ff. de rei vend. quia reſpondet Bal. illas ll. non habere locum in feudo, & emphyteoſi: quia in pœnam ſui delicti cadit & amit-
2 tit totum ius. ¶ Bald. hîc quærit: pone, † Eccleſia vendidit mihi domum iure proprio, & aream iure libellario, finita eſt emphyteoſis tempore: quæritur, vtrũ eccleſia teneatur vnũ de duobus facere: vel pati ꝙ ædificium tollatur, vel reſtituere omnes expenſas quas vtiliter feci? De hac quæſt. vide Bal. in auth. excipit. C. de bo. quæ lib. qui dicit ſe conſu

luiſſe, & ita obſeruari de conſuetudine. Et vide conſilium Fulgoſij, qui tenet cum Bart. in l.j.ff.de ſuperficie. qui in conſilio ſuo dicit differentiã eſſe inter vaſallum & emphyteotam: quia in emphyteoſi grauatur eccleſia, quòd ſuccedant etiam fœminæ deſcendentes: ſecus in feudo. Ergo releuatur in eo, quòd ad eccleſiam reuertatur: l. eum qui. in princ. ff. de iureiur. & dicit, quòd totus mundus ita practicat, & quòd c. ſi vaſallus. titulo, hîc finitur lex. non loquitur in eccleſia. Et incipit illud conſiliũ, Prior ſancti Thomaſij. Et ita intellige Specul. ti. de locato. §. nunc aliqua. ver. xiiij. &c.

## SVMMARIVM.

1 *Fructus feudi, vaſallo ſine hærede decedente, quomodo diuidantur.*
2 *Penſiones feudi locati, regulantur inſtar fructuum.*
3 *Vindemia vaſalli decedentis ſine hærede, ad quem pertineat.*

§. 1 HIS CONSEQVENTER DICITVR. ¶ † Si vaſallus deceſſerit ſine hærede vel deſcendente maſculo, & ſic feudũ reuertitur ad dominum, fructus eius anni diſtribuuntur hoc modo: quia aut vaſallus deceſsit antè menſem Martij, & tunc fructus eius anni pertinent ad hæredem vaſalli. Aut poſt menſem Auguſti, & tunc omnes fructus anni percipiet dominus. Hoc dicit. ¶ Et eſt notabile ſecundum Bald. quòd iſte §. nullam rationem habet, niſi beneplaciti. Vel poteſt eſſe talis ratio, quia poſt Martiũ vaſalli debent ſe præparare ad prælia: qua de cauſa [a] merentur lucrum. Vel alia poteſt eſſe ratio, quòd annus incipiat à Martio, quo ad virtutes fructus: ſicut mũdus incepit de menſe Martij, & tunc terra producit virtutem herbarum. Et intellige ſecundum Bal. quòd

[a] *Et iſtam rationẽ ſequitur Alex. in l. diuortio. co. j. in prin. ff. ſo. ma. vbi ponit, quid in fructibus præbẽdarũ: & quid in fructibus rei emphyteoticæ.*

quòd omnes fructus qui percipiuntur vſq; ad cal. Auguſti, vel percipi debent, licet aliquo caſu non potuerint percipi, ſed ſunt in agris, pertinent ad vaſallum. His acceptis, reliqui mortuo vaſallo ſine
2 hærede, pertineant ad dominum. ¶†Sed quid de penſionibus, ſi vaſallus locauit feudum? Reſpõdeo ſecundum Doct. maximè, Iacob. & Bald. idem eſſe, quod de fructibus: quia loco fructuum habentur & ſuccedunt. ¶Quid iuris in dote? Dic vt in l. diuortio. ff. ſolut. matri. & ibi ſcripſi. ¶Quid in fructuario? Vide in l. defuncta. ff. de vſufruct. ¶Et aduerte ſecundum And. quòd hic loquitur de fructibus pendentibus, qui intelliguntur inæſtimabiles, vt ſequitur: vt ſi dicebatur, ante Martium ſint domini: & poſt cal. per totum Auguſtum ſint feuda-
3 tarij. ¶†Quid ergo de vindemia, quæ percipietur de mẽſe Septembris & Octobris: & de oliuis, quæ in Decembri? Reſpondeo ſecundum Andre. quòd hi fructus ſunt præcedentis anni: quia non eo tem pore, quo percipiuntur: ſed toto quo colliguntur, dicuntur fructus: ff. ſolu. matri. l. diuortio. Si ergo in Septembri moriatur feudatarius, fructus ſunt ſui: quia intelligantur de præcedenti anno: quoniã ſi de Martio decederet feudatarius, hæres eius haberet meſſes: quæ colliguntur in Iulio & Auguſtò: multò magis habeat vindemias vel oliuas, ſi decedat tunc, quando vindemia colligenda erat: vt principium huius §. intelligitur, ſi decedat à calendis Septembris, & ante Martium: ſi autem de meſſe quæ erat domini, feudatario mortuo ante Martium: ſic de vindemia quę erat facta in Septem bri, eſt de anno præcedenti, & ſic eſt hæredis. Aliter non videtur poſſe intelligi hic §. Et ſi poſt Auguſtum, &c. ſuperfuerit, quòd eius ſenſus com prehenditur §. his annis. Si bene aduertatur §. qui ſunt in pendenti, aut pendere ſperant à Martio & poſt Martium vſque ad finem Auguſti, hi ſunt hæredis, ſi feudatarius decedat à calẽdis Septem-

bris, pòſt ſunt domini. Nam idem ſi in fine Februarij vindemiæ & oliuæ, ſunt de fructibus præcedentis anni, qui ſunt hæredis: ſicut & meſſes feudatarij decedentis poſt calē. Martij. Si enim intelligeres, quòd ſi decederet poſt Auguſtum, vindemia ſit domini: non poſſet ſtare, quòd ſi alterius anni: vt dictum eſt, & veniret magna iniquitas: vt prædicitur, ſi toto anno vineam, & oliuas coluiſſet, & moreretur, quandò eſſet colligenda, quòd hæres ſuus priuaretur ea, cùm ſi decederet, ſecundo Martij haberet hæres meſſem quæ colligitur in Auguſto & Iulio, ſecundum And. &c.

## SVMMARIVM.

1 *Ius ſuperioris in omni iuramento intelligitur exceptum.*

2 *Vaſallus dominum contra ſeipſum iuuare non tenetur.*

3 *Dominus vaſallum quoque contra omnes homines iuuare tenetur.*

4 *Affectionis ratio non habetur.*

5 *Caſus in quibus vaſallus dominum non tenetur iuuare.*

6 *Proprietatem feudi dominus malè tractando ſubditos, amittit.*

a *Ad hoc ſummarium vide Do. Ia. in ver. & promiſerunt eidem domino ſuo. col. vj. ver. xj. quæritur. Et ibi paulò antè ponit de vaſallo duorū dominorum ad inuicem præliātium, quem teneatur iuuare?*

§. CONTRA OMNES. ¶Vaſallus debet adiuuare dominum contra omnem hominem: quinimo contra patrem & filium & fratrem, ſed non contra dominum antiquiorem.a Hoc dicit. Et vide ī. de prohi. feu. ali. per Fe. c. j. §. fi. 1 ¶No. † ꝙ in feudo dominus prior tempore, eſt potior in iure. ¶Itē no. ꝙ in omni iuramento intelligitur exceptū ius ſuperioris: c. veniam. de iureiur.

Quæro,

2 ¶Quæro,†an vaſallus debet iuuare dominum contra ſeipſum? Gloſ.& Doct.reſpondent,quòd non: quia in generali iuramento excipitur perſona loquentis: l.inquiſitio verius.C.de ſolut.¶Quæro,
3 † quid econtrà, an dominus debet vaſallum ſuum adiuuare contra omnes homines: etiam cõtra filiũ & fratrem & patrem, ſicut vaſallus ipſum patrem?
a Gl.& Doct.reſpondent,quòd ſic: a ſ.de for.fideli.
4 §.fi.¶Et no.eſſe caſum,†ꝙ non habetur ratio affectionis,cùm vaſallus teneatur iuuare dominũ contra patrem & filium. ¶Ita no.ſunt caſus,in quibus vaſallus non tenetur adiuuare dominum. Primus, contra Imperatorem.Secundus,contra priorẽ dominũ.Et hic eſt caſus pro illa quæſtione:quæritur,
5 † ſi vaſallus videat dominũ inuaſum ex vna parte, & patrem ex alia, & vterq; eſt in mortis periculo, niſi iuuet,nec iuuare poteſt niſi alterũ,quem iuuabit, patrem,an dominũ? Certè vaſallus tenetur iuuare dominum:per iſtum tex.& gl.xxiij.q.v.de forma fidel.¶In cõtrarium poſſet argui,quia duo vincula vincunt vnum:auth.itaque.C.commu.de ſuc. Sed filius tenetur patri duplici vinculo: vno naturali, quia ab eo primogenitus: alio ciuili, quia ſub eius poteſtate: ſed vaſallus non tenetur niſi vnico
b vinculo ciuili:d.c.de forma.Igitur,&c.b Et pro eadem ſententia facit,quod not.Hoſt.in ca.grauẽ.de exceſſ.prӕla.quia plus aſtringuntur patribus ſpiritualibus,quàm carnalibus. ¶Et ſigna glo.hic,quæ
6 dicit,†quòd hoc ipſo debet dominus amittere proprietatem feudi,quando facit contra vaſallũ,ſicut vaſallus caderet à iure feudi,ſi contra dominũ hoc faceret: quod no.contra dominos malè tractantes vaſallos ſuos,&c.

*a. Sequitur D. Ia.in d. verbo, & promiſerũt.col. vij.verſi.an autẽ ecõtrà.*

*b Et anteneatur dominus iuuare contra ſeipſum, conſuluit Do.Ia. pro d.cõmunitate transferelli cõtra communitates cherij: in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iura. col. iiij. an autẽ vaſallus qui iurauit.*

## De filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto. Titulus VII.

¶Continuatur hoc modo: ſ.in tit.ſi de feud.fuer.

contro.ca.filij. dictum eſt de filiis natis ex tali matrimonio: ideo ad declarationem ſubiicitur hęc rubrica, de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.

## SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex matrimonio ad morganaticam contracto, neque in proprietate, neque in feudo ſuccedunt.*
2 *Regnum Siciliæ ex pacto defertur primogenito.*
3 *Morganatica vnde dicatur.*

QVIDAM HABENS FILIVM EX. ¶Nobilis ex nobili muliere ſuſcepit filios: ea mortua accepit minùs nobilem ea cõditione, quòd nec ea, nec filij ex ea de bonis ſuis aliquid habeant: deceſsit poſtea ſuperſtitibus filiis vtriuſq; matrimonij: certè filij nati ex hoc matrimonio, non ſuccedunt patri in bonis propriis, extantibus filiis primi matrimonij: aliàs bene ſuccedunt, eis non extãtibus: ſed in feudo nullo caſu ſuccedere poſſunt.
1 ¶†In text. ibi, proprietatẽ. id eſt, in bonis propriis & allodialibus: ſecus, in feudalibus: quoniã in feudalibus nullatenus ſuccedũt, ſiue extantibus filiis primi matrimonij, ſiue non. Et eſt notãdum, quòd hoc cap. eſt contra ius commune, & continet magnam iniquitatem: vt in authent. de nuptiis. §. illud. & l. fi. & l. pactum. C. de pact. ſecundum Iacob. & Bald. Et eſt notandum, quòd illud cap. habet locum, etiam in non nobilibus, niſi ſit conſuetudo a generalis loquens, ſecundum Bald. hîc. ¶Item no.
2 ar. †à ſucceſsione regni Siciliæ, quod ex pacto defertur primogenito: quia ſecundogenitus non ſuccedit etiam primo ſine hærede mortuo: quia de primogenito loquitur pactum, non de ſecundogenito:

a *Et an pactũ de ſuccedendo poſsit validari cõſuetudine, vide Alexan. in l. pactum quod dotali. col. j. C. de colla. vbi tenet, quòd non.*

a to; [a] de quo dicam in tractatu, de primogenitura. Et not. quòd hoc cap. non haberet locum, niſi vbi
* ſit talis vſus. ¶ † Et dicitur * morganatica, quia
3 mortis cauſa moritur cautio de his quæ à viro in
b vxore dantur, &c. [b]

## De feudo fœminæ. Tit. VIII.

¶ Continuatur hoc modo: quia in pleriſque locis habita eſt mentio de feudo fœminæ, ideo ſequitur hæc rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Maſculi filij in feudo materno ſuccedunt: iis non extantibus, fœminæ.*

2 *Clericus in minoribus ordinibus, poſtpoſito habitu, feudi capax eſt.*

SI FOEMINA HABENS FEVDVM. ¶ Diuiditur in duas. Primò loquitur de ſucceſsione feudi in feudo fœmineo. In ſecunda, de ſucceſsione clerici. Secunda ibi, ex hoc & illud. Hoc dicit: ¶ Filiæ matri ſuę in feudo fœmineo ſuccedunt filiis non extantibus, ſecũdum Obertum & Girardum: ſed ſecundum alios non ſuccedunt, niſi per pactum. Hinc eſt, quòd nec clericus ſuccedit in beneficium paternum, etiamſi habitum poſtpoſuerit. Idem in monacho: quia etiam feudum antè quæſi-
1 tum perdunt. ¶ No. † quòd in feudo materno ſuccedunt maſculi filij: quibus deficiẽtibus, ſuccedũt fœminæ: & non dicitur hoc feudum paternum, ſed maternum: quia inſpicienda eſt origo & principiũ, ſecundum Bal. ¶ Not. ſecũdum Iac. ibi, & maſculis extãtibus. quòd hæc ratio videtur bona, quòd feu-

a *Vide per Ro. latè ſuo cõſi. xcviij. aliàs cxcviij. in j. col.*

* *Morganatica dicitur, quaſi morgengabica, dictione germanica, id eſt donatio propter nuptias, facta ſponſæ mane, propter officium noctė præſtitũ. S. Sch.*

b *Vide ad materiã huius tituli plura per D. Iaco. in verbo, & vnus ex dictis vaſallis habẽs filios. per totum.*

dum maſculorum ex pacto tranſit in fœminam, & tamen maſculis extantibus, tunc fœminæ pòſt non ſuccedunt: cap.j.§.epiſcop.vel abbat.& cap.j. §.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis maſculis. Prima gloſſ. opin. magis patet, vt §.de natura ſucceſſ.feud. in

2 princi.¶†Quid ſi vaſallus erat clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, & fortè factus in fraudem, vt priuaretur feudo, ſicut ſæpe fit in regno Siciliæ, ſecundum Iacob.poſtponit habitum, an ſuccedat in feudo patri? Tex.facit, quod not. ¶Sed in contrarium facit xxvij.quæſt.c ſcripſit. & hoc putat æquius Iacob.de Bel.quòd non priuetur.¶Sed an priuetur ſucceſsione, vel an poſsit ſuccedere & ſeruire per ſubſtitutum? Glo.reſpondet hìc, quòd ſic: quam quæſtionem plenè diſputaui Papiæ, cuius diſputationis effectum poſui in cap.j.§.qui feudare poſſunt, &c.

## Si vaſallus feudo priuetur, cui deferatur. Titulus IX.

¶Continuatur hoc modo: Sæpe ſuprà dictum eſt, cui applicetur feudum, & cui deferri debeat, ſi vaſallus feudo priuetur: ideo ſubiicitur hæc rubrica, ſi vaſallus feudo priuetur, cui defertur.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſallus delinquendo præiudicat ſibi & liberis ſuis.*

2 *Feudum nouum vaſalli delinquentis, ad dominum reuertitur: ſecus, antiquum.*

3 *Alere dominum egentem vaſallus cogitur.*

4 *Periurus vaſallus non repellitur à iuramento fidelitatis.*

5 *Dominus pactis à vaſallo factis ſtare non tenetur, feudo ad ipſum reuertente.*

VA-

VASALLI FEVDVM DELINQVENTIS. ¶Filius nõ ſuccedit patri in feudo: nec agnati vſque ad tertium gradum: nec deſcendentes in infinitum, ſi vaſallus priuetur propter delictum ſuum, niſi filij acquirant gratiam domino facienti non extantibus agnatis: nec dominus poteſt facere gratiam filio in præiudicium agnatorum. Hoc dicit. ¶Et de materia huius cap. dic, vt plenè dixi in cap. Titius. & in c. ſi vaſallus culpam. ꝫ. ſi de feu. fue. controuer. poſt Iacobum, & in cap. j. ꝫ. quæ fu.
1 prima cau. benefic. amit. ¶Conclude tamẽ, † quòd ſi ſint deſcendentes, excluduntur à feudo, ſiue in dominum ſiue in alium deliquerit, per quod feudum perdatur: dict. cap. ſi vaſallus culpam. ſicut in feudo patris delictum filij nocet ipſi patri, ſi domino offenſo non deducat filium ad ſatisfactionem: de quo in cap. j. §. inſuper. de prohib. feud. alienat. per Feder. & hoc, niſi feudum eſſet datum patri & filiis nominatim, ita vt filij habeant partem, etiam
a viuo patre: [a] quia tunc, delictum alterius non nocet alteri in eius parte, ſecundum And. allegantem
2 l. ij. §. fœminis. ff. ſi quis aliq. teſt. prohi. ¶† Si verò ſint alij agnati, tunc ſi feudum eſt nouum, nouum ſemper domino aperitur: quia non ſuccedũt in eo, niſi deſcendentes ex maſculo, nec etiam frater, niſi dicatur: ꝫ. de ſucceſſ. feud. capit. j. & de duobus fratribus. cap. j. Si verò ſit antiquum, & tunc ſi deliquit in alium, quàm in dominum, pertinet ad agnatos: ꝫ. quæ fuer. prima cau. benefic. amit. §. penult. Si verò deliquerit in dominum, applicatur domino: vt dixi in dicto cap. ſi vaſallus culpam. poſt Iacobum, licet hìc Andr. teneat contrarium & malè. Et ſemper require ad diſtinctionem Iacob. & Bal. in cap. j. quæ fuer. prima cau. benefic. amit. ¶Not.
3 † quòd vaſallus tenetur alere dominum egenum, alias poſſet feudo priuari, ſecundum Bar. in tracta-

*a Et quòd quãdo eſt datũ feud. patri, & filio nominatim, tunc delictũ patris nõ noceat filio, tenet etiã D. Franc. Cur. in trac. feu. v. parte, col. iiij. verſic. ex hac j. limita. vbi aliis modis limitat.*

ſtatu, de alimentis. Vide Bart. in l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſcen. & Specu. in titul. qui filij ſint legitimi. ¶ Aduerte, quòd volens cõcumbere cum concubina domini, vel ſponſa, perdit feudum, ſecundum Iacobum de Ardizo. in ſumma, quib. modis feud. amit. verſicu. item in concubina. ¶ Et no.
4 † quòd vaſallus periurus non repellitur à iuramento fidelitatis feudi, ſecundum Baldum in l. Lucius. ff. de his qui notantur infam. Et vide eundem in l. j. ff. ſi plures vna ſententia. colum. penult. & in l. j.
5 C. de confeſſ. in vj. charta. ¶ Et not. † quòd ſi vaſallus caſtri faciat pactum cum hominibus caſtri, & poſtea reſoluatur ius vaſalli, & feudum caſtri reuertatur ad dominum, non tenetur dominus ſtare pacto vaſalli, ſecundum Angelum in l. lex vectigali, fundo. ff. de pignor. ¶ Vltimò ſimpliciter nota, quòd ſi Imperator vel Papa infeudat aliquem de regno vel ducatu, & ex dicto feudo vniuerſali retinet aliqua particularia in feudo: quæ infeudatio tenet: cap. j. de capit. Conradi. Papa vel Imperator reſpectu vniuerſitatis feudi regn. vel ducatus conceſsi in feudum, habet directam & ciuilem poſſeſſionem, & rex vel dux habet vtile dominium, & naturalem poſſeſsionem: l. naturaliter. in princip. ff. de acqui. poſſ. & not. in l. ſi vt certo. §. fi. ff. commo. ſed reſpectu feudorum particularium quæ infeudauit, alius rex vel dux habet directum dominium & ciuilem poſſeſsionem: & vaſalli dictorũ feudorum particularium, habent vtile dominiũ, & naturalem poſſeſsionem, ſecundum ſimpliciter not. Bal. in l. j. C. vnde cogna.

## Qui teſtes ſunt neceſſarij ad nouam inueſtituram probandam. Titulus X.

¶ Cõtinuatur hoc modo: Quia ſ. ſparſim viſum eſt de teſtibus, qui requirantur ad probandum inueſtituram: ideo ſequitur hæc Rubrica, &c.

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Noua inueſtitura probatur per pares curtis, vel per breue teſtatum.*

2 *Inueſtitura noua dicitur, quãdo feudum de nouo, & primò acquiritur.*

3 *Fœminæ in cauſis feudalibus non recipiuntur in teſtimonium.*

4 *Hermophroditus, an teſtis eſſe poßit.*

SIVE CLERICVS, SIVE LAYCVS. ¶ Diuiditur in duas. In prima, qualiter probatur inueſtitura noua. In ſecunda, qualiter vetus. Secũda ibi, de veteri. Hoc
1 d. ¶ †Noua inueſtitura probatur per pares curtis, vel per breue teſtatum à paribus cõfirmatum: ſiue dominus ſit laycus, ſiue clericus: nec aliter facta valet: etiamſi dominus confiteatur factam eſſe. ¶ Vetus autem inueſtitura probari poteſt teſtibus quibuſcunque paribus, vel nõ. ¶ No.
2 hic eſſe caſum, † quòd dicatur noua inueſtitura: quando feudum de nouo, & primò quæritur. ¶ Itẽ
3 no. hîc caſum, † quòd in cauſis feudorum fœminæ
4 nõ recipiuntur in teſtimoniũ. ¶ †Sed quid de hermophrodito? Reſpondeo, ſi pręualeret in ſexu maſculino, recipitur: aliàs, non: l. quem hermophroditum. ff. de ſta. ho. Et de materia huius ti. vide quę dixi in cap. j. §. quid ſit inueſti. & ibi vide diſtinctionem magnam Iacobi.

## De cõſuetudine recti feudi. Titulus XI.

¶ Continuatur hoc modo: quòd plerunque ſ. habita eſt mẽtio, quemadmodũ feudũ acquiratur, & qualiter cõtrouerſię decidãtur. Sed quia dubitari poteſt, quæ ſit cõſuetudo recti feudi, & ſimpliciter in prædictis: ideo ſequitur hæc rubrica, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Feudum acquiritur inueſtitura, ſucceſſione, vel eo quod pro inueſtitura habetur.*

2 *Iuſſus & voluntas domini, vice inductionis in poſſeſſionem habetur.*

3 *Xxx. annorũ præſcriptio, domini ſciẽtiã nõ exigit.*

4 *Modi quatuor acquirendi feudum, recenſentur.*

SCIENDVM EST ITAQVE FEVDVM. ¶Diuiditur in duas. In prima ponit, quibus modis acquiratur feudum. In ſecunda, qualiter probetur noua inueſtitura. Secunda ibi, quod autem dictum eſt. Hoc dicit: ¶Feudum acquiritur inueſtitura, vel ſucceſsione, vel eo quod habetur pro inueſtitura. Si dominus dixerit coram curia, vaſallo: vade in poſ. feudi, & iuit: acquiritur ſibi feud. ac ſi propriè eſſet facta inueſtitura. Quinimo & ſi vaſallus tenuit beneficium domino pñte, & non contradicente, & ſeruitium eius tanquam à vaſallo percipiente, ſi vaſallus hoc probet per iuramẽtum, obtinebit, niſi à domino contrariũ probetur. Et noua inueſtitura probatur per pares curiæ, ſi habet pares, aliàs admittuntur etiá extranei. Si tamẽ habet pares, & abſint, expectãdi ſunt. Hoc dicit vſque ad §. ſacramentum. ¶No. ex principio
1 huius ca. †quòd feudũ acquiritur inueſtitura,[a] vel
2 ſucceſsione, vel eo quod pro inueſtitura habetur. Et de eo quod habetur pro inueſtitura, ponit duo exempla. ¶Item acquiritur pręſcriptione: c. ſi quis
2 per xxx. annos. ſi de feudo fu. cõtro. ¶†In tex. ibi, non interceſsit inueſtitura, ſ. inductio in poſſeſsionem, tamen interceſsit quod vice eius geritur, vel habetur, ſ. iuſſus & voluntas domini. Nam per patientiam trãſfertur poſſeſsio: l. qui ſaxũ. ff. de dona. l. ij.

[a] *Quibus modis acquiratur feudum, vide* D. Frã. Cur. *in tra. feud. in ix. char. ij. par. ver. iiij. principaliter quæro. in ij. co. illius ver.*

l.ij.C.de acquir.poſ.& vide hîc gl.¶No. hîc apertè,†quòd ſi dixerit dominus coram curia : vade in
3 poſ.quòd feudum habet propriam & rectã naturã. Ergo trãſit ad ſucceſſorem maſculum.Et nõ ob. ſ. qui.mo.feu.amit.c.j. quia ibi dominus non dixit corã curia,ſed alibi ſecundum Iac.Tu verò dic, vt plenè examinaui dictum articulũ in c.j.ſ. qui. mo. feu.al.po.Alij volunt,quòd non acquiratur,niſi tẽpore xxx.annorũ,vt ſ.ſi de feu.fu.contro.c.ſi quis per xxx.annos.Et hæc expoſitio non placet, quia hic ſubiungitur domino pręſente,& non cõtradicente.Sed in præſcriptione xxx.annorum non exigitur domini ſciẽtia:vt C.de pręſcrip.xxx.annorũ. leg.ſicut. & l. ſi quis emp. Ideo dic in ſpacio vnius anni:vt ſ.ſi de inueſti.inter do.& vaſal.lis oriatur. c.ij.§.fi. & ĩ. proximo c.§.vlt. & dic vt not.ſ.ſi de inueſti.inter do.& vaſal.lis oriat.c.ij. §.fi.¶In tex. ibi,pręſtito iuramento.Si ergo hic vaſallus probet per teſtes,vel inſtrumenta,obtinet, niſi à domino contrarium probetur.Et vide no.Iaco. in c.j. ſi de
4 inueſti. inter do.& vaſal.lis oriatur. ¶Et not.†ꝙ quatuor modis feudum acquiritur, ſ. inueſtitura: de quo dictum eſt ſ. quid ſit inueſtitura in prin. ¶Secundo modo ſucceſsione:hoc eſt,quaſi cõfirmatione prioris veteris,quando iurat hęres vaſalli domino,vel vaſallus hæredi dñi: vt ſ. per quos fiat inueſtitura.in prin.¶Item tertio modo:pro eo quod habetur pro inueſtitura : puta,quãdo dominus feudi dixit,vade & accipe poſſeſsionem illius mei caſtri,& teneas in feudum à me,licet non inueſtiat,perinde eſt acſi inueſtiſſet:ex quo eius poſſeſſionẽ nactus eſt nomine feudi. ¶Quarto modo acquiritur feud. etiã ſine inueſtitura,ſi per vnũ annũ & ſic continuè tenui nomine feudi rẽ tuã à te ſciẽte,& non contradicente,& ſeruitium à me recipiẽte,tanquã à vaſallo:niſi dominus cõtrariũ probet, ſecundum And.hîc.Quid aũt dicendũ, vide vt dictũ eſt in ti.quid ſit inueſtitura.in prin.&c.

## SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in cauſa feudali defertur in ſupplementum probationis.*
2 *Iuramentum à parte delatum ſi ſit, vel acceptandũ, vel referendum eſt: à iudice delatum ſi ſit, iurandum eſt.*
3 *Sacramentales qui dicantur.*
4 *De alieno facto vaſallus interdum anceps periuriũ ſubire cogitur.*
5 *Veritas faciliùs per parentes inuenitur.*
6 *Vaſallus de alieno facto quando periurium ſubire cogatur.*
7 *Iuramentũ in cauſa parua defertur: ſecus, in magna.*
8 *Poßidenti vaſallo interdum iuramentum defertur.*
9 *Teſtis in feudis qualis eſſe debeat.*
10 *Prælatus conuentus, iurat in animam conuentus.*

§. SACRAMENTVM NON SEMPER EST. ¶Diuiditur in quinque. In prima, cui detur iure ſacramentũ, ſi de feu. fu. conten. In ſecunda, qualiter & cũ quibus iuretur in cauſa feudi. Tertiò, an iuretur de calumnia in cauſis feudalibus. Quartò, an liceat vaſallo dominum accuſare, vel contra eum teſtimoniũ reddere. Quintò, qualiter ſit dirimenda contentio inter dominum & vaſallum. Secũda ibi, §. ſin autem à iudice. Tertia ibi, ſi quibuſdam. Quarta ibi, §. ſimiliter. Quinta ibi, §. ſi inter dominũ. Hoc d. ¶An debeat deferri iuramentum in cauſis feudalibus actori vel reo, relinquitur arbitrio iudicis: & tunc demum defertur actori, ſi præſumptio ſit pro eo quæ iudicem moueat. Si verò nulla ſit præſumptio pro actore, tunc reo defertur, vel abſoluitur ſine iuramento. Deinde ſubditur in tex. quòd aut iuramentum defertur

à parte

à parte, aut à iudice. Si à parte, tunc iurare debet cum xij. ſacramentalibus, ſex parentibus, & aliis ſex extraneis, ſi vult: & iurare debet ſemper ſine mentione conſcientiæ. Si verò deferatur domino à iudice, iurare debet cum xij. ſacramẽtalibus vel parentibns vel extraneis vel permixtis, & tunc iurat de facto ſuo, & iurare debet ſine mentione con ſcientiæ. Aut de facto alterius: & tunc iurat ſecundum conſcientiam. Et de materia huius capituli quo ad neceſſarium iuramẽtum in ſupplementum proba. vide quæ ſcripſi in l. admonendi. de iureiu.
1 ¶ Et not. bene hic eſſe caſum, † quòd in cauſa feudali habet locum iuramentum in ſupplementum
2 proba. ¶ Item not. † quòd aut defertur iuramentum à parte, & tunc poteſt iurare vel referre: aut à iudice, & tũc cogitur iurare: de quo in l. manifeſtæ
3 turpitudinis. ¶ Et no. † quòd xij. ſacramẽtales ſunt teſtes ſacramentũ præſtantes ſecundum conſcientiam, ſecundum Iac. Nam in teſtibus deponẽtibus ſecundum veritatem, ſufficiunt duo teſtes: c. ij. §. ſi de inueſtitu. inter dominum & vaſallum: & vide quæ ſcripta ſunt in c. j. de conten. inter domi. & vaſallum de inueſtitu. in princip. & ; de controuer. inueſti. §. cum autem. ¶ Item not. hic eſſe caſum,
4 † ꝙ vaſallus de alieno facto cogitur anceps periurium ſubire: ſed dominus non. Ratio diuerſitatis, quia vaſallus certat de lucro, ſed dñs de dãno vitando: arg. l. ſi contrà facientia. §. fi. C. de iure deli.
5 ¶ † Quæro, quare vaſallus iurat cum xij. ſacramentalibus, quorum ſex ſunt parentes? Reſpondeo, ꝙ per parentes faciliùs veritas inueniatur: argu. l. de tutela. de in integ. reſt. mi. ſecundũ Iac. ¶ Not. hic, quòd ſi vaſallus non habet parentes, admittuntur etiam extranei in defectum: arg. l. quoniam. in fine.
6 C. de hæreti. ¶ Oppo. † quòd vaſallus non debet cogi anceps periurium ſubire de alieno facto: l. videamus. de iureiut. in lit. cum ſimi. Sol. Aut iurare debet quis ad ſuum cõmodum, aut incõmodũ al-

terius tantúm. Primo caſu, aut certat de lucro vaſallus, & tunc cogitur iurare cauſatiuè, ſi vult obtinere de alieno facto affirmando vel negãdo: quia dominus ſentire poſſet magnum damnum conſcientiæ ſuæ. Aut certat de damno vitando, vt hic fecit dominus, & de ſuo facto iuret ſecundum veritatem affirmando vel negando: de alieno autem facto ſecundum conſcientiam: arg. l. exemplo. & l. rationes. C. de probat. Secundo caſu aut eſt adminiſtrator, qui iurare debet, & tunc non cogitur anceps periurium ſubire: & ita loquatur contrarium. Aut affirmat factum, tunc cogitur ſuper facto alieno iurare. Ergo affirmando cogitur teſtis, non negando: l. iuſiur. ff. de teſti. l. teſtiũ.

7 C. eo. ti. ſecundum Ia. ¶ † Vtrùm autẽ in cauſis feudorum diſtinguatur, an cauſa ſit magna vel non, ita vt ſi ſit magna, non deferatur iuramentum in ſupplementum probationum: ſecus, ſi ſit parua: vt no. in l. in bonæ fidei. C. de re. cre. & iureiur? Reſpondit Andr. quòd actori ſemiplenè probãti in magna cauſa non defertur: quia nemo ex præſumptione damnatur, ſed quantum ad conuentum poſſeſſorem rei, vt iuret ſuam eſſe, vel ſe aut ſuos prædeceſſores inueſtitos, præſumptione faciente pro actore: quaſi ſit ſacramentum, quod præſtatur in multis caſibus: l. præſenti. §. ſanè. C. de his qui ad eccle. confug. ¶ Ego autem in hoc articulo dicerem eſſe arbitrium iudicis, an deferat inſpectis omnibus circunſtantiis: vt hic dicit tex. Nam teſtis debet deponere de veritate inueſtituræ, & eius ſolennitate, & vtrumque probabit ſemiplenè: quo caſu defertur iuramentum: aliàs, ſecus: quia aliàs ſequeretur, quòd inueſtitura eſſet ipſo iure nulla. Et ſic iuſiur. non patrocinaretur: l. fi. de iureiuran.

8 ¶ Sed mirum eſt ſecundũ Odof. † quia aliquo caſu detur iuramentum vaſallo poſſidenti. Nam dum confitetur, quòd tenet à domino in feudum: ergo confiteri videtur, ꝙ allodiũ ſit domini, & ſic ſuper

directa

directa rei vendicatione debet damnari ex vi confeſsionis : l.ſiue poſsidetis.C.de probat. Reſpondit Bald. quòd iſta confeſsio non eſt ſimplex, ſed habet conditionem annexam, ita quòd vnum ab alio ſeparari non poteſt : ſecus, ſi poſſet ſeparari: l.Aurelius.§.idem quæſiit.l.ſi quidé.C.de except. Vel dic,quòd iſte caſus eſt ſimilis ei qui confiteretur promiſsionem, ſed allegat pactum de non petendo, & probat per vnum teſtem. Nam ſi iudici videbitur, poteſt deferre ſuper hoc pacto ſacramentũ in defectum probationis, cùm iſta ſint com
9 patibilia iuxta no.in d.l.in bonæ fidei. ¶†Et quęro, qualis debet eſſe teſtis in feudis? Reſpondeo, vt deferatur iuramentum, debet eſſe permiſſus & non prohibitus. Et ſic diſtinguendum inter nouam inueſtituram & veterem:cap.j.ſ̃.ti.proximo. Nam teſtis inualidus non facit ſemiplenam proba tionem : vt no.in l.cum probatio.& l.etiam.C.de proba.ſecundum Bald. Et eſt aduertendum,quòd iſta probatio poſſeſsionis annalis, de qua in text. non fit per vnum teſtem : quia cùm iſta poſſeſsio debet probari,tanquam iudicium: vnus teſtis non
10 ſufficit:l.fi.C.famil.hercíſ. ¶†Quid ſi eccleſia eſt domina, & prælatus habet conſcientiam contrariam conſcientię conuentus:qualiter iurabit? Re- a ſpondeo, ſecundum conſcientiam conuentus iurabit in animam conuẽtus, ſecundum Bal.hîc,&c.

*a Quid ſi dominus libès & ſpontè iurauit, an poſsit cogere vaſallũ inuitum ad iurandũ? Vide per D.Ia. in verbo, & dicti vaſalli pro dictis rebus.colu.xj. verſ.ſed ponamus.*

## SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ inter dominum & vaſallum non exigitur.*

§. a 1 IN QVIBVS ETIAM CAVSIS SACRAM.[a] ¶†Vaſallus non poteſt exigere iuramentum calumniæ à domino ſuo. Hoc dicit. Nec dominus debet exigere à vaſallo : Alioquin ſi

ipſe exigeret à vaſallo, cogeretur iurare & ipſe: vt ff. quod quiſq; iuris. Et quia in iudiciis æqualitas eſt obſeruanda: l. fi. C. de fruct. & litis expen. Et vt ceſſet opi. glo. dic, quòd hîc Imperator ad pòſtulationem domini hoc ſtatuit.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus dominum accuſare, vel contra eum teſtificari nequit.*

2 *Fallit, ſi coactus id faciat, vel pro principe, vel republica.*

§. SIMILITER VASALLVS DOMINVM. ¶ †Vaſallus non poteſt dñm accuſare
1 eius, vel contra eum teſtimonium reddere in cauſa ciuili, vel criminali: ſi fecerit, feudũ amittit.
2 ¶Limita tex. †ſi fecerit ſpõte: ſecus, ſi coactus, vel vt ſuam vel ſuorum iniuriã proſequatur, vel ſi pro principe vel republica. Et plenè dixi in c. j. §. ſi delator. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. &c.

## SVMMARIVM.

1 *Longa poſſeſsio, interdum de annali intelligitur.*

2 *Noua poſſeſsio, id eſt minor anno.*

§. ITEM SI INTER DOMINVM ET VASAL. ¶ Si contentio ſit inter dominum & vaſallum, de beneficio, domino poſsidente, vaſallo autem in probatione deficiente, abſoluitur dominus ſine iuramento: ſed vaſallo poſsidente, domino in probatione deficiente, ſi longa ſit poſſeſsio vaſalli, ſibi defertur iuramẽtum: ſed ſi noua, non defertur ſibi, ſed domino, niſi præſumptio
1 ſit pro vaſallo. ¶ † Et longa poſſeſsio hîc intelligitur

2 tur de annali: † ſed noua poſſeſsio intelligitur de minus anno, ſecundum Iac. & Bal. licet ſit impropria locutio.

## De lege Conradi. Tit. XII.

¶Continuatur hoc modo: quia lex Conradi prouidet circa materiam feudi, & vtilis eſt: ideo ſequitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Contentio inter capitaneos, coram rege finiatur: inter valuaſores, coram paribus curiæ.*
2 *Princeps habet definire de ſubſtantia & qualitate beneficiorum.*
3 *Feudum amiſſum non dicitur euinci, ſed perimi.*
4 *Epiſcopum percutiens feudum amittit, quod habet ab ipſius Eccleſia.*
5 *Iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere ſuper fidelitatis iuramento.*
6 *Duo reges poſſunt eſſe inuicem vaſalli reſpectu diuerſorum.*
7 *Contractus contra naturam feudi, non eſt propriè feudum; ſed contractus innominatus.*
8 *Legitimatus non ſuccedit in feudo, niſi in legitimatione id dicatur expreßè.*
9 *Hæredes ſinguli vaſalli tenentur iurare domino.*
10 *Dominus contra hæredem vaſalli, de culpis commißis non poteſt mouere quæſtionem.*
11 *Vaſallus proprijs expenſis non tenetur iuuare dominum.*
12 *Inueſtitura præſumitur, ſi domino vltra annum*

*ſeruitium ſit præſtitum.*
13 *Succeſſores vaſalli, tenentur oſtendere feuda.*
14 *Ius feudale duorum eſt indiuiduum.*
15 *Feuda non veniunt in fideicommiſſo.*

LEX CONRADI. ¶ Diuiditur in duas. In prima ponitur thema l. Conradi. In ſecunda, quædam conſuetudo Mediolanenſiũ. Secunda ibi, in verſicul. ſed talis. Hoc dicit: ¶ Si inter capitaneos regis eſt controuerſia coram rege, per l. Conradi definiri debet: ſi verò inter valuaſores, coram paribus curiæ: ſed Mediolani non ſeruatur dicta lex. Et diſtinguitur, aut contentio eſt inter duos qui inueſtiti fuerint de beneficio regali, & tunc coram rege deciditur: cæteræ verò cauſæ coram paribus curię. Et vidę circa hoc, notata in cap. j. ſuprà, apud quem vel quos controuer. feudi decidatur.
1 ¶ † Quæro, quæ diſtinctio ſit rationabilior? Sol. Diſtinctio Conradi rationabilior, & tenenda eſt: quia eſt l. imperialis, ſecundum Bal. hìc.
2 ¶ † No. tamen, quòd de ſubſtantia & qualitate beneficiorum principis habet ipſe definire, ſecundum Bal. Tu autem vide plenè ſcripta per Modernos poſt Io. Andre. in c. cùm veniſſet. de iudi. ¶ Et
3 not. † quòd feudum quod amittitur, non dicitur euinci, ſed perimi: gloſſ. in l. in familiæ. C. fa. her. & Bartol. in l. eum qui. §. ſi libertus. ff. de iureiurand.
4 ¶ Item not. † quòd vaſallus qui percutit vel decipit epiſcopum, cadit à feudo, quod habet ab
5 ipſius eccleſia: cle. j. de pœnis. ¶ † Et ſuper fidelitatis iuramento poteſt cognoſcere etiam eccleſiaſticus iudex, de quo vide Gemini. in cap. fin. in fine. de fo. compet. libr. vj. Et iuramentum vaſalli extenditur ad futura reſpectu ſecreti reuelandi,
6 ſecundum Io. And. in c. pe. de iureiur. ¶ † Et duo

comites

comites, vel reges poſſunt eſſe inuicem vaſalli, reſpectu diuerſorum, ſecundum Ang.in l.eius qui in prouincia.ff.ſi certum pe.in vlt.col.& ſi ſtat per dominum,nõ per vaſallum qui debet petere intra annum & diem inueſtituram,non priuatur feudo vaſallus:ſed ſufficit proteſtari coram honeſtis perſonis,ſi non reperitur dominus,vel ſit abſens:ſecundum Alberi.in l.præſes.C.de epiſco.aud. & inuito vaſallo non poteſt dominus alteri delegare eum, ſecũdum gl.in l.inuitus.ff.de fideicom.lib. & Ray.

7 in l.ij.ff.ſol.matrim. ¶†Et contractus contra naturam feudi non eſt propriè feudum, ſed contractus innominatus: ſecundum Bal.in l.j.C.de fruct.& li. expen.De hoc tamen vide tex.& c.j.de feu. nõ habente propriam naturam feudi:vt not.Imol.in l.ex

8 facto.ff.de vulg.& pup.¶†Quòd legitimatus non ſuccedit niſi in legitimatione,expreſsè dicatur, ꝙ ſuccedat in feudalibus: Quod dictũ limita, niſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſecuncundum Alberi.in l.fi.C.de natu.lib. & vide Ioan. And.in c.tanta.qui fi.ſint leg. & no.in c.naturales.

9 ſi de feu.fuer.controuer.¶†Et not.quòd hæredes vaſalli tenentur ſinguli iurare domino, & econuerſo ſingulis hæredibus vaſalli dominus iurare tenetur, ſecundum Ang.in l.ij.§.ex iis.ff.de verborum

10 oblig. ¶Et not. †quòd contra hæredem vaſalli de culpis commiſsis à vaſallo, de facto dominus non poteſt mouere quæſtionem,nec feudum auferre:l. j.& fi.C.de reuoc.don.& ibi no.& in c.fi. de dõna. quamuis Bald. dimiſerit hanc quæſtionem indeciſam: [a] in c.j.quib.mod.feud.amit. ¶Et not.quòd opi.Innoc.in c.veſtrum.de foro compe.quòd ſi dominus feudi laycus habet iuriſdictionem in clericos in corrigendo perſonas eorum, communiter reprobatur in d.cap.veſtrum. Et ita conſuluit Do. Io.de Lignano, & vide Bald.in c.nimis.de iureiur.

11 ¶Et not. †quòd vaſallus non tenetur propriis expenſis adiuuare dominum & ire perſonaliter, niſi

a *Et de hac quæſtione, vide D. Frãciſc.Curt.in tract. feud. col. fin. iiij. par. ver.iij. principalis reſtat dubitatio. Et quid ecõtrà, an poſſit hæres domini agere cõtra vaſallũ de delicto commiſſo:de quo dominus in vita nihil dixit,ibi ponit in præcedenti quæſtione. Vide Ro. conſilio cclxxxiij. in fi. & per D.Ia.in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt nõ committere, col.xiij.ver. nunc quæro de pulchra quæſtione*

a ex pacto vel conſuetudine: [a] ſecundum Inno.in c, ſicut,de iureiur,& ſecundum Io.de Lignano in tractatu de bello, Limita tamen per tex,& ibi no,in c,
12 j.§.firmiter.de prohib.feud.alien.per Feder.¶ †Et no.ſecundum Bal.in l.j.C.de fideicom. ſpeciale in feudo, quia ſi poſſedit & præſtitit ſeruitium vltra annum domino,præſumatur inueſtitura:c.j.§.cùm
13 autem.de contro.inueſt.¶ †Et no.quòd vaſalli ſucceſſores tenentur oſtendere feuda,ſecundum glo. in l.ij. C,quando & qui.quarta pars debe. libr.iiij. ¶Et ſola confeſsione quis non fit vaſallus, ſecun-
14 dũ Bal.in l.liberos.ff.de lib.cauſ.¶ †Et ius feudale duorum eſt & indiuiduum, ſecundum Bald. in l.ſi duo patroni.in princ.ff.de iureiur.& non valet pactum, quòd pater cadat à feudo propter delictum filij,ſecundum Bal.in l.j. ff.de iis quæ pœnæ nomi,
15 ¶ †Et feuda non veniunt in fideicommiſſo [b] vni-
b uerſali, ſecundum Bartolum in l.ſi patroni. ff.ad Trebellianum,&c.

## SVMMARIVM.

1 *Si duo ſe dicant pares, ſed tamen non conſtat, ordinarij eſt cognitio.*

2 *Guarentare, quid ſit.*

3 *Vterque vaſallus cùm dominũ alleget, dominus poteſt alteri aßignare feudum.*

4 *Poſſeſſorium in cauſa feudali ad ordinarium ſpectat, niſi reſpiciat adminiculum petitorij.*

§. SI AVTEM INTER PARES. ¶Diuiditur in tres.In prima,coram quo ſit dirimenda cõtentio orta inter partes. Secundò, an dominus poſsit feudũ alienare, vel alij dare, Tertiò, an vaſallus poſsit feudum alienare,vel alij dare. Secunda incipit in §.ex eadem. Tertia in §.ſimiliter. Hoc

a *Vide de hoc per D.Ia. in verb.& pro miſerunt eidem domino ſuo.col.j. in prin.*

b *Et an feudũ veniat in reſtitutione fideicommiſſi,& an imputetur filio in legitimam, vide D.Frã.Cur. in trac.feu. in xvj. col. iiij.par. verſic.ij. poteſt decidi dubitatio. & in verſicu. immediatè ſequenti.*

dicit: ¶Si contentio eſt inter duos vaſallos, quorũ vterque dicit feudum proprium, ſiue producant eundem inueſtitorem, ſiue diuerſum, cauſa debet definiri coram iudice vel arbitro: veruntamen ſi vterque producat vnum inueſtitorẽ, ſi dominus poſſidenti guarentare voluerit, obtinebit; niſi aduerſarius contrarium probauerit. Hoc dicit. Et de materia huius §. dicẽdum eſt, vt dictum fuit in §.j. de inueſti. in mari. facta. & in c.j. apud quem vel quos

1 cau. feu. termi. deb. ¶†In tex. ibi, inter pares duos. id eſt inter duos qui dicunt ſe pares. Sed tamẽ non conſtat: aliàs domini eſſet cognitio. Et plenè no. in

2 c.j. §. præterea. de prohib. feu. alie. ¶Et no. † quòd

a guarentare eſt vulgare Thuſcorũ, [a] qui appellant inſtrumentum guarentiæ, id eſt firmatum & præciſum, cui omnino eſt ſtandum. ¶Hic eſt intentio li-

3 teræ, † quòd cæteris paribus, quàndo vterque allegat dominum, dominus poteſt alteri aſsignare

4 feudum: l. ſi ſeruum. §. ſi inter. ff. de leg. ij. ¶†Quid ſi inter duos ſit quæſtio, non de iure rei, ſed de iure poſſeſsionis, an iſta cauſa tractabitur coram domino feudi? Dic, quòd non tractabitur coram domino feudi; c. ex parte. de foro comp. niſi reſpiciat adminiculum petitorij: arg. l. nulli. C. de iudic. ſecundum Bald. qui dicit, quòd duæ tantùm cauſæ ſpectant ad naturam feudi, ſcilicet ipſius feudi conſtitutio, vel conſeruatio: item eius priuatio. Tu verò dic, vt plenè ſcripſi poſt Anton. de But. & Inno, in c. cæterùm. de iudic. &c.

*a Quid ſit guarentare, vide D. Ia. in verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus. col. xiij. ver. aliquãdo tamẽ. Et quid ſit inſtrumẽtum guarẽtigiæ, ponit d. Iaſ. in l. error. col. iij. C. de iur. & facti ign. Bald. in l. neceſsitatem. §. fina. col. iij. C. de bo. quæ lib. Moder. in l. ait prætor. in princi. ff. de re iudic.*

## SVMMARIVM.

1 *Dominus an poßit alienare dominium ſuum ſine terra.*

2 *Vaſallus inuito domino ſuo, non poteſt ſuum ius in alium transferre.*

3 *Feudum tranſit cum curia & vniuerſitate.*

4 *Loca ſeudorum licet plura ſint, tamen vnum eſt ſeudum.*

§. EX EADEM LEGE DESCENDIT.[a]
a ¶Diuiditur in duas. In prima recitatur communis & generalis conſuetudo. In ſecunda, ſpecialis cõſuetudo Mediol. Secũda ibi, quod Mediolani. Hoc dicit: ¶Feudum dominus ſine voluntate vaſalli alienare non poteſt: ſed hæc regula nõ ſeruatur Mediolani, ſed diſtinguitur: Aut dominus alienauit beneficium ſine cauſa minori aut æquali, & poteſt. Aut inferiori, & non licet ſine auctoritate vaſalli. Aut alienat partem feudi, & non poteſt ſine vaſalli voluntate. Aut alienat feudum totum cum curia & inferiori, etiam ſine voluntate
1 vaſalli. ¶Et eſt pulchrũ dubium, †an dominus poteſt alienare ſuum dominium ſine terra, id eſt ſine caſtro feudali? De quo vide Io. And. in c. dilecti. de maior. & obed. Puto tamen, quòd non poſsit: quia vaſallus eſt libera perſona. Inſt. de iure natur. gent. Ergo poſſunt diuidi ſine terra: l. quædam mulier. ff. fami. herciſc. & Spec. tit. de feud. §. quoniam ve-
2 rò. verſi. xxxj. ¶No. ſecundum Iac. †quòd vaſallus inuito domino ſuo non poteſt ius ſuum in alium transferre, & alium ſibi cõſtituere vaſallum, vt ſeruiat: vt ĩ. §. proximo. Ergo nec dominus inuito vaſallo alteri delegare: cùm contrariorum eadem ſit diſciplina: l. fin. C. de fruct. & lit. expen. niſi imminente neceſsitate. & no. Doct. in c. j. §. pręterea. de
b prohib. feu. ali. per Fed. [b] ¶Et no. ex hoc §. ſecun-
3 dum conſuetudinem, † quòd feudum tranſit cum curia & vniuerſitate non obſt. c. j. de cap. qui curiã vend. quia reſpondeo, aut enim quis vendidit curiam non habita mentione feudi, vel generaliter omnia bona ſua, & tunc non videtur vendere feudum: d. c. j. & c. generalis. ſi de feu. fuèr. controuer. aliàs ſecus. Et hoc brocar. Iac. de Bel. ¶Et not. hîc eſſe vnũ mirabilẽ caſum, quòd valet alienatio facta in

a *Multa in materia huius §. vide per Alex. conſil. xxv. in pen. col. v. volu. & latiùs per eum in l. ij. vlt. col. ff. ſolut. matri.*

b *An poſsit dominus ſubmittere vaſallum alteri ipſo inuito, vide Do. Ia. in verb. dux Sabaudiæ. in pen. col. Vide etiam per D. Franc. Cur. in trac. feu. in vj. part. in ij. q. Ibi allegat bonam quotã Fel. & ponit etiam, an eo caſu dominus priuetur proprietate.*

4 in potentiorem, vt hîc per Bald. ¶Et no. † quòd licet ſint plura loca feudorum, tamen vnum eſt feudum, cùm vna ſit inueſtitura: arg. l. ſcire debemus. ff. de verb. obl. ¶Et quid ſi dominus vnam medietatem védit, à quo cognoſcat ſe vaſallum? Et videtur, quòd à neutro: niſi inter ſe conueniant, à quo vaſallus debet ſe recognoſcere: tamen regula ſit, quòd pro vno feudo nõ debet plures dominos recognoſcere. Concordent ergo, ſi volent: aliàs ſibi imputent: arg. l. quotiens. ff. de vſufructu, &c.

*a Et quòd poſſit vaſallus alteri infeudare, tenet D. Ia. in c. j. in prin. col. antep. & ſequenti. qui feu. da. poſſ. & aſsignat rationem diuerſitatis, quare poſſit infeudare, & nõ aliter alienare, Ibi etiam ponit aliquas fallentias, in quibus non poteſt vaſallus infeudare alteri. Eandem etiam opi. tenet D. Franc. Cur. in trac. feu. vij. charta, iiij. par. verſicul. aggredior primã regulam.*

## SVMMARIVM.

1 *Qui alij dat in feudum, dare debet eadem lege, qua ipſe habet: aliàs ſi alij alia lege reddiderit, feudum amittitur.*

2 *Aequali perſonæ feudum dari debet.*

3 *Feudum ſi ad quartam perſonam peruenerit, à domino vendicabitur.*

4 *Actio vtilis, an præferatur directæ.*

§. SIMILITER NEC VASALLVS FEVDVM. ¶Datur regula, & exceptio regulæ, & exceptionis declaratio. Regula eſt, quòd vaſallus non poteſt regulariter feudum alienare ſine domini voluntate. Exceptio eſt, niſi det alij in feudum. Exceptionis declaratio eſt, ſi det æquali perſonæ ſibi: vt, ſi miles ſit, det ſimiliter militi: ſimiliter & cuilibet vaſallo, licet alij dare in feudum, vſ-

a que in infinitum.[a] In quibuſdam tamẽ curiis obſeruatur, ꝙ ſi feudum perueñerit ad quartam perſonã, feudum amittatur & reuertatur ad dominum.

1 ¶ † Profectò quidem qui alij dat in feudum, dare debet eadẽ lege, qua ipſe habet: aliàs ſi alij alia le-

2 ge reddiderit, feudum amittitur. ¶No. tex. † quòd æquali perſonæ debet dare in feudum. Et eſt argu. ꝙ vaſallus vaſal. cogi debet domino domini ſeruire.

*a Vide quæ po nit D. Ia. in verb. & pro miſerunt eidem domino ſuo præſtare ſeruiti 1. colũ. vj. ver. x. quæro.*

*b Et quòd iſto caſu competat venditatio primo domino tã : tũm qui habet directũ, tenet D. Ia. in cap. j. in prin. in col. fin. qui feu. dare poſſ.*

a re: [a] ſ.de pace iur.fir.§.fi. Sed hoc eſt falſum,vt dicitur in gl. & no.ſ.de contro.inue.§.fi.& d.§.fi.de
3 pace iura.fir. ¶Quæro,†quid ſi feudum ad quartã perſonam venerit, quis poterit vendicare, an primus vel ſecũdus?Reſpondeo,quòd primus: ſecundum gl.& Doc.hic.Et eodem modo ſi peruenit ad quintam perſonam,dominus vendicabit:argu.l.in
4 cauſæ.ff.de mino.ſecundum Iac.¶†Opp.quòd vaſallus primus præferri debeat domino in vendicãdo,qui habet vtile dominiũ, & vtilis actio præfertur directę:l.j.ff.ſi ager vectig. Glo.noſtra non reſpõdet huic articulo : ſed tu dic,quòd illud habet locum , quãdo vtilis remanet penes eũ,qui habet: ſed hîc primus vaſallus tranſtulit in ſecundum , & ſecundus in tertium, & ſic non remãſit vtilis apud
b vaſallum:vt[b] dixi ſecundum Iac.¶Sed oppo.Nam tertius inquantum transfert,facit contra ius & cõſuetudinem.Ergo ipſo iure nulla eſt datio.Ergo vtile dominium remanet apud eum: l.non dubium. C.de legib.Ergo debet præferri domino.Reſpondeo , quòd propter delictum ſuum quod cõtrahit alienando,amiſit feudum & domino aperitur: c.j. §.fi.ſ.quæ fu.pri.cau.benefic.amit.& ibi dominus præfertur:quæritur,an tertius teneatur quarto de euictione?Reſpondeo ſecundũm gl.& Doct.quòd ſic. Vide gloſſ.per te.

## SVMMARIVM,

1 *Vaſallus ſi dicat ſe ignorare,cùm fuerit ſciens,amittit feudum.*

2 *Reſpondens malitioſæ poſitioni, habetur pro confeſſo.*

§. SI FVERIT INTER DOMINVM ET. ¶Si contentio ſit inter dominum & vaſallum de beneficio , & vaſallus feudum inficia-

ficiatur, & dominus contra eum probat, amittit feudum. Aut dubitanter reſpondet, & non perdit feudum. Sed ſecundum alios, ſi fraudulenter negaret, amittit feudum, non aliter. ¶Not. glo. hic,
1 † q ſi vaſallus dicat ſe ignorare, cùm fuerit ſciens, amittit feudum: quare negauerit. ¶No. ſingulare
2 verbum Bal. † quòd malitioſè reſpondens poſitioni, habetur pro confeſſo: & per verbum, neſcio. ſoluitur omnis quæſtio, ſecundum Bal. hic.

## De clerico qui inueſtituram facit. Titulus XIII.

¶Continuatur hoc modo: ſ. in ti. qui. mo. feu. a. & in tit. epiſcopũ vel abbatem. dictum eſt de inueſti. quæ ſi. à prela. de rebus eccle. Propterea ſequitur hęc rubrica, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Bona clericorum & Eccleſiarum, ad inueſtientem deuoluta, inueſtiti cõmodo cedunt.*

2 *Bona in libro diuinæ Eccleſiæ inuenta, in feudum dari nõn poſſunt.*

3 *In dubio bona præſumuntur eſſe eccleſiæ.*

CLERICO INVESTITVRAM FACIENTE DE SVIS. ¶Diuiditur in quatuor. Primò loquitur de inueſtitura facta à clerico de rebus propriis. Secundò, de inueſtitura facta de rebus eccleſiæ, quas tenet inueſtitor ſiue inueſtitus. Tertiò de inueſtitura facta à clerico de rebus eccleſiæ, quas alius tenet in feudum. Quarta de inueſtitura facta à clerico de rebus Eccleſiæ quę à nemine detinentur. Secũda ibi, cumq;. Tertia ibi, vbi verò. Quarta ibi, & ideo. Hoc dicit: ¶Si clericus fecerit

fecerit inueſtituram de bonis propriis, eius ſucceſſor tenetur habere ratam: ſi verò de rebus eccleſiæ ſi quidem poſſeſsio rei per beneficium inueſtituræ eſt apud eum, inueſtiri debet, & inueſtitoris eius ſucceſſor cogitur eam adimplere. Hæc etiã obtinent omnia in layco inueſtitore. Si autem clericus de beneficio ſui militis alium inueſtiuit, & purè, non valet: ſi verò in diem vel ſub conditione, tunc valet etiam ſine vaſalli voluntate, dum tamen priùs deceſſerit in beneficio, quàm feudum tenẽs: ſucceſſor enim non tenetur ratã rem habere. Sed ſi ipſo viuente feudum ſibi aperitur, ipſe cogitur adimplere. Item ſciendum eſt, quòd archiepiſcopus Mediola. quæ tempore ſui introitus inuenit, non poteſt dare in feudum: ſed ſi feudum poſtea aperiatur, bene poteſt in feudum dare. Epiſcopi autem & etiam clerici quæ in dominico inuenerint eſſe feudum: feudo poſtea apertò, & olim, & etiam hodie in feudum dare poſſunt. Hoc dicit ſecundum Ia. &
1 Bal. ¶ † No. bonam diſtinctionem, quia aut tractatur de bonis laycorum, aut clericorum, aut eccleſiarum. Primis duobus caſibus tenetur inueſtiturã adimplere: Tertio autẽ caſu diſtinguitur, vt clarè in tex. noſtro. Et vide quæ dicta ſunt in ti. quis po-
2 teſt eſſe te. &, qui ſucceſ. te. ¶ † In tex. ibi, dominico, id eſt libro diuinæ eccleſię. Nec refert ſit eccleſia ſolita id infeudare vel nõ: vt patet in tex. ibi, habeatur, id eſt tẽpore introitus eorũ, ſi tamẽ ſint ſoliti dare in feudum: aliàs, ſecus: c. j. in prin. ſ. qui feu. da. poſ. & ibi plenè dictum eſt, & vide Bar. & Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. iiij. & dixi in d.
3 c. j. qui feu. da. poſ. ¶ † Quid autem in dubio, ſi non conſtat, cuius ſint res infeudatæ: vtrùm præſumantur clerici vel eccleſiæ? Bal. hìc ex mente Hoſt. dicit, ꝙ pręſumũtur eccleſiæ in dubio, ſicut in ſimili no. glo. in fiſco in l. facultas. C. de iure fiſci. licet de cõſuetudine illa gl. nõ ſeruetur ita indiſtinctè. Vos dicite, vt plenè no. Doc. in c. cum inoffi. de teſta.
An

# An mutus vel aliàs imperfectus feudum retineat. Titulus XIIII.

¶Poteſt continuari ſecundum Iaco. hoc modo: ſ. tit. Epiſcopum vel Abba. §. fi. habita eſt mentio de ſurdo & muto, an ſuccedāt in feudo: propterea ſequitur hæc rubrica, in qua not. Bal. quòd iſta dictio, imperfecti. ſecundum ſe totalem imperfectionem ſignificat, ſicut mutus totalem mutitudinem, & ſurdus totalem ſurditàtem: quia non eſt totaliter imperfectus, qui cōparatione perfectionis eſt imperfectus: ſed ille qui nihil poteſt, vel ita parum, quod eſt propè nihil: quia iſta duo ſunt paria, nihil & minimum, ſicut & nihil & viliſsimū. Præterea dicit hìc Bal. ꝙ ſi mutus vel aliàs imperfectus habeat feudū, nō aufertur ei: vt per Cy. in l. j. C. qui admit.

## SVMMARIVM.

1 *Mutus, vel aliàs imperfectus, ſi ſeruitium per alium impleri poßit, ſuccedit.*

2 *Cæcitas ſuperueniens, aut loquelæ amißio, feudi priuationē non inducit.*

3 *Feudum nouum, imperfectione ſuperueniente, amittitur: ſecus verò paternum.*

4 *Si feudi qualitas nō requirit operam perſonalē, mutus vel aliàs imperfectus feudum non perdit.*

5 *Conceßio feudi facta muto à principio, tenet.*

6 *Defectus ſenſus, ſiue motus, priuationem feudi inducit: non virtutis generatiuæ.*

MVTVS ET SVRDVS. ¶ Secundum Iacob. hoc dicit & Bal. Miles filium habens deceſsit filio ſuperſtite, qui eſt mutus, vel aliter imperfectus: certè ſuccedit in feu-

dum

dum ſecundum Obertum & Girardum & multos alios, licet alij aliter in contrarium dixerint: quia ſeruire non poſſunt, ſicut nec clericus, vel fœmina. ¶ Sed quæ opinio ſit vera? Ego teneo illam
1 opinionem æquiſsimam, quã hìc ponit Iacob. † Aut ſeruitium eſt tale, quod poteſt præſtari per ſubſtitutum, & tunc ſuccedit: & ita loquitur Obertus & Girardus. Aut non poteſt per ſubſtitutum impleri, & tunc non ſuccedit: & ita loquuntur alij. De quo articulo in ſimili de clerico plenè dixi in capit. j. §. qui feudum da. poſ.
2 ¶ Et not. ſecundum Bal. hic, † quòd ſi ſit tale ſeruitium pro feudo cui non obſtat cæcitas ſuperueniens, vt loquelæ amiſsio, aut alia qualitas corporis imperfecta: aut ſit tale feudũ, quod nulla ex cauſa vel ingratitudine ſit amiſsibile: vt quia datum ſit eo quòd à morte dantem liberet: leg. ſi pa-
a ter. §. j. ff. de dona. [a] certè his caſibus ceſſat ratio conſuetudinis, quæ priuationem feudi inducit: quia ceſſante ratione legis, &c. leg. adigere. §. quãuis. ff. de iure pat. ſic etiam ceſſat ratio conſuetudinis. ¶ Quarto circa iſtum tex. de quo feudo loquitur tex. cap. j. §. j. §. epiſcopum vel abbat? Iac. in
3 d. §. fi. dicit, † quòd aut eſt feudum nouum, & non poteſt retineri: vt d. §. fi. Aut paternum, & poteſt: vt hic. Ratio, quia cùm quis dat feudum nouum loquenti, videtur hic animus, vt alius non teneat vel retineat, quàm ille qui loquitur: & ideo ipſo facto muto, reuocatur. Sed in paterno ſciuit, vel veriſimiliter ſcire debuit, quòd potuit ha-
4 bere ſucceſſorem, ſecundum Iaco. d. §. fi. ¶ † Not. ſecundum omnes, ſiue feudum ſit paternum, ſiue nouum, ſemper mutus poteſt retinere tantum, vnde poſſet ſe exorbire & alimentare: d. §. fi. & ibi per Iaco. Dicit tamen Bal. in d. §. fi. limitando dictum §. fi. quòd ſi qualitas feudi non requirit operam perſonalem, feudatarius non perdit feudum: quia ſatis eſt, quòd ſeruiat per ſubſtitutum: aliàs,

[a] *Quòd quando datur feudũ alicui ex eo quòd dãtẽ à morte liberauit, tale feudũ nulla pōt ingratitudine reuocari, tenet ẽt D. Frã. Cur. in tra. feud. in v par. col. iij.*

a aliàs, ſecus. [a] Et exéplificat ibi,quando ſeruitium debet fieri per ſubſtitutum, niſi de voluntate prin-
5 cipis : quod eſt notabile. ¶†Item dicit in d.§.fin. valere conceſsionem feudi factam à principio,muto vel alij imperfecto : vt quia ſeruiet per ſubſtitutum. Limitat Bal.d.§.fi.vt non habeat locũ,quando caſus fuit fortuitus: puta,morbo:quia filius vaſalli perdidit viſum:quia afflictis non eſt danda afflictio:l.tam dementis.C.de epi.audi.& l.diuus.ff. de offi.præſi. Et ibi vide, quid iuris in fatuo & fu-
6 rioſo. ¶No.Bald.†qui conſuluit de quadam quæſtione de mala ſpina marchionis quæ erat magni ponderis: vt ipſe refert in d.§.fi. Nam quidam nobilis iuuenis habebat teſticulos,non roſtrum : dubitabatur,an ſuccederet in feudũ paternum cũ fratribus?Iſte enim non habet defectum circa ſenſum & motum, ſed ſolùm circa virtutem generatiuam:
b certè conſuluit Bal.eum ſuccedere: [b] quia aliàs ſequeretur abſurdum,quòd ſi quis à natura naſceretur ſterilis, non ſuccederet in feudum: quod eſt abſurdum.

## An ille qui interfecit fratrem domini ſui, feudum amittat. Tit. XV.

¶Continuatur hoc modo:Superiùs in quibuſdam locis habita eſt mentio,an vaſallus propter delictũ amittat feudum : ideo ſequitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Proditionem committens, feudum perdit.*
2 *Proditio aggrauat omne delictum.*
3 *Homicida ſiue ciuiliter ſiue criminaliter condemnatus, feudo priuatur.*

a *Adde, quòd talis ſubſtitutus debet eſſe æquè idoneus ad ſeruiẽdum. Et de hoc vide diffuſe Aret.in l.continuus. §.ſi ab eo. p tot. ff.de ver.ob. Fely. in c.licet ex quadam.ver. et iſta limita. in ij. col. de teſti.et eũdẽ in c.j.vj.no. de ſum. tri. Iaſ.in l.j.co. ix.verſi.vij. iſta regula. ff.de off.eius cui. in l. ſi quis id quod xj.col.verſi. ix.not. ff.de iuriſd.o. iu. & in §.fuerat. colu. ij. verſi.in hac etiam materia. Inſti.de act. Are. in l. nemo eſt qui neſciat. ij.col.in verſic. & iſta dicta. ff.de duobus reis. vbi in prædictis locis ponitur, quòd debeat ſubſtitutus eſſe æquè idoneus.*

b *Vide D.Ia.in tract.feud.in verb. marchio.in j.col. & de hac quæſt. vide latiùs Bal.in l.quotiens.ij.col.ver.ſcias tu, quòd conſuetudo.C.de ſuis & legiti.*

4 *Furioſus effectus ex culpis præteritis, feudo priuari poteſt.*

SI QVIS INTERFECERIT. ¶Diuiditur in tres. In prima vaſallus interfecit fratrem domini ſui, non tamen proditionaliter. In ſecunda proditionaliter interfecit, vel aliã feloniam commiſit. In tertia peccauit in dominum. Secunda ibi, ſed ſi fratrem. Tertia ibi, cum autem. ¶Si vaſallus
a fratrem domini interfecit, non amittit feudũ: [a] ſed ſi fratrem ſuũ interfecit proditionaliter, vel aliam feloniam commiſerit, vt ſine verecundia in curia eſſe non poſsit, feudum amittit & tranſit ad agnatos. Si autem peccauit in dominum, feudum reuertitur ad dominũ. Et eſt ratio diuerſitatis, quia ille qui occidit fratrem ſuum, vt habeat feudum, delinquit vt habeat feudum: ſed ille qui delinquit reſpectu fratris domini, ſcilicet interficiẽdo, non delinquit reſpectu feudi: quia à fratre dñi nil cognoſcit. Item quia naturaliter plus peccat qui propriũ ſanguinem interficit: l. vtrum. ff. ad l. Põp. de parricid.

*a Vide Do. Ia. in ver. dicti[que] vaſalli promiſerũt non committere. col. iiij. ver. vj. principalis cauſa.*

1 ¶Et no. † quòd contra proditorem: vt in tex. Et eſt ratio, quare amittit: quia feudum dicitur à fidelitate: c. j. de noua forma fidelitatis. Sed qui proditionem & feloniam cõmiſit, pręſumitur decipiens eſſe ſine fide: l. ſi cui. §. eiſdẽ. ff. de accu. ergo amittit feudum, ſecundũ Iac. & tranſit ad agnatum proximiorẽ poſt tertium gradũ ſuperſtitẽ: ſ. ſi de feu. fu. contro. c. ſi vaſallus. & in c. j. ſi vaſallus feu. priuetur cui def. De hac materia dic, vt eſt notatũ ſ. quę
2 fu. prima cauſa benefi. amit. §. pe. ¶Et not. † ꝙ illa qualitas proditionis aggrauat omne delictũ. ¶Et
3 concludit hîc Bal. † ꝙ ſi homicida eſt cõdemnatus criminaliter, tunc perdat feudum indiſtinctè: ſi verò ſit damnatus ciuiliter, tunc eſt diſtinguendum:
b vt in tex. [b] Sed in veritate tex. noſter loquitur indiſtin

*b Vide Do. Ia. in verſi. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere feloniã. col. v. verſi. ſed pro declaratione quæro.*

diſtinctè, ſiue in ciuili, ſiue in criminali: & ideo nõ eſſet peccatum fortaſſe tenere indiſtinctè, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, tex. noſtrũ: maximè cùm ſumus in pœnalibus in amiſsione feudi: l. ſi præſes. ff. de pœnis. Bald. verò dicit hîc, quòd vaſallus qui ſeipſum occidit, non perdit feudum, imo tranſit ad
4 ſucceſſorem. ¶Item no. Bal. qui vult, † quòd ſi vaſallus effectus eſt furioſus ex culpis præteritis ante furorem, poteſt priuari feudo: ſecus, ſi committat feloniam, dum eſt in furore: l. diuus. ff. de off. præſi.

§. NON COGITVR VASALLVS. ¶Vaſallus non cogitur ſe offerre domino & ſeruitium præſtare, niſi ſibi fuerit denunciatum à domino. Hoc dicit.

## De vaſallo qui contra conſtitútionem Lotharij Regis beneficium alienauit. Titulus XVI.

¶Continuatur hoc modo: Suprà in pleriſq; partibus dictum eſt de alienatione feudi. Sed in quantum pœna alienantis peti poſsit, dubitatur: ideo ſequitur rubrica de vaſallo qui contra conſtitutionem Lotha. feu. alienauit.

### SVMMARIVM.

1 *Vaſallus committens feloniam contra vnũ dominorum, non perdit feudum in totum, ſed pro parte.*
2 *Vaſallus licet cucurbitauerit dominũ, non propterea dicitur eſſe ſine honore.*
3 *Refutare feudũ etiã inuito domino, vaſallus poteſt.*
4 *Refutato feudo, tamen vaſallus dominum offendere non poteſt.*
5 *Libellarius, vel conductor non poteſt renuntiare inuito domino.*

6 *Alienare feudum ne quidem caſu neceßitatis, vaſallo licet.*

7 *Oſtendere feudum vaſallus & dominus inuicem tenentur.*

8 *Pars fundi ad dominum non pertinentis, in eius contemptum alienata, feudi priuationem inducit.*

9 *Stipulatione ſuper feudo interpoſita, nihilominus pœnitentia ſeu refutatio locum habet.*

10 *Vaſalli tempore belli inueſtituram non petentes, excuſantur.*

11 *Imperfectus in feudo ſuccedit conſiſtente in reditu burſali.*

SI VASALLVS CONTRA CONSTIT. ¶Diuiditur in duas. In prima, in quantum punitur vaſallus qui feudum alienauit. In ſecunda, an liceat vaſallo feudum refutare. Secunda ibi, & ſi noluerit. Hoc d. ¶Si vaſallus feudum alienauerit, punitur hoc modo: quia aut totum alienauit, & perdit totum: aut partem, & perdit pro ea parte. Et ſi contra vnum dominorum fecit feloniam, perdit feudũ pro ea parte: quia & refutare poteſt feudum pro parte vnius dominorum: quinimo refutare licet etiam ſine domini voluntate: & poſt refutationem non tenetur ſibi ſeruire, ſed non licet
1 ſibi poſtea dominum offendere. ¶No.†quòd ſi vaſallus committit. feloniam contra vnum dominorum, non perdit feudum in totum, ſed pro parte ipſius domini. ¶Sed contrà de c.j.§.ti.j.Sol. ſecundum Iacob. Aut propter feloniam in curia amplius ſtare non poteſt, & tunc perdit feudum totum, vt
2 ibi: aliàs ſecus, vt hîc. ¶Et ſic not.†quòd licet vaſallus cucurbitauerit dominum, non propterea dicitur eſſe in curia ſine honore. Vel dic: Aut felo-

nia

nia habet in ſe proditionem, vel per eam deteſtatur ſacramētum fidelitatis: tunc perditur in totū, vt ibi: aliàs ſecus, vt hîc. Vel dic, quòd ſi felonia non habet in ſe proditionem, perdit tantum quantum pertinet ad eum, in quem deliquit: quo ad alium, non. ¶ Not. † quòd vaſallus poteſt feudum
3
a refutare inuito domino, [a] vt hîc. Aut feudum eſt conditionatum & determinatum ſeruitium ex pacto, & tunc non poteſt. Et dic plenè, vt no. in c. fin. de cap. qui cur. ven. & per gl. in §. callidis. ꝟ. de prohib. feu. ali. per Fed. & no. in c. quæ in eccleſiarū, de conſtit. & vide Bal. ſ. in procemio feudo. in ſecundo folio. ¶ Et eſt notandum, † quòd licet vaſallus
4
refutauerit feudum, tamen non poteſt offendere dominum in imaginem & memoriam pręſentis domini & amicitiæ: arg. l. vlt. ff. de decur. & ſi vaſallus poſt refutationem feudi dominum offendit, punitur ſecundum qualitatem delicti, inſpecta conditione domini, & antiquo domino, & amicitia: arg. l. hodie. & l. aut facta. ff. de pœnis. ¶ Et aduerte,
5 † quòd libellarius vel conductor non poteſt renunciare inuito domino: ar. l. ſicut. C. de repu. vel abſti. hæredi. Et ponit hîc Bal. an vaſallus alienans in contemptū domini, feudū perdat totum? Cuius dicta ſcięter omitto: quia dixi ſ. in c. j. in prin. qual.
6 olim feu. ali. pot. ¶ † Not. etiam ſecundū Bal. ꝙ hodie ex l. Lotharij non poteſt etiam in caſu neceſſitatis alienare, niſi ſtatuto ciuitatis eſſet permiſſum: quòd ſtatutū non vendicaret ſibi locum in rebus
b eccleſiæ: [b] c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. Hoc amplius, Legatus de latere non poſſet hoc permutare, ſecundum notata per Barto. in l. prohibere. §.
7 planè. ff. quod vi aut clā. ¶ † Sed quid ſi dubitetur, quid & quantum ſit feudum, nunquid dominus teneatur oſtendere hoc, an vaſallus? Reſpondeo ſecundum Bal. Aut dominus agit contra vaſallum, & dominus probat: Aut vaſallus contra dominum, & vaſallus probet: quia actori incūbit onus probādi:

*a Vide D. Ia. in ver. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum. col. viij. ver. nam ſi quæritur.*

*b An propter neceſſitatē poſſit vaſallus feudum alienare, vide D. Fran. Cur. in trac. feu. xj. char. iiij. par. ver. xvj. quæro. Et de validitate ſtatuti permittentis alienationē ponit id D. Fran. ibi in xij. char. verſicul. xviij. quæro.*

l.j.§.ſi quis argentum.ff.depoſiti. Aut agitur cōtra tertium, & communis regula eſt ſeruanda: quia agens debet probare intentionem ſuam: vt not.in l.
8 Pomp.ſcribit.ff.de nego.geſt. ¶†Sed pone, quòd dn̄s conceſsit mihi quédam fundum in feudum, & pars tātùm pertinebat ad eum: alienaui partem ad eum non pertinentem, nunquid illa pars reuertatur ad dominum? Bal.concludit, quòd ſi alienauit in contemptum domini, tunc perdit totum: ſecus, ſi ex neceſsitate rei familiaris: quia tūc perdit partem tantùm quam alienauit, in qua propriè eſt delictum. Vide quod dictum eſt ſ.ſi vaſal.feu.priue.&
9 dixi in c.Titius.ſi de feu.fu.contro. ¶Aduerte,† ꝙ in quantum dictum eſt ſ. quòd vàſallus poteſt refutare feudum inuito dn̄o, & remiſi ad Bal.qui hîc vult, quòd etiā ſi ſuper feudo ſit interpoſita ſtipulatio, nihilominus habet locū pœnitētia: quod nō eſt propriè pœnitentia, ſed annihilatio feudi: pro quo facit l.ſi ita ſtipulatus.ff.de vſuris. & quod no. Bart.in l.ſingularia.ff.ſi cert.pet. ¶No.vnum ver-
10 bum ſingulare, † quòd vaſalli qui tempore guerræ non petūt inueſtituram à dn̄o, neq; exhibent ſeruitia, eo ꝙ ciuitas eorum eſt in guerra cum illo dn̄o, quòd non propterea perdunt feudū: quod eſt notandum ſecundum Bal. extrauaganti, de pace Conſtantię.in verbo, vaſalli qui pro tempore. ¶Et not.
11 †quòd vbi feudum conſiſtit in reditu burſali: puta, quòd ſoluat centum in anno vaſallus: certè tūc mutus, ſurdus, & quilibet hæres ſuccedit: ſecundum Bal.in dicta extrauaganti, in verbo, libellario. & vide quod ſcripſi in procemio feudorum, in q.an vaſallus non ſoluens cadat à iure ſuo.

## De alienatione feudi paterni. Tit. XVII.

¶ Continuatur hoc modo hæc rubrica ad præcedentia: ſ.dictum eſt de alie.feu.in genere: nunc videndum eſt in ſpecie: ſcilicet, de alie.feu.pat.&c.

SVM

## SVMMARIVM.

1 *Voluntas domini in feudis non præiudicat agnatis, niſi conſentiant.*
2 *Agnatorum vltimorum conſenſus non præiudicat agnatis prioribus.*
3 *Dominus in præiudicium agnatorum nõ poteſt gratiam facere fœminæ.*
4 *Libellus quid ſit, remiſsiuè.*
5 *Emphyteuta ſi ad rem libellariam tempore belli accedere nequeat, canonem ſoluere non tenetur.*
6 *Vaſallus in præiudicium infeudati, feudum refutare poteſt.*
7 *Refutatione facta agnati rem vendicare nequeunt, niſi refutante defuncto.*

ALIENATIO FEVDI PATERNI. ¶Diuiditur in tres. Primò prohibetur vaſallus feudũ alienare, etiam volũtate domini, agnatis non conſentientibus. Secundò prohibetur inueſtituram fieri filiæ, agnatis nõ cõſentientibus. Tertiò permittitur alienatio inter agnatos. Secunda ibi, nec in filia. Tertia ibi, & licet prohibeatur. Hoc dicit: a
a ¶Vaſallus non poteſt alienare feudum paternũ, a etiam intercedente voluntate domini, agnatis nõ conſentientibus. Nec etiam poteſt vaſallus filiam ſuam inueſtiri facere à domino, niſi agnatis cõſentientibus, ſed agnatis licet alienare & ad libellum dare: & ſi libellum vnus alteri de feudo paterno fecerit, non eſt libellus, ſed quaſi refutatio. ¶No. pri
1 mò, †quòd voluntas domini in feudis non præiudicat agnatis, niſi agnati conſentiant. ¶Et not. ſe
2 cundum Bal. †quòd conſenſus agnatorũ vltimorũ nõ præiudicat agnatis prioribus. Requiritur ergo

a *Quid in feudo nouo, vide* D.Fran. *Cur. in tra. feudo. xvij. charta, iiij. par. verſicu. viij. quæro. Alex. in materia plura ponit, ſuo cõſil. cxxviij. v.vol.*

conſenſus agnatorum,qui proximiores ſunt: quia
illi habent ius reuocandi: de quo vide quæ plenè
ſcripſi in cap.Titius.ſi de feu.fu.contro. ¶No.hîc
3 tex.expreſſum,†quòd dominus in præiudicium a-
gnatorum nó poteſt facere gratiam fœminæ in ſuc
a ceſsione feudi. a ¶Item no.ibi,inter agnatos.ꝑ li
cita eſt alienatio inter agnatos: intelligitur tamé,
quòd agnatus vlterior non poteſt alienare agnato
remotiori in præiudicium agnati proximioris: ta-
men ſi alienat,non reuocatur, niſi alio mortuo ſi-
ne hærede, vel reſtituto precio: de quo vide quæ
ſcripſi in d.c.Titius.& vide Bald.in c.& ſi clientu-
4 lus.ĩ.de ali.feu.¶Not.tex.ibi,libellum.†Quid au-
tem ſit libellus,vide Andr.& Bal.in c.j.§.rurſus.ſ.
quib.mod.feu.amit. quia cenſetur eſſe contractus
emphyteoticus,licet abuteretur his vocabulis,ſe-
cundum Bartol.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.in
5 iij.quæſt.ff.de dam.infecto. ¶†Præterea aliàs con
ſului,quòd ſicut emphyteota non tenetur ſoluere
canonem tempore guerræ: vt ſcripſi poſt Cy.in l.
j.C.de iure emphyt.ita nec ille qui habet ad libel-
lum. Quod dictum ſanè intellige duobus concur-
rentibus copulatiuè:ſcilicet,quòd non poſsit em-
phyteota vel libellarius accedere ad rem, neque
fructus percipere,ſecundum Bar.in l.interdum.§.
quid ex naufragio.ff.de acquir.poſſ.Vbi autẽ ad rẽ
emphyteoticam vel libellariã poſſet accedere em-
phyteota:puta,quia eſſet inter mœnia vrbis, tunc
etiam tempore bellorum teneretur ſoluere cano-
nem à ceſſante ratione Bar.in d.§.quod ex naufra-
gio.& ita aliàs conſului. ¶Et no.ſecundum Bald.
quòd ſi princeps concedat mihi caſtrum iure anti-
qui feudi, licet ſit nouum,tamen aſſumit ſibi quali
b tatem feudi antiqui & paterni: b ideo poterit alie-
nari in proximiores agnatos. ¶Not.text.ibi, ſed
quaſi refutatio. Ex quo ſequitur,quòd eo mortuo
ſine liberis, deuoluitur ad agnatos, non ad domi-
num:vt ĩ.de eo qui ſi.fac.agna. c.tres erant agnati.
¶Not.

a *Cõſuluit Alex. cõſi.xv. vl.col. in v. volu.*

b *Examinat plenè D.Frãciſc.Curt. in tract. feud. in vij.q.pe. ĩ.par.co.ij. vbi dicit cõmunem eſſe opinio. cum D. Lauden. Hoc limitat tamẽ procedere, dũmodo talia verba apponerentur per eum qui haberet auctoritatem ita diſponendi, & ſic non procederet iſta concluſio in prælato eccleſiæ qui feudum concederet. Iſtam etiam opi.tenet D. Ia. in verb. nobiles Agaſi.*

¶Not.vnum mirabile, quòd ſi vaſallus alij infeudat, poterit feudum refutare in præiudicium eius cui in feudum dederat, ſecundum Bal.allegantem
6 Odof.in ſum.ti.qui.mo.feu.amit.ver.eã.¶†Quæritur in glo.ſi vaſallus fecerit inueſtiri filiã agnatis non cõſentientibus,an agnati poterũt ſtatim reuocare? Gl.dicit,ꝙ non poſſunt ſtatim,niſi poſt mortem vaſalli: Quã gl.ſequitur Ia.de æquitate, ſecus
7 de rigore.Vide not.in d.c.Titius.¶†Quæritur in gl.ſi vaſallus refutauerit feudum,an agnati poſsint
a ſtatim reuendicare? [a] Gl.reſpondit,quòd non, eo viuo:ſed Iac.de Bel.tenet,quòd poſsint ſtatim reuocare:Bal.verò dicit gl.eſſe veram,viuente refutãte & eius deſcendẽte. Vide quæ ſcripſi in d.c.Titius.& vide Hoſt.in c.quæ in eccleſiarũ. de cõſtit. ¶Quæritur de tali quæſtione:Tres ſunt fratres,a. b.c.dictus b.donat dicto a.feudum: tandem c.monachatur:quęritur,an ſolus donatarius habeat feudum ingreſsi,an verò vterque?Bal.hìc videtur cõcludere,quòd vterque:ſed videtur,quòd monaſterium ingreſsi habeat ſuccedere in feudo. Not.per Inno.& Io.Andr.in c.in præſentia.de prob.& vide quæ ſcripſi ſ.qui feu.dar.poſſ.in illa quæſtione,an
b clericus ſuccedat in feudo. [b]

*a Vide Do.Ia. in verbo,& vnus ex dictis vaſallis.colũ.pen. ver.ſed pulchrum eſt videre.*

*b Vide de hoc per D.Frãc. Cur. in tra. feu. antepe. charta, iiij. par. ver.iiij. ex prædicta cõmuni. D. Ia.in glo.& vnus ex dictis vaſallis.col.ſi.verſi.vl.quæro.*

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus quando debeat inueſtiri de feudo,ſi quæſtio ſit inter dominum & vaſallum.*

§. SI INTER DOMINVM ET VASALLVM. ¶Hoc dicit:Si inter dominum & vaſallum ſit contentio de beneficio,coram paribus debet definiri: veruntamen ſi vaſallus petit à domino, priùs de ſuo recto feudo quod ab eo habet,ſine cõtrouerſia ſe debere inueſtiri, audiẽdus eſt:ſed ſi nihil habet ab eo pro feudo,de quo nõ ſit controuerſia,debet primò tota cauſa definiri corã paribus.Et de hoc vide ſ.de inue.in ma.fa.§.illud.

1 ¶No. hîc, †quòd quotiés eſt cōtrouerſia inter dominum & vaſallum, ſi quidem dicit ſe vaſallum de eo feudo de quo eſt controuerſia vel cōtentio, nō debet inueſtiri, niſi cauſa ſit finita: ſi verò dicit ſe vaſallum etiam de aliis feudis, aut de his dominus non mouet cōtrouerſiam, & tunc de iis debet ſtatim inueſtiri, de quibus dominus non facit cōtrouerſiam. Aut dominus etiam de aliis refert controuerſiam, & tunc de nullo feudo debet inueſtiri, niſi omnis cauſa ſit finita, ſecundum Iac. & Bald. ¶Et aduerte, quòd dominus qui non vult inueſtire vaſal. de recto feudo, non poteſt cognoſcere de alio feudo: ſecundum Bal. in extrauaganti, de pac. Conſtantiæ. §. ſi qua controuerſia.

## SVMMARIVM.

1 *Debita domini vaſallus ſoluere non tenetur.*
2 *Duellum de infidelitate fieri poteſt.*
3 *Duellum per principales fieri debet.*
4 *Duellum armis militaribus faciendum.*
5 *Vaſallus ſuper infidelitate ad duellum prouocari poteſt.*

§. NON EST CONSVETVDO. ¶De felonia, aut de infidelitate non fit pugna, ſecundum conſuetudinem Mediolanenſem: ſed ſecundum l. Lombardorum bene fit pugna. Et ſi vaſallus nō liberauit dominum à morte, cùm potuerit, feudum amittit. Sed ſi ipſum à periurio liberare potuerit, & non fecit, nō perdit feudum. Hoc dicit vſque ad fi. tit. ¶Et no. hîc eſſe caſum, †quòd vaſallus non tenetur ſoluere [a] debita domini, ſecūdum Bar. ¶Item no. quòd appellatione mortis nō continetur periurium. ¶Not. †quòd licet regulariter prohibeatur pugna, vt in Lombarda, qualiter quis ſe defendere debeat: l. quibuſdam. tamen fallit in caſu noſtro, & in aliis caſibus nota. ſ. de pace te-

[a] *Et an teneatur dominū incarceratū redimere, vide Do. Ia. in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum.*

(margin: 1, 2)

tenenda.§.ſi quis hominem. ¶Not.gloſſ.hîc, quæ
3 concludit tria: Primum, † quòd pugna debet fieri
per principales perſonas,niſi ex cauſa fiat per cam-
4 pionem. Seçundũ, †quòd pugna debet fieri armis
5 militaribus. Tertiũ, †quòd vaſallus poſsit prouo-
cari ad pugnam ſuper infidelitate, &c.

## De capitulis Conradi. Titulus XVIII.

¶Continuatur hoc modo: Quia rex Conradus quædam capitula fecit circa feudum vtilitatem continentia, ideo ſequitur hæc rubrica de capitulis Conradi.

## SVMMARIVM.

1 *Mediolani vaſallus intra annum & diem inueſtituram non petendo, feudo minimè priuatur.*

2 *Vaſallus iuſta cauſa impeditus quò minus debito tempore inueſtituram petat, excuſatur.*

3 *In dubio feudum videtur eſſe conceſſum ſecundum eius propriam naturam.*

4 *Vaſallus propter infidelitatem perdit feudum, ſi domino placet: aliàs, ſecus.*

5 *Filius præſumitur hæres in recipiendo, non in dando ſiue præſtando.*

6 *Dominus qui filium priuãdum eſſe dicit, debet probare ſcientiam feudi, & paternæ mortis.*

HAEC SVNT CAPITVLA. ¶Diuiditur in quatuor. In prima ponitur, quo tempore debet vaſallus vel hæres eius petere veterem inueſtituram. In ſecũda prohibetur alienatio feudi. In tertia, quan-

quantum vaſallus debet iuuare dominum in adiu-
torium,ſi non vadit cum eo ad exercitũ.In quarta,
an eccleſia priuetur feudo propter culpam prælati.
Secũda ibi,propterea.Tertia ibi,ſimiliter. Quar
ta ibi, & iterum ſi clericus. Hoc dicit vſque ad §.
propterea. Si vaſallus vel eius hæres intra annum
& diem non petierit veterem inueſtituram à domi
no, vel eius hærede, feudũ amittit: ſed Mediolani
non ſeruatur conſuetudo.Ad hoc allegatur.¶No.
1 bene, †quòd conſuetudo,de quo in text.nõ habet
locum Mediolani. Et vide quæ no.Andr.in c.j.§.j.
2 per quos fiat inueſt.Et intellige iſtum tex. †niſi va-
ſallus iuſta cauſa fuerit impeditus:c.fin.de prohib.
ali.per Lotha. & vide quæ ſcripſi in c.j.quæ fu.pri.
cau.benefic.amit.Et licet paganus habet annum &
diem,tamẽ miles habet annum & menſem: c.j.quo
temp.mil.inueſt.pe.deb.& ibi plenè ſcripſi. ¶No.
3 hîc gl.†quòd in dubio feudum ſimpliciter conceſ-
ſum videtur,vt fiat fidelitas:quoniam ſemper præ-
ſumendum eſt feudum eſſe ſecundum eius propriã
naturam,niſi eius alteratio probetur: vt ſ.quid ſit
4 inueſt.c.j.§.fi.¶†No.ſecundum Bal.hîc,quòd va-
ſallus propter infidelitatem perdit feudum, ſi dño
5 placet:aliàs ſecus.¶Et not.ſecũdum Bal.†ꝙ filius
præſumitur hæres in recipiendó,ſed in dando nõ,
ſiue præſtando.Et vide quæ ſcripſi poſt gl.in l.ſi cũ
dotem.§.ſi tranſgrediamur.ff.ſolu.matr.& in l.ne-
ceſſariis.ff.de acqui.hære. Propterea hîc notanter
dicit Bal.quòd vaſalli filio nõ currit annus & dies,
a antequã ſe immiſceat hæreditati.[a] † Propterea ille
6 qui dicit filium priuandum feudo per lapſum anni
& diei,debet probare immixtionem, vel quòd ma
litioſè diſtulerit immiſcere.l.pen.C.ad Sylla.Item
debet probare ſcientiam feudi & paternæ mortis.
Licet enim filius ignorans ſit ſuus hæres & neceſſa
rius, de iure ciuili quo ad ſuitatem:non tamẽ quo
ad onera hæreditaria:l.nam & emancipati.ff.de le-
gatis primó.

a *Vide Do.Ia. qui ita cõſuluit in verbo, qui quidem inueſtiti præſtiterunt iura. col.ix.verſi. ſed iterũ dubitatur.*

SVM-

# SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio 10. vel 20. annorum non currit contra dominum.*

2 *Feudatarius alteri vel in totum vel in partem infeudare poteſt, obſeruatis tamen requiſitis.*

3 *Vaſallus infeudaturus, precium recipere poteſt publicè: ſecus, ſi occultè.*

§. PRAETEREA VT LICEAT DOMINIS. ¶Si vaſallus feudum alienauerit, dominus poterit reuocare feudum nulla præſcriptione obſtãte. Hoc d. ¶Oppo. de. c. j. §. porrò. ſ. qualiter olim feu. ali. poſ. vbi obſtat pręſcriptio xxx. an. Gl. hîc quã videtur ſequi Bal. qui reſpõdet
1 †quòd tex. noſter debet intelligi de longa pręſcriptione x. vel xx. an. vel aliter nulla currit pręſcriptio cõtra dominũ: vt ĩ. de prohi. feu. ali. per Fe. c. j. §. j. Et quod dicitur in hoc tex. ſimpliciter debet determinari per tex. in ti. ij. quando vaſallus ignorans feudum alienauerit, vt ſit in electione emptoris, vtrũ velit cedere domino, vel vaſallo reſtituere, ſecundum Ia. ¶Et no. gl. quòd feudatarius habet vtile dominiũ. ¶Item no. gl. quę concludit &
2 bene ſecundũ Doc. hîc, † quòd olim & hodie feudatarius poſſit infeudare in totum, vel in partẽ, nõ in fraudem domini, vel agnatorum, vel ſub colore
a ĩnueſtiturę, precio accepto.[a] Item debet infeudare ęquali vel maiori perſonę. Item eodẽ pacto quo ipſe habet in feudum: quod eſt notabile ſecũdum
3 Doc. hîc. ¶Et no. † quòd vaſallus hodie poteſt recipere precium ſi det in feudum', dũmodo nõ occultè, ſed palàm & publicè tanquam infeudaturus: ſecus, ſi occultè tanquam venditurus, ſecundum Ia. hîc. Sed tu vide quod ſcripſi ſ. qui feu. da. poſ. c. j. §. fi. & c. j. de natura feudi. ¶Item no. quòd conſului quòd ſi ſtatuto caueatur ꝙ nulla pręſcriptio in-

a *An vaſallus poſſit alteri infeudare,* D. Frã. Cur. *in tract. feu. vij. char. iiij. part. verſ. aggredior primã regulã. co. j. & ibi, quid in vaſallo eccleſiæ an poſſit alteri infeudare: de quo* Fel. *latè in c. quæ in eccleſiarũ. in glo. in verbo, feudũ. de cõſti. Et an poſſit res feudalis dari in emphyteoſim, eſt art. dubius: de quo per* Do. Frã. *vbi ſuprà in ver. ij. principaliter quæro.*

ſtruméto obſtet, certè intelligitur de præſcri. xxx. anno. quia ſtatutum loquitur indiſtinctè: l. de precio. de Publi. & per Bal. hic in auth. quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus quale adiutorium debeat exhibere domino.*

2 *Lombardi pecunia abundantiores Theutonicis.*

§. SIMILITER IN PETENDIS. ¶ Si vaſallus non iuerit Romam, vel cum rege vel ad hoſtes, debet dñó præſtare adiutoriũ: verbi gratia, in Lombardia de modio debet ſoluere xij. dena. ſed in Alamania tertiam partem fructuũ eiuſdem anni. Hoc dicit. ¶ Obſt. l. Imperialem. §. firmiter. de prohi. feu. ali. per Fed. Sol. vt in gl. & no.
1 iſtum tex. † quòd adiutorium debent facere vaſalli
a dominis ſuis:[a] quia ad aliud charitatiuum auxiliũ non tenetur vaſallus domino: puta, quando maritat filiam, vel vxorem ducit, niſi ſuper hoc eſſet ſpecialis conſuetudo, ſecundum Bal. hic: quod eſt no-
2 tabile. ¶ Item not. Bal. † quòd Lombardi abundãt plus in pecunijs, quàm Theutonici, propter vſuras quàs exercent.

a *Quibus caſibus poſſit dominus feudi collectare ſubditos, & an pro maritanda filia, ponit D. Iac. in verb. qui quidẽ inueſtiti præſtiterũt iur. col. antepe. & pe. in ver. videndum eſt etiam, nunquid.*

## SVMMARIVM.

1 *Prælati delictum nocet Eccleſiæ fauore publicæ vtilitatis.*

2 *Dolus commiſſus ante mandatũ, non nocet domino.*

§. ITEM SI CLERICVS.[b] ¶ Si eccleſia feu-
b dum habet à rege, & prælatus eccleſiæ contra dñm cõmiſerit culpam, per quã debet amittere feudũ, certè perdit feu. viuẽte eo prælato: ſed poſt mortem eius reuertitur ad ſucceſsionẽ. Hoc dicit.
1 ¶ No. c. mirabile † quod deuiat à regulis iuris cõmu-
c nis, ꝙ delictũ prælati nocet eccleſiæ.[c] Contrà no. in l. iubemus nullam. C. de ſac. ſan. ec. & in regula, deli-

b *Multa per hũc §. ponit Ro. ſuo conſi. cclxxxiiij. Alex. cõ. xxiij. j. vol.*

c *Vide D. Ale. ſuo cõſi. v. co. iij. in v. volu. Latè põit in cõſi. xiiij. col. vlt. in ij. vol.*

delictum perſonæ.de reg.iur.lib.vj.& hoc contingit propter naturam feudi,ſed fauore eccleſiæ eſt introductum,quòd recuperet feudū mortuo prælato,qui commiſit feloniā. ¶ Quærit gl. quid ſi eccleſia non habeat in feudum regalia, ſed alia à minori domino? Reſpondet, quòd idem. Item illud quod dicit tex.in epiſcopo vel abbate, habet locū in quolibet alio prælato,ſecundum gl.& Doc.hîc.

2 ¶†Sed quid ſi tempore delicti non erat prælatus eccleſiæ,ſed poſt delictum cœpit eſſe, an eccleſia debeat priuari feudo propter eius delictum? Doc. hîc,quòd non:quia dolus commiſſus ante mandatum,nō nocet domino:l.ſi procurator ff.de excep. doli. ¶ Sed quid ſi prælatus deliquerit in vaſallum eccleſiæ,an eccleſia priuabitur proprietate feudi? Reſpondeo,quòd non:ſecundum Bal.quia delictū perſonæ,&c.c.cùm venerabilis.de excep.licet Iac. aliter dicat hîc, ſed æquior eſt ſententia Bal.arg.l. interpretatione.ff.de pœnis.& vide Bal.§.qui feu. da.poſſ.in vltima colum.&c.

## De controuerſia inter maſculum & fœminam de beneficio. Titulus XIX.

¶ Continuatur hoc modo:§.habita eſt mentio de contro.inter maſcu.& fœminam,in c.ij.§.ſi de feu. fu.contro.& inde ſumpta materia.Sequitur itaque hæc rubrica de controuer. inter maſculum & fœminā de beneficio,&c.

### SVMMARIVM.

1 *Caſus figuratio quadruplex.*

2 *Sacramentales deponere debent non de veritate,ſed conſcientia.*

3 *Agnati ratione antiquæ poſſeßionis fauorabiliores ſunt,quàm fœmina,vel dominus.*

4 *Maior pars trahit ad ſe minorem.*

ITEM SCIENDVM EST, QVOD SI. ¶Diuidit in tres. In prima, qualiter decidatur contentio orta inter agnatum & fœminam de beneficio. In ſecunda, qualiter contentio inter dominum & fœminam. In tertia, qualiter inter dominũ & emptorem. Secunda ibi, ſed ſi inter dominum. Tertia ibi, item ſi ſit. Hoc d. ¶Si fuerit contentio inter agnatum & filiam de beneficio, agnato dicente feudũ, filia negante, deficiente filia in probatione, agnato cum xij. ſacramẽtalibus defertur iuſiuran. Si verò fuerit contentio inter dominum & filiam, domino dicente feudum, filia negante, deficientibus probationibus filię defertur iuramentũ. Si verò contentio ſit inter dominum & emptorem feudi, domino dicente feudum, emptore negante, deficiente domino in probatione, defertur iuramentũ emptori cum xij. ſacramẽtalibus. Quidam diſtinguere voluerint: Aut magna pars eorum quę vaſallus tenet in loco vbi res eſt quam vendidit, eſt feudum: tunc pręſumptio eſt pro domino contra emptorem: aliàs eſt contra dominum pro em-
1 ptore. Hoc d. ¶†Pone caſum quatuor modis ſecũdum gl. in prin. huius capituli: Primo, quòd cùm ageretur inter eos de bonis ad diuiſionem, & hæreditate paterna, filius petebat ſibi quoddam prædium adiudicari paternum: dicens feudum, quod filia negabat. Vel dic ſecundo, quòd hîc contentio erat inter agnatum & filiam, vt dixi in ſummario, & agnatus agebat contra filiam ad prædium, dicens feudum: quod filia negabat. Vel dic tertio, quòd agnatus poſsidebat prædiũ, & filia petebat, dicẽs: allodium. Vel dic quarto, quòd neuter eorũ poſſidebat: filia tamen primò debet poni in poſſeſſione, & poſtea agnatus petere debet: vt ſ. ſi de
2 feu. fu. cõtrouer. c. inter filiam. ¶†In text. ibi, cum xij. ſacramentalibus. dicit glo. qui cum eo iurabũt

feudum

feudum eſſe. Hoc eſt falſum ſecundũ Iac. quòd debeant cógi ſic iurare: quia ſufficit, ſi deponant ſecundum conſcientiam. Nam ſi deponerent de veritate, duo ſufficerent: vt ſ. ſi de inueſti. lis oriatur inter dominum & vaſallum: c. j. in prin. Sed Bald. dicit conſiderãdam eſſe duplicem negatiuam: ſcilicet, ſcientiæ & alterius rei: negans ſcientiam non probat, niſi probationi coniungat conſcientiam: quia ſufficit conſcientia ad iuramentum purgationis, non ſenſus, vt hic. Sed negatiua alterius rei ſic, & qualiter debeat probari, ſe remittit Bal. ad nota-
3 tá per eum in l. actor. C. de probatio. ¶ † Quæro, quę ratio eſt, quare agnatus eſt fauorabilior, quàm fœmina, vel dominus? Reſpondeo ſecundum Bal. antiquæ poſſeſsionis qualitas: vt no. ff. de condit. inſti. l. penul. vel alia adminicula: l. indicia. C. de rei vend. ¶ Quęro, an ſit vera diſtinctio hic poſita per
4 quoſdam de maiori parte? Iac. dicit, † quòd iſta diſtinctio eſt bona, quantum ad præſumptionem &
a adminiculũ pro domino, [a] vt ſibi detur ſacramentum deficiente ex altera parte maiori probatione ac præſumptione. Vel dic ſecundum Bald. Aut eſt vnum integrale, & vnus manſus, & tunc iſti verum dicunt: argu. l. ſi is qui ædes. ff. de vſucap. cum ſi. Aut ſunt diuerſa prædia in pluribus locis, & tunc qui poſsidet vnum locum, non propterea habet præſumptionem in alio loco, quem non poſsidet: arg. c. j. §. ex eadem l. ſ. de l. Conradi. ¶ Quæritur, an hæc diſtinctio habet locum in maſculo domino & emptore? Reſpondit gloſſ. quam ſequitur Iac. quòd ſic: quia vbique eſt eadem ratio: l. illud. ff. ad l. Aquil.

*a Vide de hoc art. per D. Fran. Cur. in trac. feu. x. char. ij. par. ver. vj. quæro.*

## De controuerſia inter dominum & emptorem feudi. Tit. XX.

¶ Continuatio patet ex præcedenti ti. ideò aliter non continuo, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Periurijs via minimè eſt pateſacienda.*
2 *Error in facto alieno probabilis eſt.*
3 *Electioni emptoris committitur, cui ſeudum cedere velit.*
4 *Emptor ſi domino ſeudum ceſſerit, non conſentiente vaſallo, vaſallus ipſi de euictione non tenetur.*
5 *Vaſallus ſeudum ab emptore ceſſum domino, recuperare poteſt.*
6 *Alienationes omnes intelligendæ ſunt de ſcientibus, non ignorantibus.*

DOMINO CVM FEVDI EMPTORE AGENTE. ¶ Diuiditur in duas. In prima dictum. In ſecunda eius declaratio. Secũda ibi, in ver. quo reſtituto. Hoc d. ¶ Vaſallus feudum vendidit, quod vẽdicat dominus ab emptore: emptor denũciat vaſallo, qui quidẽ vaſallus iurare poteſt, ſi ignoranter vendidit, feudum credens rem propriam eſſe: in electione emptoris erit, an velit cedere dño feud. an velit reſtituere vaſallo: & ſi reſtituerit vaſallo, retinebit in feudũ. Deinde reſpondet tacitæ obiectioni quæ poſſet fieri: nónne electione facta, domino feudum aperitur? quomodo hìc procedit? Reſpondet, illud procedere, quando à ſciente feudum venditur. Vltimò dicitur, quòd illud quod dictum eſt in venditione, habet locum in qualibet alienatione. Hoc d. ¶ In tex. ibi, vaſallus: cui fortè emptor denunciauerit, vt adeſſet cauſæ, qui poteſt cauſæ adeſſe & probare: aut iurare, quia eius intereſt: l. ſi ſuſpecta. ff. de inoff. teſt. cũ ſi.
1 ¶ † No. bene, ꝙ non dicit, voluerit, ſed dicit iurare potuerit: quia ſi eſſet in eius arbitrio, plerũq; igno

raro

tare ſe iuraret, quod ſciuit, & daretur via periuriis: quod fieri non debet: l.ij.C.de iud.tol. ¶Et no.ꝙ ſic defertur ſibi iuſiurandum, ſi reuerà fuerit ignorans, & probet: vel ſi pro eo eſt præſumptio: aliàs, ſecus: quoniam ſi eſſet ſciens, non deberet ſibi deferri iuſiurandũ: c.j.in prin. ȣ.de conſue.rect.feu.

2 ¶†In tex.ibi, ignorans. quia probabiliter errauit in facto alieno: l.fi.ff.pro ſocio. Secus, ſi eſſet craſſa & ſupina ignorantia: vel quia ignoratur, quod omnes ſciũt, vel in facto proprio, vel erraret in iure, vel eſſet de perſonis quibus eſſet permiſſum errare in iure: l.ignorantiæ. & l.regula.ff.de iur.& fac. ignо.

3 ¶†Et no.hîc vnum mirabile, quòd eſt in electione emptoris cui velit cedere feudum. ¶Opp. ꝙ non debet eſſe in electione emptoris, ſed iudex cauſæ debet abſoluere vel condẽnare emptorem: l.de qua re.ff. iudi. ſol. Iudex proferet ſententiam iuſtam, quòd eligere poteſt emptor auctoritate huius iuris cõſuetudinarij, & eſt ſpeciale hîc de conſuetudine, vt iudex non feret ſententiam ſecundũ formam petitionis. Contrà, l.vt fundus.C.communi diui. ¶Quęritur igitur in quo datur hæc æquitas conſuetudinaria: quòd committatur electioni emptoris? Reſpondit Iac. quòd propter hoc nullus ſentit damnum: quia aut cedit domino, & vaſallus non tenebitur emptori de euictione: quia culpa ſua videtur euicta eſſe: l.ſi rẽ.ff.de euict. Aut cedit vaſallo, & dominus non dicitur lædi: quia vaſallus iurauit ſe ignorare, & ſic debet obtinere etiam ſine electione emptoris. Sed aduerte, quia non eſt veriſimile, quòd ſemper debet eligere vaſallum, & reddere ſibi: quoniá poſsit poſtea agi de euictione, & non cedere dño, ne ſit in damno. Reſpondit Ia.ꝙ ſic. & fatuus erit, ſi hoc non facit. ¶Sed dixit aliquis, cur ergo committitur ſibi electio? Reſpondeo, quòd poteſt eligere talem, ſed non cum ſuo damno, & ſibi imputet.ff.de regu.iur.l.quod quis. ¶Op.ꝙ feudum reſtitui debeat vaſallo ignoranti,

indiſtinctè omiſſa electione emptoris:ſ.ſi de feud. ſu.contr.c.j.& ſi vaſal.feu.priu. Sol.ſecundùm Iac. Illud quod ibi indiſtinctè dicitur, debet intelligi cum diſtinctione huius capituli, licet aliqui contradicant,vt in glo.
4 ¶†Quæro, ſi emptor domino ceſſerit feudũ non conſentiẽte vaſallo, an vaſallus ſibi teneatur de euictione? Reſpondeo,quòd non: quia res eius culpa eſt euicta: l.ſi rem duplæ.ff. de euicti.Sed ſi vaſallus ceſſerit,tunc agi poteſt de euictione:vt plenè no.ſ.de inueſt.de re ali.fac.in prin.
5 ¶†Quæro,quid ſi emptor ceſſerit domino feudũ, nunquid vaſallus ignorãs poterit ab eo recuperare? Gl.& Do.hìc reſpondent,quòd ſic. ¶Quæro, quæ actio detur domino contra emptorem? Gloſſ. reſpondet & bene,quòd datur domino directa: & Bal.ſequitur hìc glo.quicquid dicat Pe.de Ceruo.
6 ¶†No. text. mirabilem & ſingularem,in omnibus alienationibus in quibus alienans cadit à iure ſuo: quia debent intelligi in ſciente: ſecus in ignorante rei qualitatem. Similiter no.in l.fi.§.fi.de leg.ij. ſecundum Bal.hìc,&c.

## De controuerſia inter vaſallum & alium de beneficio. Tit. XXI.

¶Continuatur hoc modo: quia plerunque oritur controuerſia inter dominum & extraneum non poſsidentem: ideo ponitur hæc rubrica,&c.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallus in agendo, & defendendo obtinet principalem locum,domino tamen ſciente.*

2 *Vaſallus cùm ſit procurator in rem ſuam,non habet requirere dominum.*

3 *Tranſactio de re dubia,& lite iudicata,valet.*

4 *Tranſactionis nomine datum, ſi ſit ſpecies immobilis,in feudum conuertitur.*

SI CONTROVERSIA INTER VASAL. ¶Vaſallus poteſt agere,& conueniri pro feud. vel eius parte, etiam domino abſente, & quaſi pro re propria: & tranſigere poteſt bona fide, & ſi contra eum iudicatum eſt, vel ab eo tranſactum, dominus cogitur poſtea feudum ratum habere, e-
1 tiam feudo ſibi aperto. Hoc d. ¶†No.ꝙ vaſallus in agendo & defendendo obtinet principalem locũ, & quòd dominus tenetur ratificare iudicium & tranſactionem eius,ceſſantibus dolo & fraude,tam præſente quàm abſente domino: quod intelligit Bal.ſi dominus ſciuerit,vel fuerit citatus:l.ſæpe.ff. de re iudi. Nam ſi vaſallus non fecerit dominum abſentem citari, præſumitur in dolo: l.ſi creditor. & ibi per Cy.C.de diſtra.pigno. ¶Sed in veritate iſte tex.videtur contradicere Bal. Propterea ipſe-
2 met Bald.ponit aliam opinionem, † quòd cùm vaſallus ſit procur. in rem ſuam,dummodo ceſſet calumnia, non habet requirere dominum, ſed non aget de euictione, niſi domino denunciauerit: ſi de feud.vaſal.ab alio interpel.fue.§.j. ¶ Sed verò contra Bal. quòd dominus non perdit proprietatem,ſed vtile dominium:quòd præfertur proprietario poſsidenti vitioſé. Sed ſi poſſeſsio veniat ad tertium, dominus poterit vendicare: l.ſi quis em-
3 ptionis te.C. de præſcript.xxx.an. ¶† No.tex. de tranſactione bona fide facta:ſcilicet,ſi fiat de re du-
a bia & lite iudicata:[a] ſecus ſi de indubia & re certa: l.j,ff.de tranſact. Idem dicit Bald.eſſe iudicandum ſecundum ſtatum cauſæ. Nam ſi dubius erat euentus litis,præſumitur bona fides: aliàs ſecus: l.cum ij.§.cum lis.de tranſact. Et intellige aliquo ſibi dicto promiſſo vel retento: l.tráſactio.C.de tranſac. ¶Et no.ſecundum Bald.quòd hodie debet diſtingui in feudo,aut tranſegit dimittendo feudũ apud poſſeſſorem,aut tradendo: Primo caſu, non vide-

a *An et quãdo poſsit vaſallus de feudo tranſigere: &,an talis tranſactio præiudicet agnato, vide* D. Fran. Cur. *in tra. feu.xj.char. iiij.par.ver. vij. principaliter quæro.*

tur alienare:ſecũdo,ſic:l.ſi pro fundo.C.de trãſac.

4 ¶†Quæritur,an id quod datum eſt nomine tranſactionis,conuertatur in feudum? Glo.hic dicit, ꝙ ſic:Iac.dicit,quòd aut eſt ſpecies immobilis,& tũc conuertitur in feudum:ſecus,ſi ſit pecunia,vel alia res mobilis. Dicite, vt no.in c.j.§.ſi de feud.vaſal. ab alio interpellatus fuerit.

## Quid iuris, ſi poſt alienationem feudi, vaſallus id recuperauerit.

## Tit. XXII.

¶Continuatur hoc modo: Suprà viſum eſt de ali. feu.prohibita,propter quam vaſallus feudo priuatur : ideo ſequitur hæc rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Domino pœnas remittente vaſallo,non dicitur vera donatio, ſed indulgentia.*

2 *Conſenſus indifferens domini circa alienationem, aſſumit differentiam ſecundum qualitatem alienationis.*

3 *Ex vario genere contrahendi, varios colligimus effectus.*

4 *Culpa ſtatim ſecum trahit executionem.*

5 *Vaſallus feudum domini voluntate alienatum recuperans, id retinet.*

6 *Vaſallo voluntate domini ad libellum perpetuum dante,nihilominus feudum remanet.*

7 *Vaſallus redimens libellum à libellario, iure libellario rem tenet.*

PRO

PRAETEREA SI VASALLVS ANTE. ¶Diuiditur in tres. In prima recitatio iuris antiqui. In ſecunda iuris noui, quando vaſallus poſt alienationẽ feudi factam, domino ignorante feudum recuperauit. In tertia, quando domini voluntate id vendidit: deinde recuperauit, vel non. Secunda ibi, hodie. Tertia ibi, profectò. Hoc dicit: ¶Olim ante conſtitutionem Lotharij licitũ erat vaſallo alienare, ſed hodie non licet: ſed ſi alienauerit domino ignorante, licet poſtea recuperet, non retinebitur in feudo: ſin autem ſine domini voluntate alienauerit, vel aliter vendiderit, & id poſtea recuperauerit, non retinebit pro feudo: ſed iure proprio, ſi eo modo recuperauit. Si verò dederit ad libellum volente domino, adhuc retinet: ſi verò vaſallus recuperauit per libellum, non retinebit pro beneficio, ſed ſi domino feudi refutauerit libellum, retinebit. Hoc dicit. ¶Not. hic ſingulare
1 verbum Bal. † quòd ſi dominus remittit pœnas vaſallo, non dicitur vera donatio, ſed indulgentia: & ideo non requiritur inſinuatio: l. in ædibus. §. j. & l. modeſtius. C. de donat. ¶Item no. ſecundum Bal.
2 † quòd indifferens conſenſus domini, circa alienationem aſſumit differentiam ſecundum qualitatem alienationis, id eſt ſecundum vſum illius licentiæ. Et ideo ſi vaſallus alienat iure proprio, intelligitur conceſſum, quod iure proprio: ſecus, ſi iure libellario. Nam tunc cenſetur iure libellario, & ſic talis intelligitur fuiſſe licẽtia, qualem poſſeſsionis
3 poſterior declarat euentus. ¶Item no. † ꝙ quando vaſallus alienat de voluntate domini per libellum: puta, quia ſingulis annis debeat habere quinq; ſolidos: iſtud ius percipiendi quinq; ſolidos annuatim, tenebitur pro feudo, & nomine feudi, & ſi vaſallus cõmitteret feloniam, illud ius aperiretur domino: quod eſt notabile. ¶Et not. taliter reuerti

feudum,qualiter redimit.Nam ex vario genere cõtrahendi varios colligimus effectus.¶Not.ſecundum Ia. † quòd ſi vaſallus alienat feudum illicitè, licet recuperauerit, non retinebit in feudum:quia culpa ſtatim trahit ſecum executionem: [a] ideo non admittitur purgatio: l.ſed ſi ſeruum, §.ſequitur.per Dynum:ff.de verborum oblig.¶† Quæro, ſi vaſallus domini voluntate vendidit feudũ, poſtea recuperauit:quæ eſt ratio, quòd poſtea recuperat feudum? Reſpondeo ſecundum Doct.quia per alienationem factam domini voluntate dominus perdit directum dominium, & vaſallus vtile: ideo iam reſtituitur in priſtinum ſtatum; l. qui liberatus.ff.de adoptio.& l.j.& ij.C. quando li.ab empt. diſce. ¶† Quæro, ſi voluntate domini dedit ad libellum in perpetuum,& recepit penſionem,an remanet feudum?Reſpondeo,quòd ſic:vt in tex.noſtro.verſicu.illud.& verſic.fin.Nam illud ius libellarium quod eſt apud eum, remanet apud eum: d. ver.j.& ver.fin.quaſi videatur ipſam rem feudalem poſsidere propter penſionem quam recipit. ¶† Vltimò quæro,ſi dedit alij ad libellum domini voluntate, & poſtea recuperauit per libellum, an remanet feudum hoc caſu? Reſpondeo ſecundum Ia. ꝙ ius libellarium, nõ ipſa res retinebitur in feudum, quaſi reſtituta in priſtinam cauſam: quia recuperauit vtile dominium,cùm feudum reſtituatur in priſtinam cauſam:& hoc contingit,quia volũtate domini dedit ad libellum, &c.

4

5

6

7

[a] *Hoc declara,vt per D. D.Frã.Cur. in trac.feu. xj.char.iiij. part.verſic. xiiij. quæro. & ibi etiã vide in ſeq. verſi.*

## An agnatus vel filius defuncti poſsit retinere feudum repudiata hæreditate. Titulus XXIII.

¶Continuatur hoc modo:Suprà dictum eſt de ſucceſsione feudi: verùm quia dubitari poteſt,an qui ſuccedit in feudum,poſsit hæreditatẽ eius cui ſuccedit,repudiare & feud.retinere, vel non:ideo ſequitur rubrica, an agnatus vel filius repud.hæred.

SVM

# SVMMARIVM.

1 *Filius, quia feudũ acquirit patre ſuo medio, feudum repudiata hæreditate retinere non poteſt.*

2 *Fallit primò, ſi alius hæres ſit inſtitutus, & ei iure inſtitutionis ſola legitima relicta.*

3 *Fallit ſecundò, ſi pater moriatur nihil relinquens in bonis.*

4 *Fallit tertiò, ſi feudum non ſit ſimplex.*

5 *Fallit quartò, ſi nepos qui ſe patris negat hæredem, ſuccedat in feudo antiquo.*

6 *Fallit quintò: filius enim poteſt retinere hæreditatẽ, feudo repudiato.*

7 *Fallit ſextò, ſi inueſtitura ſit pro ſe & liberis ſuis.*

8 *Fallit ſeptimò, ſi filius præteritus ſit à patre, poterit ſuccedere in feudum.*

9 *Filius renuncians hæreditati paternæ cum iuramento, non præiudicat ſibi in feudo.*

10 *Poſthumus præteritus ſi ſit, & natus inſtitutus, non propterea differtur inueſtitura.*

11 *Nepos an poßit habere feudum antiquum, repudiata hæreditate ex perſona patris.*

12 *Domino filium inueſtiente quaſi de nouo feudo, an agnati poßint ſtatim reuocare feudum.*

13 *Feudum an veniat in petitione hæreditatis, remiſſiue.*

14 *Dominus nõ poteſt facere gratiam in feudo, in præiudicium agnatorum.*

15 *Feudum non obligatur pro debitis vaſalli, ſed fructus pendentes.*

16 *Dominus vaſalli ad ſeruitia euntis, & ſpoliati damna reſarcire non cogitur.*

SI CONTIGERIT VASALLVM. ¶Diuidit in duas. In prima, an agnatus poſsit hæreditatẽ agnati repudiare, & feudum retinere. In ſecũda, an filius vaſalli poſsit hæreditatem repudiare, & feudum retinere. Secunda ibi, in ver. ſi verò. ¶Caſus: Si agnatus ſuccedit agnato vaſallo in feudo, & in hæreditate eius, poteſt hęreditatẽ refutare, & feudum retinere, nec cogitur debitum hæreditarium ſoluere, niſi de fructibus eius anni, quo vaſallus deceſſerit: ſed filius non poteſt hæreditatẽ patris repudiare, & feudum retinere, ſed omnino cogendus eſt debitum paternum perſoluere, niſi vtrunque repudiet, veruntamen ſi agnatis conſentientibus ſit à domino quaſi de nouo feudo inueſtitus, tunc poteſt hęreditatem paternã repudiare,
a & feudum retinere,[a] nec debitum paternũ ſoluere
1 cogitur. Hoc dicit. ¶†Quæro, quæ ſit ratio, quòd agnatus poſsit repudiare, non filius? Reſpondeo, quia filius acquirit ſibi feudum, patre ſuo medio: ꝫ. de ſuc. feu. in prin. &, de grad. ſuc. in feu. c. j. ¶Itẽ not. has limitationes ad iſtum tex. quarũ prima ſit,
2 †quòd quando filius non poteſt hæreditatẽ patris habere, tãquam hæres: puta, quando aliquis eſt inſtitutus hæres, & reliquit filio legitimam iure inſtitutionis, tũc poterit filius feudum acquirere, licet non ſit hæres, nec tenebitur ſoluere debitũ: l. quotiens. C. de hær. inſti. l. ſi quis priore. ff. ad Treb. ſecundum Ia. ſed tex. noſter habet locum, quando filius poteſt hæreditatem patris habere. ¶Secunda limitatio eſt, quã ponit Ia. in c. Titius. ſi de feud. fu. contro.
3 †Si pater alienauerit feudum paternum, & moriatur nihil habens in bonis, certè hoc caſu poterit feudũ habere, ne egeſtate laboret: & quia con ſuleretur agnato, non filio: quod eſt cõtra omnem æquitatem: & ideo d. c. Titius. & iſte titulus debẽt intelligi, quãdo aliquid de bonis & hæreditate paterna

a *An iſte titulus loquens in filio, procedat ĩ quolibet deſcendente, vide Alex. conſil. xxvj. in vl. col. v. volu.*

a terna poteſt peruenire ad filium : [a] ſed quando nil peruenire poteſt ad filium, tunc ſecus: caue tamen, quia cõmuniter ſunt ſaltem aliqua bona mobilia, quo caſu non ſufficeret, ſi nõ habuiſſet: puta, ꝙ po-
4 tuiſſet habere per iſtũ text. ¶ †Tertia limitatio eſt ſecundũ Iac. hîc, vt iſte text. habeat locũ, ſi feudum ſit ſimplex, & rectũ, vt habeat propriam naturam: aliàs, ſecus: de quo per Ia. & Bald. in c. j. ſ. de eo qui
5 ſibi & hær. ſuis. ¶ Quarta limitatio eſt, † quòd nepos qui ſe patris negat hæredẽ, eo caſu quo ſuccedit alij: vt not. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. ſuc-
6 cedat in feudo antiquo. ¶ † Quinta limitatio eſt ſecundum Odof. in ſumma ſub rubrica, vtrùm vaſallus poſsit hæreditatẽ repudiare, vt refert & ſequitur Bal. hîc: quia filius vaſalli poterit accipere hæreditatem, & dimittere feudum. Nec ob. hic tex. ꝙ vtrunq; debet repudiare vel habere. Nam illud eſt verum, ſi incipiat à feudo, ipſum acceptando. ¶ Se-
7 xta limitatio eſt, † ſi inueſtitura feudi eſſet pro ſe & liberis ſuis, ſeu filiis, ſecundum Bal. hîc. ¶ No. cau-
8 telam Bal. hîc, † quòd ſi filius viuo patre renunciet hæreditati paternæ cum iuramento, non præiudicat ſibi in feudo: quia iſte text. non obligat filiũ ad impoſsibile. Et iſta eſt bona cautela ad euitanda onera creditorum: & nullus alius Doctor imaginatur. Sed tu vide no. per Doc. in l. pactum dotale. C. de colla. & in l. ſi. C. de pact. & in c. quamuis. eo. ti. libr. vj. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. ¶ Aliam limitationem ponit Bal.
9 † Si filius eſt à patre præteritus, certè poterit ſuccedere in feudum, licet nolit dicere teſtamentum nullum : arg. l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. & not. in l. paterno. C. de bo-
10 norum poſſeſsione contra tabul. ¶ † Et eſt aduertendum, quòd ſi præteritus ſit poſthumus, & natus inſtitutus, non propterea differtur inueſtitura iam nati, quæ in omnem caſum fienda eſt : argumento leg. quòd ſi dubitet. ff. de acquirenda hæred.

a *Sequitur D. Ia. in tract. ſeu. in verb. ita quòd ipſi inueſtiti habeant. in j. col.*

hæred. ¶Aduerte ad vnum,quod ponit hîc Bald.
11 † Pone nepotem velle repudiare hæreditatem patris,& ex perſona aui ſuccedere in feudo antiquo: quæritur, an poſsit? Aduerte,aut filius deceſsit in tali ſtatu in quo poteſt habere hæredem , aut non. Primo caſu ſubdiſtinguendum eſt , aut feudũ erat ei acquiſitum,& tunc nõ poteſt ex perſona aui admitti:ſed oportet,quòd veniat tãquam hęres:vt l. fi.C.de hær.inſt. Aut non erat ei quæſitum,& tunc cùm nepos nõ acceptet, ex perſona nepotis feudũ eſt caducum:vnde ſequitur,quòd nepos poſsit admitti ex perſona aui : ſed ſecundo caſu principali, quando pater nepotis deceſsit in tali ſtatu in quo non poteſt habere hęredem,tunc feudũ cùm ſit ab hærede ſeparatũ , poterit ex perſona aui obtineri.
12 ¶† Quæritur, ſi dñs filiũ inueſtiuit quaſi de nouo feudo,non conſentientibus agnatis, an agnati poterunt ſtatim reuocare feudũ ? Reſpõdeo ſecundũ Iac. ꝙ ſi non renunciauerit hæreditati, & eſt quaſi
a de nouo feudo inueſtitus , [a] cogitur eſſe hæres & ſoluere debitũ,nec agnati poterũt ab eo reuocare feudũ:vt hîc,& ar.l.j.C.de repu.hær.quicquid ſcripſerit hîc glo. ¶Sed quid ſi filius conſentientibus agnatis eſt quaſi de nouo feudo inueſtitus,& poſtea moriatur ſine filiis , an agnati ſuccedunt adhuc tanquam in feudo paterno? Gl.& D.Iac.dicunt,ꝙ non : quia per conſenſum agnati priuati ſunt iure ſuo:quod eſt verum,ſi dñs inueſtiuit filiũ,vt de nouo beneficio ſimpliciter:ſecùs, ſi tanquam de veteri : quia ius agnationis intelligitur reſeruatũ ex vi ſermonis,qui eſt ſeruandus:vt C.de bo.lib.l.fin.& intellige illud c. quãdo agnati conſentientes erãt, quibus erat apertũ feudum:ſecus,ſi eſſent vlteriores,apud quos nõ eſſet ius conſentiendi, ſecũdum
13 Bal.hic.¶†Nunquid feudũ veniat in petitione hæreditatis? Dic,vt dixi poſt And.in c.j.§.hoc quoq;.
14 ſ.de ſuc.feu.¶Et no.ſecundũ Bal.† ꝙ dñs non poteſt facere gratiã in feudo in pręiudiciũ agnatorũ.

a *Vide Do.Ia. in trac.feu. in verb. ita quòd ipſi inueſtiti habeant. colũ. penul.*

¶Item

¶Item no. quòd agnati poſſunt ratificare: vt in gl.
15 ¶Item no. ſecundum Bal. †quòd feudum non obligatur pro debitis vaſalli: ſed fructus pendentes bene poſſunt obligari, niſi ſint de illis qui pertinẽt ad dominum, vel ad agnatos: vt probatur in tex. noſtro. Sed quid ſi feudum alio modo alienetur, quàm morte? Reſpondit Bal. quòd fructus pertinebunt ad eum, ad quem prædia pertinent. Vide no. in c.j.§.hîc finitur lex Conradi. ¶Vltimò not. hîc
16 Bal. †quòd ſi vaſallus vadit ad ſeruitia domini, & derobetur in itinere, non tenetur ſibi dominus in aliquo emendare, licet diſcretus dominus bene faceret ſibi compatiendo, & iuuare eum: l. inter cauſas. ff. mandati. & no. c. ſicut. de iureiu. ſicut ſi vaſallus lucretur: ſibi, non domino acquirit, ſecundũ Bal. Vide Bal. quo ad materiam huius tituli, in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. in rubrica, an apud iudi. vel cu. &c.

## An apud iudicẽ vel curiam quęſtio feudi domini debeat terminari. Titulus XXIIII.

Continuatur hæc rubrica hoc modo: quia orta controuerſia de feudo, plerũque dubium eſt, apud quẽ debeat determinari: ideo ſequitur hæc rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Cauſa ſi ſit præiudicialis domino, pares cognoſcunt.*
2 *Iuriſdictio pariũ ſi declinetur, Ordinarius cognoſcit.*
3 *Iudex repellitur non ſolùm propter intereſſe totale, ſed & particulare.*
4 *Curiæ quatuor ſunt in feudo.*
5 *Pares non poſſunt denegare iuriſdictionem: & ſi denegauerint, cogi debent.*
6 *Vaſallus domino in maritãda filia ſubuenire cogitur.*

EX EO QVOD SVPRA DI
XIMVS. ¶Diuiditur in tres. In
prima thema. In ſecunda quęſtio.
In tertia reſponſio. Secunda ibi,
quæſitum. Tertia ibi, reſponſum.
Hoc dicit: ¶Vaſallus deceſsit ſi-
ne filio, miles petit ab eo feud. à dño inueſtiri: poſt
inueſtiturã factam agnati feudũ vẽdicant quaſi pa-
ternum, ipſe verò dicit feudum eſſe nouum, certè
cauſa debet definiri coram paribus curię, non co-
ram domino: quia cauſa quodammodo ad dominũ
ſpectare videtur, & licet aliter alter non poſsit al-
terum trahere ad curiæ iudicium, curia tamen eos
vocãte, nemini licet curię iudiciũ declinare. Hoc
1 d. ¶†No. quòd quando cauſa eſt pręiudicialis ipſi
dño, non cognoſcit ipſe dominus, nec eius curia,
ſed pares in quibus omnis ſuſpicio ceſſat. ¶Glo.
opp. de c. ij. in prin. ſ. de l. Conradi. Sol. vt in glo.
hîc. Sed Bal. & Iacob. de Bel. non placet ſo. gl. quia
etiam ibi loquitur, quando conſtabat feudum de
quo eſt controuerſia, pertinere ad ipſum dominũ.
Quare Ia. aliter ſoluit, quòd ibi vterq; dicebat pro
priũ, id eſt nouũ eſſe feudum, & ſe de eo inueſtitũ:
ſed hîc alter dicit proprium, alter antiquũ. ¶Sed
contra hoc eſt ſ. de inueſti. in ma. fac. c. j. in prin.
Sol. quod ibi dicitur, corrigitur hîc: ar. l. non eſt
2 nouum. ff. de legi. Bal. hîc dicit, † quòd aut declina
tur iuriſdictio parium propter aliquam rationabi-
lem ſuſpicionem, quam ſufficit allegare, dũmodo
ſit veriſimilis: l. apertiſsimi. C. de iudi. & tunc co-
gnoſcit ordinarius: aut nõ allegatur, & tũc cogno-
ſcũt pares: vnde in feudis ordinarius eſt iudex ſub
ſidarius in defectum pariũ. ¶Opp. quòd dominus
debeat eſſe iudex: cap. j. §. j. ſ. de prohi. ali. feu. per
3 Fed. Glo. ſol. vt in ea. Vel dic ſecundum Iac. † quòd
hæc cauſa videtur quodammodo ad dominum ſpe
ctare: vt ipſe notat, & cum ipſo concludit Bal. per
l. de iure. ff. ad municip. Nam iudex repellitur non
ſolùm

ſolùm propter intereſſe ipſius totale,ſed etiã propter intereſſe particulare & burſale ipſius iudicis, quando dubium eſt de iuriſdic. ſed quãdo eſt certus,non repellitur ordinarius propter commoda
a iuris,[a] ſed bene repellitur propter commoda vel incommoda cõtractus vel delicti:l. qui iuriſdictio
4 ni.ff.de iuriſ.om.iu.ſecũdũ Bal.¶†No.quòd quatuor ſunt curię in feudo,ſ.curia dñi,curia omnium parium cõplexiuè,curia parium electorũ,curia iudicis ordinarij:ſed arbitrator non habet curiam ſecundũ Bal. Et quòd hæc litera videtur continere repugnãtiam:ideo dic, ꝙ per ſe,id eſt auctoritate ſua,ſine paribus curiæ non poteſt alter alterum trahere ad curiæ iudiciũ:ſed curia poteſt ex ſuo officio. Vel quòd aut pares nolũt cognoſcere,& tunc nõ cogitur alter litigatorum reſpondere coram paribus. Aut pares ſponte volunt cognoſcere, & tũc cogitur vterque litigatorum à paribus ex eorum officio,vel etiam ad petitionem partis reſpõdere.
5 ¶Et no†.quòd pares nõ pñt denegare iuriſdi.& ſi denegauerint,cogi debeat per ſuperiorẽ:c.j.§.fi.ſ. de mili.vaſal.qui cont.& in auth.vt diffe. iudi.§. ſi verò contigerit. Quod eſt verũ,quando cœperũt cognoſcere,tunc non coguntur:vt hîc.Et eſt ſpeciale in paribus:ſecus,in alio iudice,ſecundum gl. hîc.¶Et eſt aduertendum,vt ſcripſi in c. j. §. ſimi-
6 liter.ſ.de capi.ſecundum Bal.† quòd vaſallus non tenetur ſubuenire domino,quando maritat filiam, niſi ſit ſpecialis conſuetudo:quia conſului, quòd imo tenetur ſubuenire domino pro filia maritanda,ſecundum Spec.tit.de feud.§.quoniam verò.& no.& ſecundũ Hoſt.tit.de immu.eccle.§.j.in j. co. quia quod ita ſeruat conſuetudo generalis, quaſi vbique: & tunc conſului,quòd vaſalli tenẽtur nedum pro filia legitima,ſed etiã pro filia ſpuria do-
b mini maritanda: [b] quoniam quemadmodum pater tenetur præſtare alimenta filiæ ſpuriæ de iure põtificali:cap.cùm haberet.in fi.de eo qui duxit in

*a Et de his õnibus vide tu per Ale. cõſ. j.co.iij.in v. vol.Latiùs p Fely.in c.ſup literis.in xv. co.de reſcri. Patet in materia in c. ſi clericus laycũ.in iij.col. ver.ſed pro ſubtili.de fo. compe.*

*b Cõtrarium in filia ſpuria tenet D. Ia. in verb. qui quidẽ inueſtiti præſtiterunt iura. col. pe. ver. ſed reſtat vna pulchra dubitatio. Et ibi in fi. ſubijcit, an teneantur pro filia quæ intrat religionẽ. Vbi cõcludit conſuluiſſe, quòd teneãtur ferre ſubſidiũ.*

in matri.ita tenetur eam dotare, ſecundum Bal. in auth.ex complexu nefario. C. de inceſt. nup. licet tanta dos non debeat cõſtitui ſpuriæ,ſicut legitimæ.Et ſentit Bar.in l.fi.C.de his qui.vt in dig.Nec ob.l.vxorem. §. pater naturalis. ff. de dolo. & ibi Bar.vbi pater non tenetur dotare naturalem vel ſpuriam:quia illud habet locum, quãdo filia ſpuria vel naturalis habet aliunde,vnde ſe alat:ſecus, ſi non habet aliunde, ſecundum Bal.in l.mater. C. de iure do.

## Qualiter dominus proprietate feudi priuetur. Titulus XXV.

¶Continuatur hoc modo:dictũ eſt ſ.de forma fidelitatis,§.fi.quòd dominus vaſallo debet vicem præſtare:ſed quia poteſt dubitari, ſi non fecerit, qualiter puniatur,ideo ſequitur hæc rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Deus inter ſimplicem loquelam & iuramentum nõ facit differentiam.*

2 *Eccleſia feudo non priuatur, ſi committat feloniam contra vaſallum.*

3 *Vaſallus licet fidelitatem domino non iuret, tamen non debet offendere dominum.*

4 *Qui non facit, quod debet: non recipit, quod oportet.*

EX FACTO QVAESITVM.¶Dominus propter feloniam commiſſam in vaſallum priuatur proprietate, ſicut econtra vaſallus feudo,licet alij aliter dixerint,& malè, ſecundum glo. & Doc.¶No.tex.ibi,vtrùm per ſacramentũ, aut nõ. quia

quia Iac.intelligit hoc modo, ſi per pactum ſit ſibi remiſſum ſacramentum : aliàs ſecus, ſi dominus fecerit vel paratus ſit facere inueſtituram, & ipſe recuſat facere fidelitatem : vt ſ.per quos fiat inueſtitura.c.nulla.& quę fu.prima cauſa bene.amit.§.eſt
1 & alia.licet Bal.dicat,† quòd inter ſimplicē loquelam & iuramentum Deus non facit differentiam, tamen verior eſt ſententia Ia. per iura per eum alle
2 gata,& eſt de mente iſtius tex. ¶ Et not. † quòd ſi Papa committeret feloniam contra vaſallum eccleſiæ, eccleſia non perderet iura feudi : ſed in aliis prælatis ſic:vt no.in l.iubemus nulla.C.de ſac.ſan. ec.Vos adiicite no.in regula,delictum.lib.vj. ¶ Et
3 no. † quòd ſi vaſallus nō tenetur iurare fidelitatem domino, tamen non debet committere feloniam contra dominum:nec dominus cōtra vaſallum : vt patet in text.noſtro. Sed ſi vaſallus debuiſſet iurare fidelitatem,& requiſitus à domino non iuraſſer,
4 tunc dominus non incideret in pœnam : † quia qui non facit, quod debet:non recipit, quod oportet: arg.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.

## De feudo non habente propriam feudi naturam. Tit. XXVI.

¶ Continuatur hoc modo : dictum eſt de feudo habente propriam naturam feudi, nunc videndum eſt de feudo non habēte propriam naturam feudi: ideo loquitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Dandi verbum ſimpliciter poſitum, comprehendit omne genus alienationis.*

2 *Proprietas licet alienari poſſit, tamen non eſt libera à culpis contractis.*

3 *Emptor ignorans rem feudalem, eam contra domi-*

*num & extraneum præſcribit.*

4 *Precium ex feudo perceptum, in emptionem ſimilis feudi conuerti debet.*

SI QVIS EA LEGE. ¶Si miles acceperit caſtrum in feudũ, vt ipſe & ſui hæredes, & quibus dederint, habeant: certè hoc feudum non habet propriam naturã feudi: quia alienari poteſt, & ille
a in quem alienauerit, nõ retinebit pro feudo.[a] Hoc dicit. ¶Sciendum tamen eſt, quòd vaſallus ex eiſdem cauſis amittit hoc feudum, quibus & perditur
1 verum feudum. ¶†No.ibi, verbum, dederit. ſimpliciter poſitũ, quia cõprehendit ſiue vendendo, ſiue donãdo, ſiue teſtamentũ faciendo, &c. Et ſic eſt ampliatiuum, quia vaſallus poterit alteri dare in feud. vel ad propriũ, vt voluerit. ¶Et ſic no. Bal. ꝙ taliter operatur potentia, qualiter actus eſt ſubſequẽs.
2 ¶Et eſt notandum, † quòd licet poſsit alienari proprietas, tamen non eſt proprietas francha à culpis cõtractis: vt licet non fiant ſeruitia, quæ debentur ex contractu, tamen nõ perditur feudũ: ſed ſi maleficium committit, amittit feudum. Vel aliter ſecundum alios, ſiue ſit felonia delicti, ſiue contractus, quam vaſallus cõmittat, quòd emptor amittat feudum: quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, &c. ¶Vel dic, & veriùs, maximè ſecundũ Doc. Iac. & Bal. quòd poſtquam proprietas eſt alienata, nunquam vaſalli culpa nocet emptori: quia emptor non tantùm habet cauſam à vaſallo, ſed à domino, qui dedit ei poteſtatem vendendi, & ſic extat concluſio, quòd antequam vaſallus alienet feudum, ipſe amittit ex iiſdẽ cauſis, quibus & perditur nouum feudum: ſed poſtquam alienauit, non perditur: quia deſiit eſſe feudum. ¶Quærit gloſſ.
3 † nunquid emptor poſsit præſcribere rem feudalem,

*a Et ſic eſt mirabilis effectus horum verborum, et quibus dederit. quia non tãtùm operantur, quòd poſsit fieri alienatio irrequiſito domino, ſed etiam, quòd ille in quem eſt facta alienatio, retinebit liberè, et tanquam rẽ allodialem: quod dictũ reputat mirandum D. Fran. Curt. in tra. feud. xvij. chart. iiij. par. ver. v. quæro. Et ad id quod dicit D. Laudè. hîc, quòd ex eiſdẽ cauſis perditur, ex quibus verum feudũ, vide D. Alexã. conſil. ij. in col. fi. v. vol.*

lem, ſi ignorás eſſe feudum, emit iure proprio? Reſpondit Ia. quòd aut quæritur de præſcriptione contra extraneum, aut contra dominum: Primo caſu ſine dubio præſcribit: l.fi.C.de præſcrip.lon. temp. Secundo caſu etiam præſcribitur contra dominum, ſecundum Bal.hìc, licet Iac. de Bel. dubitauerit. ¶ Deinde quæro per gl. an per venditionem huius feudi factam à vaſallo, tranſeat in emptorem dominium directum & poſſeſsio ciuilis & naturalis? Et Doc. hìc concludunt, quòd ſic: maximè Ia.

4 ¶ †Quæro, nunquid precium quod recipit vaſallus, debeat tenere nomine feudi? Reſpondeo, non: quia feudũ non conſiſtit in pecunia, ſed debet conuerti in emptionem ſimilis rei quæ teneatur loco feudi, ſecũdum Ia. Cuius opinionem reprobat hìc Bal. quoniam receſſum eſt à ſimplicitate feudi per formam de nouo datam. Sed in veritate ęquior eſt ſententia Ia. per iura per eum allegata. ¶ Et not. ꝙ ille qui emit nomine proprio, non eſt obligatus facere aliquam recognitionem domino, ſecundum Bal. hìc, &c.

## De eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. Tit. XXVII.

¶ Cõtinuatur hoc modo: Suprà dictum eſt de ſucceſsione feudi: verùm quia agnati ſæpe renunciant feudo, ideo non ſuccedunt in feudo: ſequitur ergo hæc rubrica de eo qui finem fecit agnato, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Agnatus poteſt renunciare iuri ſuccedendi in feudo etiam ſine pacto.*

2 *Refutans per refutationem, amittit omne ius quod habet.*

TRES ERANT AGNATI VEL. ¶ Caſus: Tres erant fratres, vnus habebat feudum paternum, alter eorum finem fecit & refutationem ſibi & hęredibus ſuis, & cui ita dederit: moritur poſtea qui feudum habet: agnatus qui non refutauit, petit totum, alter etiam qui refutauit, petit etiam totum, vel partem, eo pacto non obſtante: quæritur, an obſtet exceptio pacti? Reſpondetur, quòd non obſt. dictum pactum: quia fuit perſonale: [a] ſed ſi pactum eſſet reale, vel ſi refutauerit, vt dominus quaſi de nouo beneficio inueſtiret, tunc pactum obſtaret, nec ſuccederet in feudum. Hoc d. ¶ In text. ibi, deceſsit iſte cui refutatum eſt, maſculo extraneo hærede relicto. nót. hîc, † quòd agnatus poteſt renunciare iuri ſuccedendi in feudo, [b] etiam ſine pacto. Nec ob. l. j. C. de pac. quia ſpeciale in feudo, vt hîc. ¶ Opp. & imo videtur, quòd pactum ſit in rem: quia fecit finem & refutationem vaſallo, & ſuis hæredibus, & cui dederit: l. iure gen. §. pactorum. ff. de pact. & l. qui in futurum. §. j. ff. eo. Sol. ſecundum Iac. Ideo hîc eſt pactum perſonale: quia vaſallus pactus eſt ſibi & ſuis hæredibus: ſed agnatus qui vult ſuccedere in feudo, non habet cauſam à vaſallo defuncto, ſed principali beneficio: & propterea pactum non extenditur ad eum, & dicitur perſonale. ¶ † Opp. quòd pactum quantumcunq; reale non debeat extendi ad agnatum: quia alteri ſtipulari vel paciſci nemo poteſt: l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. Sol. Pactum non prodeſt agnato, etiamſi ſit in rem: ſed refutatio omnibus prodeſt: quia per refutationem refutans amittit omne ius, quod habet: ꝫ. qui. mo. feu. amit. §. propterea. Igitur effectus refutationis porrigitur ad quemlibet, & refutans amittit omne ius ſuum refutationis ex vi pacti. ¶ In text. ibi, quaſi nouum. quo ad eum qui refutauit, non quo ad alium qui non

*a Ad quid ſit hoc vtile, quòd refutatio cēſeatur in rem, vel in perſonā, vide Alexā. conſil. xiij. in v. volum. vbi plura in materia ponit.*

*b Et an talis renunciatio præiudicet filijs ipſius renunciātis, & qualiter debeat talis renunciatio fieri, ponit D. Ia. in verbo, & vnus ex dictis vaſallis. col. iij. verſ. limitabitis tamen. & ibi, quid in iure patronatus.*

non refutauit: lege, ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pactis.

## De natura ſucceſsionis feudi. Titulus XXVIII.

Continuatur hoc modo: Suprà dictum eſt in aliquibus partibus de ſucceſsione feudi, ſed imperfectè, quo ad quædam: ideo ſequitur hæc rubrica.

### SVMMARIVM.

1 *Aſcendẽtes non ſuccedunt in feudũ deſcendentibus.*
2 *Filius ſuccedit patri in feudo: fallit, vt in gloſſa.*
3 *Gradus diſtinctio fieri debet, vt proximiores in gradu præferantur.*
4 *Succeßio in linea deſcendenti fit in ſtirpes: ſecus, in linea tranſuerſali.*

SVCCESSIONIS FEVDI TALIS. ¶ Diuiditur in duas. In prima determinatur clarè, quæ perſonę debeant ſuccedere in feudum. In ſecunda ſubiicitur quædam quæſtio dubitabilis circa ius ſuccedendi in feudum. ¶ Aſcendentes non ſuccedent in feudum, ſed maſculi deſcendentes ſuccedunt in infinitum: filia autem non ſuccedit, niſi ex pacto, vel niſi feudum ſit fœmineum. Paternum dicitur, quod à ſuperioribus eſt quæſitum. ¶ Caſus: Miles quidam habens feudum, deceſsit ſuperſtitibus quatuor filiis vel tribus: ex diuiſione feudum peruenit ad vnum: item moritur iſte ſuperſtitibus duobus, & ad vnum ex diuiſione peruenit feudum præfatum: nunc moritur iſte vltimus ſine filiis: quæritur, quis ſibi ſuccedere debeat? Reſpondetur, quòd omnes qui ex illa linea ſunt ex qua iſte

filius qui vltimò moritur,ſuccedũt in feudo:ſi nulli ſuperſint,tunc oẽs alię lineę æqualiter vocantur.

1 ¶ No.† quòd aſcendentes non ſuccedunt in feudũ deſcendentibus.Rationem ponit Ia.in §.hoc quoque.& ibi ſcripſi,ſ.qui feud.da.poſſ. ¶ Sed Baldus hic ponit rationem verborũ expreſſorum, vel ſubintellectorũ. Nam aut exprimitur hæres, aut tacitè ſubintelligitur.Et hæres ponitur pro filio, id eſt pro deſcendente ſecundum ordinẽ gradus. ¶ No.

2 regulam, † quòd filius ſuccedit patri in feudũ.Fallit in caſibus notatis in gl.quã vide. ¶ Et no.quòd diſtinctio de qua in text. an feudum ſit paternum, vel nouum, non ſit hic propter deſcendentes, ſed propter agnatos,& collaterales:c.j.§.j.ſ.qui feud.

3 da.poſ. ¶ Et not.ſecundum Iaco. † quòd diſtinctio gradus debet fieri,vt proximiores in gradu præferantur. Nam fratres & filij fratrum præferuntur aliis.ſ.de gradi. ſucce.in feud.§. iis verò. Et ideo hìc omnes lineæ poſſunt vocari ex iure edicti ſucceſſorij,ſeruata tamen gradus prærogatiua ex iure edicti ſucceſſorij.Sed qui erunt in eadem linea,vo

4 cabuntur æqualiter. ¶ † Quęro,an ſuccedẽt in ſtirpem,vel in capita? Reſpondeo, ꝙ in linea deſcendenti ſit ſucceſsio in ſtirpem. ſ. de ſucceſſ. feud.in princ. Et idem credit Ia. in filiis fratrum præmortuorum ſuccedentium cum patruinis: ſ.de ſucceſ. feu.§.iis verò. & de feu.marchiæ.§.fi. In aliis verò credit Iac.quòd ſuccedere debeant in capita:in authen.de hæred.quæ ab inteſt.§. ſi verò.De hoc dic vt dixi in ſupradictis capitulis.[a] Et Bald. ſequitur hìc gloſſatorem Accurſium.

[a] *Et cum Do. Laud. hìc tenet D.Ia. in tract.feu.in verbo, præſentes & recipientes.co. penul.*

## De capitaneo qui curiam vendidit,an intelligatur beneficium vendidiſſe. Titulus XXIX.

¶ Continuatur hoc modo: dictum eſt ſuprà de l. Conradi. c. ij.§. ex eadem l.quòd dominus poteſt

alien

alienare feudum cum curia: verùm quia dubitatur, an ſimpliciter vendendo curiam videatur vendere feudum: vt ſic tacitè contineatur ſub ipſa venditione: ideò ſubiicitur hæc rubrica, de capitaneo qui curiam vendidit.

## SVMMARIVM.

1 *Capitaneus quis dicatur.*

2 *Feudum in generali alienatione non continetur.*

3 *Vniuerſitate vendita, non videntur vẽdita ea quæ priùs alij ſunt conceſſa.*

QVIDAM CAPITANEVS. ¶Si capitaneus qui in curia ſua feudum habebat, quod conceſſerat militi, vendiderit curiam ſimpliciter, non habita mentione feudi: certè in hac venditione non vendit feudum, niſi de eo nominatim ſit actum. Ad hoc allegatur. ¶In text. ibi, capitaneus. de hoc dicite, vt ſcripſi ſ. qui feud. dare poſſunt. &
1 in titu. qui dicitur dux vel marchio. †Nam capitaneus dicitur, qui tenet feudum ab Imperatore, rege, duce, marchione, vel comite: vt in dictis titulis apparet. ¶In text. ibi, vendidit. intellige cum conſenſu domini, aliàs non valet: cap. ij. ꝫ. de prohibit.
2 feud. alien. per Federicum. ¶Et no. †quòd in generali alienatione non continetur feudum. Concor. cap. Titius. ſi de feud. fuer. controuer. ¶Item not.
3 †quòd vendita vniuerſitate, non videntur vendita ea quæ priùs alij ſunt conceſſa, & ab ipſa vniuerſitate ſunt ſeparata. Quod limita ſecundum Bald. niſi tota curia vel maior pars eſſet alteri infeudata: quia non debet venditio exinaniri: arg. ff. de fund. inſtru. l. fundus qui locatus eſt. ff. de contrah. emp. l. qui domum. Sed hæc limitatio Bal. videtur con-

tra tex.noſtrū. Nec obſtant iura allegata:quia non loquuntur in materia feudali. ¶Gl.quærit,quid ſi capitaneus vendidit curiam ſimpliciter, non habita mentione feudi, an feudum cedat in vēditione? Sed hæc quæſtio gl.eſt deciſa clarè per tex.noſtrū, quòd non niſi expreſsè ſit actum,& hoc de iure cōſuetudinario feudali: ſed de iure cōmuni extra feuda, quæſtio eſt dubitabilis & diſputabilis : verùm quia in hoc opere ſolùm feudalia tractare intēdo, me remitto ad no.per Ia.& Bald.hìc,& plures alias quæſtiones non feudales examinat hic Bal.

§. QVAESITVM ESSE APVD ME. ¶Si filius vaſalli dominū offenderit ex cauſa propter quam vaſallus deberet amittere feudum,patre mortuo pòſt feudū amittit,nec ſuccedit in eo,Hoc dicit. ¶Et hoc intellige, ſi domino non ſatisfecerit,vt no.in c.j.§.inſuper.& §.ſeq. ī.de prohib.feu.alien.per Feder.

§. SI VOLVERIT VASALLVS. ¶Si vaſallus cogitauerit dominū offendere, nec ad actum perduxerit, feudum non amittit:quinimo etiamſi laborauit,feudum non amittit,niſi domino inſidiatus fuerit.Hoc dicit.¶In tex.ibi,probatum fuerit,ſcilicet per teſtes quinque:vt in titu. quot teſtes ſint neceſſarij ad probandam nouam inueſtituram, ſecundum Iac.

§. SIMILITER SI QVIS. ¶Feudum non tranſit ad fœminam,licet per pactum ſit actū, ſi maſculus ſupereſt:alij contradixerunt. Hoc dicit.Si vaſallus deceſſerit ſuperſtitibus duobus filiis maſculis,& vnus moritur relicto filio maſculo, & alter relicta fœmina, maſculus præfertur in ſuccedendo: c.j.§.j.ſ.epiſcopum vel abbatē, &c.

§. SI CONTENTIO. ¶De hoc cap.dictum eſt ſ.c.j.an agna.vel filius, &c.

§. ET SIMILITER SI CONTENTIO.¶De hoc cap.dictum eſt ſ.ſi de feud. fu.contro.cap.j.& ij.

§.SI

§. SIMILITER FEVDVM. ¶De hoc cap. dictum eſt ſ.de conten.inter maſcul.& fœminam.cap.fin.

## SVMMARIVM.

1 *Simplex feudum refutari poteſt, ſecus conditionatum.*

2 *Renunciari feudo inuito domino non poteſt ſecundum Caoniſtas.*

§. SIMILITER POTEST FEVDVM. ¶Feudum dari poteſt ad certum & determi-
1 natũ ſeruitium.Hoc dicit.¶Glo.quærit,† an
a vaſallus poſsit feudum refutare [a] datũ ad certum ſeruitium? Sol.Aut feudum eſt ſimplex & indeterminatum,habẽs propriam naturam, & tunc poteſt refutari: c.j.ſ.de vaſal.qui contra conſtit.Lothar. ca.j.§.fi.Aut eſt conditionatum & determinatum, non habens propriam naturam, nec ſimplicem, & tunc non poteſt refutari: l.ſicut.C.de act.& oblig. Et poteſt ratio eſſe,quia primo caſu non eſt obligatus cum effectu, ſed ſolùm conſtrictus iuramento ſeruire,& naturali iure,propter feudum quod recipit à domino:l.ſed ſi.§.conſuluit. ff.de pet.hæred. & ideo poteſt refutare beneficium. ¶Nec obſtat, quòd inter ſimplicem loquelam & iuramentum, deus non conſtituit differentiã:vt no.in c.de pact. Ergo videtur, quòd poſtquam iurauit, non poſsit refutare:quia reſpondeo in hoc iuramento ineſt tacita conditio,ſi res in eodem ſtatu permanſerit, id eſt feudum retinuerit: cap.quemadmodum.de iureiurand. Sed in ſecundo caſu,quando feudum eſt conditionatum & determinatum, eſt obligatus ex pacto ciuiliter & naturaliter,& per ſtipulationem, vel per pactum appoſitum:vt plenè no.in l.petens. C.de pact.& l.in traditionibus.ff.eo.tit.ſecundum

a *Vide D. Ia. in verbo,& vnus ex dictis vaſallis.j.col.*

2 Iac. ¶†Sed quidam Canoniſtæ ſecundum Bal.dicunt,quòd de æquitate Canonica propter fidē ſeruandam non poſsit renunciari inuito domino: vt not.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtit.& in c.j.de pactis. Sed ego ſtarem deciſioni cap.j.de vaſal.qui contra conſtit.Lothar.vbi eſt tex.apertus,quando
a feudum eſt rectum. a

*a Adde quòd cum hac cōcluſio. quòd feudum ſimplex & rectū poteſt refutari, &c. tranſit ſimpliciter Do. Franc. Cur. in trac. feu. in xvj.charta,iiij.part. verſi. xxxj. & vlt. &c. quā limita multis modis,vt p Fel. in c. quæ in eccleſiarū. in xxix.col. verſi. in ea. glo.ibi,l.interdū, &c. de conſtitu. vbi hanc cōcluſ.limitat quinq; modis.Et an inuita eccleſia poſsit vaſallus feudū eccleſiaſticum refutare, vide D.Fran. Cur. in tra. feud. ij. q.j. parte, in ij. char. ver.ij. principalis eſt quæſtio. in fine.*

## De prohibita feudi alienatione per Lotharium. Titulus XXX.

¶Continuatur hoc modo:Suprà dictū eſt de prohib.feud.alien.per conſuetudinem, nunc videndū eſt de prohib.feu.alien.per Lothar.Imper.Ideo ſequitur hæc rubrica.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallo omne commercium ſuper re feudali in generali interdictum eſt.*

2 *Vaſallus qui fraudem excogitat contra voluntatem domini ſui, punitur.*

3 *Milites debent ire cum dominis ſuis ad exercitum, vel ſoluere hoſtenditias.*

4 *Fraus præſumitur in alienatione,precij interuentu.*

5 *Patientia ſine contradictione habetur pro licentia.*

6 *Notarius inſtrumentū alienationis feudi conficiens, hodie maiori pœna plectitur.*

IMPERIALIS BENEVOLENTIAE PROPRIVM. ¶Diuiditur in quatuor. In prima Imperator exorditur. In ſecunda prohibet alienationem. In tertia pœnam imponit contrahētibus. In quarta notario ſcribēti. Hoc dicit: ¶Imperator habita diligenti deliberatione cū ſapientibus,prohibet

hibet generaliter feudum alienari à vaſallis ſine voluntate dominorum eorum:& ſi vaſallus contrà faceret, precio & beneficio carebit: Notarius verò qui cóficit inſtrumentum, ſit infamis & officio ſuo
1 priuabitur.Hoc dicit.¶Not.† quòd vaſallo eſt interdictum omne commercium ſuper re feudali in generali:l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure. ¶Et nota,
2 † quòd punitur vaſallus qui fraudem cogitat contra voluntatem domini ſui.Nam ſecundum Bald.ſi excogitat fraudem per viam cõtractus, punitur vaſallus,licet actus non valeat:quia nõ habetur reſpectus ad damnum,ſed ad delictum: l.iubemus.§.plane.C.de ſac.ſanct.eccl.¶Et no.quòd eſt intelligẽdum in contractu conſummato,non autẽ in prolocuto & non perfecto:quia tunc non dicitur cõtractus,ſed ſunt quædam verba: l.ſciẽdum. §.dictum.
3 ff.de ædil.edict.ſecundum Bal.¶No.hic,† ꝙ milites debent ire cum dominis ſuis ad exercitum, vel
a ſoluere hoſtenditias: [a] ſ.de cap.Conradi.§.ſimili-
4 ter.& §.firmiter.ĩ.tit.ij.¶†Et in fraudem dominorum vel agnatorum dicitur:puta,precium accipiẽdo ſub colore inueſtituræ, ſecundum Iaco.de Bel.
5 ¶†Quæritur,nũquid ſcientia & patientia domini ſine contradictione habeatur pro licentia? Gl.Iac.
b & Bal.ſentiunt, quòd ſic: [b] quanuis alij cõtrarien-
6 tur.¶No.† quòd notarius hodie maiori pœna punitur:quia etiam amittit manum: vt ĩ.tit.ij.§.callidis.ſecundum Iac.& Bal.Quod limitat Bal.ſi notarius erit legitimæ ætatis : aliàs non amputatur ſibi manus: & illud inſtrumentũ reuerà non eſt falſum, ſed temerarium:vt no.in l.ij.C.ſi aduer.deli.¶Sequitur c.ſatis.licet aliqui habent vnũ c.quod incipit, Conradus.quod cõiter non habetur in feudis.

a *Hoſtenditiæ quæ dicantur, ſup.c.j. col.ij. de na. feud.per* D. *Laud.*

b *Et quòd ſciẽtia domini habeatur pro licẽtia, tenet & cõprobat vrgenti fundamento,* Do. Franc. Cur. *in trac. feu. xvj.charta, iiij.par.ver. & in primis quæro. Faciũt quæ latè ponit Ia.de eo,qui patitur de re ſua teſtari. in l.cùm proponas.* C. *de pact. & in leg. ſi quando.* §. *& generaliter.* C. *de inoff.teſt.*

## SVMMARIVM.

1 *Dominus antiquior ſemper in iuramento eſt præferendus.*

§. SA-

§. SATIS BENE DISPOSITVM. ¶Diuiditur in tres. In prima, thema. In ſecunda, quæſtio. In tertia, reſponſio. Secunda ibi, definiet. Tertia ibi, amputantes. ¶A duobus dominis miles diuerſis tēporibus, vel territoriis bina quæſiuit beneficia in feudū: deinde deceſsit relictis duobus filiis, qui filij diuiſerunt bona inter ſe, & ad vnum ex diuiſione peruenit beneficiū à patre priùs comparatum, & ad alterum peruenit acquiſitum poſtea, & quilibet fidelitatem ſuo domino iurauit ſimpliciter, nullo antepoſito, excepto Imperatore: deinde moritur frater ad quem peruenit beneficiū poſterius, & frater ſuperſtes ſibi ſuccedit in feudo: dominus eius feudi petit ſibi fidelitatem præſtari ſimpliciter, nullo antepoſito, ſicut ſimpliciter frater defunctus fecerat: quæritur, an ſit audiendus?

1 Reſpondeo, †quòd ſemper iuramento debet quis præferre dominum ſuum antiquiorem. Et hoc etiā habet locum, ſi feudum vſque ad tertiam generationē, vel in infinitū peruenit. Hoc dicit. ¶Quæritur, quid ecōtrà, ſi prior frater deceſsit, & frater poſterior ſibi ſucceſsit, an debeat præferre dominum fratris defuncti in iure fidelitatis, etiam vt frater fecerat? Reſpondit Iac. quòd non debet poſtponere dominum ſuum: quia iurabit domino ſuo primo fidelitatem cōtra omnem. Si ergo iuraret fidelitatem & præſtaret ſecundo, eſſet periurus: & non debet via periurij aperiri: l. ij. C. de indict. vid. tol. Et ſic no. quòd in iuramento fidelitatis ſemper vaſallus debet præferre dominum ſuum antiquiorem: vt hîc.

## SVMMARIVM.

*Annus inueſtituræ petendæ non currit, niſi à die ſcientiæ.*

§. QVO-

QVONIAM INTER DOMINVM ET VASALLVM. ¶Si vaſallus intra annum & diem doloſè nõ petierit inueſtiturã, perdit feudum : ſi verò iuſta cauſa impeditus, non perdit feudũ. Hoc dicit. De hoc dic, vt dixi in c. j. quo tempore mil. inueſti. pe. de. ¶Et no. hîc ſecun-
1 dum Bal.† quòd iſte annus nõ currit, niſi à die ſciẽtiæ: l. tamẽ ſex. ff. de ædil. edic. cum ſi. Sequitur rubrica de pace iuramen. fir.

## De pace tenẽda in ſubditos, & iuramẽto firmanda & vindicanda: & de pœna iudicibus appoſita, qui eam vindicare & iuſticiam facere neglexerint.

*vel*

## De pace iuramento firmanda. Titulus XXXI.

¶Continuatur hoc modo: ſ. dictum eſt de pace tenenda: ideo ſequitur hæc rubrica, quando cum iuramento, &c. ſequitur hac edictali.

HAC EDICTALI LEGE IN. ¶Diuiditur in quinque. In prima præcipit Imperator pacẽm iuramento firmatam ab omnibus ſeruari. In ſecũda ſtatuit pœnam non ſeruãtibus. Tertiò prohibet conuẽticulas, receptationes & illicitas exactiones. Quartò cõfirmat ſacramenta puberũ. In quinta redit ad materiã feudi. Secunda ibi, ſi verò quis temerario. Tertia ibi, conuenticulas. Quarta ibi, itẽ ſacramenta. Quinta ibi, §. hoc verbũ. Quia quatuor primæ partes nihil tractãt de feudo, ideo venio ad quintã parrẽ, omiſsis aliis : de quibus hîc per Bal. Ia. & alios, cùm ſolùm tractare intẽdã feudalia, &c. Aliàs eſt ſequens rubrica

## De allodijs. Titulus XXXII.

## SVMMARIVM.

1 *Vendens rem propriam,non vendat iuriſdictionem Imperatoris.*

2 *Allodium infeudatum ſi conferatur* Eccleſiæ, *amittitur,niſi per gratiam* Eccleſiæ *relinquatur.*

3 *Vaſallus legitimè vocatus niſi cum domino in expeditione* Romam *iuerit, feudum amittit.*

4 *Allodium id dicitur,quod eſt proprium.*

5 *Iuriſdictio dicitur* Imperatoris, *& vendi nõ poteſt.*

6 *Iuriſdictio quomodo ſit in territorio,& quouis magiſtratu.*

7 *Vaſallus interdum priuatur feudo propter culpam domini ſine culpa ſua.*

8 *Dominus poteſt legare pro anima,nõ autẽ vaſallus.*

9 *Dominus ſine voluntate vaſallorum feudum ad aliũ tranſferre non poteſt.*

10 *Vaſallus vaſalli regi* Romã *eunti ſeruitium præſtare tenetur.*

11 *Electio vaſalli eſt,an velit cum rege ire,an ſtipendia militiæ perſoluere.*

12 *Dominus propria auctoritate vaſallo feudum auferre nequit.*

13 *Violentiæ domini quomodo occurratur.*

14 *Proclama generale ſufficit mitti per terras & loca mittentis.*

AD HOC QVI ALLODIVM. ¶Diuiditur in tres,vſque ad fi.tituli.Nã in prima prohibet ſubdito vendenti rem propriam,vt non vendat iuriſdictionẽ Imperialem , vel Imperatoris. Secundò dicitur,ꝙ vaſallus amittit feudum,ſi dominus

minus rē feudalem trāſferat in eccleſiā.Tertiò dicitur,quòd vaſallus perdit feudū,ſi nō iuerit cū domino in expeditione Romā,aut non ſoluerit ſtipēdia pro quantitate feudi. Secunda incipit in ver. ſi
1 verò.Tertia in §.vt autem caſus.vſq; ad fi.ti.¶†Imperator ſtatuit,ꝙ ſi aliquis vēdiderit rem propriā, quòd nō vendat iuriſdictionē Imperatoris:& ſi cōtrà fecerit,non valebit. Secūdò notabiliter dicit,
2 †quòd ſi dominus rem infeudatam contulerit eccleſię,vaſallus amittit feudum,niſi per gratiam ec-
3 cleſia apud eum dimiſerit.Tertiò dicitur,†ꝙ ſi vaſallus legitimè vocatus non iuerit cum domino in expeditione Romā, aut ſtipēdia pro quātitate feu
4 di non ſoluerit,feudum amittit.Hoc dicit.¶†No. ſecundum Iac. quòd allodium dicitur id quod eſt propriū:& ab alio nemine cognoſcitur,niſi à Deo.
5 ¶†No.quòd iuriſdictio dicitur Imperatoris.[a] Nā & ipſe eſt qui dat iuriſdictionem magiſtratibus: ſ. eod.§.iudices. ¶Et no. hìc, quòd iuriſdictio non poteſt vendi, cùm ſit Imperatoris:& punitʼ pœna arbitraria,qui cōtrà fecerit,ſecundū Bal. hìc.¶Itē venditor non tenetur de euictione,niſi ſit ſtipulatus:l.quemadmodū.de agri.& cenſi.lib.x.ſecundū
6 Bal. ¶†Et hìc examinat Bal. quomodo iuriſdictio ſit in territorio,& in quouis magiſtratu: de quo vide,quod plenè ſcripſi poſt Bar.Bal.Ang.& Fulgo. in l.j.& in l.imperium.ff.de iuriſ.om. iudi. ¶Not.
7 hìc caſum mirabilem,† quòd vaſallus priuatur feudo propter factum domini ſine culpa vaſalli: ſicut & aliàs in §. denique. ſ. quę fu. prima cauſa benefi. amit.& in cap.ſi vaſallus culpam.ſi de feud. fu. contro.licet regula ſit in contrarium : cap.j.de
8 feud. ſine culpa non amit.¶†No.quòd vaſal. cum domino hìc ad imparia iudicantur:quia vaſal. non poteſt pro anima alienare vel adiudicare : vt ſ. qualiter olim feud.ali. pot. §. donare. & ī. titulo j.§.in eccleſi.Et tamen dominus poteſt inuito vaſallo,licet tamen regulariter à paribus iudicentur domi-

*a Et ad hoc plura ponit Do.Ale. conſil.xxiiij. in princ. in v. vo.Et omnis etiam minima iuriſdictio non pōt conferri, niſi mediante princ. Alex. vbi ſuprà & cōſi.xxv. in vlt.co.in eo. volu.*

9 dñs & vaſallus: vt ſ. de forma fideli. §.fi. ¶†Not. etiam, quòd dominus regulariter ſine voluntate vaſallorũ feudũ ad aliũ transferre nõ poteſt: vt ĩ.ti.

a j.& tamẽ conferre põt eccleſię inuito vaſallo.[a] Eſt ergo ſpeciale hîc fauore eccleſiæ. ¶No. tamen ſecundũ glo.& Doc.hîc, quòd ſi eccleſia vaſallo non fecerit gratiam, vaſal.aget contra dominum de euictione: vt in glo.hîc. ¶In text.ibi, ſub rege. †not.

10 hîc eſſe ſpeciale in vaſallo regis, vel quando vadit pro ſuſcipienda corona, vt vaſallus teneatur pręſtare ſeruitium domino ſui domini. Et ſic ceſſat cõtrarium c.ij.§.ſimiliter.de l.Conradi. ¶†No.tex. ibi,

11 eundo, vel alium acceptabilẽ mittẽdo.de quo dic, vt in c.j.§.firmiter.ĩ.ti.proximo.& erit in electione vaſalli, an velit ire, vel ſoluere: ar.l.plerique. ff. de iure dot.niſi interuentus ſuę perſonę poſſit domino magnum ſeruitiũ præſtare: quia tũc debet perſonaliter ire: ar.ſ.quæ fu.prima cauſa benefi. amit. §.itẽ ſi vaſallus.ſecundũ Ia. ¶Et not.ꝙ ſi dominus non habet pares, ſufficiunt extranei teſtes: de quo dic, vt no.ſ.quot teſtes ſunt neceſſarij ad proban-

12 dũ inueſtiturã.c. ¶†Sed an dñs poſſit ſua propria auctoritate auferre feudũ à vaſallo? Reſpondeo, ꝙ nõ: quia hæc litera dicit cõuictũ.& facit ſ. de feu.

13 ſine cul.non amit. ¶†Quæritur, an hic tex. habeat locũ, quòd vaſallus perdat feudũ, ſiue ſit paternũ, ſiue nouũ: ſiue ſuperſint agnati, ſiue nõ? Reſpõdeo ſecundũ Bal.& Ia.quòd habet locum tã in paterno quàm nouo: quia hæc litera loquitur generaliter. Propterea hæc iniuria reſpicit dominũ: quinimo imperium & reipublicæ vtilitatẽ: & ideo reuertitur ad dominũ.§.deniq;.ſ.quæ fu.prima cauſa benefi, amit. ¶Et no.ſecundũ Bal.quòd ſi vaſallus timeat ſibi violentiã fieri à domino, adeat iudicẽ qui prohibeat, donec cognoſcat de iure partiũ, ne vis fiat ei poſſidenti iuſtificando præceptum. Quòd ſi ſenſerit ſe grauatum, veniat recepturus iuſticiæ cõplementum. Nam officio iudicis põt peti, ne iniuria

[a] *Et an iſto caſu teneatur dominus prouidere vaſallo de alio æquali feudo, vide Fely.in c. quæ in eccleſiarũ. colũ. xij. alias xj.de cõſtitu.*

ria

ria committatur. Sed poſtquam ſit commiſſa, oportet actionibus & remediis ordinariis expediri: vt no. in c. in præſentia. de prob. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper. no. nunc. ſecundum Bal. & pro eo allego tex. in l. ſi ſuper poſſeſsione. C. de transactio. ¶ Et not. hîc nouam ingratitudiné, per quam vaſallus perdit feudum. Sunt & aliæ ſ. quæ fu. pri-
14 ma cauſa benefi. per totum. ¶ † Et no. gl. ſecundum Bal. quòd ſufficit mitti proclama generale per terras, & loca ipſius domini mittentis: l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pignor. & per Inno. in c. humilis. de maio. & obe. ¶ Et no. hîc eſſe caſum ſecũdum Bal. in quo vaſallus etiam poteſt infeudare regalia quæ habet à rege vel à principe.

## De prohibita feudi alienatione per Federicum. Tit. XXXIII.

¶ Rubrica iſta ſic cõtinuatur: Dictum eſt ſuprà de iure feu. multiplici: verùm quia ſæpe vaſalli in prę iudicium dominorum ad feudi alienationem proſiliunt, & quia per Imperatorem Federicum ſunt innouata iura antiqua: ideo ſequitur hæc rubrica de prohib. feu. ali. per Fede.

### SVMMARIVM.

1 *Tractu temporis an reconualeſcat, quod de iure ab initio non valet.*
2 *Alienatio feudi, tam partialis quàm totalis, eſt prohibita.*
3 *Præſcriptio nulla feudi alienationi obſtat.*
4 *Pignoratio feudi prohibita eſt.*
5 *Infeudationes fraudulentæ vaſalli puniuntur.*
6 *Scriba inſtrumentum fraudulentæ alienationis conficiens, manum amittit.*
7 *Pignoratio feudi domino ipſi facta, non nocet.*

8 *Proprietas feudi à domino obligari poteſt, dummodo ſpes ſit luitionis.*

9 *Alienans feudum eo non cadit, niſi id tradiderit, vel alterius nomine ſe id poßidere conſtituerit.*

10 *In generali obligatione non venit feudum.*

11 *Conſenſus obligatiuus feudi ſolus, an ad eius amißionem ſufficiat.*

12 *Domini plures ſi ſint, ad obligationẽ feudi omnium conſenſus requiritur.*

13 *Fructus feudales totius temporis quo feudum ſit habiturus, vaſallo vendere permiſſum eſt.*

14 *Alienatum feudum vaſallus licet redimat, id tamen perdit.*

15 *Vaſallus extraneo feudum legare non poteſt.*

16 *Vaſallus non poteſt dare feudum in dotem pro filia.*

17 *Vaſallus non poteſt dare in Emphyteuſim perpetuam, vel ad longum tempus.*

18 *Vendendi licentia facta certæ perſonæ, non poteſt alteri vendi.*

19 *Vendendi licentiam qui quæſiuit, illam pro ſe & hæredibus quæſiſſe videtur.*

20 *Conceſſo eo quod plus eſt, conceditur id quod minus eſt.*

21 *Conſenſus domini, ſiue tacitus, ſiue expreſſus ſit, ſufficit.*

22 *Abſentia domini non excuſat vaſallum alienantem ſine eius conſenſu.*

23 *Vicarius regis, an conſenſum ad alienationes præſtare poßit.*

24 *Aliud eſt vendere, aliud venditioni conſentire.*

*Conſen*

25 *Conſenſum domini ſubſequi alienationem ſufficit.*
26 *Conſenſus poſt mortem alienantis non valet.*
27 *Sententia declaratoria neceſſaria eſt in auocatione feudi ab emptore.*
28 *Emptor malæ fidei precium feudi reuocati repetere non poteſt.*
29 *Alienatio pro parte, punitur pro parte: non in totũ.*
30 *Alienatio feudi paterni inter agnatos, ſi fiat proximiori, valet.*
31 *Vaſallus non poteſt vendere feudum ſuo conuaſallo agnato.*
32 *Conſuetudo vt feuda dentur in ſolutum pro debitis, valet.*
33 *Diuiſio inter conuaſallos eiuſdem feudi, licita eſt.*
34 *Statutum vt vir lucretur tertiam partem bonorum vxoris, locum non habet in feudo.*
35 *Pater non poteſt aßignare feudum vni filiorum, ſine conſenſu aliorum.*
36 *Feudum conceſſum pro me & ſucceſſoribus quibuſcunque, etiam ad extraneum tranſit.*

IMPERIALEM DECET SOLERTIAM. ¶ Diuiditur ſecundum Doct. in octo partes. In prima prohibet generaliter alienationem, & pœnam imponit. In ſecunda prohibet fraudem legi fieri. In tertia præcipit inueſtituram à quolibet maiore quatuordecim annis peti intra annum & diem. In quarta iubet vaſallum ire cum domino, vel mittere, vel congruè ſatisfacere. In quinta prohibet diuiſionem ducatus & comitatus, & permittit diuiſionem aliorum feudorum. In ſexta prohi-

bet,ne filius vel domeſticus vel vaſallus dominum offendere debeat. In ſeptima determinat,quis debet eſſe iudex inter vaſallos, & inter vaſallum & dominum. In octaua præcipit,quòd in omni iuramento fidelitatis debeat excipi perſona Imperatoris. Secunda incipit in §.callidis. Tertia in §.præterea. Quarta in §.firmiter. Quinta in §.præterea ducatus. Sexta in §. inſuper ſi filius. Septima in §. propterea ſi de feudo. Octaua in §.illud. Iterum, prima ſubdiuiditur in tres vſque ad §. præterea ſi quis. In prima Imperator exorditur. In ſecunda prohibet omnem alienationem in futurum, & caſſat factam in præteritum, & pœnam imponit contrà facientibus. In tertia prohibet fieri fraudem legi, & ſtatuit pœnam. Secunda ibi, hac edictali. Tertia ibi, §.callidis. ¶ Caſus: Imperator primò exorditur, dicens: quòd ſemper ſtudet ſubiectorum commoda inueſtigare: &, quòd ante hanc l. multi vaſalli alienauerant, propter quod commoditas dominorum & imperij erat valde diminuta: & ideo de conſilio procerum generaliter prohibet omnem alienationem feudi in futurum, & caſſat alienationes factas in præteritum, nulla præſcriptione obſtante: & qui contrà fecerit, feudum amittit,& emptori bona fide cogitur reddere precium. Prohibet inſuper fraudem fieri huic legi: videlicet, quòd vaſallus ſub colore inueſtituræ precio accepto non debeat vendere feudum, alioquin emptor & venditor precio carebunt, & tabellio qui ſcripſit inſtrumentum, priuabitur officio, & erit infamis, & manum amittet. Hoc dicit.

1 ¶ † Iacobus de Bellouiſu tractat illud brocard. primò, an reconualeſcat tractu temporis, quod de iure ab initio non valet: quæ omnia omitto, cùm ſolùm intendam tractare feudalia per veras con-

2 ſtructiones. ¶ † Not. primò, non eſſe licitum vaſallo vendere feudum, neque totum, neque partem

3 aliquam. ¶ † No. ſecundò, non eſſe licitum vaſallo

pigno

a pignorare, [a] vel aliter alienare feudum ſine per-
4 miſsione domini. ¶No.ibi, præſcriptione.† quòd
nulla præſcriptio obſtat huic prohibitioni: de
5 qua in textu. ¶ Nota text. in §. callidis. † quòd
vbi vaſallus procurat fraudem: puta, ſub colore
inueſtituræ vendendo feudum, punitur: vt in tex.
Nam ſi in fraudem non eſſet facta inueſtitura, certè vaſallus poſsit alteri in feudum dare: vt plenè
dixi poſt gloſſ.in c.j.de capi.Conradi. ¶No.etiam
6 text. † quòd ſcriba qui ſcienter ſcripſerit inſtrumentum, quando in fraudem fit inueſtitura: vt ſuprà dictum: amittit officium & manum, & efficitur infamis. ¶ Gloſſ. in verbo, pignorare. diuiditur in duas. Nam in prima colligit deciſionem
quæſtionis ex text. Secundò format quæſtionem.
7 ¶Ibi, c.j. vult ergo gloſſ. † quòd vaſallus non poſſit hodie pignori dare feudum, vel aliàs obligare,
neque etiam pro parte poterit obligare: vt plenè
ſcripſi in cap. j. de feud.ali. ¶ Et hanc gloſſam limitant Iac. & Bald. eſſe veram, niſi vaſallus dediſſet
pignori ipſi domino. Nam tunc non cadit à feudo
ipſe vaſallus: quia cùm dominus conſenſit, nulla
fit ſibi iniuria: c.j.extra, de feud. ¶ Ad fin. gloſſ.
8 not. † quòd dominus poteſt proprietatem feudi
obligare ſine cõſenſu vaſalli: Quam gloſſam limitat Bal. veram, niſi res eſſet obligata pro tanto, vt
non eſſet ſpes luitionis: l. qui habebat. in princip.
ff. de leg. iij. Ratio eſt, quia tunc magis cenſetur
alienatio, quæ eſt prohibita domino ſine vaſalli
voluntate: c.j.ſ̃.eod.tit.de l.Conradi. ¶Not. ſe-
9 cundum And. & ſentit hîc Bal.† quòd vaſallus alienans non cadit à feudo, niſi tradiderit. Idem intelligo, ſi conſtituerit ſe tenere & poſsidere nomine
b emptoris: l.quod meo.ff.de acquir.poſſ. [b] vel aliis
modis: de quibus per Bald. in l.traditionibus.C.de
10 pact. ¶Not. ſecundum Bal. hîc, † quòd ſi vaſallus

a *Quòd vaſallus non poſſit pignorare feuda, limitat multis modis D. Fran. Curt. ix.char.iiij. par.ver.vj. principaliter quæro.*

b *Adde, quòd opinionẽ D. Lau. hîc cõprobat & ſequitur Do. Fran. Curt. in trac. feu. in xij. char. iiij.par. verſicu.xx.quæro. vbi dicit, quòd licet p conſtitutum inducatur ficta traditio tamẽ transfertur p eum vera poſſeſſio. Et ibidẽ ſubiũgit, an poſſit vaſallus in alienatione apponere aliqua verba, propter quæ excuſetur à caducitate. Vido eum omnino. Vide etiam per eundem in xj. chart. iiij. part. verſicul. ſed circa præmiſſa.*

debet aliquid, & obliget omnia bona ſua, non cadit à feudo: quia in tali obligatione generali non venit feudum: [a] c.ſi generalis. §. ſi de feud. fuerit contro. & facit l.codicillis.§.inſtituto.ff. de leg.ij. & quod ibi not.Bar. Sed ſi ſpecialiter obligat feudum,& procedat ad actum facti: puta,ad traditionem,priuatur feudo: ſecus, ſi ſtat in finibus verbi,
11 ſecundum Bald. Ego putarem, † quòd imo etiam hoc caſu cadat à iure feudi,per tex.noſtrum ibi,vel pignorare. quoniam per ſolum conſenſum obligatiuum feudi,vel alterius rei, conſtituitur ius in re, & agi poteſt hypothecaria: l. ſi tibi. §.de pignore. & ibi no.ff.de pact.& in l.j.ff.de pignor.& in l.j. de pignorat.ac.licet ſecus ſit in alienatione:puta,vendicatione, in qua non cauſatur ius in re,niſi ſecuta
12 traditione:l.traditionibus. ¶†Sed quid ſi ſunt plures domini, & pignorat vni, aliis non conſentientibus? Reſpondeo,non ſibi præiudicat,niſi quo ad partes aliorum dominorum non conſentientium: arg.eorum quæ no. Gui.de Cu.in l.ſi duo. in prin. ff.de iureiur. niſi fortè feudum ſit indiuiduum: [b]
13 vt hîc per Bal. ¶†Nunquid vaſallus poſsit vendere fructus totius temporis, quo ad apud eum erit feudum? Reſpondeo, quòd ſic: quia prohibitus vendere rem, non prohibetur de fructibus: l. codicillis.§.inſtituto. de legat.ij. Sed ſi vaſallus venderet fructus feudi pro duobus annis, deinde moritur feudo aperto domino, omnes obligationes peremit: leg. lex vectigali fundo. ff. de pignor. Quare non poteſt plus habere emptor, quàm venditor, qui ſi moriatur ante Martium, fructus feudi erant domini,aperto feudo domino: ſuprà,de capitulis Conradi.§.ſimiliter. ¶In gl.ſi autem aliena
14 uerit.ibi,c.præterea.no.gl.†ꝙ ſi vaſallus alienauerit feudum, licet poſtea redimat, perdit feudum:

*a Et quòd in generali obligatione non veniat feudum, tenet D.Alex ſuo conſ. ij. col.j.iiij.vo. et facit,quia in obligatione generali non veniūt ea quæ quis veriſimiliter nõ fuiſſet ſpecialiter obligaturus: de qua p Alex. conſ.xvj. in ij.dubio. ij. vol Ro.cõſ. clxvj. in ij. dub. Alexã. cõſ. clxviij. col.ij.ij.vol. & conſ. xx. v.vol.Barb. ij. vol. conſ. vij.& conſ. xxiij. & ſequent.in eo. Alexã. conſil. xxxiij. j. colum. j. volum.*

*b Quãdo ſunt plures domini, an in alienat. requiratur conſenſus omnium, Dо.Franciſc. Curt. in tracta. feud. xvj. chart. iiij.part. verſic. vj. quaro.*

Quod

Quod limitat Bal. verum, niſi feudum deberet reuerti ad dominum per ſententiam: quia per ſententiam poteſt culpa purgari:vt no.Inſt.de act.§.item mixta.Sed vos dicite,vt dixi in c.j.quid iuris,ſi vaſal.poſt alien.feu.iſtud recuperauit. ¶In ea.gl.ibi,
15 Iulianus.no.glo. †quòd vaſallus prorſus extraneo feudum legare, vel ipſum in feudo hæredem inſtituere non poteſt.Sentit tamẽ gl.hîc, quòd hoc caſu exiſtentibus agnatis vel deſcendẽtibus propter tale legatum vel inſtitutionem non priuentur deſcendentes,vel agnati, feudo.Et faciunt not.in c.j. ſ.de ſuc.§.donare.ſ.qual.olim.po.ali.feu.Nec valet legatum feudi factum eccleſiæ,ſecundum Bald. ¶In ea.gl.ibi,§.donare.no.gl. quam ſequuntur o- a
16 mnes,†quòd vaſallus non poſsit dare feudũ in dotem pro filia ſua:licet aliunde non habeat bona,licet mulier habens feudum pro ſe, poſsit feudũ dare in dotem, dummodo non det æſtimatũ, nec adſit pactum de lucrando,ſecundum Bald.in d.§.do-
17 nare. ¶Ad fi.gl.no.†quòd vaſallus non poteſt concedere in emphyteoſim perpetuam , vel ad lõgum tempus, feudũ: etiamſi fiat pactum,quòd vtile dominium non tranſeat per talem contractum : quia hoc videtur in fraudem legis factum,ſecundũ Dy. in l.codicillis.§.inſtituto.de leg.ij. ſecundum Bal.
18 hîc.¶In gl.quid ſi dominus.ad fi.no.glo. †quòd ſi dominus permiſit vaſallo vendere tertio:puta,Ti-
a tio:non poteſt enim vendere alij. [a] Et iſtam gl. ſequuntur Doct.licet Bal.intelligat aliter:videlicet, ſi dominus conceſſerit vaſallo licentiam vendendi cuilibet amico, non poſsit vendere inimico domini : ſecus , ſi ſit inimicus vaſalli : quia tunc videtur priùs reconciliaſſe ſibi,& poſtea vendidiſſe:l.creditor.§.fin.ff.manda.& ſufficit mediocris amicitia:l. ſciendum.ff.de vſur. ¶No.tamen ſecundum And.
19 †quòd ſi permittatur Titio , videtur permiſſum eius hæredi:quia qui quæſiuit licentiam vendendi, quæſiuit pro ſe & ſuo hærede:l.ſi pactũ.ff.de prob.

a *An per conceſſam licentiam de vẽdendo vni, poſsit quis vendere alteri, D.Frã. Cur. in tra. feudo. xvij. charta, iiij. part.verſic. iiij. quæro. Et an ſi ſit conceſſa licentia vendẽdi feudũ ſimpliciter, poſsit vẽdere partẽ tãtùm , vide D.Fran.vbi ſup.verſicu. vij. quæro. vbi valde dubitat in hoc articulo.*

Item ſi permiſit dominus vendi rem feudalem, poteſt pars ipſius rei vendi: quia in toto continetur
20 pars: l.ſi quis cùm totũ.ff.de execu.rei iud. ¶†Sed nunquid ſi dominus permiſit vẽdere, poſsit obligare pignori feudum? Ego putarem, quòd ſic: quia quanquam aliud ſit vendere, & aliud pignorare, tamen conceſſo eo, quod eſt plus, cõceditur id quod eſt minus: l.ſeruitutes.l.ſtillicidium.ff.de ſeru.& l. cui pacto.ff.de ſer.expor.& probatur etiam per gl. in caſu odioſo, in l.ij.C.de pa.qui ſi.diſtr.¶No.ſe-
21 cundũ An.hìc, †quòd ſufficit conſenſus expreſſus, ſiue tacitus. ¶Sed nunquid requiritur conſenſus domini mediatè, vt Imperatoris, vel regis: vel immediatus, vtputa domini comitis, à quo tenet feudum? Bal.in l.ſi permittente.C.ad Maced.dicit, ꝙ requiritur licentia mediati domini, per l.filia. ff.ad Maced.& in ſimili in emphyteoſi dicit Bar.de Sal. in l.fi.C.de iure emph. licet And. dicat hìc verius, quòd cõſenſus vtriuſq; interueniat: quod ego pu-
22 to tutiús. ¶No.†quòd abſentia domini non excuſat vaſallum alienantem ſine cõſenſu domini, quia tex.noſter loquitur indiſtinctè: l.de precio. de Pu-
23 blic.ſecundum And.hìc. ¶†Sed an vicarius vel locum tenens regis, poteſt abſente rege conſenſum præſtare, & venditiones confirmare, ſicut rex poteſt? Iſta quæſtio non eſt dubia, ſi locum tenens habet mandatum ſpeciale ad hoc: quia tunc poſſet. Item ſi ad certa limitata eſſet vicarius, inter quæ hoc non eſſet, ſimiliter non videtur dubium: quia tunc non poſſet: l.ſi procurator ad vnam ſpeciem. C.de procura. Sed dubium procedit, ſi ſimpliciter facit vnum vicarium, vel fecit vicarium ad omnia. Nam tunc And.hìc videtur concludere, quòd poſſit: arg.l.ſi quis pro eo.§.nummos.ff.de fideiuſſ.niſi ex circunſtantiis aliter conſtaret de mente: l.ſemper.ff.de reg.iur. & l.ſeruus pluriũ.§.fi.ff.de leg.j.
24 ¶†Sed quid ſi dedit liberam poteſtatem vicario, interdixit tamen ei, quòd non alienaret, an poſsit

tunc

tunc præſtare conſenſum?Et Andr.hîc videtur tenere,quòd ſic:quia aliud eſt vendere,alıud eſt conſentire venditioni : l.aliud.ff.de reg.iur. Item quia debuit declarare loquelam. Item,quia non debuit
a decipere ſubditos:ar.l.j.C.de iis qui ve.æta.imp.[a]
25 ¶†Vtrùm autē conſenſus domini valeat,ſiue precedat, ſiue ſequatur vēditionem vel alienationē?[b]
b Reſpondeo,quòd ſic:ſecundum And.arg.l.fi.C.ad
26 Maced.& l.licet.ff.de iudic.¶†Item quid ſi Titius alienauit feudum,& nō tradidit, & mortuus eſt,& poſt mortem dominus conſentit:an valeat?Reſpódeo,quòd non:l.ratum.ff.rem rat.habe.ſecundum
27 And. ¶†Sed nunquid vt auocetur bonorum poſſ. ab emptore,ſit neceſſaria ſententia,pro qua declaretur feudum amiſſum? Reſpōdeo,quòd ſic: c.j.de feud.ſine cul.non amit. Et facit quod not.in l.cum duobus.§.item reſpondit.ff.pro ſoc. ¶In gl.quicquid.ad fi.de hoc dicite,vt no.ın c.j.ſ.de cap.Conradı. ¶In gloſ.ſed nunquid.ad fi.no.quòd tex.noſter procedit in nouo feudo,nō autem in paterno, ſi ſuperſint agnati:de quo not.in §.hoc quoque.ſ. de ſuc.feu. ¶In gl.quaſi dicat.ad fi.not.ſecundum
28 Doct.†quòd ſi emptor fuerit malæ fidei,non poterit petere preciū à vaſallo,ſi dominus euincat feudum,& applicabitur precium fiſco : l.Lucius.ff.de
c iure fiſ.[c] Sed ſi emptor ſit bonæ fidei,poterit agere ad precium & intereſſe, ſecundum Doctor. hìc.
29 ¶†In gl.in totum,ibi,c.j.ſigna ıſtam gl.quòd alienatio pro parte, punitur pro parte : non in totum. ¶In ea.glo.ad fi.de hoc dicite, vt in c.j.ſ.de vaſal. qui contra conſtit.Lothar.¶No.Bal.hìc,qui vult,
30 † quòd permittatur alienatio feudi paterni inter agnatos, ſi fiat proximiori, qui ſucceſſurus eſt in feudum:ſecus,ſi remotiori:quia tūc non valet,niſi de conſenſu domini fiat & agnatorum, ſecundum

*a Adde, quòd hæc omnia de locum tenente refert & ſimpliciter ſequitur D.la.in verbo, vicariúſque perpetuus. in ij. col.verſi.ſed pone dux, vel rex,&c. vbi etiā dicit,quòd locum tenens omnia poteſt præter ea quæ concernunt pœnam ſanguinis.*

*b Quia ſufficiat conſenſum domini ſequi alienationē,tenet & comprobat Do. Fran. Curt. in trac.feu. xvij. chart. iiij.par. verſicu.ij.cadit neceſſaria dubitatio.*

*c Sed quid ſi malæ fidei emptor prouideat ſibi de euictione per ſtipulationem,an tunc poterit agere ad precium? Vide D.Fran.Cur.in trac.feud.xiij.char.iiij.par.ver.xxviij.quæro.*

Iac. Valet tamen interim, dum alienator viuit, ſecundum Bal. Quod dictum Bal. limita verum in caſu licitæ alienationis: aliàs ſtatim reuocaret agnatus, ſecundum gl. Iac. & Bal. in ca.j. de ſuc. feu. ¶ Et
31 not. † quòd vaſallus non poteſt vendere feudū ſuo conuaſallo agnato, etiamſi ſit conſenſum ab Imperatore feu. per tex. noſtrū, contra Bal. hìc. Nec ob. l.ij. C. ſi ſoc. imper. lib. xij. quia reſpondeo, quòd loquitur, quo ad ius accreſcendi, non quo ad aliena-
32 tionem. ¶ † Et no. valere conſuetudinem, ꝙ feuda dentur inſolutum pro debitis vaſalli, etiam quo ad eccleſiam: quando eſt conſuetudo tam laycorum, quàm clericorum: [a] ſecus, ſi laycorum tātùm: quia tunc nō præiudicat eccleſiæ, vt not. in c.j. §. porro. qual. olim feu. ali. pot. & licet datio feudi inſolutū fiat à iudice contra vaſallum inuitum, non perdit feudum, cùm non cōſenſerit, niſi interueniat fictio compulſionis: quia qui ſimulat metum, intelligitur conſentire, ſecundum Bal. hìc. Et non eſt dubium,
33 † quòd inter conuaſallos eiuſdē domini licita eſſet diuiſio. Tex. eſt in c.j. §. item ſi duo. quib. mo. amit. feud. Sed ſi vnus vaſallus eſt pro parte vnius dñi, & alius eſt vaſallus alterius dñi pro alia parte: concludit etiā Bald. ꝙ licita ſit diuiſio. Facit quod no. per Bal. in l. cum ij. ff. de tranſact. in l. qui Romæ. §. fi. ff.
34 de verb. oblig. ¶ Et no. † quòd conſuetudo ſiue ſtatutū, quòd vir lucretur tertiam partem bonorum vxoris, non habet locum in feu. ſecundum Bal. hìc. Et dixi in diſputatione quam feci Papiæ. ¶ No. ſe-
35 cundum Bal. † quòd pater nō poteſt aſsignare feudum vni filiorū ſine cōſenſu aliorum, [b] nec etiā diuidere caſtra inter eos: de quo articulo dicite per gloſ. & Bal. in l. familiæ. C. fa. herc. & per Ang. in §.
36 optimæ. in auth. de nup. col. iiij. ¶ Et not. † quòd ſi ſit cōceſſum feudum pro me & ſucceſſoribus meis quibuſcunque, certè illa verba, quibuſcunque. faciunt, vt feudum tranſeat ad extraneum hæredem & legatarium, ſecundum Bal. hìc, &c.

[a] *Et an valeat conſuetudo, quòd feuda dētur in ſolutum pro debitis, vide Fel. in c. quæ in eccleſiarum. xxxij. col. de cōſti. Et ibi, an poſsit dare in dotem feudum pro filia.*

[b] *An pater poſſit vni ex filiis aſsignare totū feudum, diſcutit plenè D. Franc. Cur. in trac. feu. xv. charta, iiij. par. verſic. ex prædicta regula.*

SVM-

## SVMMARIVM.

1 *Iuſta cauſa vaſallum non petentem inueſtiturã congruo tempore, quæ excuſet, remiſſiuè.*
2 *Minor vigintiquinque annis ſi intra annũ & diem inueſtituram non petierit, reſtituitur.*
3 *Petendæ inueſtituræ modus.*
4 *Fœminæ ad petendam inueſtituram tempus, ante decimumquartum annum currere non incipit.*

§. PRAETEREA SI QVIS INFEVDATVS. ¶ Si vaſallus maior quatuordecim annis non petierit inueſtituram à domino, vel ab hærede domini, per negligentiam intra annum
1 & diem, amittitur. Hoc dicit. ¶ † In text. ibi, culpa vel negligentia. ergo à contrario ſenſu ſi per iuſtam cauſam ſtaret, nõ perderet feudum. Et quę ſit iuſta cauſa, vidiſtis in cap. j. §. quo tempore miles inueſti. pet. deb. Et pro hoc eſt expedita gloſſ. niſi. ¶ Gloſſ. quæ fortè. ad finem. Hanc gloſſam ſequun
2 tur communiter Doct. † quòd minor vigintiquin-
a que ann. habeat beneficium reſtitutionis, [a] ſi ſtetit per annum & diem, quòd inueſtituram non petierit, niſi adultus minor vigintiquinque annis fuerit in vera contumacia per admonitionem parium: argument. l. ſi ex cauſa. §. in commiſſum. ff. de minor. ſecundum Baldum hic: Quod dictum Bald. videtur durum per l. ait prætor. §. fina. cum l. ſequen. ff. de mino. & facit l. ſi tutore. & quod not. ibi Bal. C. de admini. tut. Nec obſt. in d. §. ſi in commiſſum. quia loquitur de dolo commiſſo, non autẽ de contumacia. Putarem quoque maiorem abſentem cauſa reipublicæ, vel ſimili, habere in integrũ reſtitutionem: l. j. & toto titulo ff. ex quib. cau. ma. Vel fortè ipſo iure nõ currit annus, cùm non ſit negligens: argu. text. noſtri ibi, in culpa negligentia.
3 ¶ Gl. pollicendo. ad fi. Signabitis gl. † quæ dat modum

a *Vide de hoc per D. Ia. in ver. qui quidem inueſti ti. co. xj. verſic. ſed ponamus, quòd minor.*

dum petendi inueſtituram pollicẽdo fidelitatem. Putarem tamen, ꝙ ſufficiat petere inueſtiturã abſque eo, quòd dicant pollicendo fidelitatem: quia qui vult cõſequens, id eſt inueſtituram, vult omnino neceſſarium antecedens, ſcilicet præſtare fidelitatem: arg. l. j. ff. de acqui. poſſ. & l. ij. ff. de iur. om. iudi. De hoc tamen dicite, vt no. in c. j. hîc allegato

4 in gl. ¶ Cõcludit hîc Bal. † quòd text. noſter habet locum, etiam quando fœmina ſuccedit in feudum, vt fiat cõputatio anni: vt dixi, poſt decimũquartũ ann. non autem poſt duodecimũ an. quia in iſto numero annorũ tex. fixit pedes. ¶ Sed an habeat locũ tex. vt in feudo nouiter dato per promiſſionem, vt

a petat inueſtituram intra annum & diem?[a] Reſpondit And. quòd non: quia tunc non dicitur infeudatio, cùm ſine inueſtitura non dicatur feudum, niſi quando ſuccedit: c. ij. de feu. cogn. & vide quæ no. Andr. in cap. j. ſi minori. ſ. ſi de feud. fu. controuer. ¶ No. tex. ibi, & ad dominum redierit. quod eſt verum, ſecundum And. ſi eſt feudum nouum, non paternum: nõ tamen habeat agnatos: vel ſi habet, nolunt ſuccedere in feu. aliàs ſi feudum ſit paternum & habeat agnatos volentes ſuccedere, feudũ non reuertitur ad dominum, ſed ad agnatos: de quo ſ. quæ fu. prima cau. benefic. amit. c. j. §. fi.

[a] *Adde etiam, quòd in feudo antiquo feudũ debet reuerti ad agnatos, cõtra D. Lau. hîc. Ita Do. Iac. in verb. qui quidem inueſtiti. co. xij. verſ. rurſus quæro. dicit fuiſſe iudicatum ipſo conſulẽte in ciuitate Thuri.*

## SVMMARIVM.

1 *Vicena millia paſſuum citatis extra territorium dãtur pro ſingula die.*

2 *Vaſallus qui non vult, vel non poteſt ire, poteſt mittere alium domino acceptabilem.*

3 *Electio vaſalli eſt, an velit ire, vel dimidium reditus feudi domino ſubminiſtrare.*

4 *§. firmiter. non intelligitur de dominis inferioribus Imperatore.*

5 *Inopia, vaſallus excuſatur.*

§. FIR-

§. FIRMITER ETIAM STATVIMVS. ¶Si vaſallus legitimè vocatus non ierit cum domino in expeditionem, vel non miſerit alium pro ſe domino acceptabilē, vel nō ſoluerit domino dimidiā partem fructuū feudi illius anni, feudū amittit. Hoc d. ¶No. tex. ibi, publicè. vt ſ. de c. Cōradi. §. pe. Vel dic, vt ſ. c. j. §. fi. Vel dic, vt ſ. hîc finitur lex Conradi. in prin. ¶In tex. ibi, vocatus. ſubaudi, legitimè: vt ſ. tit. j. §. fi. vbi no. ¶†In tex. ibi, ſpacio cōpe. id eſt vicena milia paſſuū[a] pro ſingulis diebus, præter diē qua vocatur, & qua ſe debet præſentare: l. j. ff. ſi quis cau. Et intellige ſecundum qualitatem perſonæ, & ſecundū itineris qualitatē: l. continuas. §. cum ita. ff. de ver. ob. & attēta recta via, non per circuitū, niſi in caſu neceſsitatis: ff. de excuſ. tuto. l. non ſolū. in prin. Debet enim habere arbitrio boni viri quoddā preambulum ſiue ſpaciū intra quod poterit ſibi preparare neceſſaria pro viatico: l. ab hoſtibus. §. ſed quia ſimpliciter. ff. ex qui. cau. ma. ſecundū Doc. hîc. Et per hoc ſit expedita prima glo. ¶Gl. notare potes. not. ex gl. † ꝙ ille qui non vult, vel nō pōt ire, pōt mittere aliū domino acceptabilem.[b] Facit quod no. glo. in c. ſi quis deceſſerit. ſ. ſi de feud. fue. contro. ¶Et no. ſecundum Bal. quòd ſi vaſallus miſerit non acceptabilem domino, & dominus admiſerit, ſiue acceptauerit, dicitur ſatiſfactū legi: l. qui ſatiſdare. ff. de fideiuſ. quia imputet ſibi dominus, qui eum acceptauit, etiamſi dominus ſit prelatus eccleſiæ, vel vertatur magnum præiudicium eccleſie, ſecundū Bal. hîc. Nec ob. §. ſimiliter. ſ. de capi. Conradi. contra tex. noſtrū ibi, tertiam. quia corrigitur per tex. noſtrū ſecundū Iacob. Et iſtū tex. intelligit Ia. ſiue feudum ſit nouum, ſiue paternū: ſed And. dicit, quòd tex. noſter. ibi, dominus feudi in vſus ſuos. debet intelligi in feudo nouo: vel, qñ non habet agnatos, vel nolunt agnati feu. vt no. in c. j. ſi vaſallus priuetur feudo. vt dixi in precedenti §. ¶†Sed quæro, cuius

1 (marginal number beside "ſubaudi")

2 (marginal number beside "pedita prima glo.")

3 (marginal number beside "tur feudo.")

*a Citatis extra territoriū dantur viginti milia paſ. peragēda ſingula die, die quo ſe præſētare debent, non computata.*

*b Et quid ſi nō vadat, nec mittat, an ſit priuatus ipſo iure, an verò requiratur ſentētia priuatiua: D. Ia. in ver. & promiſerūt eidē domino præſtare ſeruitia. col. xij. verſ. quæro nunc. & vide ibi. col. pe. verſ. vlterius quæro de quæſt. quotidiana.*

cuius erit electio, an vaſalli, an domini, ire ad exercitum perſonaliter,[a] aut mittere alium, aut pecuniam, quantum eſt medietas fructuum vnius anni ſoluere? Puto eſſe electionem vaſalli: l. plerunque. §. fi. ff. de iure do. & gl. eſt in ſimili. ⁊. eod. §. præterea. Et expone text. ibi, acceptabilẽ. id eſt aptum vt acceptetur: quia habilis denotat habilitatem, ſecũdum Grãmaticos: & relinquitur arbitrio iudicis, quis dicitur acceptabilis: l. continuus. in prin. ff. de verb. ob. ita vt vaſallus non ſit nimiũ auſterus, nec dominus nimiùm delicatus, ſatis eſt, quòd habeat ęquè idoneum: ar. l. ſi ſeruos. ff. de pignor. act. ¶ Et
4 not. ſecundum And. † quòd ſi marchio, comes vel alius, ab Imperatore feudum tenentes, ab ipſo Marchione vel ſimili requirat, vt ſint cum eo pro vindicanda iniuria ſua propria, vel defendenda non propter publicam expeditionem, non habebit locum iſte §. & ſi miles. ſed habebit locum, quod dicitur ⁊. qui. mo. feud. amit. in prin. &, quæ ſit prima cauſa benefi. amit. Hoc d. §. præterea. ¶ No. tex. ibi, teme
5 re. † quòd ſi vaſallus nõ poſsit ire vel venire perſonaliter: puta, quia infirmus, & non poſſet aliũ pro ſe mittere, neque dimidium redituũ ſoluere propter nimiã inopiam, cùm eſſet nullus reditus feudi illo anno, nõ perdit feudũ: d. l. cõtinuus. §. illud. Et ita ſentit hîc And. vt probatur in d. §. illud. &c.

*a Vide de hoc per D. Ia. in ver. & pro miſerunt eidem domino præſtare ſeruitia. col. x. ver. xx. quæro. & verſi. ſeq.*

## SVMMARIVM.

1 *Feudum principatuum non diuiditur, niſi conſuetudo ſit in contrarium.*

2 *Iuriſdictiones inferiores diuidi poſſunt, vel ad diuiſionẽ territorij, vel ſub alternatione tẽporis, prout ipſis diuidentibus placuerit.*

3 *Vaſalli omnes tenentur domino ad fidelitatem, ſiue feudum ſit diuiſum, ſiue non.*

4 *Plures dominos pro vno feudo nemo habere tenetur.*

*netur.*

5 *Plures filij domini diſponere poſſunt, cui fiat fidelitas.*

6 *Vaſallus pluribus ſeruitia præſtare minimè cogitur.*

7 *Vaſallus ex duobus dominis eliget quem volet.*

8 *Dominus non poteſt ſine voluntate vaſalli ius ſuum in alium transferre.*

9 *Vaſallus ſi decedat relictis duobus hæredibus, vno vtili, alio inutili, inutilis feudum nihilominus retinet.*

10 *Electio fidelitatis præſtandæ, cui deferatur.*

11 *Diuiſio feudi regalis ex conſuetudine vel priuilegio introduci poteſt.*

12 *Diuiſio feudi inferioris non eſt alienatio, niſi per diuiſionem fiat dominus qui non erat.*

§. PRAETEREA DVCATVS, MARCHIA. ¶Ducatus, marchia, comitatus non diuiduntur: aliud autē feudum diuiſionē recipit, ſi conſortes volunt, ita tamen quòd omnes qui partem feudi habent, fidelitatem facere debeant: & vaſallus pro vno feudo nō debet plures habere dominos, nec dominus ſine vaſalli volūtate ad aliū

1 transfert feudum. Hoc d. ¶No. †quòd feudū prin-

a cipatuum non diuiditur: & eſt ratio,[a] vt dicit euāgelium: quia omne regnum in ſe diuiſum, deſolabitur. Itē dicit Ariſtoteles xij. Metaphyſicæ: Entia nolunt malè diſponi: pluralitas principatuum, mala: princeps ergo vnus. Hoc verum, niſi eſſet con-

2 ſuetudo diuidendi: l. de quibus. ff. de legib. ¶†Sed quid de alijs inferioribus iuriſdictionibus, nunquid poſſunt diuidi feuda talium iuriſdictionum: puta, ſi duo fratres habent feudum: puta, caſtrum cum iuriſdictione: an poſsint diuidere: puta, quòd vnus habeat iuriſdictionem vltra talem locum,

a *Alias rationes quare feuda dignitatū nō poſſint diuidi, ponit D. Iac. in verb. dux Sab. col. pe. Et an & quādo ſeu. dignitatis poſſit diuidi, examinat per regulam & fallētias Do. Frā. Cur. intra. feu. xiij. cha. iiij. par. verſic. xxx. quæro. Plura accumulat Fel. in c. quæ in eccleſiarū. in antep. co. de conſti.*

a *Intellige hoc verū, quòd feuda inferioris iuriſdic. poſſunt diuidi: ita demum ſi omnes conſortes cōſentiāt, aliàs ſecus. Ita declarat Dom. Fran. Cur. in tra. feu. xiij. cha. iiij. par. ver. xxx. quæro. in fi. illius ver. Fuit dictū Pa. pōderātis iſtū tex. ad hoc in cō. ibi p D. Frā. allega. Vide D. Alex. cōſ. xxv. j. co. v. vo. Vide Fel. in c. prudētiā. in prin. col. ij. de offi. & po. iu. delegati.*

b *Limita not. vt per D. Ia. in ver. marchio. inij. co. Sequitur D. Frā. Cur. in tra. feu. xiij. cha. iiij. par. verſi. xxx. quæro. in j. fallentia.*

locum, alter citra, vel per alternationem temporis? Concludit Bal. diuidi poſſe, non vt ipſa ſubſtantia, iuriſdictionis quæ eſt in ſeipſa, quid incorporale diuidatur, ſed vel ad diuiſionem territorij, vel ſub alternatione tēporis, prout ipſis diuidentibus placuerit. Et vide Bart. in l. inter tutores. ff. de admi. tu. & quod no. in l. fraudati. ff. de Publi. & quod no. gl. in l. cōi diuidundo. ff. cōmuni diui. Sed concluſiuè tenēdum eſt, quòd licet feudū marchiæ, comitatus, vel ducatus verè non poſsit diuidi, vt dictū eſt: tamē feuda inferioris iuriſdictionis bene poſſunt diuidi, ſecundum Bal. Et facit quod no. Guil. de Cu. in l. vltima. ff. de re. du.[a] ¶ Pone, duo fratres marchiones diuidunt hoc modo: quia vni marchia tota aſsignatur pro parte, alij aſsignātur omnia alia bona allodialia, an valeat diuiſio? Reſpōdit Bal. quòd ſic: quia quo ad marchionatum, non eſt diuiſio: l. & puto. §. j. ff. fa. her. Facit quod no. in l. ſi familiæ. C. fa. her.[b] & vide aliquas concluſiones per Bal. in c. j. §. hoc quoque. ṡ. de ſucceſ. feu. Et qualiter vaſallus eccleſiæ poſsit alienare, per Ia. in c. j. in princ. ṡ. qualiter olim feud. ali. pot. ¶ Et not. text.
3 †quòd omnes vaſalli tenētur ad fidelitatē, ſiue feu-
4 dū ſit inter eos diuiſum, ſiue non. ¶ Itē not. † quòd pro vno feudo non tenetur quis habere plures do-
5 minos. ¶ Quærit Bal. † quid ſi dominus deceſsit pluribus filijs relictis? Reſpondet, quòd ipſi inter ſe poſſunt diſponere vel ordinare, cui ipſorum fiat fidelitas: vt ṡ. ſi de feu. fu. contro. c. omnes filij. Et ſi non ordinauerint, poteſt vaſallus eligere vnum ex eis: l. ſiquis à filio. §. ſi plures. ff. de leg. j. ſecundum Iac. De quo puncto dixi in d. cap. omnes filij. And. hîc dicit, quòd quantum ad iuramentum, iurabitur vni pro omnibus. Et ita ſentit hîc Bal. dum allegat c. cui fundus. ff. de condi. & de. Sed quantum ad ſeruitium faciendum, non cogeretur plures habere dominos: quando debet iuuare dominum in prælio, non iuuabit omnes. Si vnus haberet præliū

contra

contra tertiũ in vno loco, & alius in alio loco, non poteſt eſſe cum ambobus in locis diuiſis. Non ergo quantum ad hoc compelleretur plures habere do-
6 minos: † quia eliget quem iuuet ipſe vaſallus. Et ſecundum hanc gloſſam quæ incipit, cui dabitur electio. quæ dat electionem vaſallo, bene loquitur niſi eſſet antiquior: quia antiquiori eſt facienda fidelitas, ſecundum And. & Bal. hìc, niſi alter preuenerit, ſecundum Andre. Si verò ſeruitium eſt diuiduum: puta, pecuniæ: tunc cuilibet dabit partem ſuam: l. j. C. ſi cert. pet. ¶ Et no. ſecundum Andre.
7 † quòd iſte §. poteſt etiam intelligi, quando dominus vendidit partem feudi alij, & partem ſibi retinet, nō cogitur eſſe vaſallus duorum dominorum, ſed eliget quem vult, pro ſe: quia non debet in plures diſtingui, qui cum vno contrahit: l. ne in plu-
8 res. ff. de excu. tu. ¶ No. etiam tex. † quòd dñs non poteſt ſine voluntate vaſalli ius ſuum in aliũ tranſferre: Quod limitat Bal. ſcilicet, ſine vniuerſitate: ſed cũ vniuerſitate poteſt, ita tamen ꝙ vaſallus grauius ſernitiũ non patiatur: vt no. in c. j. ſ. de c. qui curi. veñ. Etiam ita ſequitur glo. quæ incipit, iure
9 conſuetudinario. ver. vel dic referre. ¶ † Deinde gl. quærit, quid ſi vaſallus deceſsit relictis duobus filiis, quorum vnus vtilis eſt ad ſeruiendum, alter non: nunquid tantùm vtilis ſuccedet, vel ambo? Vide Bal. in c. j. an mutus vel aliàs imperfectus. Sed Iaco. hìc inclinare videtur ſecundum Obertum & Girardum, quòd ambo ſuccedere debent: quia quod iuris eſt de toto, quo ad totũ, &c. l. quæ de tota. ff. de rei ven. licet alij contrà, c. j. an mutus vel aliàs imperfectus. Sed ſecundum Andre. hæc quæſtio eſſet ſuperflua, ſi dominus etiam inutili feciſſet gratiam: arg. c. j. ſuprà, quemadmodum feud. ad fœm. perti. Ergo vterq; ſuccedit. Item ſi dominus non conſentit, adhuc non eſt dubitabile: quia ponitur quæſtio in feudo paterno, vt no. And. ſ. epiſcopum vel abbatem. c. inuitus. ſed ſi ponatur da-

tum duobus in feudum, vtili & inutili, ſi dominus ſciuit eum inhabilem, vterq; habebit partem ſuam: ſi verò dominus ignorauerit eum inhabilem, non daturus, ſi ſciuiſſet eum inhabilem, non habebit habilis partem inhabilis, ſed partem ſuam tantùm: l.j.§.quod tabulis. ff.de duobus reis. & ſecundum
10 And.hic. ¶†No.gl.cui datur electio. circa quam diſtinguit Iaco. Aut feudum ex diuiſione peruenit ad vnum tantùm, & tunc illi debetur fidelitas. Aut ad omnes dominium feudi peruenit facta diuiſione per partes: tunc ſi in diuiſione adiudicatum eſt ius vaſalli vni: vel conueniunt, vt vnus vaſallus habeat, tunc vni ſoli præſtabitur fidelitas. Si verò in diuiſione non conueniunt, nec eſt adiudicatum vni, tunc dabitur electio vaſallo: vt dicit gloſſ. Et
11 dic, vt dixi in dict.c.omnes filij. ¶Nota,†quòd ex priuilegio vel conſuetudine cuius non eſt memoriæ, poteſt feudum ducatus, comitatus, vel marchionatus diuidi: aliàs ſecus, ſecundum And. hic.
12 ¶Not.And.ex hoc text. †quòd diuiſio feudi inferioris non eſt alienatio, niſi per diuiſionem fiat dominus, qui non erat: puta, viui iure Francorum: quo iure primogenitus tantùm ſuccedit. Fratres nũc ſe diuidunt, tunc ſecundogenitus ſi fiat dominus mediatus, qui in nullo debebat eſſe dominus, nec hæres in aliquo: hæc diuiſio erit alienatio. l.j. C. communia vtriuſque iudi. ſicut ſi diuideretur marchionatus, ducatus, comitatus, qui prohibentur: ergo diuiſio non valet. l. non dubium. C. de legi. Si verò viuant iure Lombardo, tunc poteſt diuidi: vt hic. Inter hæredes diuiſio non eſt alienatio: in authen.de litig. §.j.ſecundum Andream. Quòd inter ſe hæredes filij, vel alij poſſunt aſsignare feudum: d. c. omnes filij. ſcilicet, ſincera & bona fide. Nam ſi duo deberent diuidere, quorum vnus antiquus eſt ſine filio, ita vt pars ſua ſit aperienda domino feudi: quia iuſtè non ſperatur habere filios, & quia non poſſet generare: & alius habere;

beret filios, & diuidant, quòd allodium habeat: qui non habet filios, feudum totum ille qui habet filios in fraudem videtur factum: & ideo non valet: §.callidis. ſuprà eod.& l.fraus.ff.de legib.&c.

## SVMMARIVM.

1 *Vaſallo qui feloniam commiſit, inueſtituram petente, an inueſtitura facienda ſit.*

2 *Patris delictum, an noceat filio.*

3 *Executio veteris feudi non dicitur nouum feudum.*

4 *Vir non tenetur expellere vxorem dominum offendentem.*

5 *Pater filium liberum non poteſt dare pro noxa.*

6 *Ingratitudo quando præuenit gratiam, tunc illam impedit, niſi ſatisfactio interueniat.*

7 *Vaſallus vaſalli dominum offendens, fraudem committit.*

8 *Alienatio feudi per plures continuata, per primum dominum reuocatur.*

9 *Oſtendere feudum de quo vaſallus ſeruitia præſtat, iure cogi poteſt.*

§. INSVPER SI FILIVS VASALLI. ¶Si vaſalli filius offenderit dominũ patris ſui, & pater à domino fuerit requiſitus, debet eum ducere ad ſatisfaciendũ domino, [a] aut filium à ſe ſeparare: aliter priuabitur feudo. Si autem pater vult eum ducere, filius autem contemnit, patre poſtea mortuo, filius non ſuccedit in feudo: niſi priùs domino ſatisfecerit. Idem ſeruatur etiam de domeſtico vaſallo. Si verò vaſallus vaſalli dominum offenderit, feudum amittere debet, niſi pro

*a Et quæ ſit ratio, quòd teneatur tunc filium præſentare domino, & cuius erit electio, an domini, aut vaſalli, de præſentãdo aut ſeparãdo, & ad quem finem fiat iſta præſentatio, vide de omnibus per Do. Ia. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt non cõmittere in j. col. Ibi etiam plura alia attingit ad materiam huius ſummarij.*

ſeruitio alterius domini hoc fecerit, quem ſine
fraude antea habuit. Et niſi requiſitus à domino
paratus ſit ſatisfacere, & ſi vaſallus idemq́; domi-
nus à domino ſuo requiſitus, ſuum vaſallum qui
dominum ſuum offendit, non requiſierit, vt domi-
no ſuo ſatisfaciat, feudum amittit. Hoc dicit vſq;
ad §. præterea ſi de feudo. ¶ In text. ibi, ſuccedat.
facit c.ij. ĵ. de capi. qui curi. vend. ¶ In gl. j. ad fin.
1 vult ergo gl. †quòd ſi vaſallus feloniã commiſe-
rit ante inueſtituram, vel poſt, & eam inficiatur, &
petit inueſtituram ipſe vel eius hæres, quòd non
a obſtabit eis delictum.[a] Sed Iaco. hîc dicit, quòd
aut ſimpliciter petit inueſtituram, & non auditur:
aut ſub proteſtatione, & tunc auditur: l. eleganter.
§. pen. ff. de dolo. Vel aliter, ſecundum eum: Aut
dominus eſt paratus ſtatim docere de felonia, &
tunc nō cogitur ſtatim facere inueſtituram: aliàs
ſecus: l. iij. §. ibidem. ff. ad exhibend. l. ille à quo. §.
ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. Sed Bald. ait, quòd
cùm in caſu noſtro non requirit libellus, cùm pro-
cedatur ſummariè, vt no. ſ. per quos fiat inueſtitu-
ra. c. j. ſed in ſummariis ſuccedit regula, q̄ ea quæ
requirunt altiorē indaginem, non impediunt pro-
ceſſum, ſed debent ſeruari in proceſſu ordinario:
vt no. in l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. Et
ſic effectu Bal. eſt cum vltima opinione. Subdit ta-
men Bald. quòd caueat tantùm ſibi vaſallus, ne ſu-
per exceptione doli & ingratitudinis lis conteſte-
tur, vel opponatur peremptoria: quod idem eſt:
quia tunc oportet iudicem de ipſa exceptione co-
2 gnoſcere: l. de qua re. C. de iudic. ¶†In glo. nun-
quid. in c. j. gl. quęrit, an delictum patris noceat fi-
lio in feudo? Quem articulum non examino, quia
plenè poſui in diſputatione, quæ incipit, à maie-
b ſtate regia Senenſi.[b] Et vide remiſsiones quas de-
di ſ. ſi de feu. fue. controuerſ. c. ſi vaſallus culpam.
3 ¶In eadem gl. ad fi. Signa gl. †quòd dominus non
poteſt præiudicare agnatis in feudo antiquo, &
vide

a *Vide D. Iac. in ver. dicti que vaſalli promiſerunt non committere. co. xvij. ver. ſed pone, dominus.*

b *An & quando in feudis delictum patris noceat filijs, vide D. Franciſc. Cur. in trac. feud. in vj. quæ. v. par. D. Iacob. in ver. dictiq́; vaſalli promiſerunt nō committere. col. antep. verſ. videamus nunc.*

vide not.in c.j.de vaſallo decrepi. ætat.& dicit hîc Bald.quòd executio veteris feudi non dicitur nouum feudum: ſecus, ſi eſſet addita noua forma: vt not.in c.ei qui.de præbend.libr.vj. ¶ In glo.quid ſi vaſallus.ad finem.gloſſ.bene loquitur: & de hac gloſſa dixi ſ.quibus modis feudum amittit.§.j.&, quæ fuit prima cauſa benefi. amitte.§.porrò. ¶ In gloſſ.qui autem dicantur domeſtici.ad fi. aduerte,
4 † quòd vir non tenetur expellere vxorem offendentem dominum: argum.l.manifeſtiſsimi.§.fi.C. de furt. Vnde ab iſtis domeſticis excipitur vxor.
5 ¶ Not. ſecundum Baldum hîc, † quòd pater non poteſt filium ſuum liberum dare pro noxa: Inſtitu. de noxa.§.fin. Et iſte filius ſic expulſus,non ſuccedit in feudo, niſi priùs domino ſatisfaciat: vt dicitur in text. Et iſtam ſatisfactionem poteſt facere poſt mortem patris, niſi volente domino, ſecundum Baldum hîc: Cui adde, quòd neque volente domino in præiudicium agnatorum: vt dicit gloſ.
6 ij.hîc. ¶ † Et not.bene textum hîc, qui loquitur: Quãdo ingratitudo præuenit gratiam, tunc illam impedit, niſi ſatisfactio interueniat: ſed quando tempore gratiæ, id eſt feudi iam acquiſiti eſſet eques ingratus,licet offerat ſatisfactionem,nõ euadit punitionem: quia magis delinquit tẽpore gratiæ, quàm ille qui non eſt in gratia,ſecundum Bal.
7 ¶ † Quæro,ſi vaſallus vaſalli dñm domini offendea rit, an cõmittat fraudem? [a] Reſpondeo,quòd ſic:
8 ſecundum Iacobum & Baldum. ¶ † Item quæritur, ſi vaſallus dederit feudum alteri, & ille alij in feudum, & vltimus alienauerit,quis debet reuocare? Reſpondeo, quòd primus dominus, qui habet di-
b rectum dominium,ſecundum gloſſ. hîc, & Doct. [b]
9 ¶ † Item quæritur, an dominus poſsit cogere vaſallum, vt ei feudum oſtendat pro quo præſtitit
c ſeruitium? Et gloſſ.& Doct. hîc dicunt,quòd ſic. [c] ¶ Vltimò quæro, an vaſallus poſsit cogere dominum qui ei feudum de camera debet, vt ei poſ-

a *Vide D. Iac. in ver. dicti que vaſalli promiſerunt nõ committere. col. ij. verſicu. iiij. cauſa.*

b *Adde idem tenere Do. Iaſ. in c. j. in prin. co. ſi. in ſi. qui feud. da. poſſ.*

c *Vide D. Iac. plenè hoc examinãtem in ver. dicti que vaſalli promiſerũt. col. vj. ver. nunc quæro de quotidiana quæſt.*

ſeſsiones ex quibus percipere debet feudum, oſtẽdat? Et glo. hîc dicit, quòd ſic: ſed Bal. dicit, quòd non cogitur: quia incertum eſt debitum, cùm camera non teneatur, niſi abundet. De hoc vide no. in c.j. de feu. cogni.

## SVMMARIVM.

1 *Iudex quis ſit in cauſa feudali.*

2 *Dominus nolens cognoſcere in cauſa feudali, cogi poteſt.*

3 *Vaſalli litigantes propter priuilegium, in alium conſentire non poſſunt.*

4 *Pares cognituri, in loco congruo ſedere debent.*

5 *Paribus curiæ deficientibus, iudex rei eſt ordinarius.*

6 *Iuramentum contra Imperatorem non valet.*

7 *Imperator Rege Franciæ ſuperior eſt.*

§. PRAETEREA SI INTER DVOS. ¶Si cõtentio ſit de beneficio inter vaſallos, dominus cognoſcere debet: ſi verò eſt contentio inter dominum & vaſal. tunc pares cum curia debent cognoſcere. & ideo in omni iuraméto fidelitatis nominatim debet excipi Imperator. Hoc

1 dicit vſque ad fi. ti. ¶†Pro plena doctrina huius §. diſtinguendum eſt: Aut eſt cõtentio inter eos qui propriè dicuntur capitanei, vel duces, comites, & ſimiles, & tunc Imperator eſt iudex: c.j. de l. Conradi. Aut eſt contentio inter alios vaſallos, & conſtat vtriuſque vaſalli dominum eſſe, vel Imperator & dominus confitentur: Si eſt cõtrouerſia de aliqua feudi parte, vel de aliquo feudo, ſed non de toto, vel fortè eſt de finibus feudi, tunc dominus feudi eſt iudex: §. preterea. ſ. eod. Aut cõſtat tantùm vnũ eſſe vaſallũ de feudo aliquo, de quo nõ eſt queſtio, ſed

ſed de alio feudo, tunc pares erunt iudices: c. j. & ij. §. apud quem vel quos. Aut dubiũ eſt, quis eorũ ſit vaſallus, & prętendunt ambo inueſtituram ab eodem domino, tunc aut contentio eſt inter eos [a] quorum vterque ſuum proprium feudum eſſe dicit, tunc iudex vel arbiter cognoſcit: cap. ij. §. de l. Conradi. Aut inter eos, quorum vterque dicit antiquum, & tunc cognoſcit dominus cum curia: §. j. §. de inueſti. in mari. fac. Aut eſt contentio inter eos quorum vnus dicit antiquum feudum, alter nouum & proprium, & tunc hodie pares curiæ: c. j. an apud iudi. vel curiam domini. Aut eſt contentio inter duos, qui producunt diuerſos inueſtitóres, tunc iudex vel arbiter cognoſcit: c. ij. in prin. de l. Conradi. Aut eſt contentio inter vaſallum & alium quem conſtat non eſſe vaſallum, tunc iudex ordinarius rei cognoſcit: c. j. §. de contro. inter dominum & alium de beneficio. Aut eſt contentio inter dominum & vaſallum, & tunc pares curiæ co
1 gnoſcunt: c. j. §. apud quẽ vel quos. Vide quæ ſcripſi in c. cęterum. de iudi. ¶ Et prędictam diſtinctionem ſumpſi ex dictis Ia. in c. j. §. de inueſti. in ma. fac. [a] Et vide etiam quæ ſcripſi in c. ex parte. de ſo.
2 compe. ¶ † Quæro, quid ſi dominus non vult cognoſcere inter eos? Reſpondeo ſecundum Iac. ꝙ debet cogi à ſuperiore: c. j. §. ſi de inueſti. in. do. & vaſ. lis oriatur. & §. de mili. vaſal. qui contu. §. fi. &
3 in auth. de quęſtione. §. ſi verò forſan. ¶ † Et not. quòd glo. ſentit, quòd vaſalli litigantes poſſunt in alium quàm in dominum ſuum conſentire, ſecundum Bal. hîc. Sed Bar. in l. j. §. & poſt operis. ff. de noui oper. nun. tenet contrariũ, vt refert, & ſequit̃ hîc Bal. quod verius videtur propter priuilegium domini, ne fiat ſibi præiudicium: vt plenè not. in d.
4 §. & poſt operis. ¶ † Quæro, in quo loco pares vel dominus debeant ſedere pro tribunali? Reſpondeo ſecundum glo. & Doc. maximè Bal. in loco maiorum: vt leg. pe. ff. de iuſtitia & iure. Et ſi non

[a] Iſtam diſtinctionem refert & ſequitur D. Ia. in ver. & dicti vaſalli prædictis rebus. in j. col. vbi ponit vnam no. limitationem, quæ dicit ſæpe vſum fuiſſe in quæſtion. facti. Et quid ſi ſit cã poſſeſſorĳ de re feudali? Ponit D. Ia. ibi in ĳ. co. ver. quæro vlterius. Et de hoc vltimo ponit D. Frã. Cur. in ĳ. cha. vltimæ par. ver. vj. quæro. Et ibi in j. & ſeq. co. huius ſeptimæ partis ponit totã hãc diſt. D. Laud. hic reducẽdo illam ad regulam & fallentias

eſſet præfixus locus, poſſent tamẽ ſtare, vbi velint,
a Vide tu in hoc D. Frãc. Cur. in tra. feu. ij. chart. vl. par. ver. ij. quaro.
4 dummodo locus ſit congruus, habilis, honeſtus, a & ipſis paribus non ſuſpectus: l. cum ſententiam. cap. cum ſentent. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arbitr. ¶ † Quid ſi dominus non habet pares curiæ? Reſpondeo ſecundum Bald. quòd tunc iudex rei erit iudex: l. actor. C. vbi in rem act. In omnibus aliis bene loquitur gloſſ. ¶ † Sed pone, quòd ſi quis expreſsè iurauit contra Imperatorem? Reſpondeo non valere tale iuramentum, ſecundum Bald. hîc: quia eſt contra iura. ¶ Et not. quòd ſi quis iurauerit contra omnes homines, excepto Carolo quarto Imperatore? Certè tale inſtrumentum tranſit ad ſucceſſorem Imperatorem, ſecundum Bald. hîc.

5 (bitr. ¶ † Quid ſi dominus…)

6 (liis bene loquitur gloſſ. ¶ † Sed pone…)

7 ¶ † Et no. ſimpliciter pro Rege Frãciæ, quòd ſicut nominatim debet excipi Imperator, ita nominatim debet excipi Rex Franciæ: dummodo ſit dominus iurantis, & ei cui iuratur. Nam dicit Bal. quòd Rex Franciæ, excepto Imperatore, eminet ſuper omnes Reges: Imperator verò tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis lucet.

## Quæ ſint regaliæ. Titulus XXXIIII.

¶ Sequitur rubrica, quæ ſint regaliæ: quoniam hic titulus parum pertinet ad materiam feudalẽ, ideo Iacob. non legit. Et ego quoque in hoc opuſculo ſola feudalia conſiderans, paucula in hoc titulo dicam, &c.

## SVMMARIVM.

1 *Regaliæ quæ ſint pertinentes ad principem.*

2 *Salinæ exiſtentes in prædijs vel locis priuatis, de iure ſunt priuatorum quorum eſt prædium.*

3 *Pœnæ maleficiorum ſunt fiſcales.*

*Iudi-*

4 *Iudices omnes à principe dicuntur adminiſtrationem ſuſcipere.*

5 *Imperator faciendo regem omnia regalia concedere videtur.*

REGALIAE ARMANDIAE. ¶†Nota ergo ex hoc titulo, quæ ſint regalię, pertinentes ad principem. ¶Not. quod aliàs
2 conſului, †an ſalinæ exiſtentes in prædiis vel locis priuatis, pertineant ad principem, vel ad priuatum, cuius eſt prædium in quo ſunt? Et reſpondeo, quòd de iure tales ſalinæ ſunt priuatorum, quorum eſt prædium, in quo ſunt. Tex. in l. forma. §. ſi vir. ff. ſolu. matrim. ſed ſalinæ exiſtentes in locis publicis, ſunt princi-
a pis: vt in hoc cap. [a] Vide hic Bald. qui exponit nomina, de quibus in text. ¶Not. bene iſtum tex. qui
3 vult, †quòd pœnę maleficiorum ſint fiſcales: l. mulctarum. C. de non mulct. Et vide bonum tex. in l. j.
4 ff. de iure fiſ. ¶Et no. †quòd omnes iudices à principe dicuntur adminiſtrationem ſuſcipere, & iuramentum præſtare debent. Vide gl. cum ibi no. in §. iudices. de pace tenenda & iura. fir. ¶Et not. bene
5 ſecundum Bald. †quòd ſi Papa vel Imperator fecit aliquem regem, omnia iſta de quibus in text. iſto, acquiruntur ei tanquam ſpecialiter conceſſa.

a *Et ita etiam tenet D. Ia. in trac. feu. in ver. cum argentifodinu: vbi dicit de hoc eſſe tex. ad literam in l. iij. in fi. cum l. ſequen. ff. de rebus eorũ.*

## Quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandam feudi ingratitudinem. Titulus XXXV.

## SVMMARIVM.

1 *Teſtis debet eſſe integræ opinionis ad probandam ingratitudinem, & inſpicitur tempus depoſitionis.*

SI VASALLVS INHONESTIS. ¶Quæro,&c. circa iſtum tex. nunquid iſte tex. ſit extrauagans? Et gl. videtur ſentire, quòd ſic. Nam vbicunque de aliqua extrauaganti dubitatur, melius eſt deſeruire iuri ſcripto, quàm dictæ extrauaganti: c. paſto. de fide inſtrum. ſecundum Bal. hîc. ¶No. ſe-
1 cundum Bal. † quòd teſtis debet eſſe integræ opinionis ad probandum ingratitudinem, & inſpicitur tempus depoſitionis & iuramenti: nec ſufficit alterum quo ad indaginem veritatis probandæ, ſecundum Bald. hîc. [a]

[a] *Et ad probãdum ingratitudinẽ infamia facti repellit teſtẽ à teſtimonio, vt per Bald. hîc. licet regulariter etiam in cauſa criminali admittatur teſtis infamis infamia facti, & infamatus ex vulgi opinione, ſecundum Panor. in c. fi. col. j. iiij. no. de teſtib. Ibi Fel. in j. col. Et quot teſtes requirãtur ad probandum ingratitudinẽ, vide Do. Ia. in verb. dictiq; vaſalli promiſerunt non committere. co. xvj. in ver. nunc quæro.*

## De notis feudorum. Tit. XXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Feudum de caneua vel camera, niſi dominus creditoribus ſatisfecerit, peti non poteſt.*

2 *Dominus feudi tenetur, in quantum facere poteſt.*

3 *Feudum de camera aliud eſt, quàm feudum ſimplex.*

NOTANDVM EST. ¶Not. tex. ibi, omnibus ære alieno. †Ille
1 qui feu. de caneua, vel de camera habet, non poteſt petere iſtos panes ciuiles, niſi dominus priùs creditoribus ſatisfecerit. ¶Not. ibi, ſine culpa commiſſorum. à contrario ſenſu, ſi culpa præmiſſorum hîc contigerit, ceſſat text. noſter: arg. à contrario, quod eſt validum: l. j. §. huius rei. ff. de offic. cur. ¶No. tex. ibi, non enim æquum
2 eſt. † quòd quemadmodum maritus non tenetur, niſi in quantum facere poſſit, ita nec dominus feudi in caſu ca. noſtri. Nec valeret pactum in contrarium: l. etiam. §. eleganter. ff. ſol. matr. ſecundũ Bal.
3 ¶No. † quòd aliud eſt in feudo de camera, ſiue de

neua, quàm in feudo. Et rationẽ diuerſitatis ponit Bald. quem vide, qui dicit in effectu, quòd camera eſt vniuerſale, ſicut menſa: & ideo augmentum & diminutionem recipit: l. cùm pater. §. menſæ. ff. de leg. iij. quæ ratio ceſſat in feudo.

§. QVOT AVTEM PARES. ¶De iſto §. dixi in ca. j. ſ. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum nouam inueſtituram.

§. ITEM SCIENDVM EST. ¶Not. tex. ibi, adæquatio. qui exponitur, id eſt impar diuiſio, per quam adæquantur habentes rem communem, quam diuidere velint. ¶Et no. ſpeciale in feudo de præſcriptione triginta annorum.

§. ITEM EADEM LEGE. ¶No. quòd inueſtitus eodem iure & eadem lege debet habere rem, qua habebat inueſtiẽs. Facit l. Pompon. §. cùm quis. ff. de acquir. poſſeſſ.

## SVMMARIVM.

1 *Poſſeßio poteſt acquiri & transferri, & per ſe, & per nuntium.*

2 *Falſum ſi dicatur inſtrumentum, qualiter procedatur.*

3 *Præſumitur pro inſtrumento.*

§. ITEM INVESTITVRA. ¶No. ex §. item
1 inueſtitura, † quòd poteſt poſſeſsio acquiri, & trãſferri, & per ſe, & per nunciụm. Vide not. in l. quòd meo. in princ. ff. de acquir. poſſeſſ. in c. accidens. de præb. & no. in l. de adoptione. ff. de pactis.
2 ¶†No. ex §. ſi inſtrumentum. qualiter procedatur in cauſa falſi, ſi inſtrumẽtum feudi dicatur falſum: quia defertur iuramentum vaſallo, niſi inſtrumentum apertè ſit ſuſpectum: l. iubemus. C. de probat. ſecundũ Bald. Et no. ſecundũ Pe. de Ceruo. & Bal. ꝙ debent examinari teſtes inſtrumenti, ſi viuant: ſi au-

ſi autem non viuant, & dominus neget inſtrumentum verum, per quam negationem fit res dubia: vaſallus debebit iurare cum legitimis ſacramentalibus. ¶† Quæro, quid ſi in inſtrumẽto feud. continentur duo teſtes, quos tabellio aſſerit pares curiæ, nunquid credatur inſtrumento? Reſpõdit Bal. quòd ſic: ſecus, ſi in inſtrumento non ſit mentio ꝙ ſint pares. Quod dictum Bal. limito eſſe verum, niſi inſtrumentum eſſet antiquiſsimũ: quia tunc præſumerentur pares omnes caſti: niſi probaretur contrariũ, cùm præſumatur pro diſpoſitione antiqua, ſecũdum Cy. & Bal. in l. emancipatione. C. de fide inſtrum. & no. in c. Albericus. de teſti. Et no. ſecundum Bal. quòd ſi teſtes dicant in iudicio, ſe eſſe pares, probant, &c.

§. NOTANDVM EST QVOD. ¶Not. quòd pares coguntur teſtificari, quando eſt contentio inter dominum & vaſallum.

§. CVM DATVR DOMINO. ¶De hoc §. vide, quod ſcripſi in c. j. ſ. de conten. inter dom. & vaſal. de inueſtit. & in c. ij. §. fin. ſ. de conſuetu. rect. feud. Et no. quòd diuerſo modo iurat dominus, & eius hęres; quia ſacramentum & conſcientia hæredis ſunt diuerſa à ſacramento defuncti, etiamſi filius ſit hæres: ſecundum notata hîc per Bald.

LIBRORVM MART. LAVD. SVPER FEVDIS, FINIS.

# IOANNIS DE ANANIA DOCTORIS ILLVSTRISSIMI, de Reuocat. Feudi alienati, Diſputatio.

ILLVSTRIS ACHAIAE PRINcipis clientulus, plures diuerſi gradus habens agnatos, ſine eorum conſenſu paternũ feudum alienauit, deinde abſque maſculis vita functus eſt:

*Quæritur*

¶ Primò, ſi alienatio facta fuerit vlteriori in gradu, an proximiores illam reuocare poſſint.

¶ Secundò, ſi fuit facta proximiori, an pares in gradu ipſam reuocare poſſint.

¶ Tertiò, ſi fuit facta extraneo ſcienter, quis ad auocandum admittatur, dominus, vel agnati.

## SVMMARIVM PARtis primæ.

1 *Feudum conſiſtit in immobilibus.*

2 *Feudi alienatio ſine conſenſu domini, eſt ipſo iure nulla.*

2 *Alienatio feudi facta in fraudem, eſt prohibita.*

4 *Alienatio ſi ſit neceſſaria, dummodo non fiat in fraudem, eſt licita.*

5 *Feudum, ſi non eſt paternum, ſi alienetur de conſenſu domini, an teneat alienatio.*

6 *Alienatio feudi inter agnatos, non dicitur fieri paſſim, ex quo fit lege permittente.*

7 *Alienatio feudi, domini conſenſu facta, an valeat, ſi vaſallus habeat agnatos.*

8 Feu-

8 *Feudum poteſt licitè agnatis vendi.*
9 *Conſentiens alienationi feudi, an admittatur ad reuocandum: & ibi quid de eo qui non conſenſit.*
10 *Alienatio feudi inter agnatos indiſtinctè permittitur*
11 *Alienare non poteſt pater in præiudicium filiorum.*
12 *Filius, in vita patris dicitur dominus: & ſola adminiſtratione per mortem patris, dicitur filius bona conſequi.*
13 *Vaſallus, de feudo in teſtamento vel alia vltima voluntate, diſponere non poteſt.*
14 *Filia inhabilis eſt ad feudum, quia pugnare non poteſt.*
15 *Alienatio feudi facta proximiori tãtùm, pro æquali precio accipere volenti, permittetur.*
16 *Res alienari prohibita, ſe alienetur, ſtatim ſequens in gradu admittitur ad reuocandum: ſecus in feudo.*
17 *In feudo nouo agnatus non ſuccedit agnato, niſi expreſsè dicatur.*
18 *Alenatio feudi, an valeat agnatis non conſentientibus.*
19 *Feudo priuari an poſsit quis ſine culpa.*
20 *Vaſallus poteſt facere conditionem feudi meliorem, non deteriorem ſine domini voluntate, vel eorum agnatorum ad quos per ſucceſsionẽ pertinet.*
21 *Fructuarius non poteſt conditionem facere deteriorem.*
22 *Vſufructuarius poteſt vſum fructum alienare.*
23 *Fructuarius non poteſt ſeruitutem quærere etiam domino conſentiente. & num. 29.*
25 *Feudi natura eſt, vt in primo feudo non extantibus maſculis, frater ſuccedat & etiam alij agnati, vſq; ad*

ad ſeptimum geniculum.

26 Delictum patris non nocet filio in iure patronatus: ſecus in feudo, ſi in eius patris delinquentis perſona erit fundatum.

27 Conſenſus eorum qui principaliter lædi poſſunt, an requiratur.

28 Conſenſus eius cuius minuitur ius, requiritur.

29 Aqua conceſſa fuit fratribus prædicatoribus. pro aqua ducenda, & eadem licentia fuit per cõmunitatem Bononienſem conceſſa fratribus minoribus ſine conſenſu fratrum prædicatorum, an teneat.

30 Alienatio irritatur conditione eueniente, ſi alienentur ea, quæ in euentum conditionis debentur.

31 Ius acceptoris reſoluitur iure datoris reſoluto. Sed fallit in materia feudorum, quando alienatio fit vni ex agnatis: vt num. 34.

32 Agnatus repudiata hæreditate poteſt in feudo ſuccedere.

33 In donatione cauſa mortis ineſt conditio: quòd ſi donator conualuerit, ad eum reuertatur.

34 Donatarius ſi rem donatam alienauit, non poteſt res ab emente reuocari.

35 Feudum ſi de conſenſu agnatorum alienetur extraneo, illud reuocari non poteſt.

36 Vaſallus alienare poteſt ius duraturum etiam poſt mortem.

37 Ius quod vaſallus habet in feudo de ſui natura non expirat morte.

38 Alienatio feudi facta in vnum ex agnatis, videtur quædam gratificatio,

Et

ET PRIMO CAPIO partem affirmatiuam primi dubij, videlicet quòd proximiores poſſint reuocare. Et arguo ſic: Si alienás eſſet minor, non teneret alienatio, cùm autoritas & decretum non interuenerint: l. lex quæ tutores. C. de ad-
1 miniſt.tut.maximè, † cùm feudum conſiſtat in immobilibus: de feud.cog.c.ſciendum.& ſic ipſo iure nulla: l. ſi prædium. C. de præd. min. SOL. Thema & dubium debet intelligi eo caſu, quo habet dubium, & ſic cùm alienans erat maior. VEL: Poſſet dici, quòd loquitur eo caſu, quo feudum erat ſterile, & ſic videtur permiſſa alienatio: quia fortè eſt vtile minori. Sed hæc ſolutio non valet, per l.ſi fundus ſit ſterilis.ff.de reb.eor. Vnde tene præcedentem, pro qua facit verbum Reuocare. Nam ſi reuocatur, ergo tenuit. Præterea ex themate ſatis apparet, quòd loquitur in maiore. patet inde quia includit & probat, quòd, ſi interueniſſet conſenſus agnatorum, indubitanter teneret alienatio, & reuocari nõ poſſet: quod eſt verum. Et tamen, ſi eſſet minor, conſenſus agnatorum non ſufficeret, vt in dictis iurib. Ergo loquitur in maiore, vbi propriè dubitatur propter defectum conſenſus.

¶ SECVNDO oppono, quòd poſſit reuocari quando fuit nulla ipſo iure, per c. j. de probib. feud.al.per Loth.& c.j.de prohib.feud.al.per Frid.
2 vbi negatiuè lex pręcipit, † nõ fieri alienationẽ ſine domini voluntate. Pro hoc gloſſa in l.j.ne fideiuſſ. dot.dentur. SOL. Poteſt dici, quòd dicta c. lo-
3 quuntur, † quando alienatio fit in fraudem, quia tunc prohibetur. Probatur ſic: Lotharius prohibuit alienationem feudi legem cõdendo: vnde illa lex dabat formam ſolùm futuris negocijs: l. leges. C.de legib. Fridericus ſuperueniens, illius conſtitutionis Lotharij effectum referens, addit vnum: videlicet quòd non ſolùm irritentur & annullẽtur futuræ

futuræ alienationes, ſed etiam præteritæ, vt in eis patet. Sed in c. j. qualiter olim feud.alien. pot. fit mentio conſtitutionis Lotharij: & tamen ibi dici-
4 tur, † quòd hodie etiã inuito domino alienatio facta valet, licet loquatur in neceſſaria alienatione, dummodo non fiat in fraudem: ergo,&c. VEL: Poteſt dici,quòd illud procederet,ſi dominus vellet feudũ reuocare: Et ſic,ſi quæſtio eſſet inter dominum,& eum cui facta eſt alienatio:quod hîc non eſt. Prꝫterea cùm in primo dubio quꝫritur,an poſſit reuocari,innuitur quòd tenuit,& ſic quòd conſenſus domini interuenerit. VEL: Poſſet dici, quod dicta c.loquuntur, quãdo alienatio fit in extraneum: ſecus, ſi in agnatum.Probat in c.j. de al. feud.patet in fin.& expreſsè in verſ.&licet ibi,ſi eſt
5 paternum. † Nam ſi interueniſſet conſenſus domini,ſi non eſſet paternum, teneret alienatio: vt in c. j.§.& ſi clictulus.de alien.feud.& ibi dicitur,quòd inter agnatos tantùm conceditur: gloſſa notab. in c.j.§.ſi verò.de al.feu.vbi videtur text.Iſta ſol.poterit iuſtificari:quia in dictis c. prohibetur alienatio,
6 quæ paſsim fit: † ſed iſta,quæ fit inter agnatos,non dicitur fieri paſsim,ex quo lege permittente fit. Et licet dicta c. ſint noua, tamen debent diſtingui ſecundum antiquum capitulum per id quod habetur in ſimili:in l.ſciendum.in princip.ff.qui ſatiſd.cog. coniuncta Auth.offeratur.C. de litis conteſt. Præterea, quòd illa iura non loquantur,quando fit alienatio inter agnatos, patet: quia permittunt illam
7 de conſenſu domini.Et tamen,† ſi vaſallus haberet agnatos, non valeret etiam de conſenſu domini:vt d.c.j.de al. feudi pater. Item patet, quia text.in d. c.imperialis.§.callidis.dicit,quòd ſi contra illam l. fiat alienatio,feud. reuertitur ad dominum, & tamen ſi haberet agnatos, hoc non eſſet.patet ex his, quæ habentur in vltimo dubio. Sed contra prædicta opp. de Textu,in c.j.§. Præterea ducatus.ibi, ſi conſortes voluerint,&c.& ſic videtur loqui etiam,

quando habebat agnatos,& certè alio reſpectu lo-
8 quitur,vt ſatis patet.†Et quòd etiã hodie ſit licitũ
vendere agnatis,apertè probat text. in c.j.§. ſed &
res.in verſic.etiam ſecundum antiquam conſuetu-
dinem. in tit. per quos fiat inueſt. & ſic ille textus
obſtabit parti negatiuæ ſequẽtis dubij. Probatur
etiam expreſſè in c. j. de eo qui finẽ fecit ag.de feu.
pat. vbi ſupponitur alienationem factam alij agna-
to valere,& tamen non dicitur ibi interueniſſe do-
mini voluntas. Item probatur in c. j. de natur. ſuc-
ceſ.feud.nam ibi ſupponitur diuiſionem, ſeu adiu-
dicationem factam in vnum tenere,& etiam ibi nõ
ſupponitur dominum cõſenſiſſe. Et licet textus hi
vltimi ſint ſatis colorati, tamen non obſtant, quia
ibi loquuntur de duob.c.de eo qui finẽ fecit agna-
tis.& c.j.de natur. ſucceſſ.feud. quãdo partem ſuã
alienabat. & illo tempore erat permiſſa alienatio
partis,non totius: probatur de ſucceſſ. feud. c.j.§.
j.& ibi gloſſa. Præterea probatur in c. j. qual.olim
feud.alien. pot. ITEM poſſet etiam dici ad illud
c.j.de prohib. feud. alien. per Loth. quod loqua-
tur ſolùm in vaſallis imperij. & hoc probat litera
ibi,noſtrorum fidelium.item ibi, vires Imperij at-
tenuatas.& etiam alibi,vt patet intuenti.Et in hoc
contrarientur,cùm in alijs releuent: vt in l.j. C. ſi
ſoc. lib. arg.10. Item opp. de c.j. de feud.non hab.
prop.nat.feud. vbi illo caſu permittitur: ergo in a-
lijs prohibetur. SOL. Ibi in extraneum etiã po-
teſt alienare, hìc tantùm in agnatos. Item opp.de
c.j.§.item ſi quis.quibus mod.feud.amitt. SOL-
VE: vt in gloſſa, quia ibi loquitur in feudo Came-
ræ:& ibi vide. ¶TERTIO oppono prin-
cipaliter, quòd poſſit reuocari: Nam in themate
9 dicitur,†alienationem factam ſine conſenſu agna-
torum: ergo non valet.probatur in c.j.§. præterea
à contrario ſenſu.quib. mod.feud. amit. vbi dicit,
quòd, ſi conſenſit, non admittitur ad reuocãdum.
A contrario: Ergo,ſi non conſenſit,poteſt. SOL.
poteſt dici,ꝙ ibi ſubauditur maxime, ſicut in mul-

tis locis videmus in ſimili,& ſic ibi non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, quia eſſet contra re-
10 gulã d.c.j.de al.feud.pater.† vbi ſimpliciter & indiſtinctè permittitur inter agnatos alienatio. Preterea poteſt dici,& eſt vera ſolutio,& aliqui illam ibi tenent, quòd ibi loquitur, quando alienatio fit in extraneum: & hoc vult litera ibi,ſecundũ morem, &c. hic verò,quãdo fit in agnatum,licet remotiorem in gradu. Vlteriùs dic,quòd ibi loquitur,quãdo inueſtitura fit per dominũ:hic autem loquitur, quando alienatio fit per vaſallum. VEL meliùs: In §. præterea. requiritur conſenſus illius agnati, quia iam feudum erat ſibi apertum:ſed hic ſequentibus in gradu nõ erat apertum.vnde alienatio tenet.Nã ibi cõſenſus illius requiritur,quia habebat ius in re: ſed in themate noſtro non habebat ius in re,ſed in ſpe. VEL: Poteſt dici,quòd ille §.loquitur eo caſu, quo feud. voluebatur ad deſcendẽtes: vnde eis non conſentientibus, non poteſt valere: c.j.de ſucceſſ. feud.hic aũt feudũ voluebatur ad agnatos. ¶ QVARTO oppono ad idẽ de
11 c.j.de ſucc.feu.ibi,nulla ordinat. SOL.† pater in preiudiciũ filiorum nõ poteſt alienare.Ratio,quia
12 † ipſi filij in vita patris, domini dicũtur:gloſſ. in c. ſciendũ de feu. cog. Nã filius dicitur penè ad propria bona venire:de ſuc. ed. l.j.§.largius. Vnde ſola adminiſtratione per mortẽ patris, filius dicitur bona cõſequi:ff.de lib.& poſth.l.in ſuis.Vnde cùm ius iã ſit filijs quæſitũ, pater non poteſt alienare in eorũ præiudiciũ,vt ibi:at hic loquimur,quãdo filij nõ erãt,ſed alienatio fiebat in agnatũ. Præterea ibi
13 loquitur,† in ordinatione in teſtamẽto, vel alia vltima volũtate,in qua de feu. vaſal.nullo modo diſponere poteſt:nos verò in ordinatiõe,quæ fit inter viuos, in qua multis caſib.vaſallus diſponere poteſt.

¶ QVINTO oppono fortiter ad idẽ,de c. j. §.hoc quoq;.de ſuc. feu. vbi, ſi frater alienat partẽ ſuam,& moriatur ſine hærede maſculo, alter frater

auocat illam partem alienatam. S O L. poteſt dici, quòd ibi alienatio facta fuit in filiam, quæ eſt inhabilis ad feudum, quia pugnam facere non poteſt: c.j.§.hoc autem notandum.tit.de feud.& qui feud. dar.poſſ.Facit optimè Textus in l.Et qui originem. §.corporalia.ff.de mun.& hon.Pro hoc c.ij.ante finem.Lex Conradi quæ de benef. Contra iſtud videtur facere litera: Quia primò dicit, quòd, ſi frater alienauerit, deinde dicit, vel filia,&c. & ſic loquitur,quādo alienatio facta fuit alteri quàm filiæ. Sed poteſt dici,quòd imo loquatur tota litera in filia. Primò,quādo alienatur filiæ. Secundò, quando inueſtitur filia. V E L meliùs: In primo loquitur,quādo alienatio fit extraneo, quo caſu eſt omninò prohibita:hîc verò agnato,licet remotiori in gradu. Poſſet etiam dici,quòd ibi loquitur in feudo nouo,cui ex pacto frater ſuccedebat:hîc in antiquo & paterno. V E L ſolue:quòd ibi alienatū fortè fuit ea lege, qua rediret poſt mortē ad fratrem.

¶ S E X T O ad idē de c.j.§.ſed & res. Per quos
15 fiat inueſtitura.† vbi proximiori tantùm pro ęquali precio accipere voléti, permittitur alienat. S O L. Ibi nō loquitur in alienatione feudi, ſed in alienatione rei prohibitæ à teſtatore alienari extra familiam: vnde tantùm proximiori permittitur alie-
16 nari: & hæc maximè inter ſe differunt: † Nam res prohibita alienari,ſi voluntariè alienetur,ſtatim ſequens in gradu admittitur ad reuocandum: gloſſa notab. in l. peto.§.prædium.ff.de leg. ij. Text.in l. cùm pater. §. libertus. eod. tit. Secus eſt in feudo, quia demum poſt mortem admittitur: Text. eſt in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſſ.feudi.& c.Titius. ſi de feu.def.cont.ſit int.dom.& agn.vaſall. V E L: Poteſt dici, quòd potiùs probat contrarium: nam ibi Textus dicit, Tibi vel proximiori, vt verbum proximiori. ſtet propriè, & nullus agnatus ſit proximior fratre, oportet intelligere, quòd poteſt fieri fratri vel proximiori, & ſic vlteriori in gradu.Et ſic

Textus

Textus ibi loquitur vni ex agnatis, non aũt fratri, vt apertè dicit Text. ſi quis ex agnatis tuis,&c. & ſic tunc apertè probabit, quòd tam proximiori, quàm remotiori fieri poteſt. Nec huic intellectui obſtat verbum,communi patre:quia illud verbum, patre.denotat feudum paternum,quod eſt,etiamſi ſit auitum : vt probat Textus in c. j. §. j. de gradib. ſucceſſ. in feudo. Præterea dato,quòd ibi permittat alienationem fieri proximiori, non tamen prohibet remotiori, maximè cùm illa iura ſimpliciter dicant inter agnatos alienationem eſſe permiſſam: ſed fortè contrariũ,quia dicit Textus,non permittitur. ¶ SEPTIMO oppono fortiſsimè de c. Titius.ſi de feud.def.cont.fuer.inter dom.& vaſall. vbi in terminis noſtris facta alienatione proximiori in gradu, agnatus admittitur ad reuocandum. SOL. Poteſt dici,quòd ibi erat feudum nouum,quod ita fuerat conceſſum,vt ad ipſum proximiorem agnatum, & ſic ad fratrem poſt mortẽ deuolueretur:hic autem paternum,quod aliquo caſu poſsibile erat,ad ſequentem in gradu deuolui.Sed

17 in dicto c. Titius. ſecus eſt : Nam † in feudo nouo agnatus non ſuccedit agnato,niſi expreſſè dicatur: c.j.§.ſi autem vnus. qui feud. dar. poſſ. VEL meliùs : dic,quòd iſte Textus nihil facit ad iſtam partem. Imò probat contrarium. Ecce quomodo ibi Titius alienauit partem feudi, Seio ſcilicet extraneo,partem eiuſdem agnato.demum dicit Textus, ꝙ proximior agnatus partem illam recuperat : intelligo illam ſcilicet alienatã Seio extraneo : quia ex quo Textus permittit ſolùm partẽ recuperare, eſt potiùs dicẽdum, illam alienatã extraneo, quàm alienatam agnato : aliàs diceremus, quòd vaſallus haberet maiorem poteſtatem alienandi extraneo, quia irreuocabiliter, quàm agnato,quia reuocabiliter : quod nullo modo eſt dicendum,quia omnia iura dicunt contrarium. VEL dic, quòd in litera ſit vnus coniunctus, quia facta fuit alienatio Seio

agnato, &c. quòd ibi loquitur in feudo non habente propriam naturam, patet: quia remotior in gradu poſsidet partē, & proximior nihil: quod eſſe non debet ſecundum morem & rationabilem ordinem feudorum: de gradibus ſucceſſ. in feud. Et ideo ius conſiderauit, quòd ex quo iſte remotior releuatur in vno, quia poſsidet partem quam non deberet, grauatur in alio, quia reuocatur ab eo pars alienata: in caſu noſtro ſecus. Ergo, &c. VEL dic, quòd ibi eſt ponderandū, quòd textus dicit, PARTEM SVAM: pondero, ſuam alienauit Seio, &c. Et iſta pars reuocari non poteſt, quia ſuam. Deinde dicit, partem eiuſdem feudi agnato. Et ſic iſta pars erat agnatorum, & ideo proximior admittitur ad reuocandum illam: quia ex quo eſt debita agnatis, iuſtum eſt quòd proximior admittatur pro æquali precio. Sed illa pars Seio, qui etiam fortè erat agnatus, alienata, erat libera: ideo reuocari non poteſt. Et dicam precium hoc totum operari, quia poteſt alterare naturam pacti: vt in titulo, De feud. non hab. propriam natur. feudi, cum multis ſimilibus.

18 ¶ † OCTAVO oppono de c.j. de alienat. feud. pater. in princip. vbi dicitur, agnatis non conſentientibus non valere alienationem. SOL. Illud principium loquitur, quando alienatio fiebat in extraneum prorſus: quo caſu agnatis non conſentientibus, non tenet, vt ibi: ſed in caſu noſtro fiebat in agnatos. quo caſu videtur, quòd teneat, vt ibi probatur in fine illius capituli. Probat etiam illud verſicul. nec in filiam. quia illud excludit æquiparando filiam, & extraneum: quia ambæ ſunt perſonæ prohibitæ: & ſic facit contrá.

19 ¶ † NONO oppono de capite primo, de feud. ſine culpa non amitt. vbi quis non poteſt priuari feudo, culpa non commiſſa. at in themate noſtro

nulla

nulla culpa ſupponitur: ergo, & cætera. S O L. fateor contrarium, ſed hic non priuantur agnati proximiores feudo, quia ad illud non ſunt adhuc vocati: & licet ſpem aliquam habeant, tamen quia multa poterant euenire, propter quę ipſum feudum non habuiſſent, videtur quòd teneat alienatio: vt Textus dicit in l. naturale.§.j. ff. de acquir. rerum dom. Et ſic licet reperiatur Textus, qui dicit, quòd ſine culpa feudo priuari non poſsit, non tamen reperitur, quòd ſpe de futuro priuari non poſsit. Præterea licet ſit ſine culpa, non tamen ſine cauſa: vt in c. ſine culpa. de regulis iuris libro ſexto. 12

¶ D E C I M O oppono de l. prima. §. permittitur. de aqua quotidiana & æſtiua. vbi dicitur fieri iniuria, ſi ſucceſſor particularis non impetret priuilegium, quod eius prædeceſſor habuit: & gloſſa ibi inducit arg. ad feudum. S O L. Ibi loquitur eo caſu, quo illud ius aquæ ducendæ non erat adhuc alteri conceſſum: ideo dicitur fieri iniuria, niſi ſibi concedatur. at hîc feu- 13 dum iam erat alienatum in vlteriorem in gradu, qui etiam aliquam ſpem habebat ſuccedendi in feudo, cùm eſſet de agnatis. Vnde non dicitur ſibi fieri iniuria. V E L: Poteſt dici ꝙ ideo dicitur ſibi fieri iniuria, niſi ſibi concedatur, quia ipſe fundus dominans ad eum tranſiuit: ſed in themate noſtro nihil ſupponitur tranſiuiſſe in proximiorem agnatum, cuius vigore poſsit dici ſibi facta iniuria: ſicut in ſimili. in c. j. §. ſi quis de manſo. ſi controuerſ. fuer. de inueſtit. niſi feudum ſibi concedatur. Imo potiùs innuitur contrarium in themate, cum videatur ipſe alienás prędilexiſſe ipſum in quem alienauit. Nec etiam ibi obſtat gloſſa, quia loquitur in deſcendentibus, non in tranſuerſalibus. A L I A ſolutio etiam colligitur ex his quæ notat Iohannes de Imola. in l. ſi mihi & Titio. in prin. ff. de verb. obligat. & in c. penult. de poſtul.

prælat. in quibus locis tenet contra id, quod dicit Bartol. in d. §. permittitur. de aq. quotid. & æſt.

¶ VNDECIMO pro hac parte adducitur optimus Textus in c.j.§.fin. de inueſtit. de re al. fa-
20 cta. vbi dicitur,† quòd vaſallus poteſt cõditionem feudi meliorẽ facere, nõ deteriorẽ, ſine domini voluntate, vel eorũ agnatorũ ad quos per ſucceſsionẽ pertinet: & pro hoc l. in concedendo. & l. in diem. de aq. plu. arc. Nam licet beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad aliũ ſpectat. SOL. Poteſt dici, quòd contrarium loquitur, quando tractatur de damno inferendo ipſi domino vel agnatis per impoſitionem ſeruitutis, & ſic in præiudicium ipſius rei feudatariæ aliquid facere volebat vaſallus: quo caſu non poteſt, vt ibi. Ratio ibi ponitur in Textu, cùm dicit: Licet beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad aliũ ſpectat. Poſſet etiã ponderari Textus in verb. pertinet, quod eſt præſentis temporis, & ſic tũc erat feudũ apertum, &c. Et pro hoc in ſimili poteſt adduci, quod dicitur de
21 fructuario: † Nam nõ poteſt domini conditionem deteriorem facere: nam rei curã ſuſcepit: l. j. in fine vſuf. quemad. caueat. Et tamen conſtat, quòd
22 † vſufructuarius poteſt vſumfructũ alienare: l. neceſſariò. §. fin. ff. de pericul. & com. rei vend. Sic dicam in caſu noſtro: Nam licet in præiudiciũ ipſius rei feudatariæ, non poſſet aliquid vaſallus diſponere, tamen non ſequitur, quòd non poſsit alienare in vlteriorem agnatum, qui etiam poterat ſpem habere in ſucceſsione illius feudi. Pondera tamen,
23 quia illud non eſt bonum ſimile, quia † fructuarius non poteſt ſeruitutem quærere, etiam domino conſentiente: l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. de vſuf. ſecus in feudatario. Item in alienatione vſusfructus non in totum alienatur, ſed pro perceptione tantùm: notatur in d. l. neceſſario. §. fin. Item non videtur bonum ſimile, quia ſecundum hoc, ſicut ſi vſufructuarius alienat vſumfructum, is per mortem reuo-

reuocatur : ita hîc eſſe deberet. Dicam ergo, quòd in caſu noſtro non dicatur conditio feudi deterior fieri, ex quo alienatio fit inter agnatos. Loquitur ergò ibi, quando in feudo aliquod ius datur extraneo, iſtud fieri non poteſt in præiudicium agnatorum : ſed hîc tribuitur ius vni ex agnatis, quod fieri poteſt : quia lex feudalis permittit indiſtinctè alienationem inter agnatos, non habita differentia inter proximiorem & remotiorem : c. j. de alien. feud. pat. Ibi etiam propriè loquitur, quãdo ipſum feudũ minuitur, & ſic realiter: hîc ſecus, quia manet integrum. ¶ DVODECIMO oppono
24 ad idẽ: Nã natura feudi hęc eſt, † vt in primo feudo non ſtãtibus maſculis frater ſuccedat: vt à Cõrado extitit impetratum in c. j. §. cùm verò. qui feu. dar. poſs. & alij etiam agnati, vſque ad ſeptimum gradum dicit Text. eod. c. §. hoc autem ſciẽdum. eod. tit. & clariùs d. c. j. de gradib. ſucceſſ. in feud. Argumentat. itaque modò ſic : Si iſta eſt eius natura, cõſtat quòd hic clientulus non poteſt præiudicare agnatis proximioribus: argumento l. emãcipatũ. §. fin. ff. de Senat. & l. iij. ff. de interd. & releg. vbi videtur rectè hoc probari, & l. diui fratres. ff. de iure patronat. & l. adoptiuum. §. fin. ff. de in ius voc. SOL. Poteſt dici, quòd legum Romanarum non eſt vilis autoritas : ſed nõ adeo, quòd vſum vincat, c. 1. §. ſtrenuus. de feud. cog. Sed dicta iura non habent locum in feudis : Text. eſt expreſſus c. j. ſi va-
25 ſal. feu. priuetur, cui def. Nam † delictũ patris non nocet filijs in iure patronatus: dictis ll. ſecus in feudo, ſi in patris delinquẽtis perſona id erat fundatũ: vt dictis capitulis: aliàs ſi non eſſet fundatum, non: ſed tantùm ipſe pater eo efficeretur indignus: Bal. in d. l. emancipatum. §. fin. Et vt iſtud Brocardicum habeas, oportet videre Dynum in regula, Non debet aliquis. ext. de regul. iur. & notatur in l. diui fratres. ff. de iure patronat. Illa tamen iura ſi inſpiciantur modicum, ſtringunt caſum noſtrum: quia in eis

V 5

diſputatur, vtrùm an & quàndo caſus vel delictum in perſona patris vel aui præiudicet filio vel nepoti: hic verò, an factum vnius agnati, quod ſit lege permittente, poſsit alijs præiudicare, ſicuti dicitur in ſimili. Nam licet lex xij. tabularum diſpoſuerit, quòd filius patri ab inteſtato ſuccedat, tamen pater poteſt totum, & quicquid habet, in mare proijcere, & alienare ad libitum, vt dicunt iura vulgaria: Ergo, &c. Item loquuntur dicta iura, quo ad honores & iura ſanguinis, quæ ita de facili tolli nõ poſſunt: l. iura de reg. iur. hic verò, quoad bona patrimonialia. ¶ TERTIODECIMO oppono ad idẽ de generali regula: l. nam ita diuus. ff. de adopt. Nam cõſenſus eorum qui lędi poſſunt, videtur neceſſarius: ſed cùm hic præſupponatur facta alienatio eis ignorantibus: ergo non tenet in

26 præiudiciũ ipſorum. S O L. † Conſenſus eorum, qui principaliter lædi poſſunt, requiritur, vt ibi: Id intelligo, quando eis verè ius competebat. nam tunc bene exigitur conſenſus eorum. Ita intelligo. l. adoptio. & l. nam ita diuus. Nam ibi, vt confirmatio adoptionis fieri poſsit, exigitur conſenſus illorum ad quos ſucceſsio pertinet. Nã cum ad eos deuolutum eſſet ius ſucceſsionis, vt teneat cõfirmatio, exigitur eorum conſenſus: quod aliàs, ſi ad eos ius non eſſet deuolutum, non exigeretur: nam nec conſenſus agnatorum arrogantis requiritur. L cum adoptio. eod. tit. nec eius qui arrogatur, niſi ſit impubes. Probatur in l. ij. C. eod. Oportet ergo intelligi l. adoptio. cùm ſeq. quòd ad eos erat deuolutum ius ſucceſsionis. Probatur hoc per l. j. §. denuntiari. ff. de ventre inſpic. Ita tenet Baldus ibi, vt refert Raphael Fulgoſius. Imò dic clariùs, quòd illi ſunt citandi & requirendi qui poſſunt lædi, & contradicere iuſtè: vt in ſimili dicitur, in l. dotem. cum ſimilib. ff. ſolut. mat. & facit optimè quod notat Bart. in ſimili in l. Gallus. §. Et quid ſi tamen. de lib. & poſthum. in illa quæſtione, An in legitimatione

tione filij requiratur, quòd vocentur agnati, &c. hîc autē licet reperiatur, quòd agnati poſsint contradicere, quando alienatio fit extraneo: vt in c.j. qualiter olim feudum al.pot. non tamen reperitur, quòd poſsint contradicere, quando alienatio fit agnatis. Ergo, &c. Imò contrariū, vt patet ex prædictis. ¶ QVARTODECIMO oppono ad idem de l. in concedēdo. & l. in diem. de aqua plu.
27 arc. vbi datur regula in l. in cōcedendo. Quòd † vbi minuitur ius alicuius, requiritur eius conſenſus. & in l. in diem. dicitur, ꝙ quia ius recidere poteſt ad dominū, eius conſenſus exigitur, aliàs nō valet: ſed in caſu noſtro, cùm poſſet illud ius recedere ad agnatos, videtur eorū conſenſus neceſſarius. SOL. Ad l. in concedendo facilis eſt ſolutio, quia ibi pertinebat ad eos ius de præſenti, & ſic principaliter: ideo eorū conſenſus requiritur, quia lædi poſſunt. Si aūt conſtaret, quòd non poſſent lędi, non requi-
28 reretur. Et Bart. † illū textū inducit ad quęſtionem de aqua cōceſſa fratrib. Prædicatorib. pro faba ducenda: & eadem licentia fuit per cōmune Bonon. conceſſa fratribus Minoribus, ſine conſenſu fratrū Prędicatorū. Quod attinet ad l. in diem. in fin. quę magis videtur obſtare, poteſt dici, quòd loquitur in eo, cui eſt conceſſum ius aquæ ducendæ, qui fructuarius quodāmodo pōt intelligi: † ipſe verò non poteſt dñi conditionē facere deteriorē: Nam cēſetur procurator domini ad vtilia dño faciendū. Textus in l.j. & ſeq. ff. vſuf. qm̄ cau. Ideo ſeruitutē perpetuā non pōt alij cōcedere: ſecus eſt, ſi temporalē ſicut ipſe illā habet: ar. l. neceſſariò. §. fin. ff. de peric. & com. rei ven. Ibi etiā in l. in cōcedēdo. dñs habet ius de præſenti, ſ. dominiū, ideo exigitur eius volūtas: hîc verò agnati nullū ius de præſenti habēt: ideo, &c. Et ratione iuris ꝙ quis retinet in re, aliquid cōceditur, quod aliàs nō cōcederetur: vt in c. j. §. ſi quis de manſo. ſi contro. fuer. de inueſt. feudi. VEL: Pōt dici, ꝙ hîc loquit̃, qn̄ in pręiudiciū eius,

qui habet ius in re de præſenti, conſtituebatur: Nã proprietas ad dominum ſpectat, vnde in eius præiudicium non poteſt fieri conceſsio ſine eius conſenſu: Licet Bartolus aliter intelligat hunc Textum, l. in diem. & malè, dando intellectum ad l. j. §. denuntiari. ff. de ventre inſpic. intelligendo, quòd ibi loquitur in denunciatione quæ fit in iudicio, & ideo conſenſus vlterioris non requiratur: ſed non rectè, quia, vt dicit Iohannes de Imola, ibi loquitur in denũciatione quæ fieri poteſt etiã extra iudiciũ, iuxta notata per Bartol. met. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de noui op. nunciat. ¶ QVINTODECIMO oppono ad idem de Regul. Res inter alios acta. SOL. Non dicitur prȩiudicare, ex quo agnatis nullum ius de præſenti competebat, & pariter omnibus agnatis ſimile ius competit. Poteſt ergo vaſallus lege feudali permittente gratificari cui ex agnatis vult. ¶ Ad idem, quòd poſsit reuo-
30 cari, adducitur: Nam † quæ in euentum conditionis debentur, ſi alienentur, conditione eueniente irritatur alienatio: Textus in l. fin. §. ſin autem auaritiæ. C. Com. de legatis. Sed id eſt huiuſmodi, vt probabo: ergo, &c. Hanc minorem probo, cùm præſupponatur illud eſſe feudum paternum ex legis diſpoſitione, mortuo vaſallo defertur proximiori: probatur in c. j. §. cùm verò Cõradus. tit. qui feud. dare poſſ. Nam ex prouiſione primi parentis, & legis diſpoſitione conceſſum eſt feudũ ad agnatos tranſire: ergo ſi fuit alienatum, reuocari poteſt mortuo alienante quaſi aduenerit cõditio. SOL. Poteſt dici, quòd illud procedit de iure Romano: ſed nos ſumus in iure conſuetudinario: quòd debet attẽdi per præſens: c. j. §. ſtrenuus. ad feudi cog. Sed cùm habeamus c. j. de al. feud. pater. indiſtinctè diſponens alienationem factam inter agnatos tenere, debeamus illi ſtare, & à ſignificato verborũ non eſt recedendum: vt l. j. §. ſi is qui nauem. de exercitor. & l. non aliter. de leg. iij. Sed contra iſtam ſolu-

ſolutionem inſtatur: Nam cum ſimpliciter dicat illud c.alienationem tenere,& poſsit congruè dici,tenere viuente alienante, & poſt mortem redire ad proximiores,videtur admittendum per l. nam & poſteriores.ff.de legib.ne contradicatur regulæ iuris Romani, præcipuè per regulam l. lex vectigali.ff.de pig.cum ſimil.& vide in ij.arg. Poſſet etiam diuerſificari caſus,& dici,quòd contrarium loquitur,quando id quod alienatur, debetur ſub conditione expreſſa à teſtatore,quæ magis arctat & ligat manus debentis: hîc verò quando ſub conditione tacita & ſubintellecta à lege, quæ minùs & cũ modo tantùm ſtringit poteſtatem debentis:argumẽto l.cõditiones extrinſecus.ff.de condit. & demonſt. Poterit ergo etiam dici, quòd contrarium procederet,ſi alienatio facta fuiſſet extraneo,& ſic in perſonam prohibitam,& ita propriè loquitur contrarium, hîc verò facta fuit agnatis, & ſic in perſonam permiſſam,& in caſu permiſſo. Nam etiam contrariò valet alienatio, ſi fiat in caſu permiſſo. Patet ex his quæ habentur in Auth. res quæ. C.de legatis. ¶ Ad idẽoppono de Regula,nõ debet de reg. iur. cum ſimilib. vbi alteri per alterum non debet iniqua conditio fieri. SOL. vt ſuprà, quia non dicitur iniqua conditio fieri, ex quo lege permittente fit. ¶ Ad idem oppono fortiter: Nam regula eſt,

31 †quòd reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris. Textus eſt ad propoſitum noſtrum in c.j.verſ. & ſi clientulus. de alienatione feudi. & l. lex vectigali. cum ſimilib. ff. de pignor. & l. iij. §. ſed & Marcellus. ff.de in diem add. l. peto.§.prædium.ff. de legatis iij. Textus in c. j. §. rurſus.quibus mod. feu.amitt.ſed morte finitur ius vaſalli, vt dictis iuribus:ergo & acceptoris. Hoc etiam confirmatur ſic:Nam ex legis prouiſione & primi parẽtis,agnati ad feudum admittuntur: Textus in c. j. §. cùm verò Conradus.qui feu.dare poſſ.& c.j.de gradib. ſucceſs.in feud.Imò tot feuda cenſentur,quot ſunt

vaſalli. In ſimili adducitur l. ſtipulatio iſta habere. §.ſi quis ita.ff.de uerb. obligat. Et ex propria perſona quiſq; admittitur iuris diſpoſitione. vt s. Ergo in eo non poteſt ſibi præiudicari. Pro hoc poteſt adduci Textus in ſimili in l.j. §.an bona. ff. de iure fiſci. Vbi non ſuccedit defuncto tanquam hæres, ſed tanquam poſſeſſor, quod propriè in noſtro
32 caſu contingit. Nam † agnatus repudiata hæreditate poteſt in illo ſuccedere: vt in titulo, an agnatus vel filius defuncti repud. hæred. &c. SOL. Poteſt dici, & primò ad §.& ſi clientulus. quòd nõ obſtat, quia loquitur in feudo nouo. Patet ex ipſis Rubricis, quia ne ſuperfluant, oportet ſic intelligi. Nam ponitur etiam titulus de alienatione feudi paterni, vnde illam Rubricam intelligo de feudo nono. Hoc corroboratur ſic: Nam in dicto verſiculo, & ſi clientulus. dicitur, quòd ſi alienationem fecit domini voluntate, quòd ſtabilis permanet alienatio. Patet ergo, quia feudum eſt nouum: Quia ſi paternum eſſet, requireretur etiam agnatorum conſenſus: cap. j. de alienatione feudi paterni. Non obſtat ſecundò: l. lex vectigali fundo dicta. & d. §. ſed & Marcellus. cum ſimilibus. quia poteſt dici, quòd illa regula non habet locum in alienatione feudi paterni, quando ſit inter agnatos: Textus eſt in d. c. de alienat. feud. vbi expreſſè dicitur inter agnatos tenere, nec à ſignificato verborum recedendum eſt: l. j. §. ſi is qui nauem. de exercitor. verſicul. in re igitur dubia. Nec dicas, quòd d. c. debet intelligi, quòd valet viuente alienante, pòſt verò non: vt dictis iuribus, quia debet intelligi, quòd poſt mortem etiam valet, nec verſicul. & licet. eſt ſuperfluus: & de indubitabili contra §. quibus. in prima conſtitutione C. & l. quod Labeo. de Carbon. edict. quod probatur ſic: Nam in verſiculo, nec in filiam. dicitur non poſſe confirmari. Et pondero verbum confirmari, quia præſupponitur, quod

am

Iam tenuiſſet: nam in ea videtur alienationem poſſe tenére viuente alienante: c. j. §. hoc quoque.de ſucceſſ.feud,& cùm addatur verſiculus, & licet.vt aliquid addat, debet intelligi, quòd poſt mortem teneat,vt poſsit reuocari.Hoc etiam poteſt ſic fortificari:Si alienatio fuit inter agnatos, dicitur quædam refutatio:Textus in d.c j.in fi.de al. feudi paterni.Sed ſi vaſallus refutet feudum,nónne dicitur finiri ius ſuum? Et ſic videretur dicta regula locum habere: l.lex vectigali.cum ſimilib.quod tamen falſum eſt,vt in d.c.j.de alien. feud. pater. & d.§. hoc quoq;.Hoc etiam corroboratur optimè:Namſicut feudo ineſt illa conditio,quòd mortuo vaſallo ſine
83 filijs,&c.veniant agnati proximiores: ita † in donatione cauſa mortis ineſt conditio,ſi cōualuerit donator,vt ad eum reuertatur:l.Senatus.§.j.ff.de do-
84 nat. Sed habeo quòd † ſi donatarius rem donatam alienauerit,nō poteſt reuocari res ab emēte:l.filio. in fine.de donat. cauſa mort.Ergo,&c.Item ad d.c. j.§.ſi clientulus loquitur, quando alienatio fit extraneo,ſecùs ſi fiat vni ex agnatis:vt apertè dicitur in verſic.fratri uerò facta. qui ſecundum vnum intellectum quem ſequitur ibi Raynal.iſtud ſuperioribus aduerſando decidit. Item illa regula, Reſoluto iure datoris, &c. fallit in materia feudorum, quando alienatio fit vni ex agnatis: ita dicit ibi Iacobus de Bellouiſo in c.j.§.rurſus.in tit.de controuerſ.inueſt. vbi pleniſsimè examinat dictum generale,tam de iure feudorum, quàm de iure Romanorum.Ex cuius dictis multæ ſolutiones patere poſſunt ad propoſitum. Eſt ergo ibi videndum quantū ad hoc. ¶ Ad idē oppono, quòd poſsit reuocari.Nā regula traditur in l.peto.§.fratre.de leg.ij.ꝙ nō poſsit fieri deterior cōditio inferiorū per ſuperiores:at in caſu noſtro,ſi dicamus nō poſſe per proximiores reuocari,fiet deterior eorū conditio. Itē obſtat etiam ille §.quatenus dicit ꝙ proximior in gradu admittitur ad reuocādū. Sed ſol.patet ex ſe.

SOL.

S O L. Ille §.fratre.debet intelligi in caſu ſuo:Nam ſi res prohibita alienari extra familiam, alienetur, proximior in familia admittetur ad reuocationem, & cauere debet,&c. Quòd autem dicit,quòd non poteſt fieri conditio deterior,&c. eſt verum,ſi alienetur extra familiam. Sed quòd non poſsit conditio deterior fieri alienando in familia in vlteriorẽ in gradu,non negat tex.ille:ſed magis arguit oppoſitũ. Probatur etiã in l. pater. §. quindecim. de legatis iij. Sed in caſu noſtro facta erat alienatio inter agnatos : ideo videtur, licet ſint vlteriores, ꝙ poſsit alijs præiudicari : & ita videtur Textus in c. j. de alien. feud. pater. Non obſtat. l. fin. C. de verb. ſignif. quæ dicit proximiorem admitti, facta alienatione:quia loquitur, quando fit extra familiam, & ſic in perſonam prohibitam. Item ſi bene inſpiciatur,non fit deterior conditio inferiorum:imò melior, ex quo inter eos facta eſt alienatio. Præterea dato, quòd fieret deterior conditio,non fieret per ſuperiores,ſed per legem quæ permittit alienationem taliter fieri. ¶ Ad idem oppono,quòd poſsit reuocari:Nam in themate præſupponitur ſimpliciter factam alienationem : ergo debet intelligi, vt valeat ſolùm in vita, quaſi videatur ſolùm alienaſſe ius quod habet : vt l. quod in rerum. §. j. de leg. j. & l. ſi domus. §. j. eod. tit. Et ad propoſitum noſtrum Textus in l. qui tabernas. ff. de contrahend. empt. S O L. Poteſt dici primò ad l. qui tabernas. quòd ideo ſolùm non venit in venditione, quia eſt publicum,vt ibi : & ſic eius non erat commercium apud ipſos contrahentes : vt l. hanc legẽ. verſ. cæterùm. eod. tit. Ideo non mirum, ſi non videtur facta venditio ipſius ſoli publici. Quòd hæc ſolutio ſit vera, probatur : Nam cùm loquimur in contractu, debemus interpretari pro emptore : & l. veteribus. ff. de pactis. l. Labeo ſcribit obſcuritatem. ff. de contrah. empt. Ad l. ſi domus. §. fin. cum ſimilib. poteſt dici, quòd loquitur in vltima voluntate : nos in con-

contractu. Nam in contractu interpretamur cõtra vendentem: vt ſ. ſecus in vltima voluntate: vt in iuribus contrarijs. VEL: Poteſt dici, quòd illa iura loquuntur, quando qui legabat, ignorabat cõditionem ipſius rei legatæ, ideo videtur ſolùm illud ius quod habet legare: ſi autem ſciebat, ſecus. Iſte eſt textus notab. in l. Sticho. ff. de vſuf. leg. Poteſt etiam dici, quòd hic videtur alienare ius quod habet, ſed habet ius duraturum etiã poſt mortem, & illud agnatis alienare poteſt. quod ſic probatur:
35 Certum eſt, quòd, † ſi quis alienat feudum extraneo de cõſenſu agnatorum, illud reuocari non poteſt, etiam poſt mortem vaſalli: ita probatur in c. j. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. & in c. j. §. & ſi clientulus. de al. feud. Sed illud operatur alienatio facta inter agnatos, eis non conſentientibus, quòd operatur facta extraneo eis cõſentientibus: vt patet rectè intuenti in c. j. de al. feud. pater. & in d. c. j. §. fratri. de al. feudi. Ergo clarè patet, quòd
36 † vaſallus alienare poteſt ius duraturũ etiam poſt mortem: & erit iſtud vnum fundamentum ad ſu-
37 ſtentandam iſtam partem. Præterea † ius, quod habet vaſallus in feudo, de ſui natura nõ expirat morte: imò eſt tranſmiſsibile, vt probatur apertè in definitione ipſius feudi, in c. j. in quibus cauſis feu.
38 amitt. ¶ Ad idem adducitur: Nam † alienatio facta in vnum ex agnatis, videtur quædam gratificatio: vt d. c. j. in fine. de al. feudi pater. Sed regulam habemus, quòd gratificatio non eſt permiſſa, niſi expreſſè dicatur: vt in l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. & l. generaliter. eod. tit. & l. conſenſus. §. fin. de repud. Ergo. SOL. Poteſt dici, dicta iura hodie corrigi per Auth. lucrum. C. de ſecund. nupt. Sed non valet, quia licet in illo caſu corrigatur, tamen in alijs caſibus non, niſi quatenus expreſſè dicitur: l. præcipimus. in fine. C. de appellat. Vnde poteſt dici, quòd illa iura magis videntur innuere contrarium: Nam textus in l. generaliter. dicit,

X

licentiam non negamus: apparet ergo, quòd erat conceſſa. Idem dicit Textus in l.cõſenſit.de repud. vbi dicit, electione ſeruata. Sed certè l. fœminæ.etiam dicit expreſſè cõtrarium, ibi, ad quælibet, &c. Sed in hoc corrigitur per Auth.lucrum. & ſic illa Auth. ſolùm obſtat, in quantum dicit quòd lucrũ debet æqualiter diſtribui, non matris arbitrio. Sed illud eſt ex eo, quia lex noua illud expreſſè ſibi prohibet, & ſic regula remanet in contrariũ. Aduerte, quia Text. dicit in d.c.j. in fine. ꝙ eſt quædã refutatio, nõ gratificatio. Sed refutatio inter agnatos eſt permiſſa: vt in c. tres erant agnati. ¶ Ad idem adducitur, quòd poſsit reuocari: Faciliùs generatur præiudicium per vaſallum in feudo filijs, quàm agnatis: Tex. eſt in c.ſi vaſallus.ſi vaſall. ſeruit.dom. non off. aliàs eſt titulus, ſi de feud.def. content. ſit inter dom.& agn.vaſ. Sed per alienationem factam per patrem non præiudicatur filijs: c. Titius filios. ſi de feud.def.cont.ſit inter dom.& agn.vaſ. Ergo fortiùs, nec agnatis. SOL. Poteſt dici, quòd per delictum patris faciliùs generetur præiudicium: vt in d.c.ſi vaſallus. ſecùs per alienationem: Quia ſi alienatio ſit inter agnatos, non eſt delictum, quia eſt permiſſa: ſecus, ſi inter extraneos: vt in c.j.de al.feudi paterni.

## SVMMARIVM PARtis negatiuæ.

1 *Feudi alienatio poteſt fieri fratri, vel nepoti, id eſt filio fratris.*

2 *Frater in gradu præcedit filium fratris.*

3 *Agnatus ſuccedit in feudo ex legis diſpoſitione.*

4 *Vaſallo mortuo, ſi feudum eſt paternum, agnati ſuccedunt in feudo, omiſſa hæreditate.*

5 *Alie-*

5 Alienatio feudi paterni voluntate domini facta, an & quando valeat.

6 Teſtamentum inter liberos cuiuſcunque gradus valet.

7 Genus repræſentatur in quolibet ſuo ſubiecto.

8 Quandoq; dictio, aliquoties exponitur per Quandocunque.

9 Dictio Tamen, aliquid includere debet.

10 Alienatio feudi paterni, etiam de domini voluntate non valet, agnatis non conſentientibus.

11 Alienatio feudi paterni ſi fiat in extraneum, an ad hoc vt valeat, ſufficiat conſenſus domini.

12 Duorum numero pluralis locutio verificatur.

13 Alienationis prohibitio ad hoc vt fieri poßit, requiritur cauſæ expreßio.

14 Feudum nunquam poteſt alienari extra agnatos, eis inuitis.

15 Dictio Vel, verificatur in vno.

16 Alienatio feudi, & alienatio rei prohibitæ, alienari differunt.

17 Filia non poteſt in feudo ſuccedere, niſi expreßè dicatur.

18 Alienatio feudi ſi fiat in filiam, non ſtatim poteſt reuocari, ſed poſt mortem alienantis.

19 Res prohibita alienari non poteſt in feudum dari.

20 Res extra agnatos alienari prohibita, licet alienari non poßit, poteſt tamen in feudum dari.

21 Alienatio feudi facta pari, tenet viuo alienante, & non poſt mortem.

22 *Filia licet non ſuccedat in feudo, tamen ſi inueſtiatur, parentes non reuocant.*

23 *Feudum nouum redit ad dominum, ſi feudatarius ſine hærede maſculo decedat.*

24 *Vaſallo mortuo ſine filio maſculo, feudum redit ad dominum: quod ſecus eſſet, ſi ſit antiquum.*

25 *Alienatio feudi paterni facta in extraneum, agnatis & domino conſentiente non poteſt poſt mortem domini reuocari.*

26 *Reuocari non poteſt res per fideicommiſſum relicta, ſi ignoranter alienetur.*

27 *Ignorantia alterius alteri non nocet.*

28 *Diuiſio eſt alienatio.*

29 *Contractus libellarius eſt ſpecies alienationis.*

30 *Ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſare debet iuris diſpoſitio.*

31 *Alienare in vltima voluntate prohibitus, niſi inter certos, poteſt vnum ex illis eligere, & cæteros excludere.*

32 *Pater non poteſt in vnum ex filijs totam ſubſtantiam erogare.*

AD PART. NEGAT. PRIMI DVBII: Quòd, ſi alienatio fiat in remotioré, non poſsit reuocari, arguo ſic: Nã videtur textus apertus in c.j.§.fratri.de al. feu.vbi expreſſè
1 dicitur,†quòd alienatio feudi poteſt fieri fratri, vel nepoti, id eſt filio fratris. Ita exponitur in textu in
2 c.j.§.ſimiliter.quib.mod.feud.amit.† Tamen conſtat gradu præcedere fratrem fratris filio, & loquitur in feudo paterno: Nam ipſi naturali pietate debetur: ſicuti dicitur in teſtamentis inter liberos. Item, quòd ſit feudum paternum, probat ibi gloſſa: & quòd in alternatiuis poſsit fieri, probat diſiunctiua,

ctiua vel,cuius natura eſt,facultatem actus cui adiungitur,in ſolidum permittere: l. ſi ex toto.§.j.de legat.j.& l.ſi Titio.de legat.ij. probatur in l. ſi hæredi plures.ff.de condit.inſtit. SOL. Poteſt dici (& hanc credo veram), quòd ibi non loquitur de alienatione feudi paterni. Probatur primò ex ipſis Rubricis. nam ibi ponitur Rubrica de alienatióe feudi,& oportet intelligi de feudo nouo:quia poſtea ibi ſubditur titulus ſpecialis de alienatione feudi paterni. Vnde cùm ibi ſpecialiter tractetur de feudo paterno,dicendum eſt,quòd ille §.fratri. loquitur in feudo nouo: ex quo infertur illá gloſſam non fore veram. Hoc etiam euidentiùs probatur per illud c.de al.feudi. nam ibi in alienatione facta in extraneum domini voluntate,per vaſallum ſtabilis permanet alienatio, quod non eſſet, ſi feudum eſſet paternum: quia non valeret etiam domini volũtate,agnatis nõ cõſentientibus,dicit textus expreſſè in c.j.de al.feud.paterni. Vnde dicam d.§.fratri intelligendum, quòd feudũ erat nouum, & alienatio fuit facta domini voluntate: & ſic §. fratri. loquitur eodem caſu, quo totum illud c. videtur loqui. Sed ſi inſtes, quid addit §. fratri? videtur quòd nihil addat: poteſt dici, quòd ibi non eſt §. nec ibi habeo §. ſed vt ſuprà dixi, quòd ſi alienatio facta eſt ſine domini voluntate, mortuo clientulo ſine hærede, reuertitur feudum ad dominum.Subditur verſiculus, ſi verò.vbi dicitur, quòd, ſi fit alienatio vero fratri, vel nepoti, cum domini voluntate,ſtabilis permanet,& ſic conſtructio perfecta eſt: & ſic dictio vero nõ eſt aduerſatiua, & forſitan non eſt abſurdum. Si verò velis ibi facere §. & quòd aliquid inducat, potes reſpondere,quòd fuit alienatio facta fratri, vel nepoti, videlicet quando alter tantùm ſuperuiuebat. Nam ſi ambo ſuperuixiſſent, fieri nõ potuiſſet. nam cùm pariter frater & fratris filius ſint ſucceſſuri:vt in c. j. §. j. verſ. his verò deficientibus de gradibus ſuc-

ceſs. in feud. non poteſt alteri fieri præiudiciumq; ſed alteri tãtùm. Poteſt fieri alteri præmortuo, quia ipſe eſſet ſucceſſurus: vnde etiam non requiritur domini conſenſus. Si autem ambo viuerent, non teneret alienatio mortuo alienante: vt in §. & ſi clientulus. quia reſoluto iure datoris, &c. vt l. lex vectigali fundo dicta. ff. de pignor. l. iij. §. ſed & Marcellus. ff. de in diem addict. Hoc etiam confir-
B matur ſic: † Nam agnatus ſuccedit in feudo ex legis diſpoſitione. probatur in c. j. §. cùm verò Conradus. ꝫ. qui feud. dar. poſs. & principali prouidentia gloſſa, & Text. in c. an agn. vel fil. poſſit repud. hæred. feud. retin. Et in perſona cuiuſcunq; videtur eſſe quid perſonale, vt tot cẽſeantur eſſe feuda
4 quot vaſalli. Patet: † nam mortuo vaſallo, ſi feudum eſt paternum, agnati ſuccedunt in feudo, etiã omiſſa hæreditate: quod ſecus eſt in filio. probatur in c. j. an agnat. vel fil. def. poſſ. feu. retin. repu. hæred. Vnde videtur ſola perſona per mortem eximi: vt in Auth. de nupt. §. deinceps. & l. ſi is qui. ff. de inoff. teſtam. In ſimili etiam poteſt adduci, quod notatur in ſimili in Auth. Bona damnatorum. C. de bonis damn. nam bona damnati occupant ſucceſſores, non tanquam hæredes, ſed iuris diſpoſitione. Pro hoc l. j. §. an bona. ff. de iure fiſci. Et hæc eſt ratio, quare in accipientes bona defuncti non tranſit inſtantia: de quo in l. ſi conſtante. §. fin. ff. ſol. mat. de quo Bald. in c. j. de ſucceſſ. feudi. VEL: Poteſt dici, quòd alienatio facta vlteriori agnato, tenet, ſcilicet viuente alienatore: ſed eo mortuo reuocari poteſt per proximiorem. Textus videtur apertus in c. Titius filios. ſi de feudo def. fuer. controuer. inter dom. & vaſall. & vide in proxima oppoſitione. VEL: Poteſt dici, quòd, cùm alienatio fit in nepotem, & ſic vlteriorem, tamen cùm ſimiliter admittantur, videtur idem iudicandum, ac ſi fuiſſet in parem facta: vt dicit Textus in l. fin. C. fam. hercisc. & ibi gloſſa. Sed non valet, quia ſecundum

dum

dum hoc decideretur pro ſecundo dubio. Itē prima ſolutio non videtur bona, quia ſi tenet alienatio irreuocabiliter facta inter agnatos de feudo nouo, in quo agnati nullum ius habent, quantò magis debēt tenere de feud.pater.in quo ius aliquod habent? Sed poteſt dici, quòd conſenſus domini iſtud operetur, & inducat & ſoluat iſtam diuerſitatem. Item poſſet cōtra iſtam ſolutionem dici, quòd Rubrica de alienatione feudi loquatur generaliter de quolibet feudo, ſcilicet nouo & paterno: ſed Rubrica de alien. feud.pater.ſolùm de vno. Poſſet etiam dici, prout in ſimili dicitur in titulo de procurat.& in tit.mandati. Item poteſt etiā dici, quòd ibi ſit §.ſed continuet, cum ſeq.ibi, in feudo comitatus, &c. vt ibi etiam tangit gloſſa in vltima lectura. Et ſic cùm ille textus diuerſos habeat intellectus ſecundum gloſſam & doctores, in eo fundamentum fieri non poteſt. Ad idem oppono fortiter, quòd per proximiorem non poſsit reuocari. Vnde adducitur textus expreſſus in c.j.ver.&licet. de al.feu.pater. Nam in principio illius c. datur regulā negatiua, † quòd alienatio feudi paterni non

5 valet, etiam domini voluntate: à qua regula excipitur, Si alienatio fiat agnatis conſentientibus, ad quos feudū quandoq; erat deuenturū. Deinde in verſ.nec in filiā.remouet quoddā dubiū, quod non eſt ad propoſitū noſtrū. Subditur verſicul.& licet. in quo videtur determinari quęſtio noſtra.nā cum poſuit in principio regulā negatiuam: ꝙ alienatio nō tenet agnatis nō conſentiētibus. Excipit modò, ſi fiat inter agnatos: quia tunc tenet. nec mirū, quia ſecundū Baldū pietas naturalis exercetur: ſicut di-

6 cimus, † quòd valet teſtamentū inter liberos cuiuſcunq; gradus. Hic enim, vt ita dixerim, quoddammodo verè indulgetur. C.de teſt.l. hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.de iniuſt.rupt. teſt.l.ij.§.generaliter.de legat.præſt.vbi ratio redditur l. ſi duob. §.ſi priùs.de cōtra tab.ff.de capit.dimin. l. tutelas.

Et pondero verbũ Inter, quod ſui natura non exigit omnium concurſum, niſi apponatur verbum, omnis.l.fin.& Auth.ibi poſita.C.fami.hercıſc.Imò videtur quòd in quolibet poſsit verificari : probatur in l.inter pares.& l.inter eos.ff.de re iudic. Sic ergo cùm reperitur alienatio facta inter agnatos, licet vlteriores, non debet poſſe per proximiorem
7 reuocari. Hoc etiam probatur ſic: † Nam genus repræſentatur in quolibet ſuo ſubiecto : probatur in l.voluntas.C.de fideicom. Præterea ſi intelligeremus alienationem factam inter omnes vaſallos, verſ. & licet. non aduerſaretur præcedentibus, & repeteretur caſus minùs dubius, & nil induceret contra §. quibus.in prima conſtitutione C.& eſſet caſus factus de indubitabili, contra l.quod Labeo. de Carbon.edict.quod non eſt dicendum. Ponde-
8 ra etiam verbum,† Quandoque.quod poteſt exponi pro quandocunq; : Textus in ſimili l.ij. de condit.& dem.quod omne tempus reſpicit:facit quod notatur in l. Baliſta. ad Trebell. & ſic de omnibus
9 intelligitur. Pondera etiam dictionem † Tamen, quæ debet aliquid includere : l. fluminum.§.fin.ff. de dam.infect.inſtit.de ſuſpect.tut.§.fin. Soluo & pondero, quòd illud argumẽtum poteſt fieri etiam ad ſecundum dubium, & ad primum dubium poteſt dici ſine præiudicio ſecundi : quod dum dicit inter agnatos,ſcilicet eiuſdem gradus. Sed hoc nõ poſſum dicere:vnde ſoluo alio modo, & credo verum intellectum illius c. Nam prima regula negati
10 ua indiſtinctè eſt vera,† quòd, agnatis non conſentientibus,non valet:& dico, quòd poteſt reuocari eo caſu etiam alienatore viuo. Hoc probatur in c. j.verſ. in prohibendo. qual. olim feud.al. pot.verſ. autem. Et licet loquitur, quando eſt facta inter agnatos,quo caſu licet ſit facta in vlteriores, nõ poteſt in vita alienantis reuocari : Textus apertus in c. Titius filios.ſi controuerſ. fuer.inter dom.& vaſall. Et ſic loquitur d. verſic. & licet. Poſt mortem

autem

autem videtur poſſe reuocari per regulam, Reſoluto iure datorum, &c. l. lex vectigali. ff. de pign. & d. verſ. & ſi clientulus. videtur textus in l. peto. §. prædium. de legat. ij. Nec obſtat ei quod dixi, quòd alienatio facta in extraneum non valet, agnatis non conſentientibus, etiam viuo alienante: d. c. j. verſ. nec in filiam. coniuncto c. j. §. hoc quoq;. de ſucceſſ. feud. quia dico, quòd non valet, quin precio oblato etiam in vita alienantis non poſsit reuocari: ſecus, ſi in agnatos fit, quia demum poſt mortem. Non obſtat §. hoc quoq;. quia ibi non voluit auocare agnatus, viuente alienante: quia fortè precium nō habebat. Vnde expectare voluit mortem, quia tunc etiam ſine precij reſtitutione poteſt auocare. Ratio, quia finitum eſt ius datoris. Pro hoc etiam facit d. c. Titius filios. Non obſtat etiam d. c. j. de feudi al. verſ. & ſi clientulus. quia ibi non habebat agnatos, & ibi eſt facta in extraneum. Patet, quia ſi habuiſſet agnatos, nō tenuiſſet alienatio: d. c. j. de alien. feud. pater. cuius contrarium dicitur in d. §. & ſi clientulus. VEL: Poteſt dici, quòd verſiculus, ſed licet. aduerſetur primò illi c. de alienat. feud. pater. quia dicit, quòd etiam domini voluntate non valet, agnatis non conſentientibus: modo in verſiculo, ſed licet. vult dicere, quòd valet facta inter agnatos domino non conſentiente. Poſſet etiam dici totum econtrà, videlicet quòd totus ille textus loquatur, quando interuenit do-
11 mini conſenſus: & velit in effectu, † quòd, ſi alienatio fiat in extraneum, nō ſufficiat conſenſus domini: ſecus, ſi fiat inter agnatos, quia tunc ſufficit: in themate autem de conſenſu domini nihil dicitur. Item poteſt largiùs dici, quòd ille verſiculus, & licet. quatenus permittit alienationem inter agnatos, debet intelligi quòd interueniat conſenſus aliorū agnatorū, & illa tota litera in effectu velit iſtud, quòd ſi alienatio feudi paterni fiat in extraneum ad hoc vt teneat, requiritur conſenſus

vtriuſq;, ſcilicet domini & agnatorum: & hoc velit. Si verò fiat inter agnatos, tunc ſufficiat conſenſus agnatorum, etiam ſine conſenſu domini. Sed in caſu noſtro expreſſè dicitur, quòd non interuenit: ergo, &c. & hæc eſt colorata ſolutio, & de mente literæ. Præterea ad probandum, quòd ille verſiculus, & licet. loquatur, quando domini conſenſus non interuenit, patet ex litera ibi, ſi paternũ fuit, quia ſi interueniret conſenſus domini, valeret etiamſi eſſet nouum: d. c. j. §. & ſi clientulus. de alienatione feudi. præterea intelligendo verſiculum, & licet. vt ſuprà adduxi, videlicet quòd non poſſit reuocari, corroboratur ſic textus: Inter agnatos, &c. cùm iſta verba ſint indiſtinctè prolata: ergo in dubio verificantur in quolibet ſubiectorum. ff. de condict. indeb. l. cum is. § fin. ff. mandati. l. fideiuſſor. Et licet textus dicat, in-
12 ter agnatos. & ſic in plurali: † ad cuius verificationem duo ſufficiunt: ff. de teſtibus l. vbi numerus. Tamen in themate noſtro poteſt dici hoc interueniſſe. nam cùm fuit facta per vnum agnatum in alium, dici poteſt facta inter agnatos. In ſimili dicit Textus in l. j. C. de pact. Et facit l. inter cohæredes. famil. herciſc. Pro hoc optimè: quia textus hîc non loquitur in perſonam, quia non dicit, ſi quis alienauerit inter agnatos: ſed in rem, quia dicit inter agnatos autem permittitur alienatio. vnde non requiritur, niſi quòd alienans, & ille qui recipit, ſint de agnatis. Sed ſolutio patet ex prædictis. ¶ Ad idem oppono, quòd non poſſit reuocari: Nam quòd non poſſit feudum alienari, eſt inductum in fauorem agnatorum, ad quos eſt reuerſurum. Modò ſi alienatio prohibita eſt in certarum perſonarum fauorem, non poteſt in aliquas ex eis fieri alijs excluſis eiuſdem gradus: Textus in l. pater. §. quindecim. de legat. iij. & l. voluntas. C. de fideicom. Sed feudum eſt huiuſmodi: ergo, &c. Et ſic declaratur c. j. de al. feudi pater. quod

non

non eſt abſonum: l.non eſt nouum. ff. de legib. Et ꝙ ſit huiuſmodi, patet: Quia non eſt inhibita feudi alienatio, niſi vt in familia remaneat, & conſortes extraneos non habeat. SOL. Poteſt dici, quòd prædicta iura non obſtant, & præmitto regulam l. filiusfamiliâs. §. diui. de legat. j. Nam regula eſt,
13 † quòd ad hoc, vt prohibitio alienationis fieri poſſit, requiritur cauſæ expreſsio: vt ibi. Sed in d. l. quotiens. prohibita erat, ideo vt in familia remaneret: & in §. quindecim. quia volebat inter libertos remanere. Modò cùm ſit prohibitum in certo caſu, in alio videtur permiſſum: l. maritus. C. de procurat. l. cùm prætor. ff. de iudicijs. Sed hîc in caſu noſtro non eſt ita, quia prohibita eſt alienatio in præiudicium agnatorum. quæ ratio habet locum, ſi alienetur vni de familia, quo ad alios, ſicuti ſi in extraneum alienaretur: licet vno caſu non valeat, ſecundo ſic, ſaltem in vita alienantis: vt in c.j.§.& ſi clientulus. de al. feud. & per regulã, Reſoluto iure datoris, &c. Nec obſtat iſta ratio, videlicet quia de præiudicio proximioris tractatur, Nam habet locum, ſi fiat in alterum de familia: quia omnes eo caſu admitterentur, quo contrà fieret: l. peto. §. fratre. de legatis ij. quia non attẽditur illud ex quo alienatio videtur fieri ſecundũ voluntatẽ defuncti, qui prohibendo alienationem extra familiam, eam videtur permittere in familia. Nam cùm teſtator potuiſſet in totum ipſos de familia ab ipſa re excludere; ergo multo fortiùs in certo caſu tantùm potuit eos excludere, & ſic ipſam acquiſitionem modificare: argumento l. qui plures. ff. de vulg. & pupill. Sed in caſu noſtro fieret contra voluntatem primi parentis, acquirentis feudum indiſtinctè omnibus eius ſucceſſoribus, quos voluit tale feudum habere, nimirum ſi non tenet alienatio. Si tamen voluiſſet primus parens feudo legem imponere, vt tantùm certis perſonis acquireretur, potuiſſet: arg. l. j. §. ſi conuenerit. ff. depo-

depoſiti.iuncto §.ſtrenuus.in c.j.de feud.cog. Vnde cùm in totum potuiſſet præiudicare, nimirum & acquiſitionem poteſt modificare. VEL dic, ꝙ ibi eſt prohibitio perſonalis, quæ ſolùm afficit & reſpicit perſonam: hic verò realis, quæ afficit & reſpicit rem. Patet, quia in contrarijs ille de familia, qui lege permittente alienat, poteſt extra fami-
14 liam alienare: ſecus in caſu iſto: † quia feudum nunquam in extraneum, & ſic extra agnatos eis inuitis poteſt alienari: Eſt ergo iſta prohibitio alterius naturæ quàm hæc, & ideo tanquam ex ſeparatis non fiat illatio: l. Papinianus exuli.ff.de minor. l. inter ſtipulantem. §.ſacram. verſic.ſed hæc diſsimilia.de verb.obligat. ¶ Ad idem adducitur, quòd non poſsit reuocari: nam cùm alianatio ſit inter agnatos, videtur quædam refutatio, ſeu gratificatio: Textus in c.j.de al.feud.paterni. Sed habeo, quòd gratificatio videtur permiſſa: vt l.generaliter.C.de ſecund.nupt. vbi Text. dicit, licentiã nõ negamus. & idem Textus in l. conſenſu. §. fin. C. de repud. ibi, electione ſeruata. Apparet ergo, quòd cùm vni ex agnatis gratificatio facta ſit, non poſsit reuocari. Pro hoc adduci poſſunt: l.filius.§.penult.de leg. j.& l.pater.§.quindecim.de leg.iij. Itẽ ſcias, quòd aliud eſt gratificatio, aliud quaſi refutatio: l.ſi idẽ C. de Codic. ergo, &c.d.l.Papinianus.ver.ſed hęc diſsimilia. SOL. Poteſt dici illa iura corrigi per Auth.lucrum.C.de ſecund.nupt. VEL dic, quòd gratificatio eſt permiſſa in dictis legibus, quia expreſſe lege cauetur: in alijs autem caſibus dicam ſecus. VEL dic, quòd permittitur, ſi ſint in pari gradu: dictis ll. prima ſolutio non videtur vſque adeo tuta, per id quod habetur in c. tres erant agnati.in tit.de eo qui finem fec.ag.vbi dicitur permiſſa inter agnatos refutatio. SOL. Ibi loquitur in refutatione quæ ſit per eum qui non poſsidet. & ſic de refutatione iuris de futuro: de quo in l.j. C. de pact. & in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. oblig.

obligat.& plenè per Bald.vbi declarat illud c.in c.
j.Imperator Lotharius. Et eſt inter iſta diuerſa ra-
tio, vt patet ad ſenſum : quia qui alienat vni,pxæiu
dicat alijs : ideo alij reuocare poſſunt.qui verò re-
ſutat,ſibi ſoli præiudicat. Cùm ergo diuerſa ſit ra-
tio,diuerſum quoque ius erit. ¶ Ad idem addu-
citur c.j.§.ſed & res. Per quos fiat inueſtit. nam i-
bi textus dicit alienationē permiſſam tibi vel pro-
ximiori,& ſic licet vendere vni tantùm propter di-
15 ctionem vel, † quæ verificatur in vno : l. ſi hæredi
plures. de condit. inſtit. Ergo apparet, quòd cùm
alter ſit proximior te, tamen poteſt vlteriori alie-
nari : ergo non poteſt reuocari. SOL. Poteſt di-
ci,quòd alienatio poſsit fieri tibi, ſi es proximior.
VEL poteſt dici,ꝙ nil faciat. Nam ibi loquitur in
re prohibita alienari, & vt prohibitio teneat, opor
tet cauſam inſeri : l. filiusfamiliâs.§.diui.de lega. j.
Fuit ergo ibi prohibita alienatio fauore agnatorũ:
vnde nimriũ ſi vult,poteſt vlteriorē in gradu elige
re. nam dicent eſſe de familia,& ſic ſatisfactum erit
voluntati defuncti : d. l. filiusfamiliâs.§.penult.de
legat.j.& l.voluntas.C.de fideicom. Et magna dif-
16 ferētia eſt inter † alienationem feudi, & alienatio-
nem rei prohibitæ alienari. Nam ſi res quæ prohi-
betur alienari, alienetur, ſtatim poteſt reuocari:
Textus in l. cùm pater. §. libertis. de legatis ij. &
gloſſa in l.peto.§. prædium.eod.tit.ſecus in feudo:
17 Nam † filia nō poteſt in feudo ſuccedere, niſi ex-
preſſè dicatur : vt c. j. §. hoc autem notandum.qui
18 feu.dar.poſſ. † Tamen ſi alienatio fiat in eam, non
ſtatim poteſt reuocari,ſed poſt mortem alienantis:
Text. videtur in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſſ. feu.
SED fortè iſta differentia non eſt bona, quia ſi
præſupponis alienationem factam rei feudalis in
perſonam non permiſſam, ſtatim poteſt reuoca-
ri : Text.in c.j.de alien.feud.pat.in princip. VEL:
Poteſt dici fortè,quòd ibi probatur idē,quod pro-
batur in l.voluntas.C.de fideicommiſſ. Vnde non
obſtat

19 obſtat,vt dixi:Nā licet ibi detur regula,†ꝙ res prohibita alienari,nō poſsit in feudū dari,tamen excipit caſum,in quo poteſt in feudū dari,licet nō poſ-
20 ſit alienari:† Nā res quæ prohibetur alienari extra agnatos, licet nō poſsit alienari extra agnatos,tamē in feu.dar.pot.Et prȩſuppoſito;ꝙ res prohibita alienari extra agnationē,poſsit in alienatione & in remotiorē alienari,ex tacita volūtate teſtantis:vt l. filiusfamil.§.pen.ff.de leg.j.& l. voluntas.C. de fideicom.nō ſequitur,ꝙ feudū ſit illius conditionis, cuius & dicta res,quæ prohibetur alienari:nec hoc ibi dicit text.ille.Vnde etiā caue à ſolutione poſita ad hoc cōtrariū in parte affirmatiua.Et Bal.in §.ſed
21 & res. tenet,† quòd alienatio facta pari,tenet viuo alienante, & non poſt mortē: & facit ad ſecundum dubiū.Et hoc ideo,quia fraudulenter fecit,aliàs verò non. VEL dic tenendo, ꝙ propriè ibi loquatur de feud.pater. quòd videtur innuere litera ibi, ſi quis ex agnatis eius,&c. & dictū fuit circa intellectū c. j. de al.feu.pater. Nā omnes ſolutiones ibi datȩ poſſent adaptari ad illū textū,& ad omnes ſimiles,qui probarent talē alienationē inter agnatos fieri poſſe. ¶ Adducitur ad idem c.j.quemad.feu.
22 ad filiā pertineat.† vbi licet filia nō ſuccedat in feudū,niſi dicatur : vt in c.j.§. hoc aūt notandum. qui feud. dar. poſs. tamen ſi inueſtiatur mortuo patre, parētes non reuocāt. SOL. Poteſt dici, ꝙ ibi loquitur de præiudicio quod infertur per factū dñi; quia dominus inueſtiuit, quod poteſt, vt hic: ſed dubiū loquitur de prȩiudicio illato per agnatū.ſed nō ſapit:& hoc tenet Petrus de Cerueto ibi:& Raynaldus opponere videtur contra c. j.de al.feu.pat.
23 Dic ergo,quòd ibi loquitur in feudo nouo,†cuius natura eſt, quòd mortuo domino ſine hærede maſculo redeat ad dominū:vnde nimirū dominus potuit filiā inueſtire. Poſſet etiā dici,quòd nō poteſt reuocari filia viuēte, ſed poſt mortē ſic. VEL dic, quod erat nouū,& dubiū erat,quia decētius videbatur

tur agnatos inueſtiri quàm filiã:arg.l.j.§.permittitur.de aq.quotid.& æſtiua. VEL dic,ꝙ ibi eſt ſpeciale in filia ſecundũ Iacob. de Bellouiſo, ſicut alia multa ſunt ſpecialia in liberis primi gradus:l.iubemus.C.ad Trebel. VEL dic,vt ibi per Bal. qui etiã ponit nouũ caſum.VEL poteſt dici,ꝙ etiãſi ſit feudũ antiquũ,tamẽ ſi fuit filia inueſtita,nõ reuocetur per parẽtes:vt ibi.Ratio, quia parẽtes ſeu aſcendẽtes in feudo non ſuccedũt:vt in c.j. de natura ſucc. feu. VEL poteſt dici, ꝙ nõ poteſt reuocari à parẽtib.ſuis,ſ.dñi inueſtiẽtis. VEL dic ſec.Bald.quòd ibi fuit cõceſſum feudũ alicui pro ſe & maſculis & fœminis,& tunc agnati ex quodã priuilegio fœminæ præferũtur: cui priuilegio poteſt derogari per dominũ, ſi filiã inueſtiat contẽplatione patris:arg. l.eius militis.§.militiã miſſus.de teſta.mil. ¶ Ad i-
24 dẽ oppono,†quòd nõ requiratur cõſenſus agnatorũ,nec poſsint reuocare:& pro hoc videtur text.ſatis ruminatus ſuprà in c.j.§.ſi verò.de al.feud. Breuiter dixi ibi multa.Credo,quòd veritas eſt, quòd feudũ ibi eſt nouũ.Patet:quia ſi non eſſet nouũ,nõ poſſet tenere alienatio:probatur expreſſè in c.j. de al.feu.pater.Patet etiã,quia vaſallo mortuo ſine filio maſculo,feudũ redit ad dñm:quod nõ eſſet,ſi eſſet antiquũ.Præterea,quòd ſit verũ,patet: quia ponitur in tit.de al.feud.pòſt ponitur titulus de alienat.feud.pater. VEL poteſt dici, quòd ibi loquiẽ de reuocatione fienda à dño,quæ fieri nõ poteſt,ſi dominus conſenſit:alias, ſic: vt ibi. Quòd autem ab agnatis poſsit fieri vel non, non dicit ille textus. VEL dic,quòd ibi non habebat agnatos, hic ſic. Vel ſi hàbebat, conſenſerunt : quia nec textus dicit contrarium, vt concordet cum §.præterea.

¶Ad idem oppono:Nam licet hic,in quem eſt facta alienatio, ſit vlterior in gradu, videtur quòd poſsit ſibi gratificari.quod probo ſic:Nam propter dubiũ quandoque aliquid permittitur,quod aliàs non permitteretur.Sed hic eſt & eſſe põt dubiũ,an

pri-

primus hîc ſuperuiuat tempore mortis ipſius alienantis. Ergo propter illud dubium videtur poſſe ſibi gratificari, licet ſit ſecundus in gradu. Pro hoc adduco textum.ff.de legatis ij. l. ſi quis ſeruum.§. certam.C.de edict.diui Ad.toll.l.ij.cum ſimilibus. S O L. Poteſt dici, quòd illud dubium an præmoriatur hic qui obtinet primum gradum, non eſt potens cauſari talem gratificationem, nec de illa loquitur d.§.certam. ¶ Ad idem optimè poteſt adduci. Nam quod operatur conſenſus agnatorum in alienatione feudi paterni facta in extraneum, id operatur alienatio inter agnatos facta ſine conſenſu agnatorũ. Hoc optimè probat textus in c.j. de alie

25 nat.feud.pater. Sed † alienatio facta in extraneum, agnatis & domino cõſentiẽte, non poteſt poſt mortẽ domini reuocari: ergo nec ſi fuit facta inter agnatos: & iſtud eſt optimũ argumentũ. S O L. Poteſt dici, ꝙ illud ibi non probatur: nã ille Textus bene probat, ꝙ, ſi ſit alienatio feudi in extraneũ, non ſufficit domini cõſenſus, ſed etiã agnatorũ requiritur: ſecus, ſi ſit inter agnatos: quia tũc domini volũtas non exigitur, ſed agnatorũ ſic. At cùm hîc volũtas agnatorum non interuenerit, vt expreſſè dicit thema noſtrum, ideo poterit reuocari. V E L poteſt dici totum econtrà, videlicet quòd ille Textus velit, quòd alienatio feudi paterni in extraneum facta non valet etiam domini voluntate, niſi agnatis conſentientibus: ſecus, ſi fiat inter agnatos: quia tunc conſenſus domini non requiritur, agnatorum autem. At cùm hic præſupponatur conſenſum domini interueniſſe, poterit reuocari. ¶ Ad idem, quòd non poſsit reuocari, adduco Text. notab.in

26 l.fin, §.fin.de leg.ij. Nam ſi † res per fideicommiſſum relicta alienetur ignoranter, non poteſt reuocari. Sed cùm in themate nõ præſupponatur, quòd ſciuerit, vel nõ, dicemus valere ſaltem eo caſu, quo ignoranter alienauit: quia fortè ignorauit eſſe prohibitam alienationem feudi. S O L. Vera ſolutio

eſt

eſt ibi in §. fin. Error facti interuenit, quia ignorauit rem eſſe prohibitam alienari à teſtatore, quia codicillos teſtator tantum aperiri iuſsit poſt mortem ipſius qui alienauit: vnde propter bonam fidem vendentis & ementis dicetur tenere alienanatio: at in caſu noſtro, ſi dicimus iſtum ignorare alienationem feudi prohibitam, dicetur in iure erraſſe: vnde cùm in iure errauerit, non eſt æquum
27 alienationem confirmari: cùm regula ſit, † ignorãtiam alterius alteri non nocere: l. iniquiſsimum. in fin. de iuris & facti ignor. præcipuè iuris ignorantia, cùm quilibet debeat ſcire leges: & illas ignorare ſit lata culpa. Quòd autem alienatio feudi ſit prohibita, patet in c. j. de al. feud. paterni. Probatur etiam in c. ſi vaſallus feudum. tit. ſi vaſall. ſer. dom. non off. aliàs eſt tit. ſi de feud. def. cont. ſit inter dom. vbi ſi ignorãter alienet, dominus non admittitur, ſed ad intereſſe emptori tenetur, & ſic contractus non tenet, niſi ad hoc, vt teneatur ad intereſſe. ¶ Ad idem, quòd non poſsit reuocari, c. omnes filij. ſi de feud. fuer. controuer. & in c. tres erãt
28 agnati. de eo qui fin. fec. agn. nam † diuiſio eſt alienatio, quoniã alienatur pars quam habet iure ſuo: probatur in l. j. C. commun. vtriuſque iud. de verb. obligat. l. qui Romæ. §. duo fratres. Et in diuiſione, poſſum totum vni adiudicare: & ſic quilibet alienat partem ſuam alio irrequiſito. SOL. Poteſt dici, quòd nõ obſtat: quia debet intelligi, quòd prouenit ad vnum aliorum conſenſu, ſcilicet tacito. VEL: Poteſt dici, quòd alij non ſupererant agnati. VEL dic, quòd loquitur in filijs, ſed dubium noſtrum in agnatis. VEL dic, quòd ſaltem fictè omniũ conſenſus interuenit: ideo præiudicat omnibus: d. c. j. de al. feud. pater. VEL dic, quòd diuiſio talis non dicitur alienatio: vt in Auth. de litig. circa principium. Et quòd, cùm adiudicatur vni, dicuntur conſentire: facit l. j. C. communia vtriuſque iud. quia vicem emptionis, &c. facit etiam

Y

l.Titius.quib.mod. pig.vel hypoth.ſol. ¶ Ad idē adducitur:nā quòd in alienatione feudi requiritur conſenſus agnatorum, eſt introductum contra regulam,cùm ſola voluntate domini feudum alienari poſsit. Probatur in c.j. circa finem, de al.feu.c.j. verſic. ſimiliter nec lex Conradi. & de prohib.feu. al.per Fed.& gloſſa hoc tenet de prohib.al.feu.per Loth.in verſic.ex promiſsi. modicum tamen facit. SOL. Poteſt dici, quòd imo eſt ſecundum regulam.Nam regula traditur in c.j.de al.feu.pat.quòd eorum conſenſus requiritur. Non obſtat c.j. circa finem,de al. feud. quia loquitur in feudo nouo, vt vt ſæpè probaui. Non obſtat c.j. verſic.ſimiliter. quia loquitur quoque in feudo nouo. Patet, quia text. circa finem dicit, quòd habet feudum pro ſe ſuiſq; hæredibus,& verbum,Hęres pro filio capitur in feudo:d.c.j.§.& ſi clientulus.de al.feud. Patet etiam,quia ſi non eſſet nouum,nō valeret agnatis non conſentientibus. ¶ Ad idem adducitur: Nam contra regulam eſt, quem habere ſpem iuris quærendi ex ſucceſsione alterius:l. ij.§.interdum. de vulg.& pupil.cum ſimil. quod tamen eſt in feudo iuribus vulgaribus. Ergo non debet extendi, quando alienatio fit in agnatos, quòd requiratur eorum conſenſus, cùm expreſſè hoc non caueatur aliquo capitulo : maximè cùm ſimus in materia feudorum,in qua non habet locū extenſiua interpretatio pro idētitate rationis, nec eſt locus in eis argumentis legalibus,imò quod ſcriptū eſt, ſeruatur. Videtur probari in c. j.in fine, de al. feud. & c. Obertus de Orto.de feud.cog. & eſt bonum argumentum. SOL. Poteſt dici, quòd licet habeant ſpem, tamen non videtur quicquam obſtare, quin eorum conſenſus requiratur. Nam & filius habet ſpem patri ſuccedere, tamen in legitima pater non poteſt ſibi præiudicare, etiamſi det alijs fratribus. Probatur in Auth. nouiſsima.& in Auth.vnde ſi parens.C.de inoff.teſtam. Non obſtat quod dicitur,
quòd

quòd in eis non debet fieri extenſio, quia fateor
ab homine non poteſt fieri, ſed à lege ſic. Ita vide-
tur velle d.c. j. de feud.cog. Nam cùm dubium ſit,
àn requiratur cõſenſus, ad naturalem rationem eſt
recurrendũ: l. ſcire oportet. §. & ſi maximè. ff. de ex
cuſat. tutor. Sed iſta nõ videtur bona ſolutio, quia
magna differentia eſt inter legitimam filio debi-
tam, & id quod debetur agnatis, cum filijs ratio-
ne naturali debeatur: facit l. cùm ratio. de bonis
damnat. ¶ Ad idem adducitur c.j. in fine, de alie-
29 nat. feud. pater. nam † cõtractus libellarius eſt ſpe-
cies alienationis: gloſſa notab. in Auth. ingreſsi. C.
de ſacroſ. Eccleſ. & tamen conſtat illum fieri poſſe:
vt d.c.j. in fine. ergo & venditio fieri poteſt. SOL.
poteſt dari, vt ſuprà ſcripſi in iiij. oppoſitione.
¶ Ad idem adducitur c.j. in fine, vbi dicitur, quòd
quaſi refutatio eſt, ſi fit inter agnatos: ſed habeo,
quòd refutationes non exigunt conſenſum alicu-
ius. ergo, &c. l. qui autem. in princip. ff. quæ in
fraud. cred. Ergo nec in caſu noſtro, cùm talis ven-
ditio pro refutatione habeatur. SOLVT. Ibi re-
pudiat, quòd non eſt quæſitum: hic autem, quòd
iam quæſitum eſt. VEL dic, quòd, quo ad illud
edictum alterius conſenſus non requiritur, & po-
teſt alij præiudicare: ſecus in caſu noſtro, argum.
l. liberto octuaginta. de bon. libert. nam ibi ratio
redditur, dum textus dicit: Non ſuum proprium
patrimonium. VEL dic, quòd fateor, quòd po-
teſt, ſed non habebit effectum, niſi viuente refu-
tante: per regul. Reſoluto iure datorum, &c. l. in
concedendo. de aq. plu. arc. cum ſimilibus. Prima
poteſt defendi per c.j. de eo qui fin. fec. agn. ¶ Ad
idem facit: Nã intereſſe ſpei ſucceſsionis in re alie-
nari prohibita, niſi inter quoſdã, non conſideratur,
quando in vnum fit ex illis qui tale intereſſe præ-
tẽdit: vt l. voluntas. C. de fideicõ. & l. pater. §. quin
decim. de legat. iij. cum ſimilib. SOL. vt dixi ſ. in
30 ſol. tertij arg. ¶ Ad idẽ facit: quia † ceſſante cauſa

prohibitionis, debet ceſſare iuris diſpoſitio: l. Papinianus exuli.ff.de min.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſs. Sed ratio prohibitionis feudi alienantis feudum eſt, ne agnatio priuetur feudo,& ne habeant conſortes extraneos alij agnati,& maximè exoſos & ſibi non conſortes: colligitur in tit.generali de alien.feud.& ſpeciali de alienat. feud. pater. Inter conſortes enim facta alienatio non eſt iudicanda: Auth.de litigioſis. col. viij. circa principium.nec in æqualem dominum: vt in tit.de lege Conradi.c.j.circa medium. Hæc autem ratio ceſſat in caſu noſtro:ergo,&c. SOL. Poteſt dici,quòd in vita alienantis tenet talis alienatio: poſtea non, per reg. Reſoluto iure datoris, &c. quia nõ reperitur textus expreſſus de hoc: & quotiens legis intellectus eſt dubius, recurrendum eſt ad rationem naturalem,&c. l.ſcire.§. & ſi maximè. de excuſat.tut.Sed regula ſtat, quòd reſoluto iure datoris,&c. Facit c.j. de feud. cog. & multas ſolutiones ſuprà dedi. VEL dic,quòd illa non videtur ratio, ſed ratio videtur, ne præiudicium generetur agnatis: quod fit, ſi in vlteriores fiat. ¶ Ad
31 idem: Nam † prohibitus in vltima voluntate alienare,niſi inter certos,poteſt vnum ex illis eligere, & cæteros excludere: ergo & inter viuos,vt in caſu noſtro,poteſt vnum eligere.Maiorem probo per l. filiusfamiliâs.§. penult.ff. de legatis j. & l. vnum ex familia. §. ſi duos. de leg.ij. Minor probatur per textum. ff. de legat.ij. l.peto.§.fratre. & eodem titulo l. cum pater. §. cum inter. non enim eſt hæc niſi vna præuentio & iure permiſſa:C.de fideicom. l. poſt morrem. SOL. Ibi ex voluntate defuncti eligit vnum. nam cùm potuiſſet in illa re in totum præiudicare,potuit fortiùs acquiſitionem modificare dando licentiam, quòd in vnum ex permiſsis alienetur.quod non eſt in caſu noſtro,quia expreſſum non videtur: maximè quod poſt mortem alienantis effectum habeat:& vide ſ.in tertio argumé-
to

to in ſolutione. ¶ Ad idem adducitur autoritas gloſſæ libri Feudorum in tit. per quos fiat inueſtitura.c.j.verſic.ſed & res.in duobus locis:videlicet in principio gloſſæ magnæ,& in eadē gloſſa,verſic. poteſt ergo. Ad idem autoritas Iacobi de Ardizone,qui dicit, quòd, ſi fiat in fraudem,non valet. A contrario ergo, ſi fraus non interuenit,valet.Hæc notantur in ſumma,quib.mod.feud.amit.c. j.§. eſt & alius caſus.verſic.ſi tamen plures. SOL. Licet in practica autoritates proſint,tamen in ſcholis, vbi locus eſt diſputandi,modicùm ſunt curandæ,niſi in quantum lege vel ratione iuuentur: facit l. illam.C.de collat. ¶ Ad idē adducitur: nam regula eſt, quòd tum demum conſenſus alicuius requiritur,quando ius habet. probatur in l. j. §. denunciari.de vent.inſpic. & in l. in diem.de aq.plu. arc. Sed iſti non habent ius, cùm alienat vaſallus, qui eos præcedit: ergo non requiritur conſenſus illorum. SOL. Poteſt dici,quòd imo habent ius ſaltem in ſpe, principali prouidentia: vt d.gloſſ.in c. an agnatus vel filius repud.hæred.feud. retin. poſ. VEL dic,quòd §. denunciari loquitur in actu qui fit in iudicio:ideo non requiritur citatio habentis ſpem. Ita Bartol. in l. in diem.de aq.plu.arc. VEL Solue, quòd illa regula non eſt vera. patet in l. peto.§.fratre.& l. cùm pater.§.libertis.de leg.ij.Nam hi qui contra alienantes in perſonam prohibitam admittuntur ad reuocationem,habent ius in ſpe:& tamen,vt alienatio teneat, requiritur omnium cōſenſus:vt d.§.libertis.Probatur in l. quotiēs. C.de fideicom. & ille textus bene facit ad aliam partem. ¶ Ad idem,quia non videtur alienatum, quod ipſi agnationi conceſſum eſt: l. voluntas.C.de fideic. C.de Codicill. l. ſi quis. §. fin. & C.de impon.luc. deſc. l.j. lib.10.ſed hic eſt huiuſmodi: ergo,&c. Dicta iura non ſtringunt, vt ſæpiùs eſt dictum. Patet, quia ibi ideo alienatio tenet, quia eſt permiſſa ex voluntate teſtantis: ſed hîc ſecus. Nam præiudi-

cium generaretur alijs. Tolle ſimile in l. ij. C. de inoff. donat. & Auth. nouiſsima. de inoff. teſtam.
32 † nam non poteſt in vnum ex filijs pater totam ſuam ſubſtantiá erogare. ſic dicam hîc. VEL dic, quòd, ſi cócedatur ipſi agnationi, eſt verũ: ſed hîc aliquib. tãtùm eſt cóceſſum. pręterea l. j. de impon. lucrat. deſc. loquitur in deſcendẽtibus & aſcẽdentib. ſecus in alijs. videtur ibi decidi circa medium.

*Reſolutio ſecundæ quæſtionis omiſſa eſt.*

## SVMMARIVM
### vltimi dubij.

1 *Vaſallus ſi occidat fratrem ſuum, an agnati debeant priuari feudo.*
2 *Vaſallo culpam committente, agnati ad ſucceſsionem admitthntur.*
3 *Feudum redit ad dominum, vaſallo ſine legitimo hærede decedente.*
4 *Alienatione facta, proximus agnatus præfertur in redimendo & prohibendo.*
5 *Conſtitutio Lotharij de vaſallo feudum alienante videtur loqui de eo qui agnatos non habet.*
6 *Agnati domino hodie in reuocat. feu. præferuntur.*
7 *Alienatione in extraneum facta mortuo alienante emptori precium non reſtituitur.*
8 *Alienatione feudi ignoranter facta, dominus non admittitur.* ( *non iure.*
9 *Ignorantia quæ excuſat, eſt accipienda de facto,*
10 *Vbi dominus ad reuocationem admittitur, agnati deſunt.*
11 *Alienat. feudi fauore familiæ prohibita eſſe cẽſetur.*
12 *Cautela contra dominos alienatis feudis inhiantes.*

AD

AD VLTIMVM DVBIVM, ꝙ alienato feudo in extraneũ dominus nõ admittatur, imò agnati, probatur ſic: Si id de quo magis videtur ineſſe, nõ ineſt: ergo nec de quo minus, vt in Auth. multò magis. C. de ſacroſ. Eccl. Sed multò magis videtur ineſſe, ꝙ † vaſ. occidẽte fratrẽ ſuũ
1 debeát feudo priuari agnati, & tamẽ nõ priuãtur: vt in c.j. §. denique. quæ fuit prima cauſa benef. amit. Ergo multò minùs per alienationẽ debent priuari, cùm nemo non dixerit, hoc eſſe minùs delictum. SOL. Poteſt dici, ꝙ ideo fratrẽ occidendo agnati nõ priuãtur, quia illud delictũ non reſpicit perſonã domini: vnde ſatis eſt ipſum vaſallum & eius deſcendentes priuari. Si aũt illud delictũ concernat perſonã domini, vt dominus habet iniuriæ ſuæ vltionẽ, redit ad dominũ. Iſte eſt text. in c.j. §. denique. & §. ſi vaſallus. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. & c.j. an ille qui interfecit fratrẽ domini ſui, feud. priuetur. Sed in caſu noſtro videtur dominum offendiſſe: vt textus dicit in §. fin. eod. tit. ergo, &c. Probatur etiã in c.j. de eo qui contra cõſtit. Loth. feud. al. Sed aduerte, quia ille §. ſi vaſallus. loquitur nõ ſtantib. agnatis, & alienatione facta in extraneũ: vt patet, dũ dicit, cõtra legẽ Lotharij, ſecundũ gloſſam in c.j. de ſucc. feud. pat. VEL dic, ꝙ licet maius ſit delictũ, tamen per legẽ feudalẽ conſtituitur, vt tantùm eo caſu ad dominũ redeat, cùm cõmittitur iniuria in perſonã domini: aliàs aũt delictũ punitur. aliter de iure ciuili. Et ſic reſpõdeo ad formã argumenti, hìc non videtur maior ratio, nec maius ineſſe, quia alia ratio reformat pactũ. Quia licet occidere ſit maius delictũ reſpectu occidẽtis: nõ tamen reſpectu domini, qui nõ offenditur, ſed potiùs agnati, quorũ ſanguis effunditur. Et ſic in ſuorũ iniuriæ vltionẽ feudũ ad eos reuertitur. Hæc omnia ceſſant in alienat. feudi, vt patet ad ſenſum. Aduerte, quia qua ratione per alienationẽ factã extraneo

dicitur dominus lædi iuribus allegatis, eadem ratione & agnati: vt in c.j.de al.feud.pat. Tunc ſtat regula, Quòd,vbi quis per factum vaſalli damnificatur,habet ius ad feudum aſpirãdi. Sed iſto caſu agnati læderentur: vt in c.j.de ſucceſſ. feud.pater. ergo ipſi debent admitti. Poſſet etiam dici ad d. §. denique. quòd ibi intelligitur proximos ſcilicet filios, vt dixi in alia parte huius dubij, vbi omnino vide: argumentum ſtringit fortiter. ¶ Secundò, oppono ad idem, quòd dominus non admittatur, d.c.ſi vaſallus.tit.ſi vaſal.ſer.dom. non off. aliàs eſt tit.ſi de feud.def.cont.ſit inter dom. & agn.vaſ. & in c. ſi vaſallus feud. priu. cui def. vbi dicitur indi-
2 ſtinctè,†vaſallo culpâ cõmittente agnatos admitti ad ſucceſsionẽ:& in c.j. an ille qui interfecit fratrẽ domini. SOL. Omnes illi textus videntur limitari per textum not. in c. j. §. denique.quæ fuerit prima cauſ.benef.amitt.quia aut delictum,ſeu culpa concernit iniuriam domini,aut non.Primo caſu redit ad dominum,ſecundo non. Sed in propoſito videtur reſpicere iniuriam domini: ergo ad dominum redit feudum. Probatur in dicto c. j.§.fin. Et hoc tangunt gloſſæ in dictis iuribus: ex quibus etiam patet ſolutio eorum,quę hîc dicuntur.Et hoc etiam tenet ibi Baldus,qui hæc declarat. Poſſet etiam dici,quòd de alienatione ibi nihil dicitur. Itẽ poſſet dici, quòd de domino text. nihil dicit, ſed ſolùm decidit quæſtionem inter filios & agnatos. Sed contra prædictam ſolutionem & præcedẽtem poteſt adduci gloſſa in c.ſi vaſallus.tit.ſi vaſall.ſer. dom.non off. & text. in c. j. §. fin.quib. mod.feud.
3 amitt.† vbi alienatione facta, feudum redit ad dominum:ita demum,ſi vaſallus ſine legitimo hærede decedit. SOL. poteſt dici, quòd dum textus dicit,ſine legitimo hærede decedit, intelligo maximè: quia idem,ſi habet legitimum. VEL dic, dicta iura loqui de iure antiquo, quo poterat pars feudi alienari. Patet, quia demum vaſallo mortuo reuoca-

reuocatur,ſecus hodie. VEL loquitur ſecundum antiquiſsima iura,ſecundum quæ totum poterat alienari. VEL dic, quòd ille textus ſecundũ gloſſam facit in contrariũ. VEL poteſt dici,quòd filius non priuatur,ſed agnati ſic. Sed huic ſolutioni videtur obſtare, quia propter delictum vaſalli potiùs legitimi priuantur,quàm agnati: c.ſi vaſallus. ſi de feud.fuer.controuer.& c.j.ſi vaſall. feud. priuetur,cui def. SOL. Poteſt dici hoc verũ,quamuis non valet hæc ſolutio. Aduerte tamen, quia ex illo §.final. rectè probatur, quòd non tantùm feudum paternum poterat inter agnatos alienari ſine domini conſenſu: de alien. pater. feud. c. j. verùm etiam nouum, dum dicit,diuiſit. Eſt enim diuiſio, ſpecies alienationis: vt l. ſi pupillorum.ff.de rebus eorum. ¶TERTIO ad idẽ adduco textum in c.j.circa finem,qualiter olim feu,al.pot.c.j.
4 de vaſall.qui arma bellica depoſ. † Nam facta alienatione, proximus agnatus præfertur in redimendo & prohibendo,ſi feudum eſt paternum:& gloſſa hoc modo arguit in c.j. §. hoc quoque, de ſucc. feud. SOL. Poteſt dici,quòd agnatus ita demum præfertur domino in redimendo, quando licitè alienauit feudum. nam cùm non fecerit aliquid cõtra perſonam domini, meritò præfertur domino illo caſu in redimendo. At in caſu noſtro videtur delinquere contra perſonam domini. ergo dominus præfertur: d. c. j. §. finali,quæ fuit prima cauſ. benef. amit.Iſta ſolutio non videtur vera, quia eſt contra textum in §. porro. vbi dicit, ſiue de bona, ſiue de praua conſuetudine:& ſic ſiue licitè,ſiue illicitè alienatio facta fuerit. Sed poteſt reſponderi, quòd licet eſſet praua cõſuetudo,tamen alienationem permittebat, vt ibi etiam declarat Baldus:pro quo facit, quia dominus redimens ſoluit precium, quod non eſt quãdo eſt prohibita:in c.j.§.j. de prohib.al.feu.per Frederic. & idem voluit in d.§. porrò.Iac.de Bellouiſo. ¶QVARTO adduco

ſubtiliter d.c.j.§.finali,quæ fuit prima cauſa beneſ. amit.& de eo qui cõtra conſtit.Loth.feud.al.Nam Text. dicit ibi,quòd,ſi vaſall.contra conſtitutionẽ bonæ memoriæ Lothar.beneficiũ alienauerit,quia dñm contẽnat,ad dñm beneficiũ pertineat. Argu-
5 mẽtor modò ſic:†cõſtitutio Lotharij & Frederici, quę eodẽ caſu loqui videtur,videtur loqui eo caſu quo alienãs non habet agnatos.Probatur : nam ibi requirit ſolum conſenſum dñi,vt alienatio teneat: & ſic innuit, quòd ſi dominus conſenſit, teneret. Sed hoc eſt falſum,vt in c.de al. feud. pat. Ergo nõ obſtat,ꝙ illæ conſtitutiones ſint nouiſsimę & correctoriæ:quia reſpondeo, quòd lex noua & corrigẽs non debet extẽdi,niſi in quantũ expreſſè dicat. Imò cõſtitutio noua debet intelligi ſecundũ l.anti quã:vt l.ſciendũ.qui ſatiſd.cog.& Auth.offeratur, C.de litis conteſt. & ibi notatur. Stat ergo cõcluſio,quòd,ſi agnati ſuperſunt,illi admittuntur,cùm eo caſu tantùm admittatur dñs,quando cõtra conſtitutionẽ Lotharij fuit facta. SOL.poteſt dici,ꝙ iſte §.eo caſu loquitur, quo alienatio fuit facta cõtra conſtitutionẽ Lotharij. Cùm dicis ergo, ſi haberet agnatos,ad eos deueniret,nego:quia hoc nõ dicit text.ille,quia illud non ſequitur:& illud probat à cõtrario ſenſu,quia hoc caſu colligi nõ debet per id quod habetur in d.§.denique.arg.l.ij. C. de cõdit.inſert.in c.j.de ætat.& qual.lib.vj.cũ ſimilib.
6 ¶ QVINTO oppono ad idẽ,†quòd agnati dño præferãtur,d.c.j.§.hoc quoque.de ſucc.feu. vbi alienatio facta in extraneũ, vel in filiã quæ extranea reputatur,quo ad ſuccesſionẽ feudi filius & deſcẽdentes vel agnati admittũtur:& ibidẽ eſt gloſſa ordinaria & magiſtralis quã ibi ſequitur.Iac. de Bellouiſo,ꝙ etiã hodie agnati prę feruntur dño.Et ſic illa gloſſa rectè in terminis decidit dubium noſtrũ.Et ideo neceſſariò erit dicere,quòd illa ſentẽtia cõtraria nõ probetur iure. Vide tamen omnino Baldũ ex cuius dictis poterũt prò & contrà multa colligi.

colligi. SOL. Ibi facta fuit alien.part.feudi,quæ illo iure erat permiſſa,vt ibi notatur: ergo dñs non admittitur.ſecus,ſi fuiſſet facta alienatio totius feudi,quia tunc hoc non videtur permiſſum, imò perſona dñi videtur offendi : c. j. §.fin.quæ fuit prima cauſa benef.amit.Et iſtud patet ex eo,quia nõ reuocatur,niſi poſt mortẽ:hodie ſecus. Poſſet etiã dici, quòd ille totus text. intelligitur, quãdo dñs conſenſit:ideo ipſe nõ admittitur. nã clarũ eſt in ſecũdo reſponſo,in quo inueſtituræ filię ipſe conſenſit: Quia inueſtiuit:ideo,&c. ¶ SEXTO ad idem oppono de c. Titius filius. tit. ſi de feud. def. contẽtio ſit inter dom.& agn.vaſ. SOL. Ille text.
7 diuerſis mod. poteſt intelligi,& dico † ꝙ ibi legitimè fuit facta alienatio:ideo dñs nõ admittitur.Patet inde,quia reuocatur demũ poſt mortẽ. Sed cõtra iſtã ſolutionẽ faciũt duo:Primò,ꝙ ſi fuiſſet legitimè facta, deberet emptori reſtitui preciũ:vt in c. j.§.porrò.qualiter olĩ feu.al.pot.Secũdò,quia ſi habet filios,etiã in vita reuocatur. Iſtud vlti.modicũ obſtat:quia in caſu noſtri thematis nõ erant liberi. Põt ergo tutiùs dici, ꝙ ibi fuit alie.facta agnat. hìc extraneo.Et ſi extraneo poſt mortẽ nõ reſtituit,videtur ſibi cõpenſaſſe preciũ cũ fructibus. ¶ SEPTIMO oppono ad idem,ꝙ dñs nõ admittatur.
8 nã præſuppoſito † quòd alienatiõe facta in extraneũ,dñs admittatur,tñ hoc ſimpliciter nõ eſt verũ: vt in c.ſi vaſal.feudũ.tit.ſi vaſ.ſer.dom.nõ off. aliàs eſt tit.ſi de feu.def.cont.ſit int.dom.& ag.vaſ.& c. j.de contro.inter dom.& emp. Vbi diſtinguit,an ignorãs vel ſciẽs alienarit:quia,ſi ignorauit,nõ priuatur feudo. ſed hoc nõ dicitur in themate,ꝙ vaſ. ſciuerit.Ergo & ignorãtia põt cadere, cùm præſuponatur paternũ:quia ab alio origınẽ habet & in aliẽo facto:l.ſi.ff.pro ſuo.Et ſic põt opponi,ꝙ dubiũ nõ procedat,in quo quæritur, quis admitt.dñs vel agnati:quia neuter admitt. ſed ſolũ ipſe vaſal. vt in dict.iur. Sed põt reſpõdere,ꝙ illud procedit,quãdo

do vaſallus ſuperuiuit, hîc vero mortuus eſt. Præ-
terea eo ipſo, quòd quæritur quis admittatur, prę-
ſupponitur ſciētia, vt patet ad ſenſum. SOLVT.
poteſt dici, quòd verba poſita in themate tollunt
contrarium. nam dicitur, quòd feudum paternum
alienauit: & ſic videtur in contractu dixiſſe, quòd
illud feudum erat paternum. Præterea illud nō eſt
dubium noſtrum, quia quærimus, quis admittatur,
dominus, vel agnati: & in propoſito nullus iſtorū
admitteretur. ¶ OCTAVO oppono ad
idem: Nam licet ſciuerit paternum, fortè ignora-
uit ius, & fortè erat talis perſona, cui licebat igno-
rare: puta, vel minor, vel miles: vt l. regula. ff. de
iuris & facti ignor. SOL. Thema noſtrum ſoluit
contrarium: nam in eo quæritur, an ſi alienauit
ſine conſenſu agnatorū, teneat: quaſi innuat, quòd
ſi conſenſiſſet, teneret alienatio: quod non eſſet, ſi
eſſet minor, quia tutorum autoritas exigeretur.
Præterea illud non eſt dubium noſtrum, quia ſi ius
ignoraret, nec dominus, nec agnati admitteren-
tur, ſed ipſe vaſallus, vt dictis iuribus. dic vt ſuprà
proximè. Præterea illa iura ſuperiùs allegata, lo-
quuntur in ignorantia facti, non iuris, vt patet ex
eis. ¶ NONO probatur ſic: Nam vbi-
cunque iura dicunt facta alienatione dominum ad-
mitti, videtur dicendum agnatos non ſupereſſe i-
pſius vaſalli: nam textus in c. j. quid iur. ſi poſt a-
10 lien. feud. dom. id recup. dicit, † quòd facta aliena-
tione conſenſu domini, ſi vaſallus domino renun-
ciet, permanet alienatio: quod non eſſet, ſi habe-
ret agnatos: c. j. de alien. feud. pater. SOL. Fa-
teor, quòd ibi non habebat agnatos, ſed ſi haberet,
& alienaretur ſine conſenſu domini & agnatorum,
non videtur deciſum, quis admittatur. Præterea id
colligitur à contrario ſenſu, vt ſuprà dixi. ¶ Op-
pono de c. j. in fin. quib. mod. feu. amitt. & c. ij. apud
quem, vel quos cōtrouerſia finiri debet. SOL. Ibi
loquitur ſecundum iura antiquiſsima: dixi in alia
pa-

parte. Ad idē oppono de c. j. de milit.vaſ.qui arm. bel.depoſ. vbi dñs vel agnati admittuntur. SOL. Si habet agnatos,ipſi admittuntur: aliàs dominus.

11 ¶ Oppono, † Alienatio feudi videtur eſſe prohibita fauore agnatorũ & familiæ:allegat Baldus,quod habetur in l.j.§.penult.de vent.inſpic.Melius facit c.j.de al.feu.pater.Ergo ipſi debent admitti, & nõ dominus: argumento l. quod fauore. C. de legib. cum ſimil.& iſtud voluit Baldus in d.§.hoc quoq;. ex cuius ibi dictis etiam alia argumenta formari poterunt. SOL. Iſtud non apparet, imò cõtrarium apparere videtur ex princip.c.j.de al.feu. per Frid. quia in fauorem dominorum:& iſtud argumẽtum meliùs formaretur ad contrariam partem. ¶ Oppono ſic,Si dominus admittitur,& agnati excludũtur facta alienatione in extraneum, de facili poterit fraudare vaſallus omnes agnatos, & nos priuare feudo paterno: quod eſt inconueniens & abſurdũ arg.l.filiæ meę.ff. ſol. matr. de cuius vitio ſecũdum Baldum ibidem emanauit c. ij. de renunt. lib. vj. SOL. Id argumentum ſolue,pro vt dicit Baldus in c.j.§.porrò.qualiter olim feudum al. pot.vbi videtur firmare partem, quòd dominus agnatis præferatur.Ex qua ſolutiбne debet formari ſolenne argumentum, cui oportebit reſponderi per §. deniq;.quæ fuit prima cauſa benef. amitt. vbi cau-

12 telam Baldus ponit contra dominos:nimirum,† vt filij vel agnati pro eorum intereſſe ſe opponant,ne tradãt poſſeſsio.impedita enim traditione poſſeſſionis,feudum non perditur,ut ibi per eum.

## SVMMARIVM

### partis negatiuæ.

1 *Alienans feudum in extraneum domino irrequiſito,dicitur contemnere dominum.*

2 *Frater*

2 *Frater vt fratri in feudo ſuccedat, contra naturam feudi eſt.*

3 *Alienationes feudi noui ſolus dominus auocat.*

4 *Alienans partem feudi, vel aliter in parte dominũ offendens, an perdat totum.*

5 *Inueſtitura de feudo non petita infra annum & diem, videtur vaſallus dominum contemnere: & ſic admittitur dominus.*

6 *Alienatio feudi iure antiquiſsimo permiſſa erat.*

7 *Agnati licet alienationi ſeſe non oppoſuerint, tamen non priuantur.*

AD TERTII DVBII PARTEM Al-
1 terã deſcendo, in qua quæritur, An † ſi vaſallus alienet in extraneum, quis admittatur ad reuocandum, dominus vel agnati? Et quòd dominus præferatur agnatis hoc caſu, videtur textus apertus in c.j.§.deniq;.quæ fuit prima cauſa bene f.amitt.& c.j.de eo qui interf. fratrẽ domini ſui. Nam ibi notabilis diſtinctio traditur: quia ibi dicitur, quòd ſi quidem delictum commiſſum per vaſallum concernit perſonam domini, vt habeat iniuriæ ſuę vltionem, feudum renertitur ad dominum, aliàs ſecus: ſed quòd hoc caſu, videlicet alienando peccauerit in dominum, videtur Textus in d.c.j.§. ſi vaſallus.qui eſt §.fin.quę fuit prima cauſa benef. amitt. Nam qui alienet feudum in extraneum domino irrequiſito, dicitur dominum contemnere: vt ibi dixit. Probatur in c.ſi quis miles.de feud.ſine culpa nõ amitt. Sed ſi contemnit dominum, ſatis uidetur in dominũ peccare: ergo dominus præfertur. Probatur etiam in c.j.§.præterea. de cap. Cõrad. vbi dominus oẽs alienationes auocat. S O L. 2
Poteſt dici, quòd in §.ſi vaſallus.ideo ad dominum redit, quia feudum erat nouum, & ſic agnati nõ admittun-

mittuntur. Ita gloſſa tenet in c.j.ſi vaſall. ſer.dom. non off. aliàs eſt tit.ſi de feud.def.content.ſit inter dom. Adde etiã pro reſponſione ad illum textum omninò gloſſ.in c.j.§.hoc quoque. de ſucceſ.feud. quia rationẽ ponit. Sed huic ſolutioni videtur obſtare text.in d.c.j. §.denique. in fine ibi,ſi tamẽ beneficium fuerit paternum.Et cùm ſequitur §.ſi vaſ. videtur quòd eodem caſu loquatur.Sed cùm ibi ſit §.non ſequitur id:quia alio caſu loquitur. Patet in d.c.ſed ſi cuius natura eſt vt ſuperiorib.aduerſetur in iure & in facto iuxta not.in l.ij.§.ſed & fortiùs. ne quis eum qui in ius voc.Et ſic in præcedenti loquitur,quando erat paternũ:ibi verò,quando erat nouũ. VEL dic ſecundò,quòd nõ obſtat: & probo ſic:dicit §.ſi vaſal.qui ſi alienet contra conſtitutionẽ Lotharij,&c.quòd ad dñm redit.modò conſtitutio Lotharij loquitur, quando nullos agnatos habet alienans,quod probo: Illa cõſtitutio Lotharij eſt corrigẽs,quare nõ debet extendi,niſi quatenus expreſſè loquitur.Sed ibi dicit text. quòd non poteſt diſtrahi feudũ ſine conſenſu domini,&c.Sequitur ergo à contrario, quòd, ſi dñs conſentiret, teneret.Sed hoc eſſet falſum,ſi haberet alienans agnatos:vt in c.j.de al.feud.pater.Ergo debet intelligi eo caſu,quo feudũ eſt nouũ,vel paternũ,ſeu agnati non ſuperſunt. Ergo ille §.ſi vaſal.nõ obſtat, & quod ibi non extabãt agnati, probatur: quia ibi erat propriè contentio inter dominum & filios vaſalli alienantis.Patet in principio, dum dicit,an ad ſucceſſores,qui propriè ſunt filij.Item patet ibi,ad proximos. quia filius dicitur proximus: l. filius. ff. de ſuis & legit.Et pro hoc facit text. cũ ratione ſui in c.j.ſi vaſallus feud.priuetur,cui def.dicam ergo, ſi vaſallus alienans habet filios & nõ agnatos,quòd tunc videtur contemnere dominum,& feudum reuertitur ad ipſum excluſis filijs:& hæc erat materia dubitandi in illo §. Aut vaſallus alienans habebat agnatos, & non filios: & loquitur thema noſtrum,

cui

cui ille textus non obſtat. VEL ſecundò poteſt dici, quòd ille textus tãquam anterior, corrigitur per textum, tãquam poſteriorem,in c.Titius. ſi de feu.def.cont.ſit inter dom.vbi in reuocatione feudi alienati nulla fit mentio de domino, ſed ſolùm de agnatis: & hanc ſolutionem videtur tenere Iacobus de Bellouiſo in d.§. denique. & erit iſta generalis ſolutio ad omnes textus: maximè anteriores, qui in contrarium poſſent adduci. Præcedens tamen ſolutio non videtur tuta per Text.ibi, ſi paternum. nam ſi cõtẽtio erat ſolùm inter dominos & filios, quare cum miniſterio dicetur paternum? Dic, quia tunc, ſi non habeatur ex perſona ipſius patris delinquentis, non præiudicetur ſibi: arg.l. iij.de interd.& releg. Sed non valet per c.j.ſi vaſallus feud. priuetur, cui def. nam ibi delictum non reſpicit dominum, quia aliàs agnati priuarentur. Item contra ſecundam ſolutionem facit ratio poſita in §.ſi vaſallus.quia ibi dicit, quia dominum cõtemnit:quæ ratio videtur locum habere,etiamſi agnati ſuperſunt. SOL.Poteſt dici,quòd cùm hoc ſit odioſum & rigoroſum, non debet extendi vltra caſum ſuum. Nam habeo expreſſum, quòd vaſallo delinquente agnati admittuntur: d. c. ſi vaſallus. Præterea iſta conſtitutio ibi ponderatur in odium ementis,quia precio & feudo caret. Ad c.j.§. præterea.de cap.Conr.dic,quòd loquitur, quando nõ habebat agnatos: vt patet hîc. Ibi ratio dubitandi erat præſcriptio,vt dicit litera:& ſic de agnatis nulla fuit ibi dubitatio. Sed ſecundum hoc,§. ſi vaſal. non habebit dubium contra l. quod Labeo. ff. de Carbon.edicto. SOL. Si iſte fuiſſet iuriſcõſultus, poſſem fateri: ſed fuit Obertus & Githardus, &c. Præterea decidit illũ precio & feudo carere. VEL dic,& erit iſta colorata ſolutio & generalis ad omnia ſimilia iura: quòd ibi loquitur,in quantum dominus admittitur ad reuocandum in vita vaſalli: quia eo ipſo, quòd vaſallus alienat extraneo, dominus

minus reuocat,& retinebit donec vaſall. viuit,ſed poſt mortẽ redibit ad agnatos : quia vaſ. nõ potuit toti generi pręiudicare alienãdo, vel aliter delinquẽdo,ſed ſibi ſoli:& ita propriè loquitur ille text. nos aũt quærimus poſt mortẽ.Et hęc ſolutio colligitur ex his quæ tãgit Salycet. in d.§.deniq;. circa princip.vbi etiam tãgit,ꝙ tenendo quod dñs indiſtinctè admittatur,eſſet iniquiſsimũ:quia daret materiam delinquendi, vt ſubtiliter ipſe ibi declarat, quẽ vide & põdera etiã in fin.quia ſequitur opinionem Iac. de Bellouiſo, quam in alijs locis non ſequitur. ¶ AD IDEM ſecundò oppono de c. j. §. fin. quib. mod. feud.amit.Nam vt ibi aliqua dubitatio ſit ſecundum gloſſam, oportet intelligi §.illum,quòd loquitur eo caſu, quo frater accepit feudum cum fratre,cum hac conditione, quòd alter alteri ſuccedat : & tamen ſi alienãs moritur, ad dominum reuertitur. Ille tamẽ communis caſus aliter procedere non poteſt, vt ibi in Bald. SOL.

2 Poteſt dici,quòd illa eſt diuinatio.Nam † cùm cõtra naturam feudi ſit, quòd ſi frater cum fratre accepit feudum,quòd alter alteri ſuccedat:§. ſi autẽ vnus.qui feud.dar.poſ. & non præſumitur appoſitum illud pactum:textus eſt ſingularis in c. j.in fin. quid ſit inueſtitura. VEL dic,quòd ibi non habebat agnatos. Sed non valet, quia appellatione hæredis,agnati etiam continentur:§.ſed ſi clientulus. de al.feud.Ideo dic,quòd ibi erat feudum nouum. Et hoc etiam tenet ibi Iacob. de Bellouiſo, & ſatis patet ex litera,quę dicit,quòd vnus inueſtiturã accepit. Poſſet etiam dici, quòd ibi loquitur ſecundum iura antiqua,ſecundum quæ licitum erat alienare partem, ſed vltra partem non : ſi tamen alienabatur,non reuocabatur,niſi poſt mortem:hodie ſecus,vt dicunt iura noua, & erit iſta generalis ſolutio. Poſſet etiam ſpecialiter ad illum textum dici,quòd ideo ibi frater excluditur,quia in diuiſione feudi renũciauerat iuxta id quod habetur in ſi-

mili in l.j.§. de pactis.& in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff. de verb. obligat. & in c. tres erant agnati. Præterea illud c.j.§.fin.quib.mod.feud.amitt.potiùs videtur probare contrarium. Nam ibi alienauit vltra dimidiam,& tamẽ textus ibi dicit, ſi moriatur ſine legitimo hærede, quòd feudum ad dominum reuertitur. Sic ergo ille §.videtur dare intellectum d.§.deniq;. quæ fuit prima cauſa benef. amitt. Nam debet intelligi, quando ſine legitimo hærede deceſsit: quod verbum,legitimo.quomodo exponatur,habes in c.j. §. & ſi clientulus. de alienat. feudi. Et ſi dicis, quid inducit ille §. dic, quia dominus habebit & feudum & preciũ eo caſu,quo nõ ſuperſunt legitimi hæredes,vel ad quos poſsit deuolui feudum. Præterea abſurdum videtur, vt magis puniantur ſucceſſores propter alienationem,quàm propter crimen parricidij cõmiſſum per vaſallum: quo caſu ipſe vaſallus & deſcẽdentes puniuntur tantùm, nõ agnati: d.§.deniq;.

5 ¶ Ad idẽ oppono de c.j.de c. Conr. † vbi dñs oẽs alienationes auocat. S O L. Ibi loquitur in feudo nouo.Vel ſi loquitur in paterno,non habebat agnatos:& vt ŝ.dixi, ille tex.non intẽdit diſputare,quis admittatur,ſed ſolùm eo caſu,quo dominus admittitur,obſtet ſibi prẹſcriptio, vel non. ¶ Ad idem oppono, quòd dominus admittatur,nõ agnati, de c.j.de eo qui cont.conſtit.Loth. feu.alie.vbi videtur regula dari, quòd alienatione facta, dominus

4 admittatur. S O L. Poteſt dici,ꝙ † ibi non habuit agnatos,& loquitur eo caſu quo loquitur c. j. §.fi. quæ fuit prima cauſa benef.amitt. vnde eadem ſolutio poteſt dari pro hac gloſſa in c.j. §.j. de ſucc. feudi. Et principalis dubitatio illius c.erat,An ille qui alienat partem, vel aliter in parte dominũ offendit,perdat totum:& dicitur,quòd non. Eſt tamen hodie innouatum ſecũdum communem opinionem, quia alienans hodie perdit partem.¶ Ad idem adducitur c. j. de controuerſ. inter dom. & empt.

empt. in fine. SOL. Ibi non intendit principaliter decidere, quis prȩferatur, dominus vel agnati: ſed dicit, quòd eo caſu quo dominus, quid iuris ſit, erat ignorans, &c. Et patet in illo verſiculo, & quod dicitur. quaſi referat ſe ad alia iura iſtud dicentia, & ſic ille textus nihil de hoc decîdit. ¶ Ad idem adducitur, quia alienatione facta dominus admittatur, per textum in c.j. de controuerſ. inter dom. & empt. in fi. vbi dicitur dominum admitti. SOL. Ibi non erat paternum, vel non habebat agnatos. VEL dic, quòd non facit: Ibi enim non erat contẽtio inter dominum & agnatum, ſed dominum & vaſallum: & ſic differentia, quis præferatur eo caſu quo ignoranter alienauerit. ¶ Ad idem adducitur c. j. quid iur. ſi poſt alienat. feud. recup. vbi domino per alienationem aperitur feudum. SOLVE Vt ſupra. Et ille textus apertè decîdit nos à contrario ſenſu: quia tam ille, quàm textus Lotharij & Friderici loquuntur, quando alienans non habebat agnatos. Patet, quia tenet alienatio de conſenſu domini: quod non eſſet, ſi haberet agnatos, & eſt ſæpiſsimè dictum.

¶ Ad idem eſt c.j. §. præterea. de alienatione feudi per Frideric. † vbi dominus admittitur, nõ petita inueſtitura per annum & diem. SOLVE vt ſuprà: quia ibi non habebat agnatos: vt videtur ſentire gloſſa in c. Imperialem. in verbo, alienare. ſecundum Baldum, eodem tit. Item in dict. c.j. nihil dicitur de alienatione. Et ratio diuerſitatis patet, quia non petendo inueſtituram contemnit dominum, & ideo quia offenſa ipſum reſpicit, dominus admittitur iuxta regulam §. denique. ¶ Ad idẽ c.j. §. & ſi cliẽtulus. de al. feud. vbi ad dominum redit. SOL. Ibi alienatio eſt permiſſa, & durat in vita alienantis, hìc prohibita: ideo ſtatim poteſt reuocari. Ideo non facit. Præterea loquitur n feudo nouo, quod probatur ex duobus: Primò, ex Rubrica. Secũdò, ꝙ, ſi ſit cum volũtate domini,

nullo modo poteſt reuocari : ergo,&c. in c.j.de al. feud.pater. ¶ Ad idem c. ſi quis miles.de beneficio fratris. aliàs eſt titulus, de feud. ſine culpa non amitt. maximè cum videatur æquiparare, ſi concubuerit cùm vxore,alienationi. SOL. Ibi nō habebat agnatos,vel erat feudum nouum.Patet ibi in verbo,ſine iuſſu domini,&c. coniunctis his quę ſ.dixi:& hoc etiá tenet ibi Raynal. apoſtillãdo illam literam. ¶ Oppono de his quæ habētur in c.j.§.aut ſi libellario. ibi,& his omnib.caſibus.quibus mod.feud.amitt. SOL. Poteſt ad id reſponderi multis modis,prout colligitur ex his quæ notat Baldus ibi, quem vide: & poterunt ſolutiones generales colligi ad omnes textus ſimpliciter loquentes. Poteſt etiam vltra illas dari alia ſolutio, videlicet quòd ille verſiculus,& his omnibus. non referatur ad omnia præcedentia, prout etiam notat gloſſa ibi in verſic. item ſi fratrem. & etiam Iacobus de Bellouiſo. ¶ Oppono de his quæ habentur in text.in c.j.§.penult.& fin.quib.mod.feu. amit. SOL.Ibi loquitur in feudo quod erat in curte, & diſtrictu domini, ideo ad ipſum reuertitur: arg.c.j.§.ſi quis de manſo.de controuer.inueſt.hìc verò in feudo dominus nihil ſibi reſeruauerat, nec erat in curte,vel diſtrictu. Loquitur etiá in nouo: pater in verbo,ſine domini voluntate. ¶ Oppono de text. in c. j. §. j. apud quem vel quos,&c.vbi aperitur domino facta alienatione,&c. SOLVITVR Duob. modis : Primo,quia ibi loquitur ſecundum tempora antiqua, ſecundum quæ licitum erat alienari. Patet,quia non reuocatur, niſi vaſallo alienante mortuo ſine hærede maſculo. Si ergo ipſe, vel filius moriatur cum filio maſculo, non reuocatur : ſecus hodie ,ſecundum quod loquitur iſtud thema : & quatenus ibi dicit totũ vel partem, exponit Iacobus de Bellouiſo, vel, id eſt partem. Tu poſſes etiam dicere loqui ſecundum antiquiſſima,ſecundum quæ etiam totum poterat alienari.

Secun-

Secundò, poteſt dici, ex quo ille textus probat, ꝙ filij præferuntur domino: ergo & multò magis agnati, ſi haberet: arg. c. j. ſi vaſall. feu. priuetur. coniuncto d. §. denique. & ſic ille textus poſſet adduci in contrarium. ¶ Oppono de textu ad literam in c. j. §. callidis. de prohib. feud. alien. per Frideric. vbi liberè tranſit ad dominum. S O L. Ibi erat feudum nouum, & hoc expreſſè ibi firmat Iac. de Belloiſo: hic paternum. Item ibi, quando interueniebat diſsimulatio contractus, & hæc eſt quæ ibi propriè punitur: quaſi illa deceptio ſit quæ contemnit dominum, vt ibi patet. V E L dic, quòd nõ habebat agnatos: & has duas ſolutiones ponit gloſſa in c. j. §. hoc quoque. de ſucceſ. feudi. ¶ Oppono: Quæritur hic, quis admittatur ad reuocandum? quod verbum præſupponit contractum valere: l. decem. cum ſimilib. de verb. oblig. Sed hoc eſt falſum. ergo, &c. S O L. patet ex his, quæ notat Bal. in d. §. callidis. & in d. §. aut ſi libellario. Poſſet etiã referri ad factum l. j. ff. de fer. nam Baldus fatetur, quòd, ſi ſimpliciter vendidiſſet, non priuaretur. Sed thema noſtrum dicit, quòd alienauit, cuius ſignificatio propria eſt facta traditione: l. alienatum. de verb. ſig. Ideo poteſt reuocari, ſicut de

7 facto proceſsit. ¶ Oppono: Videtur, quòd † dominus admittatur ex eo, quia agnati poterunt reſiſtere, & alienationẽ impedire, per cautelam quam eis dat Baldus, in d. c. j. §. denique. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit. per l. ſi quis ſciens. de contrah. empt. C. de rei vend. l. ſi fundum. per l. fin. ff. de leg. Commiſs. cum ſimil. ergo, &c. vt in regula: Damnũ quod quis culpa, &c. S O L. patebit ex his quæ ipſe ibi dicit: quia dato, quòd de cautela ſit illud facere, non tamẽ probatur, quòd ſi non fecerint, ſibi pręiudicauerint, quòd ſciebant ius ſuum vbiq; durare: l. ſicut. §. quod ne. ff. de diſtrah. Præterea in themate dicitur, ſine eorũ conſenſu, &c. & ſic ſciuit, quòd ignorauerunt: & pondera, quia Baldus

ibi videtur ſequi Iacobum de Bellouiſo, & diſtinctionem Iacobi Ardizoni Doctoris Veronenſis.

*Diſputata fuit ſuprà ſcripta quæſtio per clariſſimum* I. V. *Doctorem*, D. IOANNEM *de* ANANIA *Doctorem & Canonicum* Bononien*ſem, mirabilis ſcientiæ & timoratæ conſcientiæ, in frequenti ſtudio* Bononienſi: *& ad vtranque partem dubiorum reſpondit peritiſſimus* LL. SCHOLARIS, D. SECVNDINVS DE NATIS *ciuis Aſtenſis, in qua familia ſemper floruerunt acutiſſima ingenia.*

# FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

# RERVM ET VERBORVM IN D. MARTINI LAVD. auream lecturam ſuper FEVDORVM libris, INDEX locupletiſsimus & fideliſsimus.

## A


ABBATIS *ſucceſſor, cui à Papa facta eſt infeudandi poteſtas, an infeudare poßit. pag. 65. numer. 19*

*Abſentia an ſit iuſta cauſa, & quæ, excuſandi uaſallum de non petita inueſtitura iuſto tempore* 230.22

*iuſta, an excuſet uaſallum nõ petitæ inueſtituræ* 227.7

*Abuſiua inueſtitura* 464.12

*an det licentiam accipiendi poſſeſſionem propria auctoritate* 291. *num.* 8

*an transferat dominium* *ibid.*

*facta ſi ſit, & præſtita fidelitas, ad quid domino uaſallus teneatur pag.* 350.1.2.3 & 4.

*præcedit fidelitatẽ domini* 329.1

*quale ius det* 290.7

*quid* 254.2.290.3

*quomodo fiat* 17.9

*per Abuſiuam inueſtituram quale ius acquiratur* 352.10

*abuſiua inueſtitura à Papa uel Imperatore facta, an transferatur dominium* 293.16.17.18.19 & 20

*acceptor ſecundus alio contractu, quã feudali, ſi feudum habeat, an & quãdo eius ius reſoluatur* 101.10

*acceptoris ius, an & quando reſoluatur reſolutione iuris ipſius dantis pag.* 121.5

*ius, an reſoluatur iure datoris reſoluto* 685.31. & 35. 101.7.8.9. & 10.

*ſecundi ius an reſoluatur, ſi primus uaſallus feudum amittat.* 235.10

*Acceſſorium, ut reguletur* 35.22

*Accipitris, anſeris, &c. ſimilium ſolutio in feudo, quid inſpiciat* 13.23

*Accreſcendi ius locum ubi non habeat pag.* 318.12

*ius quem ſtipitem in feudis ſolùm reſpiciat* 191.6

*Accurſij de Authenticorum auctore, ſententia.* 4.9

*& de ea iudicium* *ibid.*

*Accuſatio capitalis: uide, Capitalis accuſatio.*

*Actio directa: uide, Directa actio.*

perſonalis, feudum an ſequatur pag. 102.13
quænam oriatur ex contractu feudali 15.29.&
actionis aduerſus dominum inſtituendæ qualitas in cuius ſit electiõe 352.8
actionem utranq; transferentes, qualiter uerba concipere debeant 11.4
actiões directæ: uide, Directæ actiões.
inter quas res computentur 283.7
ut ſint directæ, aut utiles 11.12
utiles: uide, Vtiles actiones
Actiua inueſtitura, per alium an fieri poßit 322.1
Actor, quod forum ſequatur 413.4 & 552.3
actore non probante reus abſoluitur, Regulæ intellectus 72.13.14.15
Actualis abuſiua inueſtitura, ut fiat pag. 324.6
propria inueſtitura, ut fiat 324.6
actualis inueſtituræ diſtinctio, ſeu diuiſio 324.6
Actus facti 478.23
uerbi 478.23
uerbi, quomodo intelligatur 50.2
per Actum uerbi quomodo fiat punitio 479.2
Ad quorum ſpectat officium uerborũ, tit. de controuerſ. inter Epiſc. & uaſall. intellectus diſcutitur 438. num. 7.8.9.10.11 12.& 13
Adoptiuus filius, an in feudo ſuccedat pag. 33.18
Aduerſarij dictum alterius naturæ, quãdo intẽdatur ab aduerſario, an fundet intentionem 85.25
teſtes quando admittantur 92.14
aduerſarium ubi munire cogamur pag. 199.11
Aduocatus patrocinans contra dominum in accuſatione, an & quando perdat feudum 478.18
Aequitas, an præferatur rigori conſuetudinis 193.7
Affectionis ratio an habeatur, ſi uaſallus dominum tenetur iuuare cõtra patrem & filium 567.4
Agere non ualenti, an currat præſcriptio 362.8
Agendi defendendiq; ius pro re feudali, quis habeat 357.10
in Agendo & defendendo, quis obtineat locum principalem 613.1
Agentis conſentientisq; eadem pœna pag. 343.19
Aggredi locum, quando uaſallus dicatur 115.2
Agnatio, an etiam in feudis curetur, quaſi generis paterni 519.4
ut conſideretur 519.4
agnationis iure, an in feudo ſuccedatur pag. 394.11
Agnatus agnato an & quando in nouo feudo ſuccedat 677.17
agnato proximiori, an poßit ſine domini conſenſu alienare 315.8
an expreßè poßit refutare ius redimendi 380.4
an hodie nõ expectata morte alienatoris,

natoris, reuocare poſſit partem ſeu di alienatam 105.19
ex qua diſpoſitione in feudo ſuccedat 694.3
iuri ſuccedendi in feudo, an ſine pacto renuntiare poſſit 628.1
poſterior, an admittatur ad reuocationem partis à priore gradu alienatæ 150.21
prior gradu an etiam prior admittatur 151.23
proximior, an præferatur agnato ſequenti uel extraneo, in emendo pag. 526.23
proximior recipiens alienationem, an inueſtituram intra annum & diem petere debeat 317.11
repudiata hæreditate an poſſit ſuccedere in feudo 686.32
ſi ſit in poſſeſſiõe medietatis feudi, an & quomodo obtineat contra dominum 78.2
agnato non poſſidenti, an etiam & quando deferatur iuſiurandum. pagina 171.11
remotiori feudum alienari an poſſit primi gradus agnatis conſentiẽtibus, ſi tertij repugnẽt 527.24
agnati an ad ſucceſſionem admittãtur uaſallo culpam cõmittente 712 2
an domino præferantur in auocatione feudi alienati 149.18
an præciſè cogantur ſubire iuramentum in contentione de feudi paternitate 491.4
an priuentur feudo ob fratricidium uaſalli 718.1
in feudo nouo an ſuccedãt 147.10
nati & naſcituri, mortuo alienatore, ad feudi partem alienatam an admittantur 150.22
non opponentes ſeſe alienationi, an feudo priuentur 752.7
omnes, an indifferenter excludantur ob culpam commiſſam in dominum feudi 535.3
qua ratione fauorabiliores ſint, quàm fœmina, uel dominus 609.3
quare mittantur in poſſeſſionẽ contentione acta inter ipſos et dominum de feudi paternitate 490.3
tranſuerſales, an & quando in feudo ſuccedant 394.9
tranſuerſales, quando non ſuccedant 393.6
ubi domino hodie præferantur 6
agnatorum conſentientium alienationi conſenſus, an noceat ipſorum filijs 521.10
ultimorum conſenſus, an præiudicet prioribus agnatis 599.2
agnatis quando deferatur iuramentum in cauſa paternitatis feudi 491 4
Alienare in ultima uoluntate prohibitus, niſi inter certos, an unum eligere poſſit, cæteris excluſis 708.31
non ualens, an poſſit infeudare pag. 310.9
Alienari prohibita, an poſſint infeudari 313.1,2,3

Alienandi conſuetudo localis, ſeruanda an ſit: &, ea ceſſante, quid fieri debeat 370.3
Alienans, quantum ob alienationẽ feudi perdat 175.6
quis uideatur dominum contemnere 718.1
alienantis filius, an excludatur à feudo 522.11
Alienatio ad libellum an olim ualuerit: &, an hodie adhuc ualeat. pagina 182.2
an per nouam infeudationem fiat. pag. 311.16
facta fratri, uel agnato aliâs ſucceſſuro, an perpetuò maneat firma. pagina 182.6
facta in remotiorem agnatũ, nõ conſentientibus anterioribus, an teneat efficaciter 525.22
feudi, an, & quomodo, & hodie, & olim, licita fuerit 120.1
feudi, an ſine domini conſenſu ualeat. 672.2
feudi, an ualeat agnatis non conſentientibus 678.18
feudi, an uel in totum, uel pro parte hodie conceſſa ſit 206.2
feudi, cuius fauore prohibita eſſe cenſeatur 717.11
domini conſenſu facta, an ualeat, ſi uaſallus habeat agnatos. pagina 673.7
feudi, et alienatio rei probibitæ alienari, an, & ut differant. pagina 701.16
feudi facta in filiam, an, & quando poßit reuocari 701.18
feudi facta in fraudem, an ſit licita. pag. 672.3
feudi facta pari, an & quando teneat 702.21
feudi facta proximiori, ut ualeat, pag. 676.15
feudi inter agnatos, an dicatur paßim fieri, & quomodo fit lege permittente 673.6
feudi, inter quos indiſtinctè permittatur 675.10
feudi omnis, an hodie prohibita ſit, & ex parte, & ex toto 149.17
feudi paterni domini uoluntate facta, an & quando ualeat 695.5
feudi, quibus fieri poßit 692.1
feudi, quo iure fuerit conceſſa. pagina 724.6
feudi, quomodo hodie prohibita ſit pag. 521.9
feudi tam partialis, quàm totalis, an ſit prohibita 644.2
feudi titulo uenditionis, quouſq; olim ualuerit 149.15
feudi, ut uideatur gratificatio. pagina 689.38
in quantum olim fuerit conceſſa: &, ut poſtea correcta 174.4
permiſſa uaſallo, de qua intelligatur 175.7
pro parte, ut puniatur 649.29
quænam cõſuetudine ſit permiſſa. pagina

pag. 147.11.
quænam filium alienantis agnatis, aut agnatos filio alienatoris præferat 148.12
quot modis dicatur 175.10
ratione neceſsitatis famis, an ualeat in præiudicium agnatorum. pag. 520.6
ut euentu conditionis irritetur. pagina 684.30
ut ſit licita 673.4
alienationis prohibitio ad hoc ut fieri poßit, quid requiratur. pagina 699.13
alienationi feudi an obſtet præſcriptio 644.3
alienatione facta in agnatum remotioris gradus, aut extraneum, intra quod tempus fiat reuocatio 522.12
facta non proximiori agnato, alijs non conſentientibus, an proximiores reuocare poßint 526.4
facta, quis in redimendo & prohibendo præferatur 713.4
feudi facta cum domini uoluntate, an ad dominum reuertatur 182.5
feudi ignoranter facta, an dominus admittatur 715.8
in Alienatione feudi, quorum conſenſus requiratur 682.26 & 27
in Alienatione feudorũ, quot hodie cõſiderentur 176.15
alienatione feudi in extraneum facta, mortuo alienante, an emptori precium reſtituatur 715.7
rei feudalis, an uaſallus priuetur ipſo iure 222.5
alienationes omnes, ut ſint intelligendæ 612.6
ſi nõ ualeant, an bannitus de ijs tẽpore excommunicationis queri poſſit 560.7
Alienatoris decedẽtis ſine hærede maſculo feudum, an ad dominum reuertatur 206.3
alienatore etiam uiuente, an dominus poßit redimere feudum ſolutione precij: &, an agnati ei præferantur 149.16
olim mortuo, aut ſine agnatis, aut exiſtentibus agnatis, cui cedat feudum 148.14
Allegationibus quibus ſit ſtandum. pag. 154.34
Allodium, quid ſit 639.4
infeudatũ, ſi conferatur Eccleſiæ, an amittatur 639.2
Amitam an excludat filius ex filia. pag. 427.12
Amittendi feudi cauſæ, an poßint ſub certa regula & definitione comprehendi. 455.2
Andreæ ſententia improbatur 75.28
pro Anima, an teſtamentum ualeat in dignitatibus 9.5. & a
Animum malum quis præſumatur habere 555.5
Annale, quódnam ſit feudum 21.54
Annonam ſtatuto cariùs uendens, ut puniatur 553.1

*Annuæ præſtationes: uide, Præſtationes annuæ.*
*præſtationes, quibus bonis æquiparentur* 545.16
*Antiqua inueſtitura, an ſit propriè inueſtitura* 320.2
*inueſtitura, de quibus facta intelligatur* 310.7
*inueſtitura, per quos probetur. pagina* 296.28
*inueſtitura, quæ ſit* 309.2
*inueſtitura ſit'ne alienatio* 309.6
*antiquam inueſtituram faciens, an dicatur alienare* 311.12
*Antiquum feudum alienatum, ad quē redeat* 125.8. 238.11 681.24
*feudum, per quæ probetur* 132.15
*feudum, quid ſit* 17.35. & a. & pag. 19.42
*feudum, reſoluto iure primi uaſalli, ad quem reuertatur* 100.6
*feudum uaſalli delinquentis, ad quem redeat* 571.2
*antiquum feudum allegans, an auctorem ſuam teneatur allegare* 85.28
*ad Apoſtolicæ gratiæ eſſentiam, an ſcriptura requiratur, remiſſiuè* 2 a
*in Appellationis feudalis cauſa, quod ius ſeruetur* 244.15
*appellationē pendente, an uaſallus poſſit à poſſeſſione amoueri. pagina* 241.7
*Aquæ conceſſæ uni, quam & alij ſibi eius conceſſionis ratione uendicāt, cuſus* 683.28
*Arbitri ſententia in feudis, an habeat effectum: & quid pariat* 415 10
*arbitris diſcordantibus, an tertius eligatur* 416.12
*Arguendi modus: Ille modus non eſt traditus à iure. an ualeat in materia teſtium* 435.5
*ad Argumenta quando procedatur in cauſa feudali decidenda* 279.14
*Armorum depoſitione, an feudum amittatur* 443.3
*arma uetita portans, ijs an priuetur pag.* 555.4
*Arrogatus filius, num in feudo ſuccedat* 507.2
*quando in feudo ſuccedat* 507.3. & 4 & pag. 508.5
*Aſcendens, in qua linea, aut ſuccedat, aut non, deſcendenti* 212.7
*aſcendentes, deſcendentibus in feudo an ſuccedant* 630.1
*Aſſilire, quid ſit* 466.1
*Atteſtationibus publicatis, quid fiat pag.* 92.14
*publicatis, teſtes an produci poſſint* 299.8
*Audiantur qui non* 272.5
*Audiri qui non ſoleant* 34.20
*Argumentum per ſe ſubſiſtere non ualens, an feudo accreſcat* 365.1
*per ſe ſubſiſtens, an feudo accreſcat* 365.1
*ad Augmentum inducta, an etiam inducant diminutionem* 146.7
*Authenticorum leges longæ, & quare*

re 4.9
liber, an ſit allegabilis in cauſis, & quatenus ibid.
liber, an ſit Authenticus 4.9
librum, quis condiderit, ex Accurſij ſententia 4.9

B

Balbuties, an faciat perdere feudum pag. 137.2
Banderiæ 14.22
Beneficium, ad eum an poſsit pertinere qui non debet gerere officium pag. 443.5
l ij. C. de reſcind. uendit an in feudo locum habeat 445.13
omne conceſſum à principe, quomodo dicatur priuilegium 10.10
quando cenſeatur tẽporale 35.22
quomodo intelligatur 50.1
beneficiorum ſubſtantia, & qualitatem quis finiat 582.2
Bona à iudice confiſcata, an non ſequente appellatione cedant fiſco pag. 544.11
confiſcata peruenĩẽtia ad tertium, an priuilegio gaudeant 336.18
in dubio cuius eſſe præſumantur pag. 590.3
in libro diuinæ Eccleſiæ inuenta, num infeudari poſsint 590.2
mobilia: uide Mobilia bona
mobilia, ut dentur in feudum 287 num. 21
quænam dicantur Eccleſiæ incorporata 131,14
quibus confiſcentur 542.5
quando omnia præſumantur feudalia 84.20
uaſalli Baronem dominum habentis ac delinquentis, cui applicentur pag. 543.2
bonorum confiſcatorum ratione an iuramentum præſtetur 336.17
cùm fit diuiſio, uni feudum an aſsignari poſsit 504.2
bona eſſe paterna quis iuret 84.21
bonis uaſalli confiſcatis, an confiſcetur dicam feudum 126.13
de Bonis confiſcatis, cui ſit iuramẽtum præſtandum 337.19
Boues & alia maſſaritia, an poſsint infeudari 11.b
Brauia in feſtis principalibus ſoluenda, quid ſignificent 14.22
Brennona, quæ ciuitas, & unde appellationem habeat conditaq; ſit pag. 209.6
Breue teſtatum coram quibus fieri debeat 292.11
teſtatum, quid 51.5. & 73.17
Brocardica uia, an proſit 191.8
uia, qualis ibid.
Brocardicam uiam non eſſe ſecuram pag 139 7
in Burſali reditu conſiſtente feudo, qui ſuccedant in eo 598.11

C

Cæcitas, an feudi priuatiónem inducat 592.2
Calumniæ iuramentum an inter domi

*non & uaſſallum exigatur. pagina* 579.1

Cambij alienatio, *an requirat domini conſenſum* 82.16

*& permutationis differentia. pagina* 79.5

*probatio quæ requirat* 82.15

*cambiũ facere, an domino permiſſum, ſine uaſalli conſenſu* 234.3

*in* Camera *ſi nihil ſit, an opus ſit dari uaſallo in feudo de camera. pagina* 285.13

Campio *quis eſſe poſſit* 546.19

Canonem *per tempus annuatim non ſoluendo, an quis cadat à feudo* 12.19. *& pagina* 13. *num. eod. & num.* 20

*in* Capillo *quæ eſſe debeant, & quare* 464.9

Capitalis *accuſatio, quæ dicatur. pagina* 475.2

Capitaneus *quis dicatur* 631.1

*capitaneo ſimpliciter curiã uendente, abſq; mentione feudi, feudũ in uenditiõe an cedat* 632. §. *gloſſa quærit.*

*capitanei, inueſtito à ſe an poſſint auferre feudum ſine cauſa* 138.4

*inueſtiti à* Comite, *&c. an alij poſſint infeudare* 9.6

*maiores, an in feudis habeant ſucceſſionem* 189.9

*qui dicantur* 198.2

Regis, *qui dicantur* 44.2, *remiſſiuè*

*capitaneorum contentionem quis finiat* 582. §. *lex* Conradi. *& n.* 1.

*inter* Capitaneos *& minores ualuaſores ortam contentionem, qui diri mant* 202.2

*inter* Capitaneos *maiores et minores, an ſit differentia: &, quo ad quid. pag.* 193.8

Caſtrum *à principe* Gayo *conceſſum, & poſtea ad dominum reuerſum, ſi tibi dominus id deinde concedat: nunquid in dubio putabitur in feudum conceſſum, uel dicetur caſtrũ, ex cauſa donationis allodiale. pagina* 458.18

*cõſtructum in prædio feudali, quale dicatur* 176.16

*receptum pro pignore, an poſſit dici feudale* 164.16

*caſtri à duobus poſſeſſi ratione alter alteri, an & quando fidelitatem præſtet* 335.15

*appellatione num contineantur uaſalli* 536.4

*iuriſdictione acquiſita, an hoc ad dominum reuertente, iuriſdictio ad dominum tranſeat* 366.9

*caſtro conceſſo, iuriſdictio an conceſſa uideatur* 76.31

Caſtrenſe *feudum, quid* 403.9

*quaſi* Caſtrenſe *feudum, quid. pagina* 403.9

Cauſa Feudalis: *uide,* Feudalis *cauſa.*

*ſine* Cauſa *an auferri poſſit feudum. pag.*

pag. 44.7
cauſa domino exiſtente præiudiciali, qui cognoſcant 622.1
In Cauſa feudali qui regulariter eſſe poſsint teſtes 163.4
cauſæ feudi amittendi: uide, Amittendi feudi cauſæ.
feudales quomodo decidantur. pagina 277.1
generaliter quomodo decidantur. 277.1. & 278.4
Cenſum non ſoluens in contractu cenſuali, an cadat 13.20
Citatio, an coram arbitratore requiratur 416.13
citationis materia 448.7
Citatus, quando fugere dicatur, etiam non fugiens 542.4
citatis extra territorium, quot millia paſſuum pro ſingulis diebus dentur 653.1
Ciuile ius referens prætorium, an deſinat eſſe prætorium 3.5
Ciuilitas, num ſola in feudo conſideretur 507.1
Ciuitas, hominis appellatione ubi ueniat 346.7
ciuitatis pars, toti Reipublicæ an præiudicare queat 111.15
ciuitati infeudari an à uaſallo poſsit. pag. 180.12
Clericus, an amittat feudum antè acquiſitum 500.1
an poſsit inueſtire agnatos, 264. num. 16
an ſeruire poßit per ſubſtitutum. pag. 513.2
an ſubijciatur cognitioni Pariū curiæ 420.9
in minoribus ordinibus, an et quādo capax ſit feudi 570.2
inueſtiens aliquem de alieno beneficio, ſi ante apertum ſibi feudum moriatur, an inueſtitura exinaniatur 259.1
& de qua inueſtitura id intelligatur ead.n.2.
paratus ſeruire per ſubſtitutum, an amittat feudum 500.2
quibus caſibus non poſsit res Eccleſiæ infeudare, etiam exiſtente conſuetudine 25. à 78 uſque in 87
ut domino ſeruiat.nu.34. 20
clerici inueſtitura, quando admittat teſtes extraneos 296.29
clerici, an bonorum ratione quæ habent in iuriſdictione Regis, teneantur præſtare iuramentum fidelitatis 336.16
clericorum bona ad inueſtientem deuoluta, cuius commodo cedant. pagina 590.1
Clericatu feudum amitti 443.6.
Clientulus pro uaſallo, ubi accipiatur. 164.12. & 174.2
Cognationis iure, an in feudo ſuccedatur 394.11
Collateralis in feudis ſucceſsionis fallentiæ. 40, n, 41. 42. & 43

in ſeudis ſucceſſionis regulæ duæ pag. 40.40
collaterales, quouſq; in feudo 31.9. & 10
ut ſuccedant 141.2
collateralium linea, an magis ſit priuilegiata, quàm deſcendentiũ 190.3
in Collateralibus feudis, quouſque ſuccedatur 38.n.38.39. & ſeq. uſq; in 45
Colloquium turpe, an faciat perdere feudum 113.6
Comes, in feudum an dare poßit 9.4.
comitis filius, uiuo patre an Comes dicatur 387.15
comites duo, an inuicem eſſe poßint uaſalli 502.6
Palatini: uide, Palatini Comites.
Comitatus, an inferior Marchionatu pag. 9.4
comitatus feudum, quotupliciter conſideretur 187.3
Commune ius an alteretur, ſtatuto illi aliquid addente uel detrahente. 8.a remiſſiu.
ius, an deſinat eſſe & appellari ius commune, ſtatuto id referente pag. 8.a
Compromiſſum factum de re feudali cum conſenſu domini, an ualeat pag. 414.5
factum ſub nomine appellatiuo, an tranſeat ad hæredem 415.11
Concedenda de facili quæ ſint 272.7
Con eſ. i: feudi, ut uaſallus non teneatur domino ſeruitium præſtare, an ualeat 457.15
in Concubina, locum an habeat, de uxore quod dicitur 113.8
Condictio ob cauſam, an detur domino 220.6
ob cauſam, quando detur domino. pag. 21.95
Conditio in ſententia appoſita, an ſeruanda 542.7
conditionem contra communem naturam allegatam, quis probare teneatur 303.7
Conditionalia iura, an confiſcentur pag. 159.11
Conditionatum feudum, an refutari poſsit 633.1
feudum, quid ſit 17.33
Conductor, an domino inuito poſsit renunciare 597.5
Confeſsio inueſtituræ feudalis de qua intelligatur 451.17
pro parte an acceptari queat. pagina 451.16
ſine qualitate ſententia, an poſsit acceptari 85.26
contra Confeſsionem ſuam, an & quando quis uenire poſsit. pagina 305.14
Cõſanguineus frater tantùm, an ſuccedat cum utrinq; coniuncto, in linea collaterali, in feudum 41.48. & 42.a
Conſanguineum, an utrinq; coniunctus frater excludat 394.15
Con-

Conſentiens alienationi feudi, an admittatur ad reuocationem 674.9
conſentientis agentisq; eadem pœna. pag. 343.19
conſentienti ad perdendum ius ſuum, an detur regreſſus ad renunciatum ius 122.1 in perditionem iuris ſui, an detur ad id regreſſus 236. 1 & 2
de non Conſentiente alienationi feudi, quid iuris 674.9
Conſenſus obligatiuus feudi ſolus, an ad eius amiſsionem ſufficiat. pagina 646.11
Conſilium, uaſallus domino præſtare an debeat 342.16
Conſobrini, qui habeantur 189.10
Conſpiratio, quando non puniatur. pagina 199.13
Conſtitutiones, de quorum conſilio fieri debeant 209.8 Feudorum: uide, Feudorum conſtitutiones.
Conſuetudo Eccleſiæ: uide, Eccleſiæ cõſuetudo. Irrationabilis, ut ualere poßit 175.9 mala, an obſeruanda 278.7 mala, corruptela 278.7 notoria: uide, Notoria conſuetudo. quænã ſeruanda 508.2 ſpecialis loci & curiæ, quo ordine inſpiciendus in deciſione cauſarũ feudalium 279.10
ad Conſuetudinis eſſentiam, an ſcriptura requiratur 2 a
ad Conſuetudinis feudalis ſimile, quãdo in deciſione cauſarum feudaliũ perueniatur 279.13
conſuetudinis rigor, an poſtponatur æquitati 193.7 ſimile, an uincat legem ſcriptam in decidenda cauſa feudali 279.15 ſimile, ubi lege ſcripta magis attendatur in finienda cauſa feudali 281.17
contra Conſuetudinem quod fit, qualiter habeatur 234.4
conſuetudine, quæ alienatio ſit permiſſa 147.11
conſuetudines feudales: uide, Feudales conſuetudines. feudales, an legent omnes 278.3 malæ, an ſint ſeruandæ 185.3
conſuetudines feudales, quis recollegerit 278.2
ad Conſuetudines generales feudorũ, quando recurratur in deciſione cauſarum feudalium 279.11
conſuetudines uariari iuxta prouincias 278.5
Conſuetudinarium ius 2.2
Continuatio, ubi fieri non ſoleat 2. nu. 1
ex Contrahendi uarijs generibus, quid colligatur 615.3
Contractus contra naturam feudi factus, ut ſit dicendus 583.7 feudalis, an eſſe debeat perpetuus. pagina 185.10 libellarius: uide, Libellarius contractus. quí eſt in poteſtate alterius contrahentium, an ualeat 195.5
à Contractus tenore, an recedi poßit

pag. 505.7
Contrariorum, qualis ſit diſciplina. pagina 586.2
Controuerſiam multis modis ſumi. pagina 70.2
controuerſiæ feudales: uide, Feudales controuerſiæ.
in Controuerſijs feudalibus, quis ſit iudex 203.6
Contumacia, an & quando inducat amiſsionem proprietatis 448.3
uaſalli, quænam ipſum feudo priuet 470.3.4
contumaciæ uaſalli notabile exemplū. pag. 471.5
propter Contumaciam delinquentis, an publicentur bona immobilia. pagina 543.10
inter Conuaſallos eiuſdem domini, an licita ſit diuiſio feudi 650.33
inter Conuaſallos, quis iudicet 203.4
Conuentiones factæ, quænam ſeruari debeant 450.13
Conuentus prælatus, quomodo iuret. pag. 579.10
conuento à domino in poſſeßione exiſtente, neq; inueſtituram probante, quid iuris 70.6
ad Corticem intelligere 480.4
Credentia, quid ſit 198.5
credentiæ manifeſtatio, quæ uaſallum feudo priuet 332.8
ob Credentiæ manifeſtationem ut uaſallus feudo priuetur, quot requirantur 199.12
credentiam ut iuret domino uaſallus. pag. 332.5
Creditor miſſus in poſſeſsionē rei feudalis, an teneatur præſtare ſeruitium domino 364.14
Cucurbitatio uaſalli in dominum, an inhonoret 596.2
Cucurbitationis delicti cum homicidio comparatio 118.16
Culpa obſtans patri, an & filio deſcendentibusq; eius obſtet 534.1
quando executionem ſecum trahat 616.4 ut purgetur 647.14
culpæ ſimilitudo, quæ dicatur 199.11. ſimilitudo, quid requirat 199.9
Cum autē quis. §. tit. ſi de inueſt. feud. contro. uarij intellectus 80.8.9.10.11 & 12
Curator litis, quibus caſibus iudicis officio dari poſsit 449.8
Curiam uiam pro paribus curiæ accipi 447.1
curiæ quot ſint in feudo 623.4
in Curiarum maiori parte obſeruata, an in omni curia ſint obſeruanda. pagina 346.3
Curſoris feudū, claudo concedi an poſſit 19.41

D

Dandi, uerbum, ſimpliciter poſitum, quid comprehendat 626.1
Dantis mens, unde aut præſumatur, aut concipiatur 458.17
Datoris ius, an reſoluatur reſolutione iuris acceptoris, & quando 121.5

ius reſolutum, an reſoluat ius acceptoris 101.7.8.9.10.& 685. num. 31
Debet, uerbum neceßitatiuum, an aliquando reſoluatur in poteſtatiuum: aut contra. pagina 207.6
Debita domini, uaſallus an ſoluere teneatur 602.1
Debitore meo detento, & per hoc ipſo nõ exiſtente ſoluendo, an ipſum à detinente repetere poßim. pagina 536.3
debitorum nomina, in feudum dari an poßint 283.8 nomina, quibus rebus æquiparentur. pagina 545.15
Decedere cum hærede, & ſine hærede, quis poſsit reſpectu diuerſorum. pag. 121.7
de Decimis inueſtitus, an alium de iis inueſtire poſsit 207.7 & 8
in Deciſionibus feudalibus, an ſit cundum per feudalia argumenta. pagina 54.13
Declaratiua interpretatio, quæ dicatur 347.10
Decretale feudum 23.4
in Decretalibus, an continuetur rubrica ad rubricam. §. item illud.
in Defendendo modum excedens, in quantum puniatur 543.9
Defenſionis appellatiõe in feudis quid intelligatur 79.7
Delictum, errore an augeatur 109. num. 10
in Delictis dolus an præſumatur. pagina 200.17
Delinquentis per contumaciam, bona immobilia an in fiſcum committantur 543.10
in Deſcendenti linea quo ordine ſuccedatur in feudis 396.17
Deſcendentes agnatiq; in quartũ gradum quare excluſiuè repellantur in cap ſi uaſal. culpam 535.2 an in feudum dignitatum ſuccedant. 184.2 fœminini ſexus, à ſucceſsione feudi an excludantur. 392.4 & 5 maſculini ſexus quouſq; ſuccedant 392.3 deſcendẽtium linea quæſit magis priuilegiata 190.3
deſcendentibus omnes prouidebimus. pag. 431.3
Deſcendentia, an etiam in linea fœminina dicatur 425.7
Detentionis alienatio, an propriè dicatur alienatio 171.10
Detractorum bonorum, uirorum deteſtatio, & crimen quod incurrant. pag. 342.15
Deus, inter ſimplicem loquelam & iuramentum an faciat differentiam. pag. 625.1
Dignitatis feudum, quid ſit. pagina 16.30
non Dignitatis feudum, quid ſit. ibidem.
in Dignitatem annexam habentibus

feudis, aut non habentibus, an ſit locus ſucceßioni 186.1
in Dignitatem non habentibus feudis, qui, & quouſque ſuccedant 188.7
dignitates, à quo conferantur 188.4
omnes, unde naſcantur 390.21
ut Regales, Ducales, & ſimiles, an admittant ſucceſsionem filiorum 186.2
in Dignitatum feudum, an ſuccedant deſcendentes 184.2
in Dignitatum feudis, quomodo ſit ſucceſsio 188.6
in Dignitatibus, an ualeant teſtamenta pag. 9.5 & a
Dilatio, ad cuius commodum cedat. pag. 196.6 quotuplex requiratur, ut locũ habeat §. eſt & alia. pœna 463.3
Diminutionem, an etiam inducta ad augmentum inducant 146.7
Directa actio, cui competat 11.12
actio, ubi loco directi dominij habeatur 284.9
Directæ actiones 11.12
Directum dominium 11.12 dominium, ad quem deuoluatur, domino proprietate priuato 343.21 dominium, an in plures perſonas à domino alienari poſsit 506.10 &, an pars directi dominij feudi. ibid.
dominium, penes utrum remaneat pag. 456.10
ſuper Directo dominio lata ſententia, an noceat in utili 493.2
Directa iura altero habente, altero iuriſdictionalia, coram quo ſit agitanda cauſa 441.14
Diſinueſtitura, per quem fiat 327.15
Diſpendium graue, quotupliciter poſſit intelligi 475.3
Diſpoſitio, ad doloſa uitioſaq́; an trahatur 311.13
Diſtrictus, quid ſit 124.7. et 238.10
Diuinare non debemus 71.10
Diuiſibile feudum 22.62
non Diuiſibile feudum ibid.
Diuiſio, an ſit alienatio 705.28
in quibus feudis admittatur 383.3
Dolus, an in delictis præſumatur 100.17 ante mandatum commiſſus, domino an noceat 607. in dubio, an præſumatur 199.16. quãdo intelligatur cõmitti 538.4
Doli ad dolum an fiat compenſatio circa diuerſa 334.13
Dolum quis probare teneatur 199.16
Dominus, à uaſallo excommunicato ſeruitia an requirere poſsit 176.18 ad cuilibet liberam occiſionem bannitus, an à ſuo uaſallo impunè occidi poſsit 549.5 actionem ad ſeruitia an præſcribat 501.4
ad quæ teneatur uaſallo 533.5
agens ad amißionem feudi contra uaſallum, quòd eum in prælio reliquerit, quæ probare teneatur 463.7 aliquis hodiè ſine cauſa an feudũ auferre poßit 139.6 an etiã uaſallum habere debeat, quem ignoret

ignoret 217.13 an ius habeat redimendi feudum alienatum æquali precio 379.1 an per præſcriptionem xxx. annorum omnino excludatur à iure redimendi 380.6 an poßit legare pro anima 639.8 an poßit utrunq; dominium in uaſallum transferre 11.a an propria auctoritate poßit ingredi rem emphyteuticã, uel feudalem ob ſeruitium non præſtitum 45.8.9.10 & a concedens feudum & inueſtiens, non tamen tradens realem poſſeſsionem, ad quid uaſallo teneatur 531.1 conſentiens alienationi feudi, emptori num uideatur remittere ius ſuum 473.11 conſentiens alienationi, quo ad quod dominium conſentire uideatur 237.3 conſentiens uaſallo alienanti, an etiam intelligatur conſentire quoad directum dominium 122.2 contra hæredem uaſalli mouere an poſsit quæſtionem de commiſsis culpis 583.10 contra uaſallum an poſsit teſtificari, patrocinari, uel accuſationem porrigere 340.6 & 7 cui æquiparetur 477.8 differens inueſtitum uaſallum mittere in poſſeſsionem, utilitatem omnem an ei præſtare cogatur 73.22.23.24 & 25 eãdem rem duobus ſeparatim inueſtiẽs, an incidat in crimen falſi 239.15 ex quibus cauſis proprietate priuetur 111.16 faciens contra ea, ad quæ tenetur uaſallo, ut dicatur 343.17 fauori ſuo an poſsit expreſsè renunciare 380.3 feudi, an gratiam facere poſsit in præiudicium agnatorum 519.3 feudi, in quantum teneatur in caſu cap. notandum. titul. de not. feud. 666.2 feudum ad ſe reuerſum, pro ſe an poſsit retinere 372.12 feudum alteri delegare, an poſsit inuito uaſallo 586.2 feudũ an pignorare poſsit in præiudicium uaſalli 234.7 filiam an & quare inueſtire poſsit 249.6 finito feudo, propria auctoritate an poſsit ingredi poſſeſsionẽ feudi 167.23 fœminæ an gratiam facere poſsit in præiudiciũ agnatorũ 600.3 gratiam facere an poſsit in feudo in præiudicium agnatorũ 620.14 in dubiò an præſumatur deceſsiſſe ex uulnere 109.12 in re empta atque feudo adiuncta, ius feudale per quot annorum ſeruitia acquirat 367.10 incluſus, num teneatur id nunciare uaſallo, ſi iam dominum incluſum ſciuerit 476.4 inueſtiuit S. & T. quæritur, num altero deficiente, ad alterum pertineat totum feudũ 153.31 inueſtito præſtando intereſſe an liberetur 70.4 inueſtito uno de feudo, alium an poſsit inueſtire ſine conſenſu primi uaſalli 234.2 inuitus compelli an poſsit alium ut

*habeat uaſallum quàm quem uelit 402.5 ius ſuum in alium an poßit transferre ſine uolūtate uaſſalli 657.8 iuſtitiā uaſallo quā in re facere teneatur 472.6 nolēs in cauſa feudali cognoſcere, an cogi poßit 663.2 non coniuncta culpa, an poßit auferre feudum 138.1 pactis à ſe factis, an ſtare teneatur, feudo ad ſe reuertente 572.5 per extraneos quando inueſtiturā probare poßit 299.9. probans eſſe feudum guardiæ, an obtineat 87.3 prohibendi ius an habeat, ne uaſallus effectualiter alienet 380.8 propria auctoritate uaſallo feudum an auferre poſſit 640.13 proprietatē alienās, ea an priuetur 239.14 proprietatem feudi an alienare poßit 382.1 quando ad feudi reuocationem admittatur 716.10 quando dicatur mortiferè uulneratus 109.9 quando iure feudum poſsit auferre: & quod 47.5 quando non teneatur inueſtire uaſallum 327.14 quādo præcisè compelli poſſit ad rem feudalem tradendam: aut non 351.6 & 7 quibus inueſtire debeat 515.8 recipiens ſeruitium à uaſallo poſt annū & diem, an cum feudo priuare poſsit 230.24 rem alteri priùs in feudum conceſſam, an & quam alteri dare poßit 234.6 ſecundum uaſallum ut pertrahat ad ſeruiendum 102.12 ſi pares curiæ non habeat, quis cognoſcat 418.4 ſi pignori obliget militi rem quam is tanquam feudalem per xxx. annos poſſedit, quid iuris 374.3.4.5.6 & 7 ſi poßideat feudalē rem, ei an iuramentum deferri poßit 164.11 ſine uoluntate uaſallorum, feudum ad alium an transferre poſsit 640.9 ſubdito an poßit facere præceptum ſub pœna amißionis feudi: &, an talem pœnam poſsit exigere 477.4 teſtes cogere nolens, ut puniatur 300.16 uaſalli ad ſeruitia euntis & ſpoliata damna reſarcire an cogatur 621.16 uaſalli, an aliū poßit inueſtire de re uaſalli, & quomodo 62.6 uaſalli creditoribus an teneatur feudo ad ipſum reuerſo 362.9 uaſalli demortui filium feudo priuare uolens quæ probare teneatur 604.6 uaſallo ad quæ teneatur 343.17 uaſallo an iurare teneatur 343.18 uaſallo ignoranti rem alienam, an cogatur tradere 74.26 uaſallo nolens facere iuſtitiam, quam incurrat pœnam 472.6 uaſallū an contra omnes homines iuuare teneatur 567.3 utilis: uide, Vtilis dominus.*

*domini abſentia, an excuſet uaſallum alienantem 648.23 conſenſus, an*

an requiritur mediatè, uel immediatus 648.21 conſenſus poſt mortem alienantis, & non tradentis, an ualeat 649.26 conſenſus præcedens uel ſubſequens alienationem, an ualeat 649.25 conſenſus quilibet, num ſufficiat 648.21 contumacia, quomodo coerceri poßit 448.5 contumacia, ut & quando puniatur 450.12

domini, & qualis deprædatio uaſallo ſit licita 450.11

ex Domini facto euicto feudo, quis teneatur 160.13

Domini filij plures, an diſponere poſſint, cui fiat fidelitas 656.5 indifferens conſenſus circa alienationem, quid & quomodo aſſumat 615.2 infamia, an excuſet uaſallum non petentem inueſtituram intra iuſtum tempus 230.20 infamia an abſoluatur uaſallus à uinculo iuramenti fidelitatis 326.11 inueſtituram intra annum & diem facere recuſantis pœna 325.10

de Domini morte nulla habita fama, an excuſetur uaſallus de non petita inueſtitura 230.21

domini non præſtantis fidelitatem uaſallo, ac nõ ſeruantis ea ad quæ tenetur uaſallo, pœna 343.20 perſona qualis debeat ſemper uideri 461.10 ſecreta, an & quando debeat uaſallus indicare, & quibus 341.9 & 10 ſcientia ignorantiaue, an referat ad agendum de euictione 357.8 uaſallum intra annum & diem inueſtire nolentis pœna 233.32 uiolentiæ, quomodo occurratur 6[illegible] 13 uoluntas, an uice inductionis in poſſeßionem habeatur 574.2 uxorem aſſociare in Eccleſiam, an ſit de natura feudi ut uaſallus teneatur 303.8

domino à rege bannum ſi infligatur, uaſallus an feudum uendere poſſit 560.5 bannito, uaſallus an teneatur obedire 557.2 iuramentum an remittatur uaſallo aliud ab ipſo feudum tenente 70.7

contra Dominũ contumacẽ qualiter ſit proceſſus inſtituẽdus 452.10

Dominum egentem alere quis teneatur 571.3

ad Dominum iuramentum quãdo pertineat 94.3

Dominum iuſtè incluſum, uaſallus an liberare teneatur 476.5

Domino bannito, an uaſallus ſit abſolutus à iuramento 560.9 feloniã remittente, quale dicatur feudum 125.11 in probatione deficiente, quid fiat 88.4 in reſtitutione cõtumace, quid uaſallus facere aut debeat, aut poſſit 449.10 paribus carente, noua inueſtitura ut probetur 303.5 poſſidente, quomodo uaſallus probet ſe inueſtitum 246.4

poſſidente rem de qua eſt contentio inter ipſum & uaſallum, quid iuris 266.2 3 & 4 recuſante iurare, quid iuris 268.10 rem feudalem, uel emphyteuticam reuocare uolēte quis habeat neceſſe probare hæredem ſciuiſſe rem fuiſſe talem 538.2 uaſallum poſt annum & diem inueſtiente, an uaſallus cadat etiam à feudo 229.14 & 15

domini duo ſi ſint, & alter remittere uelit feloniam, alter non, quid iuris 125.12 feudi, ſi plures ſint, an ad obligationem eius omnium conſenſus requiratur 646.12 uaſallorum, ut appellentur. pag. 198 3

dominorum rogatus, pro iuſſu habetur 223.8

contra Dominos alienatis feudis inhiantes, cautela 717.12

dominos plures, an quis pro uno feudo habere teneatur 656.4

Dominium directum: uide, Directum dominium. ſine terra, an alienari poſſit 586.1 ſine traditione, regulariter an transferatur 294.19 utile: uide, Vtile dominium.

ad Dominij translationem, quid in feudis requiratur 295.20

dominio in uaſallum omni translato, quomodo feudum illud appellandum 11.11

Domus in feudum data ad habitādum, an alijs elocari poſſit 17.34

Domeſticus cuius ratione iuret 332.6 extraneo an faciliùs noceat. pag. 333.10

domeſtica, quænam intelligatur perſona ibid.11

Donatario rem donatam alienante, an emptor rem poſſit reuocare. pagina 687.34

Donatio à feudo an differat 400.9 propter nuptias: uide, propter Nuptias donatio.

donationi cauſa mortis, qualis inſit cōditio 687.33

Dubium in iure ſi emergat, an ſtatim ſit reſpondendum 425.4

in Dubio, pro quo iudicandum 463.6

in Dubio, quibus ſtandum 455.2

in Dubio, ſcientiáue uel ignorantia an præſumatur 356.6

Dubitans, an præſumatur ius ſuū remittere 229.16

Duellum, an hodie ſit licitum 547.24 de quibus fiat 553 uerſ. 3 per quos admittatur, & quādo 545.18 per quos fieri debeat 603.3 quando fiat 542.2 quibus caſibus fiat 545.17 ut faciendum 603.4 ut ordinari debeat 546.20

duelli electio, apud quem ſit 546.19

in Duello, arma quæ concedantur. pagina 546.21

in Duello armis fractis, quid iuris. pagina 547.23

in Duello

in Duello, quis alium primò percutere debeat 547.22
Duodecim Sacramentales: uide, Sacramentales duodecim.
Duorũ numero an pluralis locutio uerificetur 698.12
Dux ex Ducatu expulſus, an dux dicatur 389.17 Mediolanenſis, ut inueſtiat 290.3 quis dicatur 385.2
ducis filius, uiuo patre an Dux dicatur. pag. 388.15
Ducatus feudum, quotupliciter conſideretur 187.3

E

Ebrudenſis Epiſcopus 39.38
Eccleſia, an amittat feudum, prælato committente dolum in contractu feudali 22.61 an etiam deſinat hæres eſſe: & quare nõ 178.2 an moriatur 179.8 an poſſit concedere in feudum ſine ſolennitate 131.13 an quandoq; deterioris conditionis ſit, quàm priuatus 178.6 cultrix & auctrix iuſtitiæ, an etiã aliquid patiatur contra iuſtitiam, uel in ſe, uel in alio 180.11 feudo an priuetur commiſſa felonia 625.2 nõ ſoluens annuam penſionem debitam ex diſpoſitione conuentionali, an à iure ſuo cadat 181.14
in Eccleſiæ bona infeudandi conſuetudine, quæ requirantur 24.72.73.74.75 & 76.
eccleſiæ cõſuetudo infeudandi duntaxat in maſculos, an in fœminas trãſferri poſſit 26.87 & 88 res an poſſint infeudari 128.1.2.3.4 & 5 uaſallus, an poſſ... ſine conſenſu eccleſiæ alteri infeudare 26.86
eccleſiæ, an noceat prælati delictum. 606.1 quæ bona infeudari queant 130.10 & ſeq.
ab Eccleſia data feuda quæ confirmentur, & quæ non 128.1.2.3.4. & 5.
eccleſia uacante rectore ſuo, res infeudari ſolita in feudum dari an poſſit. pag. 129.9
eccleſiarũ bona ad inueſtientem deuoluta, cuius commodo cedant. 590.1
prælati: uide, Prælati eccleſiarum.
eccleſijs donata ab Imperatore, an in feudum dari poſſint 23.66
Eccleſiaſticus iudex, an cognoſcere poſſit ſuper iuramẽto fidelitatis 482.5 ſuperior, an & quomodo poſſit reuocare feudum 160.12
Eccleſiaſticum feudum, quid 22.59
Eccleſiaſticæ perſonæ, ut epiſcopus, prælatus, &c. an poſſint ſuccedere in feudum 33.19.20 & 21
Electio, an cum rege Romam ire, uel militiæ ſtipendia perſoluere uelit, num ſit uaſalli 640.11 quis ſit idoneior, cuius ſit 505.6
Emancipatus filius, an patri ſuccedat in feudum 31.14

Emphyteuſis Eccleſiaſtica etiam ad filias trāſit 32.13 noua, quæ dicatur 17.a
emphyteuſeos ad Eccleſiam reuertentis meliorationes, an reſtitui debeant 463.2
emphyteuta ad rem libellariam tempore belli accedere nequiens, canonem ſoluere an teneatur 600. 5
emphyteutæ hæres uendens rem emphyteuticam, an excuſetur 538.2
emphyteuta poſsidēte, an currat præſcriptio contra dominum, quoad ſeruitutem paſsiuam 361.6
Emptor bonæ fidei, in feudo an habeat regreſſum ad precium de euictione 126. 16 ignorans rem feudalem, an & contra quos eam præſcribat 626. 3 malæfidei, precium à uaſallo an petere poſsit domino feudū euincente 649.28
emptoris electioni an committatur, cui feudum cedere uelit 611.3
Emptori, an noceat pœna uaſalli legitimè alienantis 205.10 quando non reſtituat precium reuocati feudi 215.7
ab Emptore ceſſum domino feudum, uaſall. an recuperare poſsit 612.5
emptore feudum domino cedente inuito uaſallo, an ipſi de euictione uaſallus teneatur 612.4
Epiſcopi T. de caſtro eccleſiæ inueſtientis infeudatio quando ualeat pag. 17.36 & 38
Epiſcopo inueſtiente de caſtro Eccleſiæ T. & in inueſtitura feudum eſſe antiquum dicente, an ex illis uerbis probetur feudum antiquum pag. 17.36
Errans, an præſumatur ius ſuum remittere 229.16
Error, an augeat delictū 109.10 ubi probabilis ſit 611.2
Et, copula, quando reſoluatur in ſuas ſingularitates 432. 5 copula, quomodo ſtet 133.3
ab Etymologia argumentum, an firmū ſit in materia feudali 324.4
Euangeliorum appellatione, quid contineatur 346.6
Euictionis fallentia 487.5.6.7.8.9. 10.& 11. fallentiæ, ut euitentur 488.12 nomine quādo agat uaſallus contra dominū 486
poſt Euictionem, ad quid agat uaſallus pag. 486.3
euictionē in dubio quis teneatur probare 487.3.
in Euictione, quod tempus inſpiciatur pag. 487.4
Excommunicatio, quid tollat 560.6
ad Exercitiū domini iuſſum eſſe uenire, quomodo intelligatur 464. 10
Exhæredatus filius, an in feudo ſuccedat 32.16.& 17
Expenſum in feudum à fratre acquiſitū, alter an iuſtè repetat 402.6
Extraneus, quis cenſeatur 519.5 uel domeſticus, utrum faciliùs noceat

*ceat* 333.10

Extranei, *an etiam hæredum appellatione, & quomodo in feudis contineantur* 11.14

Extrauaganti *in dubium uocata, quid fieri debeat* 666.§. *ſi uaſallus.*

Extrauagantes, *an ſint allegabiles in cauſis: &, quatenus* 4.10 *ll. an & quando ſint allegandæ* 36.30

Extrauagantia *capitula, an & quando ſint in cauſis alleganda.* *ibi.*

F

Faciens *minimè quod debet, non recipit quod oportet* 625.4

Factum, *aut qualitatem facti negare, an idem ſit* 91.13

Familiaris, *cuius ratione iuret* 332.6

Felonia *commiſſa in quãtum priuet uaſallum feudo* 597.1 & 2

*feloniæ remiſſione à domino facta, quale cenſeatur feudum* 408.9 *remiſſione facta cum uerbo,* Reſtituimus, *quale cenſeatur feudum. pag.* 409.10

*inter* Feloniam, *quando diſtinguatur pag.* 538.5

Feudum, *à domino, an poßit alienari cum tota curia* 235.8 *acquiſitũ armis communibus uel equis, an communi nomine præſumatur acquiſitum* 217.14 *ad dominum quando redeat* 712.3 *ad placitum domini, an poßit auferri* 45.8 *ad quartam perſonam perueniens, à quo uendicabitur* 588.3 *ad quos regulariter progrediatur, & quomodo* 151.25 *ad quos tranſeat* 457.11 *aduocato conceſſu pro patrocinio uitæ domini, uel magnæ dign.* *an poßit excedere ſtatutum patrocinijs præmium* 49.10 *alienatum, ad quem reuertatur* 382.13 & 14. & 518.2 *alienatum, an ſtatim poßit auocari* 521.8 *alienatũ, & à uaſallo redemptũ, an perdatur* 646.14 *amiſſum, an dicatur euinci* 582.3 *an conſtitui poßit ſub pacto legis cõmiſſoriæ* 269.2 *an dici poßit ſine poſſeßione tradita* 352.9 *an habeat diſpoſitionem ſuam naturalem* 138.2 *an in mobilib. poßit conſiſtere* 11.b *an in molendinis poßit conſiſtere. ibid.* *an in iuribus perſonalibus, & ſic annuis præſtationibus habeat locum* 11.12 *an poßit alienari extra agnatos, ijs inuitis* 700.14 *an poſſit alteri conferri, cùm non poßit auferri, niſi culpa coniuncta* 222.6 *an poßit concedi pecunia* 413.1 *an poßit licitè agnatis uẽdi* 674.8 *an propriè ſit beneficium* 10.a *an propriè ſit priuilegium* 10.10 *an ſine fidelitate etiam cenſeatur* 463.6 *an ſit de cohærentibus perſonæ* 154.35 *an ſit gratia, uel debitum* 10.9 *an tranſeat cum uniuerſitate* 142.5

conceſſum aduocato pro patrocinio, &c. an finito anno poſsit auferri 49.9 conceſſum eo modo quo Titius habuerit, qui tamen nihil habuit, an ualeat 58.20 conceſſum pro me, & ſucceſſoribus quibuſcunque, an etiam ad extraneum tranſeat 650.36 conditionatum: uide, Conditionatum feudum. cum precio alienatum, an ſine precio auocari poſſit 520.7 &, qui precium numerare cogantur, ibid. datum minimis ualuaſoribus, quale cenſeatur 195.3 de camera ad hæredes an tranſeat 285.16 de camera, idem nũ ſit, quod feudũ ſimplex 666.3 de camera, quid ſit 124.5.238.7.284.10 de camera, uel caneua, ut poſsideatur 304.11 de caneua, quid ſit 124.5.284.11 de caneua, uel de camera, quando peti poſsit, aut non 666.1 de cõſenſu agnatorum alienatum, an reuocari poſsit 689.35 de curte, quid ſit 124.6.238.8 de re aliena, an ualeat: &, in cuius præiudicium teneat 272.10 de tabula: uide de Tabula feudum. Eccleſiæ conceſſum, an ad dominum reuerti poſsit: &, quare nõ 179.8 & militia æquiparãtur 216.11 gaudium quibus det 456.7 &, quare, ibid. guardiæ: uide, Guardiæ feudum. Guardiæ uel Guaſtaldiæ, an potiùs præſumatur 58.18 guaſtaldiæ: uide Guaſtaldiæ feudum. in cuius bonis dicatur 311.14 in curte domini, an poßit alienari 238.9 in curte domini, & quod eſt extra domini curtẽ, nũ alienari poſsint 125.10 in dotẽ à uaſallo dari an poſsit pro filia 647.16 in dubio, quale præſumatur 18.4 in generali alienatione, an contineatur 631.2 in generali obligatione an ueniat 645.10 in hæreditatis petitione an ueniat 620.13 in immobilibus an conſiſtat 672.1 in quibus rebus cõſiſtat 282.1 in quibus non ueniat 535.1 & 2 in quot cõſiſtat 283.3 in reditu burſali conſiſtens: uide, in Burſali reditu, &c. indiuiſibile: uide, Indiuiſibile feudum. inter fratres an & quod poßit diuidi 213.9 legatum pro anima, an ualeat 373.2 multis fratribus commune, an in bonorũ diuiſione poßit ad unum fratrem peruenire 213.10 natura ſui, quid magis inſpiciat 425.3 ob gratiã domini conceſſum, an ſit perpetuũ 51.6 omne, regulariter eſt annale 21.54 poteſtariæ: uide, Poteſtariæ feudum. præſidatus: uide, Præſidatus feudum. principatum: uide, Principatũ feudum. pro legato, an ſit obligatum 155.39 pro mercede: uide, pro Mercede

cede feudum. pro reſtitutione dotis, an obligari queat 103.15 prohibitum alienari, ſi alienetur quid iuris 676.16 propter ſeruitiũ principaliter conceſſum, quanto tẽpore finiatur 51.6 quale potiùs præſumatur 85.27 qualiter acquiratur 15.27 qualiter conſtituatur 14.26 quando dicatur rectum 12.17 quaternatum: uide, Quaternatum feudum. quibus nitatur 13.20 quid & quãtum ſit, ſi dubitetur quis teneatur oſtendere 597.7 quid ſit 10.8 quomodo priuilegium dici poſſit 10.10 quod modis concedatur 457.12 quotuplex 403.9 ratione ſocietatis bonorum inter fratres, an cenſeatur eſſe commune 359.20 rectum: uide, Rectum feudum. reſpectu diuerſorum, diuerſa an ſortiatur nomina 151.27 ſi ad plures filias perueniat, cui deferatur 43.56 & a. ſi euincatur culpa, aut datoris, aut auctoris, acceptor an de euictione agat 121.8 ſi non ſit paternum, & alienetur de conſenſu domini, an teneat alienatio 673.5 ſimplex: uide, Simplex feudũ. ſimpliciter conceſſum, an in dubio trãſeat ad hæredes 255.7 ſine cauſa nũ poſſit auferri 44.7 ſine inueſtitura an conſtitui poſſit 254.1 & 3 ſoldatæ: uide, Soldatæ feudum. ſpontaneum: uide, Spontaneum. unde dicatur. 14.23 unde nominatur 324.2 ut acquiratur 283.4. 392.2. & 574.1 ut ſit ſine inueſtitura 12.18 ut tranſ. 586.3 ut uideatur in dubio cõcedi 604.3 utrùm magis ad uſum fructum, quàm ad propietatem accedat 11.c

Feudi acquirendi aliquot modi 216.10 acquirẽdi modi quatuor 575.4 acquirẽdi modi, remiſſiuè 295.21 alienandi conſuetudines priſtinæ, an hodie ſint ſeruãdæ 369.1 alienatio per plures continuata, per quem reuocetur 661.8 alienatio, ubi licita eſt, an agnati redimere poſſint 483.16 alienationi, an obſtet præſcriptio. pagina 644.3

in Feudi auocatione ab emptore, an neceſſaria ſit ſententia declaratoria 649.27

feudi conceſſio: uide, Conceſſio feudi. cõceſſio pro parte, an ualeat 413.2 conſtituendi aliquot modi 255.6 de Camera natura 284.12.13.14 & 15 definitionis examinatio, ſeu explicatio 10.9.10. etc. & 17 diuiſio, inter fratres an habeat locum 124.2.237.5 diuiſio, ut fieri poſſit 507.13 etymologia triplex 14.* euicti precium, cui applicetur emptore malefidei exiſtente 649.28

finiũ

ſiniti meliorationes cui ſoluendæ 463.1 fructus: uide, Fructus ſeudi. fructus, uaſallo ſine hærede mortuo, ut diuidendi 564.1 inferioris diuiſio, ut ſit 658.12 natura 457.11 natura in tranſitione 12.15 natura ratione ſucceſsionis 681.24 nomen, de quo iure ſit 14.24 occaſione ſi agatur criminaliter, quis iudicet 204.8 oppigneratio facta à uaſallo ſine domini cõſenſu, an ualeat 363.10 oppignoratio facta conſenſu domini, an teneat 363.11 pars à fratre repudiata, an accreſcat acceptatæ 400.8 pars alienata, ad quos faciat redire feudum 148.13 partem alienans, an perdat totum 223.9 partem alienans, uel aliter dominum in parte feudi offendẽs, an perdat tot. feud. 722.4 parte alienata, an uaſallus à toto feudo cadat 372.11 pignoratio ipſi domino facta, an noceat 645.7 priuatio: uide, Priuatio feud. priuationis cauſæ, quæ ſint 219.3 priuationis quænam ſint iuſtæ cauſæ 107.2 & 3. 480.1. 2.3.4 & 6.

ad Feudi priuationem, an requiratur ſententia declaratoria 220.8

Feudi proprietas, à domino an obligari poſsit 645.8 proprietatem dominus an alienare poſsit 382.1 qualitate probata, aut utraque parte in probatione deficiente, quis aut obtinebit, aut iuramentum quibus deferatur 490.3. & 49.4 quid ad dominum ſperatur reuerſurum, exemplum 495.2 tam partialis, quàm totalis alienatio, an ſit prohibita 644.2 uita, quanta ſit regulariter 47.1 uita, ubi non ſit perpetua 47.2

feudo renunciari inuito domino an ſecundum Canoniſtas poſsit 634.2

feudum alienans, quando eo non cadat 645.9

in Feudum alienatum, auocando, agnati an domino præferantur. pagina 149.13

Feudũ amittere: uide, Amittere feudũ.

in Feudum dans alijs, qua lege dabit. pag. 587.1

Feudum non habens propriam feudi naturã, quid dicatur 11.11 nouũ quis non poſsit cõſtituere 310.8 oſtendere de quo ſeruitia præſtãtur, quis iure cogi poſsit 661.9

in Feudum quis dare poſsit 15.28

feudum recipiens, ſeruus aut liber ſit, num referat 319.1

Feudo ad utendum & fruendum conceſſo, an tranſeat ad hæredes ſuſcipientis 19.46. & 47. & pag. 20.4

de Feudo alienandi conſuetudo, an ualeat 381.11

feudo, an quis ſine culpa priuari poſsit 678.19

in

in Feudo de camera, dominus quouſq; teneatur 285.14
Feudo de camera tribus uocibus ſoluto, in dubio pro quo præſumatur 285.15 euicto ex culpa uaſalli, per imprudentiam iudicis, uel ob appellationem, denuntiationem'ue prætermiſſam, an agi poſſit de euictione 488.11 euicto per ſententiam latam contra uaſallum abſentē, an agi poſſit de euictione 488.10 ex communi pecunia empta, an frater fratri ſuccedat 37.34 ex domini facto euicto, quis teneatur 160.13
in Feudo, priuandi quæ iuſtiſſima cauſa 12.16
de Feudo, quod ſperatur ad dominum reuerſurum, ut & in quibus rebus fieri poſſit inueſtitura 494. num. 945.496
in Feudo, quo iure ſuccedatur. pagina 394.11
in Feudo redimendo, qui ſint potiores pag. 381.9
Feudo ſimpliciter conceſſo, an domino teneatur uaſallus ſeruitium præſtare 457.33
in Feudo, ut præſumatur actum dubio emergente 306.17
Feuda alienentur ut liceat ſi ſit conſuetudo in terris, an ſit ſeruāda 370.2 an ſint de menſa domini 131.12 an ueniant in fideicommiſſis 584.15 non reſtituantur bonis domini publicatis, atque domino inſtituto 560.8 oſtendenda à quibus 584.13 quænam diuiſibilia: &, quæ non 22.62 quem ſtipitem conſenſumq; reſpiciant 524.19 ut dentur in ſolutum pro debitis, conſuetudo an ualeat 650.32 ut hodie acquirantu 270.5
Feudorum conſtitutiones, an ligent in foro conſcientiæ 3.a
Feudorum diuiſiones, à pag. 16.30. uſque in pag. 22.64 Prima pag. 16.30.31. & 32 Secunda 6.33 Tertia 17.35 Quarta 18.39 Quinta 19.42 Sexta ead. 43 Septima 20.48 Octaua 21.54 Nona ead.55 Decima 22.59 Vndecima ead. 62 Duodecima ead. 63 Decimatertia ead. 64 Alia 23.a Alia ibid.
feudorum durationes, & tranſmiſſiones 30.1. uſque in 11 ius, an etiam in alia, quam feudali materia, ſit allegabile 3.b liber, an allegandus ſit in pallatijs 3.6 liber, an ſit Authenticus 3.6 & b liber, an ſit publicè legendus in ſcholis 3.6 liber, quas perſonas liget 3.6 & a b libri, ad reliquos iuris, continuatio 2.a
in Feudorum libris, an rubrica ad rubricā continuetur 47.§. item illud.

in Feudorum libris ubi textum non habemus, an liceat ire per iura Romana 73.16
feudorum loca plura, an plura etiam constituant feuda 587.4
feudorum, noui & antiqui, aliquot utilitates 17.a omnium conditio, quoad retentionem, hodiè an ſit adæquata 389.19 operis partitio in libros 8. §. quia de feudis.
in Feudorum ſucceſſione, regulæ iure nouiſſimo ſeruandæ 31.11
feudorum ſucceſſio, ſecundum quod ius reguletur 39.14
in Feudorum tractatione, quid primò inſpiciendum 9.2
in Feudis, an ſuccedatur ultra decimũ gradum 189.8
in Feudis, quis intelligatur hæres pag. 398.2
in Feudis quibus, admittatur diuiſio pag. 383.3
in Feudis, qui hæredum appellatione contineantur 11.14
in Feudis, ut procedatur 199.10
Feudalis res, in cauſa iudicati an capi poſſit 363.12
Feudale inſtrumẽtum, an interſit, præſenti præteritóue utatur tempore 46.11 inſtrumentum num etiam ex uariatione perſonæ differentiã capiat 46.11 ius, quod ſit, & quale 584.14
feudalis rei alienatio, an in præiudiciũ feudum alienantis ualeat 525.21
rei alienatio facta uni ex agnatis, an etiam non conſentiente domino, reſpectu domini ualeat 524.20
in Feudalis rei poſſeſſionem miſſio, quomodo fiat 363.13
feudali iuri, quid deroget 9.5
feudalem rem dicens & ſuccumbens, an eandem dicere poſſit eſſe propriam allodialem 494.3 rem, in emphyteuſim dare uaſallus an poſſit 374.5 locare ad modicum tempus an liceat 374.3 malè tractantes, ea an priuari poſſint 555.3 rem tenente priùs decedente, an inueſtitor teneatur adimplere dictã inueſtiturã 61.4
in Feudali cauſa, quis ſit iudex 662.1
pro Feudali re, agendi defendendíque ius quis habeat 357.10
Feudales conſuetudines, an ſint generales 278.3 cõtrouerſiæ, quo ordine ſint examinandæ, & decidendæ 279.8 uſque ad 15 controuerſiæ, ut decidantur 278.6 fructus, qui dicantur 46.12
Feudalia, omnia quando præſumantur 82.14
feudalium rerum fructus à ſolo ſeparati, an dicantur uerè feudales pag. 46.a
Feudatarius, alteri in quantum infeudare poſſit, & quibus mod. 605.2 rem feudalẽ uendens, an teneatur tradere poſſeſſionem 532.3
feudatario, an cõpetat utile dominium

abſq;

*abſq; traditione* 358.16
**F***ides bona, ad quid requiratur in cauſa feudali* 76.29
*fidem frangenti, an iuramentum ſit ſeruandum* 350.4
**F***idelitas, quid cenſeatur eſſe* 529.6 *quid dicatur* 329.1 *fieri quādo debeat domino* 526.13 *inueſtiturā quando præcedat* 327.14 *fidelitatis, forma moderna* 346.1
*contra* Fidelitatis *formam factum, an uaſallum priuet feudo* 117.9
*fidelitatis inueſtituræq; facta præpoſteratio, an actum uitiet* 329.5 *iuramentum, an præſtari poßit à procuratore, uel ſindico habente, &c.* 326.12
*in* Fidelitatis *iuramento, an impoſsibilitas uaſalli iurantis intelligatur pag.* 348.13
*in* Fidelitatis *iuramento, quid ſub intelligatur* 331.2
*fidelitatis omiſſæ pœna, ubi non cadat* 463.5 *pollicitatio ad inueſtiturā requiritur* 460.2 *præſtandæ electio cui deferatur. pagina* 658.10
*in* Fidelitatis *quolibet iuramento, qui exceptati intelligantur* 325.9
*fidelitatem domini quid præcedat, aut ſequatur* 329.1 *inueſtitura præcedit: &, quare* 329.3 *iurans, quos excipiat* 347.8 *iurans, quot teneatur ſeruare: &, an obliuio ipſius negligētiā excuſet* 540.3 *petens dominus, quid offerre debeat* 463.2 *quis præſtet. pagina* 564.3
*ſine* Fidelitate *an exiſtere poſsit feudū pag.* 463.6
**F***ilia, agnatis inuitis, an à domino inueſtiri poßit* 249.7 *an, & quando in feudo ſuccedere poßit* 701.17 *an, & quare inhabilis ſit ad feudum* 676.14 *de feudo dotari à uaſallo an poßit* 374.4 *in beneficio an regulariter ſuccedat* 148.4 *in feudo an fratri ſuccedat* 145.1 *fratris cui in diuiſione bona feudalia aſsignata ſunt, patre mortuo bonisq; iſtis cui ctis, an contra patruum agere poſſit* 487.5 *non licita in feudo ſuccedere, ſi inueſtiatur, an parentes reuocent* 702.22 *uaſalla dans feudum in dotem, quando id dicatur alienare* 375.10
**F***iliæ, quibus caſibus deferatur feudum pag.* 248.2
*filiam dotare ex fructibus feudi, pater an teneatur* 375.9
*filia feudum allodiale fœmineum'ue aſſerente, agnatis autem feudale, quid pendente lite fieri debeat* 493.§. *nota ex cap. redimente feudum, an id ad ipſam pertinere poßit* 248.5
*filiæ, an & quando in feudo ſuccedant* 147.9
**F***ilius alienantis, quando præferatur*

agnatis 523.15 alienantis ſeu conſentientis alienationi, an excludatur à feudo, & admittatur agnatus 522.11.12 an teneatur fratribus conferre feudum poſt mortem patris acquiſitum 191.7 arrogatus: uide, Arrogatus filius. ex filia, amitã an excludat 427.12 exhæredatus, in feudo an ſuccedat 143.10 feudum patre ſuo medio acquiſitum, quando retinere poſſit 618.1.2.3.4.5.6.7 & 8 fratris prædefuncti, an ſuccedat cum patruo 213.13 parentem, hoſtem patriæ, an alimentare poſſit 542.8 &, quæ eius pœna, ſi alimentet. ibid. in feudo quo iure ſuccedat 141.4 in feudo ubi præſumatur hæres 604.5 in uita patris an dicatur dominus 675.12 liber, pro noxa dari à patre poſſit'ne 661.5 maſculus, quis intelligatur 248.3 patri an ſuccedat in feudo 630.2 per mortem patris quomodo bona conſequatur 675.12 renuntians feudo paterno, an noceat nepoti 151.26 renuncians hæreditati paternæ cum iuramento, an in feudo ſibi præiudicet 619.9

filij appellatione, qui in feudis contineantur 183.10

filio, an noceat patris delictum 660.2 renuntiante feudo, an nepos conceptus poſt mortem aui, ſuccedere poſſit 151.24

filiofamiliãs feudũ ita dari an poſſit, ut patri nihil acquiratur 320.5

filium domino inueſtiente quaſi de nouo feudo, agnati an reuocare poſſint feudum 620.22

filij, an æqualiter ſuccedant patre aliter diſponente 142.6 an in dignitatibus ſuccedant 186.2 an ob ingratitudinem patris priuentur feudo 466.3 an ſuccedant in feudo fœmineo 193.7 conſentientium alienationi, quando excludantur à feudo 523.3 diuidentes inuicem feudum, num teneantur omnes ad præſtandam fidelitatẽ 504.4 &, quare. ibid. domini & uaſalli, an, & num pariformiter iurare cogãtur 267.7 maſculi, in feudo nouo an ſuccedant 398.3 nati ex matrimonio ad morganaticam contracto, an ſuccedant 568.1 naturales: uide, Naturales filij. omnes, an in regno uel ducatu, &c. ſuccedant 31.15 primi, & non ſecundi matrimonij, ut in feudo ſuccedant, pactum an ualeat 508.2 ut prohibeant, paterna feudi alienatio ne ſibi noceat 484.19

filijs, patris factum an noceat. pagina 152.30

ad Finem, quem quid fiat, unde iudicetur 469.3

Fœmina, an poſſit inueſtire aliquẽ de feu-

*feudo 522.4 an poſsit leuare faydam 38.36 an participare poſsit ſecreta conſilia: & quare non 37.32 an per naturā feudi, uel per pactum ſuccedat 190.5 an ſuccedere poſsit maſculo exiſtēte, ſi id actum ſit 133.2 ex pacto ſuccedens feudum in dotem an dare poſsit 405.2 ex tenore inueſtituræ an ſuccedere poſsit 404.1 quam inueſtituram facere poſsit 322.1 quando ſuccedat feudo 35.à n.26.uſq; in 33. 425.5*

*fœminæ ſucceſsionem in feudo allegatam, quis probare teneatur. pagina 304.10*

*fœminæ, an feudi ſucceſsio competat, dum ſupereſt maſculus, id per pactum ſi ſit actum 632.§. ſimiliter. tempus ad inueſtituram petendam quando currere incipiat 652.4*

*fœminæ, an & quando in feudo ſuccedant, ſi pater ſit pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis & fœminis inueſtitus 153.32 an ſuccedant in feudum 31.8 in cauſis feudalibus teſtes an eſſe poſſint 573.3*

*fœminarum ſucceſsio, quando aboleatur 36.28 ſucceſsiuus ordo. pag. 35.26*

ad Fœminas *quando tranſeat feudum pag. 457.11*

in Fœminas *quomodo tranſeat feudum 12.15*

Fœmininum *feudum quid ſit 19.42. ad quos tranſeat. ibid.*

in Fœmininū *genus ſi feudum deſcenderit, an tamen, ſi maſculi naſcantur, fœminæ excludantur 424.2*

Formæ *traditæ à lege, an poſsit renuntiari 159.9*

Franchum, *feudum 25.a feudum, an poſsit ſine domini conſenſu alienari. ibid.*

Franchi *feudi effectus. ibid.*

Franciæ *rex, an unam ex ciuitatibus uendere poſsit omnib. inuitis 436.3 rex in iuramento fidelitatis nominatim an ſit excipiēdus 664.7*

Frater *conſentiens fratri alienanti, an noceat filijs conſentientis 152.28 fratri acquirenti feudum, uel amore, uel pecunia, an ſuccedat, ſi ſimul habitent 402.2 fratri, an & quando in nouo feudo ſuccedat 125.9 fratri, in beneficio an ſuccedat, & in quo 211.6 fratri, in feudo nouo an & quando ſuccedat 190.1 fratri, in paterno feudo an ſuccedat 190.2 fratri, in quo beneficio ſuccedat 432.4 fratri quomodo ſuccedat 42.54 in feudo paterno an ſuccedat 145.1 in fratrem an habeat imperium 334.14 in gradu an præcedat filiū fratris 692.2 ſuperſtes, an ſuccedat fratri in nouo feudo 215.2.3.4 & 5*

*ut fratri in feudo ſuccedat, an ſit de natura feudi* 721.2 *utrinq; coniunctus, an conſanguineum excludat* 394.15

*fratris filius, nepotis appellatione an contineatur* 115.4 *prædefuncti filius, an ſuccedat cum patruo* 213.13 *præmortui filij, an cum patruo ſuccedant* 397.20

*fratri filia an ſuccedat in feudo* 145.1 *fratri uerò. uerſic. tit. de al. feud. uarij intellectus* 133.11.12. 13 & 14.

*fratri ſuperſtiti, quando deferatur iuramẽtum de portione feudi fratris prædefuncti aut nõ* 69.1.2 & 3

*fratre plus medietate ſuæ medietatis alienante, ac decedente, ad quẽ feudum reuertatur* 124.4

*fratres, an inuicem poſſint diuidere feuda* 146.2 *de nouo beneficio à principe inueſtiti, an altero mortuo ſibi inuicem ſuccedant* 400.9 *duo ſi ſint, quorum alter dominũ relinquat, alter defendat, an relinquens feudo priuetur* 110.14 *feudum inter ſe, an & quod diuidere poßint* 213.9 *quomodo & quando ſuccedant* 431.2 *ſimpliciter bona diuidentes, an intelligantur renuntiare iuri ſuccedendi* 213.11

*fratrum diuerſorum filij, patruo quomodo in feudo ſuccedant* 396.18 *præmortuorũ filij, an cum fratribus uiuis unà in feudo ſuccedat patruo* 393.7 *uno qui cũ fratre ſimul de nouo beneficio inueſtitus erat, ſine hærede mortuo, feudũ indiuiduum ad quem pertineat. pagina* 398.6

*fratrib. feudum diuidentibus, & uno plus medietate ſuæ medietatis alienante, ad quem feudum reuertatur pag.* 237.6

*Fraus ex precio, ut præſumatur* 375.8 *ubi & quando præſumatur pag.* 635.4

*Fructuarius, an poßit conditionem rei unde fructum habet deteriorare* 680.21 *an poßit ſeruitutem quærere domino conſentiente. pagina* 680.23

*Fructus, an ſint reſtituendi à die commiſſæ feloniæ domino* 201.21 *feudi, an ſint fratribus ſimul habitantibus communes, ſi ſibi inuicem non ſuccedant* 492.3 *feudales: unde, Feudales fructus. feudales totius temporis, quo feudum eſt habiturus, uaſſallo an uendere permiſſum* 646.13 *inter mobilia bona an cenſeantur* 544.13 *pendentes, an in feudum dari poßint* 283.5 *percepti ex prædio Eccleſiæ infeudato, & rurſus ſuo infeudatori oppignerato, an in ſortem ſint computandi* 476.6

*Fugere, quando citatus dicatur* 542.4

*Fundi in feudum dati, & ad dominum non-*

non pertinentis, pars alienata ad quem reuertatur 598.8
Furioſus an poſsit inueſtire 311.11
ex culpis præteritis, feudo an ſit priuandus 595.4

G

Genus, in quo repræſentatur 696.7
genere remoto, an & ſpecies remoueatur 311.17 remoto, etiam remoueri ſpeciem 89.9
Generatiuæ uirtutis defectus, an priuet feudo 593.6
Gloſſæ ad §. ſi quis de manſo. tit. ſi de inueſt. feud. contr. intellectus pag. 94.5 & 6.
Gradus diſtinctio, ut fieri debeat. pagina 630.3
graduum in feudum computatio, ſecundum utrum ius fieri debeat 41.46
Gratia apoſtolica: uide, Apoſtolica gratia.
gratia, ingratitudine eam præuenien te, an impediatur 661.6
gratiæ, ex utrius parte nitatur feudum potiùs, quàm obligationi 456.8
Grauamen impoſitum rei feudali à patre, quo ad quæ ualeat 142.7
Guardiæ feudum ad beneplacitũ conceſſum, quantum cenſeatur 58.19
feudum, an poſsit ad certum tempus dari: &, an tunc ante illud tempus poſsit auferri 48.6
feudũ, an ſit perpetuum 164.17
feudum, eſt annale 21.54 feudum, poſt annum an poſsit auferri 47.5 feudum, quantum ſit, 47.3 feudo dato ad annuum feudum, anno num finiatur 49.11
de Guardiæ feudo uarij intellectus 51.78.9.10.11 & 12
Guarentare, quid ſit 585.2
Guaſtaldiæ feudum, an poſsit ad certum tempus dari: &, an poſsit ante illud tempus auferri 48.6
feudum, an poſt annum auferri poſſit 47.5 feudum datum ſi ſit ad annuum feudum, an anno finiatur 49.11 feudum, quantum ſit 47.3
Gualſtaldioni actori, iuramentum an deferatur 164.13.65.19
Guaſtaldo probante ſe aliquid poſſediſſe nomine proprij feudi, quale cenſeatur feudum 51.3

H

Hæres, an poſsit regulariter mitti in poſſeſsionem rerum feudalium per teſtamentum 176.17 in feudis quis intelligatur 398.2 ſi filius ſit, an parentem hoſtem patriæ alimentare permittatur 542.8 uaſalli, quantum temporis habeat ad petendam inueſtituram 229.18
hæredis appellatione, qui ueniant in feudo 12.4. appellatione, qui in feudis contineantur 152.4 appellatione, hæredes quouſque contineantur 183.7.8 & 9.207.4
uerbum, in feudis pro quibus accipiatur 120.3.164.4

cum Hærede, & ſine hærede, reſpectu diuerſorum quis decedere poſſit 121.7
hæredum appellatione, qui in feudis intelligantur 11.14
Haſtæ, reiue corporalis traditio, quãdo inueſtituram conſtituat 290.4
Hebdomadarum ſex tempus, in appellatione ut accipiendum 242.12 ſex tempus utile, & quomodo ſit. pag. 242.11
Hermaphroditus, teſtis an eſſe poſſit. pag. 573.4
Homagij forma 21.52 ligij uirtus. pag. 20.51
Homagium qui fecit, an ſit ſeruus. pagina 21.53. & b
Homicida condemnatus, feudo an priuetur 594.3
Homicidij & cucurbitationis comparatio 118.16 friuolæ probationes, an ſint admittendæ 542.4 pœna 541.1
Hominis appellatione, ubi ciuitas cõtineatur 346.7
Honore, an acquiratur feudũ 216.10

I

Ignorantia alterius, alteri an noceat 705.27 excuſans, de quo eſt accipienda 716.9 ubi præſumatur 356.6
ignorantiam craſſam & ſupinã ſcientiæ æquiparari 498.8
Immobiles res quæ cenſeantur 11.12
in Immobilib. an feud. cõſiſtat 672.1
Imperator, an aliquem non coniunctã culpa deinueſtire poſſit 139.9 et 10 an Imperatoris prædeceſſoris inueſtituram teneatur habere ratam 63.15 an poſſit deponi à Rom. populo 264.14 an poſſit deponi à ſummo Pontifice 13.21 clericis, an pœnã imponere poſſit 548.1 cui iuramentum præſtet 333.9 eſt iudex, tanquam dominus 203.5 exiſtens in urbe Roma, an poſſit condere legem uniuerſalem toti orbi: &, an ſpecialẽ de ciuitate Roma 208.3 faciẽdo Regẽ, an omnia regalia cõcedere uideatur 665.5 feudũ cõceſſum an reuocare queat 67.24
Impubes, liber à iuramento, an cogi poßit ad ſeruiendum per ſubſtitutum 513.3 & an non ſeruiens per ſubſtitutum impubes, perdat feudum 514.3 quando à Pontifice poſſit deponi 13.21 quãdo unum pecus, ex ſentent. Baldi 533.2 quis propriè 16.31 quomodo ante & poſt coronationem appelletur 208 2 quoties, & quando legitimabit 511.10 Rege Franciæ an ſit ſuperior 664.7 uelut culmen, dignitates confert 188.4
imperatoris officium in dijudicandis ſententijs parium 241.6
penes Imperatorem, an omnis iuriſdictio 140.11

ad Imperatorem, in quibus feudis ea-
tur 243.13
contra Imperatorem, iuramentum an
ualeat 664.6
ad Imperatorem quando appelletur.
pag. 242.10
Imperfectio ſuperueniens, quando in-
ducat feudi priuationem 592.3
Imperfectus, an in feudo ſuccedat. pa-
gina 592.1
Impotentia uaſalli, an excuſet ipſum
ab amiſsione feudi 470.3 ua-
ſalli, an ipſum excuſet & quando
222.7 uaſalli dominum inclu-
ſum liberandi, an ipſum excuſet
476.5 uaſallum ubi non excu-
ſet 472.9
Impropria inueſtitura quomodo fiat.
pag. 71.9
Incertum, quando dicatur ineſſe ſtipu-
lationi 15.29
Incluſum eſſe, ut exponatur 476.5
Incorporales res, ut poſsideãtur 302.1
ad Incorporalium iurium quaſi poſ-
ſeßionem probandam, quot actus
requirantur 302.2
Incrementum apparens 95.7 feudi
cuius ſit 104.17 latens, cui ac-
quiratur 95.7. & 96.9 & 12
per alluuionem accedens, cui accre
ſcat 96.11 quando ad uaſallum
pertineat 94.4 quódnam non
augeat ſeruitium 105.19
Incrementi ratione, quando augeatur
ſeruitium 104.18
Inde, dictio illatiua eſt 178.5
Indiuiſibilis feudi, quomodo diuiſio fie
ri poſsit 124.3
Indiuiſibilitatis ratione, an liceat quod
aliàs non licet 366.7
Indiuidui feudi exemplificatio 399.7
Inimicitiæ, an excuſent neglectam in-
ueſtituræ petitionem 232.29
leues, an uaſallũ excuſent petitionis
inueſtituræ dilationem 226.6
Infans, an poſsit inueſtire 311.18
inueſtiri an poſsit 521.8
Infeudandi conſuetudo, an ex poſſeſ-
ſione antiqua præſumatur 132.16
Infeudans, quando poſsit contractum
aut reſoluere, aut precium reſtitue
re 195.4
Infeudatio in fraudem facta, an ua-
leat 314.4
Infeudato, ab infeudante preciũ quan-
do reſtituatur 315.7
Infidelitas, uaſallum feudo quando pri
uet 604.4
de infidelitate, duellum an fieri poſsit.
pag. 602.2
Ingratitudo gratiam præueniens, an
eam impediat 661.6 omnis ac-
cepti beneficij, an ſufficiẽs ſit cauſa
perdendi feudi 533.8 qualis re-
quiratur ad feudi amiſsionẽ 455.4
ingratitudinis remiſsiuum pactum, an
ualeat 48.8
ad Ingratitudinem probandam, quid
requiratur 666.1
Ingratitudinum diſtinctio 48.8

Inopia, uaſallum an excuſet 654.5
ad Inquiſitionem, quando perueniatur, pag. 163.9
de Inſeparabilibus quale ſit iudicium 367.11
Inſtrumentum feudale: uide, Feudale inſtrumentum. ſi dicatur falſum, ut ſit procedendum 667.1
inſtrumenti inueſtituræ feudalis amiſſio, ut probanda 298.4
per Inſtrumentum publicum, an probetur etiam inueſtitura 73.18
pro Inſtrumento, an & quando præſumatur 668.3
inſtrumento teſtibusq; deficientibus, quid agendum 299.10
Intentionem utrius magis inſpiciamus ad fundandā iuriſdictionē 4:6.3
Interpellatio omnis, in ſe quid habeat. pag. 348.15
poſt Interpellationē quale tempus requiratur 463.7
Interpretatio declaratiua: uide, Declaratiua interpretatio.
Inteſtatus, & inteſtabilis, quid differant 141.3
ab Inteſtato, ut acquiratur feudum. pagina 286.19
Inueſtitus, eodem iure & eadem lege, quomodo rem habere debeat 667. § item ſciendum eſt.
inueſtitum ſeruum eſſe domino ignorāte, inueſtitura an ualeat 320.2
inueſtitis duobus, diuerſis temporibus, & poſſeſſione prius poſteriori tradita, uter potior ſit 531.2
Inueſtitorem producēs, an etiam ſit interrogandus 549.6
Inueſtitura à prælato facta, quænam ualeat 63.13 an de feudo quod ſperatur ad dominum reuerſurum; & in quibus rebus fieri poſſit 494.495.496 an, & quando peti poſſit per procuratorem 230.23 an incongruo loco peti poſſit 231.26 an incongruo tēpore peti poſſit 230.25 an per procuratorem peti poſſit 322.3 an ſit de feudi ſubſtantia 12.18
abuſiua: uide, Abuſiua inueſtitura.
actiua: uide, Actiua inueſtitura.
actualis: uide, Actualis inueſtitura.
antiqua: uide, Antiqua inueſtitura. celebrata in diem, uel ſub conditione, an ualeat 157.3 coram quibus fieri debeat: &, quare 291.10 cui fieri non debeat 524.1 de alieno feudo, an & quando ualeat 157.2 de alieno feudo facta purè, an ualeat 158.6 de nouo feudo purè alteri facta, an & quando confirmetur 238.12 & 13 facta de alieno feudo, an ualeat, ex uariorū opinionibus 271.2 & 3 facta de feudo certæ, uel incertæ perſonæ, an ualeat 272.8 facta in diē, uel ſub conditione, quando ſortiatur effectum 157.4 feudi antiqui, an ſit propriè inueſtitura 286.

286.20 *feudalis corã quibus, & quot debeat fieri* 290.6 *feudalis de re aliena, uel alteri obligata, an ualeat* 356.2 *fidelitatẽ præcedit. &, quare* 329.3 *in diem, uel ſub conditione, locum in eccleſiaſtica perſona an habeat* 158.7 *in feudis quid* 290.2 *noua: uide, Noua inueſtitura. noua quæ dicatur* 573.2 *noua, ut probetur* 573.1 *quando fidelitatem præcedat* 327.14 *quando fieri debeat, contentione inter dominũ & uaſallum orta* 602. 1 *quando præſumatur* 584.12 *quotuplex* 71.9. 254.2. 289. 309. 2. 324.5 *realis: uide, Realis inueſtitura. paſsiua: uide, Paſsiua inueſtitura. prælati de re aliena purè facta, an ualeat* 63.14 *quid, ſi in diem, uel ſub conditione. ibid. propria: uide, Propria inueſtitura. purè facta in alium, an & quando ualeat* 235.9 *ſuo tempore non petita, quando uaſallum feudo non priuet* 604. 2 *traditioq́; à domino facta uaſallo, an dominum liberet* 296.31 *qualiſcunque, qualiter probetur* 296. 30 *uera: uide, Vera inueſtitura. uerbalis* 290.7 *uetus. uide, Vetus inueſtitura.*

*inueſtitura, ueteri de feudo à quo fieri poſsit* 309.5 *ut fieri debeat* 290.1 *utraq;, in feudis an ſit neceſſaria* 292.12

*inueſtituræ feudi ſpes conditionalis, an & quomodo tranſeat ad hæredes* 158.5 *feudalis inſtrumenti amiſsio, ut ſit probanda* 298.4 *feudalis ubi eſt controuerſia, quomodo ſit facienda, & per quos probatio* 162.3 *fidelitatisq́; præpoſteratio ſi fiat, an actus uitietur* 329.5 *forma* 329.4 *in diem, uel ſub conditione, ſpes, an & quomodo tranſeat ad hæredes* 159.8 *locus certus ſi ſit aſsignatus, an in alio recipi poſsit* 231.27 *locus tacto ſi adiri nequeat, an uaſallus de præterita petitione excuſetur* 231.28 *petendæ annus, quando currere incipiat* 637.1 *petendæ modus* 651. 2 *petitio, an ex iuſta cauſa ultra tempus à ll. præfinitũ poſsit extendi* 226. 5 *probatio per inſtrumentũ publicum* 73.18 *probatio per imbreuiaturam tabellionis. ibid.* 19 *probatio per ſigillum domini. ibidem* 20 *probatio, ut ſit facienda* 70.3 *tenor, an deroget iuri feudali* 9.5 *tenor, an mutet etiam feudi qualitatem* 381.10 *tenor cui inſpiciendus* 398.4 *tenor dicens aliquem nobilitatum, an nobilitet* 387.11 *tenor, in deciſione cauſarum feudalium, quo ordine inſpiciẽdus* 279. 9 *tenor primò inſpiciendus, &*

*maxima in feudis: & , quare* 9.5
*tenor, quare diligenter attendendus* 431.1 *tenor, ſemper attendendus* 381.10 *tenor ſubſidiarius & copulatiuus, an pares efficiantur* 424.1 *tenoris uis* 484.17 *tenoris uoluntas.* 133.1
*tenore, an etiam adoptiui ſuccedant in feudo* 508.5
*Inueſtituram, an differat poſthumi præteritio, nato inſtituto* 619.10
*non petendi iuſta cauſa, an excuſet* 460.5 *petere uaſallum an ſufficiat* 325.7 & 8 *qui petere debeant, à quibus, & intra quod tempus* 459. §. *ſi dominus,* & 460.1
*ad Inueſtiturã ſuſcipiendam, perſonæ an habeatur ratio* 320.3
*de Inueſtitura dicta, an in ſingulari ſucceſſore locum habeant* 318.14
*inueſtitura feudum acquiri* 392.2
*in Inueſtitura quando dominus adeat uaſallum: & , quando uaſallus dominum* 327. *uerſu ſexto.*
*in Inueſtitura ſi ſit dictũ pro ſe et quibuſcunq; ſucceſſoribus, an comprehendatur ſucceſſor ſingularis* 12.a
*Ioannes de Caſtilcono* 13.20
*Item, dictio, qualis ſit* 47.4
*Iudex, an omnia bona poſsit facere publicari* 544.12 *an repellatur propter intereſſe: & , quod* 622.3 *deficientibus probationibus, quid faciet* 394.13 *Eccleſiaſticus: uide, Eccleſiaſticus iudex.*
*quis ſit in controuerſijs feudalibus* 203.6 *ubi ſupplere poßit probationũ deficientiã in cauſis* 552.2
*iudice ſua ſententia bona confiſcante, & non ſequente appellatione, an ſententia iudicis tranſeat in rem iudicatam* 544.11
*iudices omnes, à quo adminiſtrationem dicantur ſuſcipere* 665.4
*iudicum arbitrii, quouſq; ſe uerſari poſſit in cauſa feudali* 481.7
*iudicibus an ſit arbitrarium, definire quæ iuſta ſit feudi priuationis cauſa* 481.7
*Iurabile feudum, quid* 22.63
*non Iurabile feudum, quid* *ibid.*
*Iuramentum, ad dominum quando pertineat* 94.3 *an ſit indiuiduum* 85.24 *contra Imperatorem, an ualeat* 664.6 *cõtra omnes homines, excepto Carolo quarto, ut ſit accipiendũ* 664.6 *cui nõ ſeruãdum* 350.1 *cui ſit deferendũ quis & quando inſpicere debeat* 394.13 *domino quare plærunq; remittatur* 71.8 *in cauſa feudali ad quid deferatur* 577.1 *in qua perſona fiat, an referat* 346.4 & 5 *in quali cauſa deferatur* 578.7 *probatio propriè an ſit* 286.17 *quotuplex: & , quomodo* 333.12 *reo uaſallo quare potiùs, quàm domino deferatur* 489.13 *uaſallo quaſi poßidenti ut deferatur,*
*quid*

*quid requiratur* 302.3
contra Iuramentū, nū grauius peccetur delinquēdo, uel cōtrahendo. 117.10
per Iuramentum, probandi facultas an tranſeat ad hæredes 262.3
ad Iuramentum uaſallo in quaſi poſſeſſione deferendum, quot actus requirantur 302.2
iuramento delato, quid fieri oporteat 577.2 domino & eius ſucceſſoribus præſtito, an mortuo domino, eius ſucceſſoribus iterū præſtari debeat 460.6
in Iuramento quis præferatur 636.1
Iurandi terminus, quādo domino præfigatur 268.10 termino prælerlapſo, an mora à domino purgari poßit 268.11
Iurans, ad impoßibile an teneatur. pag. 348.13
pro Iurante, uel contra iurantē præſumptio, quid iuris in iurando inducat 166.21
Iurent ut ſibi inuicem, uaſalli hæredes & dominus 583.9
Iuriſdictio, cuius dicatur 639.5 &, an uendi poßit. ibid.
Iuriſdictio omnis penes quem 140.11 quomodo ſit in territorio, & quouis magiſtratu 639.6
Iuriſdictionem prorogare, an uaſallus in alium dominum poßit 415.9
iuriſdictiones inferiores, an & quomodo diuidi poßint 655.2
Ius accreſcendi: uide, Accreſcendi ius. cōmune: uide, Commune ius. quod uaſallus habet in feudo de ſui natura, an morte expiret 689.37 ſingulare, an ſit extendendū 295.20 uaſallorum: uide, Vaſall. ius.
iuris diſpoſitio, quādo ceſſet 707.30
iure quæ uideamur feciſſe, etiamſi iuri aduerſentur 542.2
iura conditionalia: uide, Condit. iura. perſonalia: uide, Perſonalia iura.
Iuſſus domini, an uice inductionis in poſſeſſionem habeatur 574.2
iuſta cauſa non petitæ inueſtituræ, an excuſet 460.5

L

Laici hæres, an indiſtinctè teneatur ratam habere inueſtituram, factam à prædefuncto 61.5
Laici, clericorū an in cauſa feudali poſſint eſſe iudices 438.4
Laruarum monſtra, qui appellentur. pag. 127.17
Legatarius, cui prohibuit teſtator alienare prædium legatum, an id poſſit infeudare 331.16
Legatum feudi, pro anima an ualeat. pag. 377.13
Legitimati in feudalibus, an ſuccedant 583.8 per ſubſequens matrimoniū, an in feudum ſuccedant 511.9
Legitimatio ad regalia & baronias, à quib. & quō fieri poßit 510.6
Lex ſcripta, ubi magis ſimili conſuetudinis attendatur in deciſione cauſæ feudalis 281.16

legis & Principis an par uirtus. pagina 293.17
ad Legis ſimile, in deciſione cauſæ feudalis, quando perueniatur 279.13
leges loquẽtes de ſeruis, an poßint allegari ad uaſallos 21.b
leges, ut ſint conſiderandæ 481.5
ad Leges Romanas, quando in deciſione cauſarum feudalium deueniatur 279.12
Libellarius, an inuito domino renunciare poßit 597.5
Libellarius cõtractus, an ſit ſpecies alienationis 707.29 contractus quid ſit 116.5
Libellaria res, ad quẽ tranſeat 493.1
Libellus quid ſit 600.4
libelli concluſionis forma, uaſallo contra dominum agente de euictione 486.3 ineptitudo, an prohibeat cognitionẽ de iuriſdictione 438.5
libellum eſſe ineptum, uel euidenter eſſe calumnioſum, paria an ſint. pagina 438.6
Libri ad librum, an fieri poßit continuatio 2.1
ex Librorum aliorum, quàm feudalis, auctoritate, argumentum an in materia feudali ualeat 340.2
Ligius duorum, an quis eſſe poßit 20.49 ſi quis à principio eſſe non poßit duorum dominorum, an poſſit ex poſtfacto 2.a
ligiũ, an etiã in perſona Imperatoris uel Regis, dicatur feudum 20.50 feudum, in quo ut detur ſit poßibile. ibid. feudum, quid 20.num. 48. & 21.a
ligij feudi duo effectus 2.4
ligij hominis, & non ligij diſcrimen pag. 21.51
in Ligio feudo, an locum habeat pœnitentia 21.52
Linea collateralis, an mutare poßit feudi qualitatem 491.6 deſcendens: uide, Deſcendens linea.
de Lite iudicata tranſactio, an ualeat pag. 613.3
inter Loca duo media, an excludantur potius quàm includantur conceſſis 403.10
Locatio frauduloſa, in re feudali prohibita eſt 375.7
locationes feudi domino an permittantur ſine conſenſu uaſalli 234.5
Lombarda, in iure an allegari poßit pag. 370.5
Lombardæ leges, quando ſint abolitæ 3.7 liber, an ſit approbatus 3.c. liber, an ſit Authenticus 3.7 liber, quos, & quatenus liget 3.7
Lombardæ Regis titulo abolito, quid aboleatur 3.7
Lombardæ textus, an poſsit allegari pag. 164.15
Lõbardi abundatiores pecunia Theutonicis 606.2 & quare. ibidem.
Lombardiæ ciuitates, quale habeant imperium 461.11 terræ, an Impe-

imperio, et quomodo ſubditæ ſint. pag. 209.4

Longum tempus, in inueſtitura ut accipiatur 357.14 tempus, quod intelligatur 274.2

Loquelæ amiſſio, an feudi priuationẽ inducat 592.2

Lotharij cõſtitutio de uaſallo feudum alienante, de quo uideatur loqui pag. 714.5

M

Magiſtratus ſi ſit negligens, quomodo, & ad quem ſit habendus recurſus 263.13

Maior xiiij. annis, debito tẽpore fidelitatẽ non petens, an reſtituatur. pagina 514.4

Malefactores, à domino caſtri an in manus iudicis debeât poni 549.4 cuius expẽſis remitti debeât 549.3 an quis in ſuo caſtro protegere poſſit 549.3

Maleficiorum pœnæ, fiſcales ſunt pag. 665.3

à Malo abſtinere, an ſufficiat 342.16

Manſum, quid ſit 93.2

Mantuæ Marchio: uide, Marchio Mantuæ.

Marchia, unde dicatur 385.3

Marchiæ feudum, quotupliciter conſideretur 187.3

Marchio, in feudũ an dare poſſit 9.4 quis dicatur 385.2

Mantuæ 9.5 an primogenito poſſit teſtamẽto relinquere Marchionatum 9.5

Marchionis filius, uiuo patre an dicatur Marchio 387.15

Marchionatus, an maior Comitatu. pag. 9.4

Maritus, an, quando, & quo caſu ſuccedat uxori in feudo 192.24.5 et 6 in feudo dotali an ſuccedat 405.3 & 4 & 5 in quantum teneatur 666.2 pro onerib. matrimonij quæ ſuſtinet, quid & in quantum lucretur 194.12

Maſculiua natura an potior fœminea. pag. 427.11

Maſculinum feudum, quid ſit 19.42 ad quos tranſeat. ibid.

Maſculus, fœminam quando excludat. pag. 425.6

maſculo exiſtente, an uaſallus etiã debeat recognoſcere à fœmina 426.9 & 10 exiſtente, fœmina an ſuccedere poſſit, id actũ ſi ſit 133.2

maſculum non extare, & ſtatim deceſſiſſe, num paria ſint 133.4 non extare, uel extare & ſtatim repudiare ſucceſſionem, an ſint paria. pag. 134.5

maſculi deſcendentes, an in feudo Eccleſiæ ſuccedant in infinitum 31.12 deſcendentes ex filia, quare non ſuccedant in feudum 38.37 deſcendentes, ubi in infinitum ſuccedant 188.7 filij, in feudo an ſuccedant 398.3 uel fœminæ, qui in feudo ſuccedant 141.1

Mater-

*Maternum feudum, quid ſit* 19.42
*in Materno feudo qui ſuccedat* 569.1
*Maxima una in feudis, Quòd primò inſpiciendus eſt tenor, &c.* 9.5
*Mediolanenſe collegium* 12.19
*Mediolanenſes quid ſeruent in alienatione feudi* 175.8
*Mediolanenſium cēſura de ualore inueſtituræ de alieno feudo factæ. pag.* 271.3
*Mendacij ratione, an pœna iuratur. pag.* 88.5
*Menſis computatio, ut fiat* 226.3
*pro Mercede datum feudum, quantum ſit* 74.3
*pro Mercede feudum, an poßit ad certum tempus dari: &, an poßit ante illud tempus auferri* 48.6
*pro Mercede feudum, poſt annum an poſsit auferri* 47.5
*Metus, in curia domini uel principis an præſumatur* 332.4
*Miles, an, à quo, & intra quod tēpus teneatur petere inueſtituram* 226.2 *arma bellica deponēs, & mūdo renuntians, feudum an amittat* 443.1 *armatæ militiæ, effectus miles gaudens, an & quomodo ſeruire poßit* 445.10 *& uaſallus ubi idem ſint* 221.9 *habens liberos, an poſt depoſitionē armorū feudū ad eos tranſmittat* 443.2 *habitus monachalis dimiſsione, feudum amiſſum an recuperet* 443.7 *quantum temporis habeat ad inueſtituræ petitionē* 460.4 *quantū temporis habeat ad petendam inueſtituram* 604.2 *non petens inueſtiturā intra annum & diem, an feudum perdat* 228.12
*Militis appellatione quis intelligatur* 211.2 *appellatione qui in hoc libello compræhendantur* 499.1 *& uaſalli, an idem ius* 245.2
*militi religionem ingreſſo, qui ſuccedant* 444.8 & 9 *qui ſeculo renunciauit, qui præferantur. pagina* 443.4
*de Milite quod dicitur, an in quolibet alio locum habeat* 240.2
*milites, an ſuſpendantur* 553.2 *cū dominis ſuis an ire debeant ad exercitum, uel ſoluere hoſtenditias. pag.* 635.3
*Militia, an poßit uendi, legari, &c.* 14.25 *& feudum æquiparantur* 216.11
*Minor inueſtituram qualem faciat* 310.9 & 10 XIIII. *annis, an cogatur iurare fidelitatē* 513.1 XXV. *annis, intra annum & diem inueſtituram non petens, an reſtituatur* 651.1
*Minores per quos ſeruiant* 514.5
*Mißio in poſſeßionem rei feudalis, quomodo fiat* 363.13
*Mobiles res, exiſtentes in caſtro feudali, an dicantur feudales* 46.4
*Mobilia bona, cuius cenſeantur ciuitatis* 542.6

in

in Mobilibus rebus an poſsit conſiſtere feudum 11 b. & 283.3
Modus in ſententia appoſitus, num ſeruari debeat 542.7
in Molendinis, an poſsit conſiſtere feudum 11.b
Moniales, feudum à laicis habere an poſsint 434.4 laicis an fidelitatem iurare poſsint. ibid.
Moræ purgatio poſt quod tēpus, & quare non admittatur 227.9 purgatio ultra annum & diē extenſæ, an admittatur 461.8
Mores uariare iuxta prouincias 278.5
Morganatica, unde dicatur. pagina 569.3 & *
Motus defectus, à feudo an deficiat uaſallum 593.6
Mulier feudum in dotē dare pro quo poſsit 194.12
Mutus in feudo an ſuccedat 592.1 quando non cadat à feudo 592.4 quis, aut perdat, aut non perdat feudum 137.4 uaſallus pauper ſi ſit, an, & quouſque poſsit retinere feudum 137.3
Muto conceſſum feudum, quando teneat 593.5

N

Nati ex uaſallo & ſerua, in feudo an ſuccedant 521.6
Natura in feudis quid ſit 18.40
Naturam propriam habens feudum, quid ſit 18.39 propriam non habens feudum, quid ſit 18.40 propriam non habens feudum, quibus caſibus amittatur 538.6
Naturalis filius legitimatus ante inueſtituram feudalem, num ſuccedat in feudum 509.3
naturales, an & quomodo ſuccedant in feudo 509.510.511 an etiā ex teſtamento, uel ab inteſtato in feudis ſuccedant 510.5 an etiam in feudo ſuccedant non exiſtētibus hæredibus 510.4 filij tantùm an ſuccedant in feudo 509.1 fratres, an ſibi inuicem ſuccedant in feudo 511.11
Naturalitas, an ſola conſideretur in feudo 507.1
Neceſſarium, quādo ſit feudum 456.8
Negationis & mendacij ratione, an pœna infligi poſsit 83.5
Nemo ſine crimine uiuit 502.3
Nepos conceptus poſt mortem aui, an ſuccedere poſsit, ſi filius renunciauit feudo 151.24 feudum antiquum habere an poſsit, ex perſona patris repudiata hæreditate. pagina 620.11
nepotis appellatione, an contineatur filius fratris 115.4
nepotes ex duobus fratribus, in feudo quomodo ſuccedant 395.16
Nobile feudum, quid 21.56
mediocriter Nobile feudū, quid 22.57
non Nobile feudum, quid 22.58
Nocere, quis faciliùs poſsit 333.10

Notoria conſuetudo, quid ſit 2.5 conſuetudo, unde probetur. ibi. cum eſt culpa, an feudo priuari poſsit uaſallus 45.4
in Notoria culpa uaſalli, an requiratur ſententia declaratoria 245.14
Noua inueſtitura à quo fieri poſsit 308.1 inueſtitura, per breue teſtatum an probetur 295.22 & 23 inueſtitura per extraneos, an probari poſsit 296.24 &, quando 296.25 inueſtitura per quos uel quæ ſit probanda 298.2 inueſtitura, quæ ſit 309.3 inueſtitura, qualiter probetur domino poſsidente 298.1 inueſtitura, ut probetur domino paribus curiæ carēte 303.5 inueſtitura, ut in uniuerſum probetur 451.14
Nouellarum liber an ſit allegabilis in cauſis, & quando 4.8 liber an ſit Authenticus ibid.
Nouum feudum alienatū, ad quem redeat 125.8.150.20.518.2 feudum ad quem redeat, feudatario ſine liberis mortuo 702.25 feudum, ad quem redeat morte domini 703.24 feudum, an nobilitet 21.55 feudum fratri omnium bonorum ſocio, an acquiratur 402.7 feudū, quid ſit 17.35 & 4. feudum uaſalli delinquentis, ad quem reuertatur 571.2
Noui feudi alienationes quis auocet. 722.3 feudi probatio, cui incumbat 414.7
in Nouo feudo, agnatus, an & quando agnato ſuccedat 677.17
in Nouo feudo, frater fratri, an & quando ſuccedat 190.1
in Nouo feudo, qui, & quando ſuccedant 125.9
Nunciatiua uerba, inter quos nō probent 17.36 & 37
propter Nuptias donatio, in re feudali an conſtitui poſsit 376.11 in re feudali pro alio, an uaſallus eam conſtituere poſsit ead.12

O

Obertus de Orto, legis condendæ authoritatem an habuerit 278.2
Obligatio feudi pro pignore, an hodie ualeat pro parte 175.14 perſonalis: uide, Perſonalis obligatio.
in Obligatione generali, an ueniat feudum 645.10
Occidere uoluiſſe, ſatiſne ſit ad perditionem feudi 482.uerſu 2
Offendens alterum propter nouam diſcordiam, an pacem infringere uideatur 542.3
Offerendi iuri, an præſcribatur 270. num. 6
Officialis, an, & cuius ratione præſumatur ſubtraxiſſe bona recepta penes ipſum 164.14 quando præſumatur ditatus ex bonis fiſci 166.22
Onus ſeruitij præſtandi, quale cenſeatur in

tur in dubio 473.10
Opiniones duæ ſi inueniãtur in lege, quæ ualeat 272.6
Ordinarij qui cenſeantur 420.10
Oſculum, an, & quónam faciat perdere feudum 113.6
Obſeruata in maiori curiæ parte, in omni curia an ſint obſeruanda. pag. 346.3

P

Pactum, an deroget naturæ feudali 190.4 contra bonos mores, an ualeat 306.18 contra cõmunem naturam feudi allegatum, quis probare teneatur 303.7 conuentum de non iurando inter uaſallum & dominum, an ualeat 524.3 de futura ſucceſsione propter imminens periculũ, an ualeat 271.4 de non amittendo feudo per culpã, an ualeat 445.12 de non petendo feudum, factum à fratre fratri recipienti, &c. de quibus intelligatur factum 583.7 inſolitum domino non probante, quid fieri debeat 304.9 legis commiſſoriæ, quando cõfirmetur 270.5 legis commiſſoriæ, quãdo ualeãt 270.7 ne filij ex uxore nati n feudo ſuccedant propter bono rem, &c. an ualeat 533.6 remiſsiuum ingratitudinis, an ualeat 48.8 ut filij matrimonij in feudo tantùm ſuccedant primi, an ualeat 503.1 ut ſit interpretandum & declarandum 539.8 ut uaſallus non cadat à feudo ob felloniam, an ualeat: &, quare non pag. 14.23
pacto aliquo contra naturam feudi facto, an in reliquis ut feudum cenſebitur 458.16 legis commiſſoriæ cum fideiuſsione facto, an res efficiatur feudalis 270.4
pacta, in feudis an ſeruãda ſint, ſi ſint contra feudi naturam 398.5
Paganus, quantũ tẽporis habeat ad petẽdũ inueſtiturã 460.4.604.2
Paganicum feudum, quid 403.9
Palatini Comites, creati ad legitimandum, propriè an dicantur comites. pag. 388.16
Panes ciuiles, inter quos res computentur 233.6
Papa, an aliquem non coniuncta culpa deinueſtire poſsit 139.9 & 10 cum omni prælato ubi concurrat 390.21 faciendo Regem, an omnia regalia concedere uideatur pag. 665.5
Papam detinentem, uel percutientem, priuari feudo Eccleſiæ 223.10
Par, in parem an imperium habeat. pag. 334.14
Pares, an cogantur teſtificari contentione inter dominum & uaſallum orta 668.§.notandum. an rectè dijudicarint, quis cognoſcat. 241.6 cogituri, in quali loco ſedere debeant 663.4 curiæ

abſentes, an ſint expectandi 296. 26 & quare. ibid. curiæ, ad quid ſint iudices 219.4 curiæ, ad ſuſcipiendam iudicaturam cogi an poßint 422.14 curiæ, an ordinarij cenſeantur 420.10 curiæ, an ſint neceſſarij ad utranq; inueſtituram 292.14 curiæ, in inueſtitura quare requiratur 293. 15 curiæ iudices electi, an iurare teneatur 421.13 curiæ omnes, an ad iudicandum idonei ſint 419.7 curiæ, quando regulariter ſint iudices 436.1 curiæ, quàdo teſtes, uel iudices eſſe queât 165.20 curiæ, qui dicantur 162.2 curiæ qui erant tempore inueſtituræ, idonei an ſint teſtes 433.1 curiæ, ſeu curtis, qui dicantur 514. 262.6. & 463.4 curiæ ſuſpecti, an allegari poſsint 422.15 curiæ, ubi ſint iudices 418.2 & 3 eſſe qui deſierunt ex cauſa infamante, idonei teſtes an ſint 434.2 iuriſdictionem an denegare poſsint 623.5

parium electio, qualiter fieri debeat 418.5 iuriſdictione declinata, quis cognoſcat 622.2

pares adeſſe, & pares ſubſcribere, an paria ſint 298.3

paribus curiæ à domino electis, & nolente uaſallo eligere, an à domino electi ſoli iudicent 421.11

coram Paribus curiæ an ſit ſeruanda ſolennitas iudiciorum 421.12

paribus curiæ deficiẽtibus, quis ſit futurus iudex 664.5 curiæ domino carente noua inueſtitura ut probetur 303.5

Parmenſis Epiſcopus 33.19

Parricida omnis, num priuàdus ſit feudo 481.11

Pars quænam alteram ad ſe trahat pag. 609.4

partis alienatæ ſine conſenſu domini ratione, an uaſallus cadat à feudo toto 171.12 appellatione, an totum contineatur 312.18 appellatione, quantum in dubio intelligatur 174.3 appellatione, quid & quantum intelligatur 79.4 ratione, ubi obtineatur totum. pagina 84.23

pro Parte an licitum ſit, quod nõ licet in totum 175.11

Paſsiua inueſtitura, per alium an poßit fieri 322.1

Pater, an poſsit feudum alienare in præiudicium filiorum 675.11 an poſsit aſsignare uni ex filijs feudum 42.53 an poſsit in unũ ex filijs totam ſubſtantiam erogare 710.32 feudum ſuſcipiens pro ſe uſque ad quartam generationem, & alienans, an noceat deſcendentibus 154.33 filiam ex fructibus feudi dotare an teneatur 375.9 filium liberum pro noxa dare an poſsit 661.5 uni filiorum

*liorum an poſsit aſsignare feudum ſine conſenſu aliorum* 650.35

*patris conſenſus, an & in quibus feudis noceat filijs, aut non* 152.29 *delictum, an & ubi noceat filijs* 660.2. & 681.25 *factum, an noceat filijs* 152.30

*patre inueſtito pro ſe & deſcendentibus maſculis & fœminis, ipſæ quando ſuccedant* 153.32

*Paternitate feudi in dubium uocata, iuris quis ſit ordo ſeruandus. pagina* 492. § & licet.

*Paternum, ad quem gradum dicatur feudum* 19.42 *ad quotũ gradum dicatur feudum* 146.5 *aut nouum, an ſit feudum, quando ſit cognoſcendum* 490.3 *feudũ, ad quos, & quouſq; tranſeat* 146.6 *feudum alienatum, ad quos redeat* 150.20.518 2 *feudum in infinitum an ſucceſsionem admittat* 147.8 *feudum in præiudicium agnatorum, an in agnatum remotioris gradus alienari queat* 518.1 *feudum, quid ſit* 17.35 & 19.42 *feudum, quod dicatur* 393.8 *nouum'ue ſit feudum ſi dubitetur inter dominum & agnatos, dominus autem dicat eſſe nouum, qui in poſſeſsionem mittẽdi ſint* 490.2 *potiùs quàm nouum, quando præſumatur feudum* 504.2

*paterni feudi alienatio facta domini uoluntate, an & quando ualeat* 695.5 *feudi alienatio facta domini uoluntate, an ualeat non conſentientibus agnatis* 696.10 *feudi alienatio in agnatum remotioris gradus in præiudicium agnatorum prioris gradus non conſentientium, an ualeat* 524.16 *feudi alienatio, inter agnatos quomodo permittatur* 649.30 *feudi alienatio, quæ non poſsit poſt domini mortem reuocari* 704.25 *feudi alienatio ſi fiat in extraneũ, an ad hoc ut ualeat, ſufficiat domini conſenſus* 697.11

*in Paterni feudi alienatione, quis præferatur* 521.10.11.12.13.14.15

*Patrueles, quomodo ſuccedant. pagina* 42.49

*patruelium ſucceſsionis regulæ tres pag.* 42.50.51 & 52

*Patruus, nepoti an ſuccedat* 212.8

*Patientia, an habeatur pro conſenſu pag* 268.13

*Pax à quibus frangatur* 555.2

*pacem non ſeruantibus pœnam quis ſtatuat* 541. §. imperator. *omnia appetere* 542.4 *quis non uideatur infringere, etiam contra pacem quid ſuſcipiens* 542.3 *qui facere poſsint* ibid. 2

*Peculium quódnam cenſeatur caſtrenſe* 403.9

*Pecunia, in feudum an concedi poſsit. pag.* 413.1

*cum* Hærede, *& ſine hærede, reſpectu diuerſorum quis decedere poſſit* 121.7

*hæredum appellatione, qui in feudis intelligantur* 11.14

*Haſtæ, reiue corporalis traditio, quãdo inueſtituram conſtituat* 290.4

Hebdomadarum *ſex tempus, in appellatione ut accipiendum* 242.12 *ſex tempus utile, & quomodo ſit. pag.* 242.11

Hermaphroditus, *teſtis an eſſe poſſit. pag.* 573.4

Homagij *forma* 21.52 *ligij uirtus. pag.* 20.51

Homagium *qui fecit, an ſit ſeruus. pagina* 21.53. *& b*

Homicida *condemnatus, feudo an priuetur* 594.3

Homicidij *& cucurbitationis comparatio* 118.16 *friuolæ probationes, an ſint admittendæ* 542.4 *pœna* 541.1

Hominis *appellatione, ubi ciuitas cõtineatur* 346.7

Honore, *an acquiratur feudũ* 216.10

I

Ignorantia *alterius, alteri an noceat* 705.27 *excuſans, de quo eſt accipienda* 716.9 *ubi præſumatur* 356.6

*ignorantiam craſſam & ſupinã ſcientiæ æquiparari* 498.8

Immobiles *res quæ cenſeantur* 11.12

*in* Immobilib. *an feud. cõſiſtat* 672.1

Imperator, *an aliquem non coniunctã culpa deinueſtire poſſit* 139.9 *et* 10 *an* Imperatoris *prædeceſſoris inueſtituram teneatur habere ratam* 63.15 *an poſſit deponi à* Rom. *populo* 264.14 *an poſſit deponi à ſummo* Pontifice 13.21 *clericis, an pœnã imponere poſſit* 548.1 *cui iuramentum præſtet* 333.9 *eſt iudex, tanquam dominus* 203.5 *exiſtens in urbe* Roma, *an poſſit condere legem uniuerſalem toti orbi: & an ſpecialẽ de ciuitate* Roma 208.3 *faciẽdo* Regẽ, *an omnia regalia cõcedere uideatur* 665.5 *feudũ cõceſſum an reuocare queat* 67.24

Impubes, *liber à iuramento, an cogi poſſit ad ſeruiendum per ſubſtitutum* 513.3 *& an non ſeruiens per ſubſtitutum impubes, perdat feudum* 514.3 *quando à* Pontifice *poſſit deponi* 13.21 *quãdo unum pecus, ex ſentent.* Baldi 533.7 *quis propriè* 16.31 *quomodo ante & poſt coronationem appelletur* 208 2 *quoties, & quando legitimabit* 511.10 Rege Franciæ *an ſit ſuperior* 664.7 *uelut culmen, dignitates confert* 188.4

*imperatoris officium in dijudicandis ſententijs parium* 241.6

*penes* Imperatorem, *an omnis iuriſdictio* 140.11

ad Imperatorem, in quibus feudis catur 243.13
contra Imperatorem, iuramentum an ualeat 664.6
ad Imperatorem quando appelletur. pag. 242.10
Imperfectio ſuperueniens, quando inducat feudi priuationem 592.3
Imperfectus, an in feudo ſuccedat. pagina 592.1
Impotentia uaſalli, an excuſet ipſum ab amiſsione feudi 470.3 uaſalli, an ipſum excuſet & quando 222.7 uaſalli dominum incluſum liberandi, an ipſum excuſet 476.5 uaſallum ubi non excuſet 472.9
Impropria inueſtitura quomodo fiat. pag. 71.9
Incertum, quando dicatur ineſſe ſtipulationi 15.29
Incluſum eſſe, ut exponatur 476.5
Incorporales res, ut poſsideãtur 302.1
ad Incorporalium iurium quaſi poſſeſsionem probandam, quot actus requirantur 302.2
Incrementum apparens 95.7 feudi cuius ſit 104.17 latens, cui acquiratur 95.7. & 96.9 & 12 per alluuionem accedens, cui accreſcat 96.11 quando ad uaſallum pertineat 94.4 quódnam non augeat ſeruitium 105.19
Incrementi ratione, quando augeatur ſeruitium 104.18
Inde, dictio illatiua eſt 178.5
Indiuiſibilis feudi, quomodo diuiſio fieri poſsit 124.3
Indiuiſibilitatis ratione, an liceat quod aliàs non licet 366.7
Indiuidui feudi exemplificatio 399.7
Inimicitiæ, an excuſent neglectam inueſtituræ petitionem 232.29 leues, an uaſallũ excuſent petitionis inueſtituræ dilationem 226.6
Infans, an poſsit inueſtire 311.18 inueſtiri an poſsit 521.8
Infeudandi conſuetudo, an ex poſſeſſione antiqua præſumatur 132.16
Infeudans, quando poſsit contractum aut reſoluere, aut precium reſtituere 195.4
Infeudatio in fraudem facta, an ualeat 314.4
Infeudato, ab infeudante preciũ quando reſtituatur 315.7
Infidelitas, uaſallum feudo quando priuet 604.4
de infidelitate, duellum an fieri poſsit. pag. 602.2
Ingratitudo gratiam præueniens, an eam impediat 661.6 omnis accepti beneficij, an ſufficiẽs ſit cauſa perdendi feudi 533.8 qualis requiratur ad feudi amiſsionẽ 455.4
ingratitudinis remiſsiuum pactum, an ualeat 48.8
ad Ingratitudinem probandam, quid requiratur 666.1
Ingratitudinum diſtinctio 48.8

Inopia, uaſſallum an excuſet 654.5
ad Inquiſitionem, quando perueniatur, pag. 163.9
de Inſeparabilibus quale ſit iudicium 367.11
Inſtrumentum feudale: uide, Feudale inſtrumentum. ſi dicatur falſum, ut ſit procedendum 667.1
inſtrumenti inueſtituræ feudalis amiſſio, ut probanda 298 4
per Inſtrumentum publicum, an probetur etiam inueſtitura 73.18
pro Inſtrumento, an & quando præſumatur 668.3
inſtrumento teſtibusq; deficientibus, quid agendum 299.10
Intentionem utrius magis inſpiciamus ad fundandã iuriſdictionẽ 4:6.3
Interpellatio omnis, in ſe quid habeat. pag. 348.15
poſt Interpellationẽ quale tempus requiratur 463.7
Interpretatio declaratiua: uide, Declaratiua interpretatio.
Inteſtatus, & inteſtabilis, quid differant 141.3
ab Inteſtato, ut acquiratur feudum. pagina 286.19
Inueſtitus, eodem iure & eadem lege, quomodo rem habere debeat 667. §. item ſciendum eſt.
inueſtitum ſeruum eſſe domino ignorãte, inueſtitura an ualeat 320.2
inueſtitis duobus, diuerſis temporibus, & poſſeſſione prius poſteriori tradita, uter potior ſit 531.2
Inueſtitorem producẽs, an etiam ſit interrogandus 549.6
Inueſtitura à prælato facta, quænam ualeat 63.13 an de feudo quod ſperatur ad dominum reuerſurum; & in quibus rebus fieri poßit 494.495.496 an, & quando peti poßit per procuratorem 230.23 an incongruo loco peti poßit 231.26 an incongruo tẽpore peti poßit 230.25 an per procuratorem peti poßit 322.3 an ſit de feudi ſubſtantia 12.18 abuſiua: uide, Abuſiua inueſtitura. actiua: uide, Actiua inueſtitura. actualis: uide, Actualis inueſtitura. antiqua: uide, Antiqua inueſtitura. celebrata in diem, uel ſub conditione, an ualeat 157.3 coram quibus fieri debeat: &, quare 291.10 cui fieri non debeat 524.1 de alieno feudo, an & quando ualeat 157.2 de alieno feudo facta purè, an ualeat 158.6 de nouo feudo purè alteri facta, an & quando confirmetur 238.12 & 13 facta de alieno feudo, an ualeat, ex uariorũ opinionibus 271.2 & 3 facta de feudo certæ, uel incertæ perſonæ, an ualeat 272.8 facta in diẽ, uel ſub conditione, quando ſortiatur effectum 157.4 feudi antiqui, an ſit propriè inueſtitura 286.

286.20 *feudalis corã quibus, & quot debeat fieri* 290.6 *feudalis de re aliena, uel alteri obligata, an ualeat* 356.2 *fidelitatẽ præcedit & quare* 329.3 *in diem, uel ſub conditione, locum in eccleſiaſtica perſona an habeat* 158.7 *in feudis, quid* 290.2 *noua: uide,* Noua *inueſtitura. noua quæ dicatur* 573.2 *noua, ut probetur* 573.1 *quando fidelitatem præcedat* 327.14 *quando fieri debeat, contentione inter dominũ & uaſallum orta* 602.1 *quando præſumatur* 584.12 *quotuplex* 71.9. 254.2. 289. 309.2. 324.5 *realis: uide,* Realis *inueſtitura. paſsiua: uide,* Paſsiua *inueſtitura. prælati de re aliena purè facta, an ualeat* 63.14 *quid, ſi in diem, uel ſub conditione. ibid. propria: uide,* Propria *inueſtitura. purè facta in alium, an & quando ualeat* 235.9 *ſuo tempore non petita, quando uaſallum feudo non priuet* 604.2 *traditioq́; à domino facta uaſallo, an dominum liberet* 296.31 *qualiſcunque, qualiter probetur* 296.30 *uera: uide,* Vera *inueſtitura. uerbalis* 290.7 *uetus. uide,* Vetus *inueſtitura.*

*inueſtitura, ueteri de feudo à quo fieri poſsit* 309.5 *ut fieri debeat* 290.1 *utraq́;, in feudis an ſit neceſſaria* 292.12

*inueſtituræ feudi ſpes conditionalis, an & quomodo tranſeat ad hæredes* 158.5 *feudalis inſtrumenti amiſsio, ut ſit probanda* 298.4 *feudalis ubi eſt controuerſia, quomodo ſit facienda, & per quos probatio* 162.3 *fidelitatisq́; præpoſteratio ſi fiat, an actus uitietur* 329.5 *forma* 329.4 *in diem, uel ſub conditione, ſpes, an & quomodo tranſeat ad hæredes* 159.8 *locus certus ſi ſit aſsignatus, an in alio recipi poſsit* 231.27 *locus tacto ſi adiri nequeat, an uaſallus de præterita petitione excuſetur* 231.28 *petendæ annus, quando currere incipiat* 637.1 *petendæ modus* 651.2 *petitio, an ex iuſta cauſa ultra tempus à ll. præfinitũ poſsit extendi* 226.5 *probatio per inſtrumentũ publicum* 73.18 *probatio per imbreuiaturam tabellionis. ibid.* 19 *probatio per ſigillum domini. ibidem* 20 *probatio, ut ſit facienda* 70.3 *tenor, an deroget iuri feudali* 9.5 *tenor, an mutet etiam feudi qualitatem* 381.10 *tenor cui inſpiciendus* 398.4 *tenor dicens aliquem nobilitatum, an nobilitet* 387.11 *tenor, in deciſione cauſarum feudalium, quo ordine inſpiciẽdus* 279.9 *tenor primò inſpiciendus, &*

*maxima in feudis: & , quare 9.5*
*tenor, quare diligenter attendendus 431.1 tenor, ſemper attendendus 381.10 tenor ſubſidiarius & copulatiuus, an pares efficiantur 424.1 tenoris uis 484.17 tenoris uoluntas. 133.1*
*tenore, an etiam adoptiui ſuccedant in feudo 508.5*
*inueſtituram, an differat poſthumi præteritio, nato inſtituto 619.10 non petendi iuſta cauſa, an excuſet 460.5 petere uaſallum an ſufficiat 325.7 & 8 qui petere debeant, à quibus, & intra quod tempus 459. §. ſi dominus, & 460.1*
*ad Inueſtiturā ſuſcipiendam, perſonæ an habeatur ratio 320.3*
*de Inueſtitura dicta, an in ſingulari ſuc ceſſore locum habeant 318.14*
*inueſtitura feudum acquiri 392.2*
*in Inueſtitura quando dominus adeat uaſallum: &, quando uaſallus dominum 327. uerſu ſexto.*
*in Inueſtitura ſi ſit dictū pro ſe et quibuſcunq; ſucceſſoribus, an compræhendatur ſucceſſor ſingularis 12.2*
*Ioannes de Caſtileono 13.20*
*Item, dictio, qualis ſit 47.4*
*Iudex, an omnia bona poſsit facere publicari 544.12 an repellatur propter intereſſe: &, quod 622.3 deficientibus probationibus, quid faciet 394.13 Eccleſiaſticus: uide, Eccleſiaſticus iudex. quis ſit in controuerſijs feudalibus 203.6 ubi ſupplere poßit probationū deficientiā in cauſis 552.2*
*iudice ſua ſententia bona confiſcante, & non ſequente appellatione, an ſententia iudicis tranſeat in rem iudicatam 544.11*
*iudices omnes, à quo adminiſtrationem dicantur ſuſcipere 665.4*
*iudicum arbitriū, quouſq; ſe uerſari poſſit in cauſa feudali 481.7*
*iudicibus an ſit arbitrarium, definire quæ iuſta ſit feudi priuationis cauſa 481.7*
*Iurabile feudum, quid 22.63*
*non Iurabile feudum, quid ibid.*
*Iuramentum, ad dominum quando pertineat 94.3 an ſit indiuiduum 85.24 contra Imperatorem, an ualeat 664.6 cōtra omnes homines, excepto Carolo quarto, ut ſit accipiendū 664.6 cui nō ſeruādum 350.1 cui ſit deferendū quis & quando inſpicere debeat 394.13 domino quare plærunq; remittatur 71.8 in cauſa feudali ad quid deferatur 577.1 in qua perſona fiat, an referat 346.4 & 5 in quali cauſa deferatur 578.7 probatio propriè an ſit 286.17 quotuplex: &, quomodo 333.12 reo uaſallo quare potiùs, quàm domino deferatur 489.13 uaſallo quaſi poßidenti ut deferatur,*

quid

*quid requiratur* 302.3
*contra* Iuramentũ,*nũ grauius peccetur delinquẽdo,uel cõtrahendo.* 117.10
*per* Iuramentum,*probandi facultas an tranſeat ad hæredes* 262.3
*ad* Iuramentum *uaſallo in quaſi poſſeſſione deferendum,quot actus requirantur* 302.2
*iuramento delato, quid fieri oporteat* 577.2 *domino & eius ſucceſſoribus præſtito, an mortuo domino,eius ſucceſſoribus iterũ præſtari debeat* 460.6
*in* Iuramento *quis præferatur* 636.1
Iurandi *terminus,quãdo domino præfigatur* 268.10 *termino prætcrlapſo,an mora à domino purgari poßit* 268.11
Iurans *, ad impoßibile an teneatur. pag.* 348.13
*pro* Iurante *, uel contra iurantẽ præſumptio, quid iuris in iurando inducat* 166.21
Iurent *ut ſibi inuicem, uaſalli hæredes & dominus* 583.9
Iuriſdictio,*cuius dicatur* 639.5 *&, an uendi poſsit.* *ibid.*
Iuriſdictio *omnis penes quem* 140.11 *quomodo ſit in territorio, & quouis magiſtratu* 639.6
Iuriſdictionem *prorogare, an uaſallus in alium dominum poſsit* 415.9
*iuriſdictiones inferiores, an & quomodo diuidi poſsint* 655.2
Ius *accreſcendi : uide, Accreſcendi ius.*
*cõmune:uide,*Commune ius. *quod uaſallus habet in feudo de ſui natura,an morte expiret* 689.37 *ſingulare,an ſit extendendũ* 295.20 *uaſallorum:uide,*Vaſall. ius.
*iuris diſpoſitio,quãdo ceſſet* 707.30
*iure quæ uideamur feciſſe, etiamſi iuri aduerſentur* 542.2
*iura conditionalia:uide,* Condit. iura. *perſonalia : uide,* Perſonalia iura.
Iuſſus *domini, an uice inductionis in poſſeſsionem habeatur* 574.2
*iuſta cauſa non petitæ inueſtituræ, an excuſet* 460.5

L

Laici *hæres, an indiſtinctè teneatur ratam habere inueſtituram, factam à prædefuncto* 61.5
Laici, *clericorũ an in cauſa feudali poſſint eſſe iudices* 438.4
Laruarum *monſtra, quã appellentur. pag.* 127.17
Legatarius,*cui prohibuit teſtator alienare prædium legatum, an id poſſit infeudare* 331.16
Legatum *feudi, pro anima an ualeat. pag.* 377.13
Legitimati *in feudalibus,an ſuccedant* 583.8 *per ſubſequens matrimoniũ,an in feudum ſuccedant* 511.9
Legitimatio *ad regalia & baronias,à quib.& quõ fieri poſsit* 510.6
Lex *ſcripta,ubi magis ſimili conſuetudinis attendatur in deciſione cauſæ feudalis* 281.16

legis & Principis an par uirtus. pagina 293.17

ad Legis ſimile, in deciſione cauſæ feudalis, quando peruenitur 279.13

leges loquẽtes de ſeruis, an poßint allegari ad uaſallos 21.b

leges, ut ſint conſiderandæ 481.5

ad Leges Romanas, quando in deciſione cauſarum feudalium deueniatur 279.12

Libellarius, an inuito domino renunciare poßit 597.5

Libellarius cõtractus, an ſit ſpecies alienationis 707.29 contractus quid ſit 116.5

Libellaria res, ad quẽ tranſeat 493.1

Libellus quid ſit 600.4

libelli concluſionis forma, uaſallo contra dominum agente de euictione 486.3 ineptitudo, an prohibeat cognitionẽ de iuriſdictione 438.5

libellum eſſe ineptum, uel euidenter eſſe calumnioſum, paria an ſint. pagina 438.6

Libri ad librum, an fieri poßit continuatio 2.1

ex Librorum aliorum, quàm feudalis, auctoritate, argumentum an in materia feudali ualeat 340.2

Ligius duorum, an quis eſſe poßit 20.49 ſi quis à principio eſſe non poßit duorum dominorum, an poſſit ex poſtfacto 2.a

ligiũ, an etiã in perſona Imperatoris uel Regis, dicatur feudum 20.50

feudum, in quo ut detur ſit poßibile. ibid. feudum, quid 20. num. 48. & 21.a

ligij feudi duo effectus 2.a

ligij hominis, & non ligij diſcrimen pag. 21.51

in Ligio feudo, an locum habeat pœnitentia 21.52

Linea collateralis, an mutare poßit feudi qualitatem 491.6 deſcendens: uide, Deſcendens linea.

de Lite iudicata tranſactio, an ualeat pag. 613.3

inter Loca duo media, an excludantur potius quàm includantur conceſſis 403.10

Locatio fraudulosa, in re feudali prohibita eſt 375.7

locationes feudi domino an permittantur ſine conſenſu uaſalli 234.5

Lombarda, in iure an allegari poßit pag. 370.5

Lombardæ leges, quando ſint abolitæ 3.7 liber, an ſit approbatus 3.c. liber, an ſit Authenticus 3.7 liber, quos, & quatenus liget 3.7

Lombardæ Regis titulo abolito, quid aboleatur 3.7

Lombardæ textus, an poſsit allegari pag. 164.15

Lõbardi abundatiores pecunia Theutonicis 606.2 & quare. ibidem.

Lombardiæ ciuitates, quale habeant imperium 461.11 terræ, an Impe-

imperio, et quomodo ſubditæ ſint. pag. 209.4

Longum tempus, in inueſtitura ut accipiatur 357.14 tempus, quod intelligatur 274.2

Loquelæ amiſsio, an feudi priuationē inducat 592.2

Lotharij cōſtitutio de uaſallo feudum alienante, de quo uideatur loqui pag. 714.5

M

Magiſtratus ſi ſit negligens, quomodo, & ad quem ſit habendus recurſus 263.13

Maior xiiij. annis, debito tēpore fidelitatē non petens, an reſtituatur. pagina 514.4

Malefactores, à domino caſtri an in manus iudicis debeāt poni 549.4 cuius expēſis remitti debeāt 549.3 an quis in ſuo caſtro protegere poſſit 549.3

Maleficiorum pœnæ, fiſcales ſunt pag. 665.3

à Malo abſtinere, an ſufficiat 342.16

Manſum, quid ſit 93.2

Mantuæ Marchio: uide, Marchio Mantuæ.

Marchia, unde dicatur 385.3

Marchiæ feudum, quotupliciter conſideretur 187.3

Marchio, in feudū an dare poſsit 9.4 quis dicatur 385.2

Mantuæ 9.5 an primogenito poſſit teſtamēto relinquere Marchionatum 9.5

Marchionis filius, uiuo patre an dicatur Marchio 387.15

Marchionatus, an maior Comitatu. pag. 9.4

Maritus, an, quando, & quo caſu ſuccedat uxori in feudo 192.24.5 et 6 in feudo dotali an ſuccedat 405.3 & 4 & 5 in quantum teneatur 666.2 pro onerib. matrimonij quæ ſuſtinet, quid & in quantum lucretur 194.11

Maſculina natura an potior fœminea. pag. 427.11

Maſculinum feudum, quid ſit 19.42 ad quos tranſeat. ibid.

Maſculus, fœminam quando excludat. pag. 425.6 maſculo exiſtente, an uaſallus etiā debeat recognoſcere à fœmina 426.9 & 10 exiſtente, fœmina an ſuccedere poſsit, id actū ſi ſit 133.2 maſculum non extare, & ſtatim deceſſiſſe, num paria ſint 133.4 non extare, uel extare & ſtatim repudiare ſucceſsionem, an ſint paria. pag. 134.5 maſculi deſcendentes, an in feudo Eccleſiæ ſuccedant in infinitum 31.12 deſcendentes ex filia, quare non ſuccedant in feudum 38.37 deſcendentes, ubi in infinitum ſuccedant 188.7 filij, in feudo an ſuccedant 398.3 uel fœminæ, qui in feudo ſuccedant 141.1

*Maternum feudum, quid ſit* 19.42

*in Materno feudo qui ſuccedãt* 569.1

*Maxima una in feudis, Quòd primò inſpiciendus eſt tenor, &c.* 9.5

*Mediolanenſe collegium* 12.19

*Mediolanenſes quid ſeruent in alienatione feudi* 175.8

*Mediolanenſium cẽſura de ualore inueſtituræ de alieno feudo factæ. pag.* 271.3

*Mendacij ratione, an pœna inuratur. pag.* 88.5

*Menſis computatio, ut fiat* 226.3

*pro Mercede datum feudum, quantum ſit* 74.3

*pro Mercede feudum, an poßit ad certum tempus dari: &, an poßit ante illud tempus auferri* 48.6

*pro Mercede feudum, poſt annum an poſsit auferri* 47.5

*Metus, in curia domini uel principis an præſumatur* 332.4

*Miles, an, à quo, & intra quod tẽpus teneatur petere inueſtituram* 226.2 *arma bellica deponẽs, & mũdo renuntians, feudum an amittat* 443.1 *armatæ militiæ, effectus miles gaudens, an & quomodo ſeruire poßit* 445.10 *& uaſallus ubi idem ſint* 221.9 *habens liberos, an poſt depoſitionẽ armorũ feudũ ad eos tranſmittat* 443.2 *habitus monachalis dimiſsione, feudum amiſſum an recuperet* 443.7 *quantum temporis habeat ad inueſtituræ petitionẽ* 460.4 *quantũ temporis habeat ad petendam inueſtituram* 604.2 *non petens inueſtiturã intra annum & diem, an feudum perdat* 228.12

*Militis appellatione quis intelligatur* 211.2 *appellatione qui in hoc libello compræhendantur* 499.1 *& uaſalli, an idem ius* 245.2

*militi religionem ingreſſo, quí ſuccedant* 444.8 *&* 9 *qui ſeculo renunciauit, qui præferantur. pagina* 443.4

*de Milite quod dicitur, an in quolibet alio locum habeat* 240.2

*milites, an ſuſpendantur* 553.2 *cũ dominis ſuis an ire debeant ad exercitum, uel ſoluere hoſtenditias. pag.* 635.3

*Militia, an poßit uendi, legari, &c.* 14.25 *& feudum æquiparantur* 216.11

*Minor inueſtituram qualem faciat* 310.9 *&* 10 XIIII. *annis, an cogatur iurare fidelitatẽ* 513.1 XXV. *annis, intra annum & diem inueſtituram non petens, an reſtituatur* 651.1

*Minores per quos ſeruiant* 514.5

*Miſsio in poſſeßionem rei feudalis, quomodo fiat* 363.13

*Mobiles res, exiſtentes in caſtro feudali, an dicantur feudales* 46.4

*Mobilia bona, cuius cenſeantur ciuitatis* 542.6

in Mobilibus rebus an poſsit conſiſtere feudum 11 b. & 283.3
Modus in ſentētia appoſitus, num ſeruari debeat 542.7
in Molendinis, an poßit conſiſtere feudum 11.b
Moniales, feudum à laicis habere an poßint 434.4 laicis an fidelitatem iurare poßint. ibid.
Moræ purgatio poſt quod tēpus, & quare non admittatur 227.9 purgatio ultra annum & diē extenſæ, an admittatur 461.8
Moresuariare iuxta prouincias 278.5
Morganatica, unde dicatur. pagina 569.3 & *
Motus defectus, à feudo an deficiat uaſallum 593.6
Mulier feudum in dotē dare pro quo poſsit 194.12
Mutus in feudo an ſuccedat 592.1 quando non cadat à feudo 592.4 quis, aut perdat, aut non perdat feudum 137.4 uaſallus pauper ſi ſit, an, & quouſque poſsit retinere feudum 137.3
Muto conceſſum feudum, quando teneat 593.5

N

Nati ex uaſallo & ſerua, in feudo an ſuccedant 521.6
Natura in feudis quid ſit 18.40
Naturam propriam habens feudum, quid ſit 18.39
propriam non habens feudum, quid ſit 18.40 propriam non habens feudum, quibus caſibus amittatur 538.6
Naturalis filius legitimatus ante inueſtituram feudalem, num ſuccedat in feudum 509.3
naturales, an & quomodo ſuccedant in feudo 509.510.511 an etiā ex teſtamento, uel ab inteſtato in feudis ſuccedant 510.5 an etiam in feudo ſuccedant non exiſtētibus hæredibus 510.4 filij tantùm an ſuccedant in feudo 509.1 fratres, an ſibi inuicem ſuccedant in feudo 511.11
Naturalitas, an ſola conſideretur in feudo 507.1
Neceſſarium, quādo ſit feudum 456.8
Negationis & mendacij ratione, an pœna infligi poſsit 83.5
Nemo ſine crimine uiuit 502.3
Nepos conceptus poſt mortem aui, an ſuccedere poſsit, ſi filius renuntiauit feudo 151.24 feudum antiquum habere an poſsit, ex perſona patris repudiata hæreditate. pagina 620.11
nepotis appellatione, an contineatur filius fratris 115.4
nepotes ex duobus fratribus, in feudo quomodo ſuccedant 395.16
Nobile feudum, quid 21.56
mediocriter Nobile feudū, quid 22.57
non Nobile feudum, quid 22.58
Nocere, quis faciliùs poßit 333.10

Notoria conſuetudo, quid ſit 2.5 conſuetudo, unde probetur. ibi. cum eſt culpa, an feudo priuari poſsit uaſallus 45.a
in Notoria culpa uaſalli, an requiratur ſententia declaratoria 245.14
Noua inueſtitura à quo fieri poſsit 308.1 inueſtitura, per breue teſtatum an probetur 295.22 & 23 inueſtitura per extraneos, an probari poſsit 296.24 &, quando 296.25 inueſtitura per quos uel quæ ſit probanda 298.2 inueſtitura, quæ ſit 309.3 inueſtitura, qualiter probetur domino poſsidente 298.1 inueſtitura, ut probetur domino paribus curiæ carēte 303.5 inueſtitura, ut in uniuerſum probetur 451.14
Nouellarum liber an ſit allegabilis in cauſis, & quando 4.8 liber an ſit Authenticus ibid.
Nouum feudum alienatū, ad quem redeat 125.8.150.20.518.2 feudum ad quem redeat, feudatario ſine liberis mortuo 702.25 feudum, ad quem redeat morte domini 703.24 feudum, an nobilitet 21.55 feudum fratri omnium bonorum ſocio, an acquiratur 402.7 feudū, quid ſit 17.35 & a. feudum uaſalli delinquentis, ad quem reuertatur 571.2
Noui feudi alienationes quis auocet. 722.3 feudi probatio, cui incumbat 414.7
in Nouo feudo, agnatus, an & quando agnato ſuccedat 677.17
in Nouo feudo, frater fratri, an & quando ſuccedat 190.1
in Nouo feudo, qui, & quando ſuccedant 125.9
Nunciatiua uerba, inter quos nō probent 17.36 & 37
propter Nuptias donatio, in re feudali an conſtitui poſsit 376.11 in re feudali pro alio, an uaſallus eam conſtituere poſsit ead.12

O

Obertus de Orto, legis condendæ authoritatem an habuerit 278.2
Obligatio feudi pro pignore, an hodie ualeat pro parte 175.14 perſonalis: uide, Perſonalis obligatio.
in Obligatione generali, an ueniat feudum 645.10
Occidere uoluiſſe, ſatíſne ſit ad perditionem feudi 482.uerſu 2
Offendens alterum propter nouam diſcordiam, an pacem infringere uideatur 542.3
Offerendi iuri, an præſcribatur 270. num. 6
Officialis, an, & cuius ratione præſumatur ſubtraxiſſe bona recepta penes ipſum 164.14 quando præſumatur ditatus ex bonis fiſci 166.22
Onus ſeruitij præſtandi, quale cenſeatur in

*tur in dubio* 473.10
Opiniones duæ ſi inueniãtur in lege, quæ ualeat 272.6
Ordinarij qui cenſeantur 420.10
Oſculum, an, & quõdnam faciat perdere feudum 113.6
Obſeruata in maiori curiæ parte, in omni curia an ſint obſeruanda. pag. 346.3

P

Pactum, an deroget naturæ feudali 190.4 contra bonos mores, an ualeat 306.18 contra cõmunem naturam feudi allegatum, quis probare teneatur 303.7 conuentum de non iurando inter uaſallum & dominum, an ualeat 524.3 de futura ſucceßione propter imminens periculũ, an ualeat 271.4 de non amittendo feudo per culpã, an ualeat 445.12 de non petendo feudum, factum à fratre fratri recipienti, &c. de quibus intelligatur factum 583.7 inſolitum domino non probante, quid fieri debeat 304.9 legis commiſſoriæ, quando cõfirmetur 270.5 legis commiſſoriæ, quãdo ualeãt 270.7 ne filij ex uxore nati n feudo ſuccedant propter honorem, &c. an ualeat 533.6 remiſsiuum ingratitudinis, an ualeat 48.8 ut filij matrimonij in feudo tantùm ſuccedant primi, an ualeat 503.1 ut ſit interpretandum & declarandum 539.8 ut uaſallus non cadat à feudo ob feloniam, an ualeat: &, quare non pag. 14.23
pacto aliquo contra naturam feudi facto, an in reliquis ut feudum cenſebitur 458.16 legis commiſſoriæ cum fideiuſsione facto, an res efficiatur feudalis 270.4
pacta, in feudis an ſeruãda ſint, ſi ſint contra feudi naturam 398.5
Paganus, quantũ tẽporis habeat ad petẽdũ inueſtiturã 460.4.604.2
Paganicum feudum, quid 403.9
Palatini Comites, creati ad legitimandum, propriè an dicantur comites. pag. 388.16
Panes ciuiles, inter quos res computentur 233.6
Papa, an aliquem non coniuncta culpa deinueſtire poßit 139.9 & 10 cum omni prælato ubi concurrat 390.21 faciendo Regem, an omnia regalia concedere uideatur pag. 665.5
Papam detinentem, uel percutientem, priuari feudo Eccleſiæ 223.10
Par, in parem an imperium habeat. pag. 334.14
Pares, an cogantur teſtificari contentione inter dominum & uaſallum orta 668.§.notandum. an rectè dijudicarint, quis cognoſcat. 241.6 cognituri, in quali locò ſedere debeant 663.4 curiæ

abſentes, an ſint expectandi 296.26 & , quare. ibid. curiæ, ad quid ſint iudices 219.4 curiæ, ad ſuſcipiendam iudicaturam cogi an poßint 422.14 curiæ, an ordinarij cenſeantur 420.10 curiæ, an ſint neceſſarij ad utranq; inueſtituram 292.14 curiæ, in inueſtitura quare requirãtur 293.15 curiæ iudices electi, an iurare tenea̋tur 421.13 curiæ omnes, an ad iudicandum idonei ſint 419.7 curiæ, quando regulariter ſint iudices 436.1 curiæ, quãdo teſtes, uel iudices eſſe queãt 165.20 curiæ, qui dicantur 162.2 curiæ qui erant tempore inueſtituræ, idonei an ſint teſtes 433.1 curiæ, ſeu curtis, qui dicantur 514.262.6. & 463.4 curiæ ſuſpecti, an allegari poſsint 422.15 curiæ, ubi ſint iudices 418.2 & 3 eſſe qui deſierunt ex cauſa infamante, idonei teſtes an ſint 434.2 iuriſdictionem an denegare poſsint 623.5

parium electio, qualiter fieri debeat 418.5 iuriſdictione declinata, quis cognoſcat 622.2

pares adeſſe, & pares ſubſcribere, an paria ſint 298.3

paribus curiæ à domino electis, & nolente uaſallo eligere, an à domino electi ſoli iudicent 421.11

coram Paribus curiæ an ſit ſeruanda ſolennitas iudiciorum 421.12

paribus curiæ deficiẽtibus, quis ſit futurus iudex 664.5 curiæ domino carente noua inueſtitura ut probetur 303.5

Parmenſis Epiſcopus 33.19

Parricida omnis, num priuãdus ſit feudo 481.11

Pars quænam alteram ad ſe trahat pag. 609.4

partis alienatæ ſine conſenſu domini ratione, an uaſallus cadat à feudo toto 171.12 appellatione, an totum contineatur 312.18 appellatione, quantum in dubio intelligatur 174.3 appellatione, quid & quantum intelligatur 79.4 ratione, ubi obtineatur totum. pagina 84.23

pro Parte an licitum ſit, quod nõ licet in totum 175.11

Paſsiua inueſtitura, per alium an poßit fieri 322.1

Pater, an poſsit feudum alienare in præiudicium filiorum 675.11 an poſsit aſsignare uni ex filijs feudum 42.53 an poſsit in unũ ex filijs totam ſubſtantiam erogare 710.32 feudum ſuſcipiens pro ſe uſque ad quartam generationem, & alienans, an noceat deſcendentibus 154.33 filiam ex fructibus feudi dotare an teneatur 375.9 filium liberum pro noxa dare an poſsit 661.5 uni filiorum

liorum an poſſit aſsignare feudum ſine conſenſu aliorum 650.35
patris conſenſus, an & in quibus feudis noceat filijs, aut non 152.29 delictum, an & ubi noceat filijs 660.2. & 681.25 factum, an noceat filijs 152.30
patre inueſtito pro ſe & deſcendentibus maſculis & fœminis, ipſæ quando ſuccedant 153.32
Paternitate feudi in dubium uocata, iuris quis ſit ordo ſeruandus. pagina 492.§ & licet.
Paternum, ad quem gradum dicatur feudum 19.42 ad quotũ gradum dicatur feudum 146.5 aut nouum, an ſit feudum, quando ſit cognoſcendum 490.3 feudũ, ad quos, & quouſq; tranſeat 146.6 feudum alienatum, ad quos redeat 150.20.518 2 feudum in infinitum an ſucceſsionem admittat 147.8 feudum in præiudicium agnatorum, an in agnatum remotioris gradus alienari queat 518.1 feudum, quid ſit 17.35 & 19.42 feudum, quod dicatur 393.8 nouum'ue ſit feudum ſi dubitetur inter dominum & agnatos, dominus autem dicat eſſe nouum, qui in poſſeſsionem mittẽdi ſint 490.2 potiùs quàm nouum, quando præſumatur feudum 504.12
paterni feudi alienatio facta domini uoluntate, an & quando ualeat 695.5 feudi alienatio facta domini uoluntate, an ualeat non conſentientibus agnatis 696.10 feudi alienatio in agnatum remotioris gradus in præiudicium agnatorum prioris gradus non conſentientium, an ualeat 524.16 feudi alienatio, inter agnatos quomodo permittatur 649.30 feudi alienatio, quæ non poſſit poſt domini mortem reuocari 704.25 feudi alienatio ſi fiat in extraneũ, an ad hoc ut ualeat, ſufficiat domini conſenſus 697.11
in Paterni feudi alienatione, quis præferatur 521.10.11.12.13.14.15
Patrueles, quomodo ſuccedant. pagina 42.49
patruelium ſucceſsionis regulæ tres pag. 42.50.51 & 52
Patruus, nepoti an ſuccedat 212.8
Patientia, an habeatur pro conſenſu pag. 268.13
Pax à quibus frangatur 555.2
pacem non ſeruantibus pœnam quis ſtatuat 541.§.imperator. omnia appetere 542.4 quis non uidcatur infringere, etiam contra pacem quid ſuſcipiens 542.3 qui facere poſsint ibid. 2
Peculium quódnam cenſeatur caſtrenſe 403.9
Pecunia, in feudum an concedi poſsit. pag. 413.1

in Pecunia, an cõſiſtat feudũ 489.13
Penſiones feudi locati, ut regulentur. pag. 465.2
Periurus, an feudum perdat 481.9
Permutatio, à cambio ut differat. pagina 79.5
Perpetuum feudum 44.2.21.54
Perſonæ ratio, an habeatur ad inueſtit. ſuſcipiendam 320.3
de Perſonis in Feudorum tractationem primò uidendum eſt 9.2
Perſonalis obligatio, an faciat alienationem rei 374.6
Perſonale feudum, quid 19.44
in Perſonalibus iuribus, an feudum habeat locum 11.12
Perſonaliſsimum feudum, quid 19.45
Pignus, conſultũ quare dicatur 366.6
Pignus, quomodo appelletur. ibid.
Plebeij, qui dicantur 387.8
Pluralis locutio, an duorum numero uerificetur 698.12
Plus quod eſt, conceſſo, & id quod minus eſt intelligatur conceſſum. pagina 648.20
de Pluribus uno conceſſo aut negato, an reliqua probibeantur, aut negentur 175.12 & 13.
Pœna, quando remiſſa uideatur 538.4 uaſallo remiſſa, an dicatur uera donatio 615.1
in Pœnis, ut procedatur 199.10
Pœnitentia, an locum habeat in feudo ligio 21.52
Pontificis ſummi lex, an affectat caſus præteritos 129.7
Poſitioni malitioſæ reſpondens, pro quo habeatur 589.2 negatiuæ, an ſit reſpondendum 76.30
Poſsidens feudũ bona fide per XXX annos, an id præſcribat 274.6 rem, ut feudum, per XXX annos, feudum an præſcribat ut dicatur uaſallus 500.1.2.3
Poſsidenti, an deferatur iuramentum. pag. 90.10
Poſſeſsio, an ſit plena probatio, et quomodo ſuppleatur 89.8 longa, an etiã de annali intelligatur 580.1. minor anno, an proſit uaſallo 79.3 noua, quid 581.2 quomodo poſſet acquiri & trãsferri 667.1 uacua, quid 73.21
poſſeſsionis nuda traditio, ſine titulo an præſtet, & dominiũ an transferat ius in re 292.13
de Poſſeſsionis traditione, ubi tractari conueniat 464.13
poſſeſsionis titulum, an & qui teneãtur oſtendere 223.11
ex Poſſeſsione antiqua, an præſumatur conſuetudo infeudandi 132.16
Poſſeſſor rei feudalis, cum quibus iurec 16.36
Poſſeſſor, ſi ſibi lis moueatur à domino, ut obtineat 70.5 tertius, an poſsit opponere de utili diminio feudatarij, contra dominũ 359.19
Poſſeſſori, quando iuramentum deferatur 262.2

Poſſeſſorij meri cauſa, quis ſit iudex pag. 204.7
Poſthumo præterito, natoq; inſtituto, inueſtitura an differatur 619.10
Poteſtariæ feudum, an propriè ſit feudum 385.4
Prædio empto prope rem feudalem, an hac ad dominum reuertente, etiã illud redeat 366.8
Prælatus, an & quando ſine conſenſu capituli infeudare poſsit 64.17 an poſsit diſponere in futurum tempus, in præiudicium ſucceſſoris 61.2 an poſsit inueſtire agnatos 264.16 feloniam an remittere poſsit, ita ut uaſallus feudũ non perdat 119.19 feudum ſuſcipiens, an iurare teneatur 22.60 in clandeſtinam poſſeſsionem inducens uaſallum, an alienet transferátue dominium utile 65.20 quem rem infeudare poſsit 129.6 quibus caſibus non poſsit res Eccleſiæ infeudare, etiam cùm ſit conſuetudo 25. à 78 uſque in 85 ſuperior, an ſine conſenſu poſsit infeudare feuda pertinentia ad inferiorem 65.18
prælati delictum Eccleſiæ an noceat 606.1 ſucceſſor uolens, an poſsit adimplere inueſtiturã prædeceſſoris 62.7
prælato culpam committente in feudali contractu, an Eccleſia perdat feudum 22.61
prælati Eccleſiarum, quomodo in feudum dare poſsint 9.3 ut inueſtiant 290.3
Præſcriptio, an obſtet alienationi feudi 644.3 contra dominũ, quando currere incipiat 362.7 decem uel xx. annorum, an currat cõtra dominum feudi 605.1 qualiter interrũpatur 275.8 xxx. annorum, an in caſu prohibitæ alienationis currat 381.12 xxx. annorum, domini ſcientiam an exigat 575.3
præſcriptione, feudum eſt ſine inueſtitura 12.18
Præſidatus feudum, propriè num ſit feudum 385.4
Præſtatio bina trináue, an inducat neceſſitatem futurarum præſtationum 304.12
Præſumi, quid ſoleat 395.15
Præſumptio, ſi aut ſit aut non ſit pro uaſallo, quid inducat 83.19
contra Præſumptionem ſolitam feudalem, cui non deferatur iuramentum pag. 306.16
Precarium, quódnam cenſeatur feudum 195.3
Precium æquale redemptionis, quare ſit deſignatum 380.2 ex feudo perceptum, in quid cõuerti debeat 627.4
Precio, an acquiratur feudum 216.10
Princeps abuſiuam inueſtiturã faciẽs, ad tradẽdum præciſè compelli an

poſſit 352.11 an alienare poſſit, quæ ſunt principatus 16.31 an, & quando inueſtito poſſit auferre feudum 138.3 cum ſua tota maieſtate, ſine cauſa feudum an auferre poſſit 44.7 quis nihil ad importunitatem conceſſiſſe uideatur 67.25 comminatio, ſub pœna indignationis, ut uaſallus aliquid faciat, an operetur in eo non obediente iuſtam feudi priuationis cauſam .477.7

per Principis decretum, an utile dominium auferri poſſit 67.26

principis inueſtitura abſq; traditione, an transferat dominium 353.12

coram Principe, ut procedatur 354.§. ultimo.

Principes, cui parere debeant 542.4

principum ſecreta reuelans, qualiter puniatur 201.20

Principatuum feudum, an diuidatur. pag. 655.1

Priuati eſſe, ſemper obuiare iuſtitiæ. pag. 178.4

Priuilegiũ, quomodo intelligatur 50.1

priuilegiorum generalis confirmatio, an etiam iniuſta priuilegia confirmet 311.15.

probãdi rationes iuſtæ quæ ſint 81.13

Probatio, ubi non admittatur 305.13

probationis plenitudo aut deficientia, quem actum inducant 88.6 & 7.

probationi ſemiplenæ, an adhiberi poſſit iuramentum ad ſupplementum probationum in amiſſionẽ feudi 497.4

probatione plenè, aut minùs facta, quid iuris 84.22

probationum emergente inopia, quid iuris 163 5. & 262.3

Proclama generale, quò miſſum eſſe ſufficiat 641.14

Proditionis culpa, uaſallum num feudo priuet 118.14

Proditionem committens, an feudo priuetur 594.1

Probibitionis ceſſante cauſa, an ceſſet iuris diſpoſitio 707.30

Promiſſa non ſeruans, feudo an priuetur 343.17

Promiſſione ſola de inueſtiendo in feudum nõ uallata ſtipulatione, quænam actio oriatur 15.29

Propria inueſtitura, an ſit potens ad acquirendum feudum 292.13

inueſtitura, quæ dicatur 71.9. & 254.2. & 292.13

Propriam rem uendens, an uendere poſſit iuriſdictionem Imperatoris. pag. 639.1

Proprium feudũ, quódnã 44.1 & 2

non proprium feudum, quódnam. pagina 44.1 & 3

non Proprium feudum, quando auferri poſſit 44.3.4.5 & 6

Proprium, cuius ratione cenſeatur feudum 58.17

Proprietas, an ſit libera à contractis culpis 626 2

Pro-

Prorogatio, an habeat locum in feudis. pag. 204.9
Proteſtans, an cenſeatur ius ſuum remittere 229.17
Pugna, in quibus caſibus fiat 545.17 per quos admittatur 545.18 & quando. ibid. quando fiat 542.2 ut ordinari debeat 546.20
pugnæ electio, penes quē ſit 546.19
in Pugna, arma quænam conceſſa. pag. 546.21
Pupillus, an ob non petitam inueſtituram intra conſtitutum tēpus, feudo priuetur 229.19. & 460.3 tempore quo ſuæ ætatis dormiat pag. 380.7
ad Purgationem canonicam, quando perueniatur 163.9

Q

Quæſtio, unde formetur 413.3
Qualitas, ubi non cadat 463.5
Quandoq;, dictionis, expoſitio pro quandocunque 696.8
Quaternatum feudum, quid 422.16

R

Rapinæ duplum, an mera ſit pœna. pag. 551.7
Realis inueſtitura, quid 291.9 inueſtitura quid efficiat 291.1
Reale feudum, quid 19.43
Reconuentio corā paribus curiæ, extra cauſam feudalem an locum habeat 420.8
Rectum feudum, an conſtitui poſſit iubente domino ingreſsionem in poſſeſsionem 254.4 & 5
Rectum feudum quando dicatur. pagina 12.17. & 452.12 feudum, quid ſit 17.33. & 92.15
in Recto feudo, an teneatur uaſallus ſeruire domino: & quando 13.19
Redimēdi ius per quanti temporis lapſum quòd dominus perdat 380.5
Refutās, per refutationem quid amittat 628.2
Refutatio, an fieri poſsit in præiudicium infeudati à uaſallo 601.6 in cuius manus fieri debeat 406.2 ſimpliciter facta, quando non noceat agnatis 407.6
Refutationis effectus, ad quos porrigatur 628.2
Refutatione facta, agnati an & quādo rem uendicare queant 601.7
Regale feudum, quid ſit 16.30 feudum, ut diuidi poſſit 383.2
Regalis feudi diuiſio, quomodo introduci poſſit 658.11
Regaliæ, quæ ſint pertinentes, ad Principem 665.1 [16.32
Regalium in feudū conceſsio, ut ualeat
Religione egrediens intra annū probationis, feudum an perdat 502.4
Remiſsio à domino facta poſtquam bona à fiſco ſunt alienata, emptori an noceat 411.12
Renūtiatione à patre in manus domini facta, ut filia inueſtiatur, ſi frater partē feudi alienarit, ad quem feudum reuertatur 146.3

*facta à patre ut inueſtiantur filij, an feudum deſinat eſſe paternum* 407.3 *feudum amitti* 443.3
R*equiſitio domino à uaſallo facta quæ liget* 348.17
R*es cui putabitur prius tradita, ſi de eo dubitetur, altero de precio probante, altero non* 533.4 *extra agnatos alienari prohibita, an poſſit infeudari* 702.20 *in feudum dari ſolita, quæ & quando infeudari nequeat* 129.9 *per fideicommiſſum relicta, & ignoranter alienata, an poſſit reuocari* 704.26 *probibita alienari, an poſſit infeudari* 313.1.2.3.& 702.19 *prohibita alienari, ſi alienetur, quid iuris* 676.16
R*ei utilis uēdicatio, cui detur* 357.13
*de* R*e dubia tranſactio, an ualeat.* pag. 613.3
*in* R*eſcripti interpretatione non facta mentione de ſtatuto, quando per hoc tale reſcriptum non dicatur ſubreptitium* 8.4
R*eſtitutio, an trahatur ad alienata* 411.13 *an trahatur ad ius proueniens ex ſententia. ibid. in integrum facta uaſallo poſt confiſcationem, an trahatur ad feuda.* pag. 538.4
R*etentionis reſpectu, an omnia feuda hodie ſint adæquata* 389.19
R*eus, an poſſit referre quæſtionē dominij, quando actor habet cauſam à reo* 171.8
R*ex, bonorum ratione quæ ſunt confiſcata, alteri Baroni domino ſubalterno an teneatur præſtare iuramentum* 336.17
*regis filius, an uiuo patre dicatur* R*ex.* pag. 388.15
*reges duo, an inuicem eſſe poſſint uaſalli* 582.6 *liberi, qualia habeāt imperia* 347.8
R*uſticus, an militem ad duellum clamare poſſit* 552.1

S

S*acramentum, an ſit probatio* 268.12
*ſacramēto delato, an per pares curiæ probetur* 296.27
S*acramentales duodecim, qui dicantur* 10.7. 83.18. 163.7.& 577.3 *quomodo deponant* 608.2
S*acramentalium xij. iuramentum, quādo exigatur* 83.19
S*acramentalibus, iuramentum quando deferatur* 163.8
S*alinæ exiſtentes in prædijs locisue priuatis, quorū ſint de iure* 665.2
S*cientia, de cuius conditione in inueſtitura requiratur* 521.7
*à* S*cientiæ die lapſo iuſto tempore, an admittatur moræ purgatio* 461.8
S*cribæ fraudulentæ alienationis inſtrumentū conficiētis pœna* 645.6 *quare in feudis fiat* 2.4 *referēs conſuetudinem, an deſinat eſſe conſuetudo* 3.5
S*ecretum, quid ſit* 198.6

Secu-

Seculare feudum, quid 22.59
Senæ, etiam Sypontus appellantur. pag. 299.7
Seniores, in feudi contemplatione qui nominentur 198.3
Senſus defectus, an feudi priuationem inducat 593.6
Sequeſtrum, quando fiat 24.18 & 9
Seruus, militare an poſſit 320.4
Seruitium, an de natura feudi ueniat 457.13 an uni, uel pluribus debeat præſtari exiſtentibus pluribus feudi dominis 506.13
ſeruitij præſtandi onus, quale cenſeatur in dubio 473.10
ſeruitium domino, eiúsue hærede à uaſallo poſt lapſum tempus recipiente, an auferri poſſit feudum 461.9 immoderatum, uaſallus an domino præſtare teneatur 457.14 non præſtans, feudum retinere num poſſit 470.1
ſeruitiorum diuiſio 12.17
Seruitus rei feudali per negligentiam dolúmue domini impoſita, in eius præiudicium an ualeat 360.2
ſeruitutis impoſitio iudicialiter facta, an domino noceat 361.4 impoſitio non nocens uaſallo, an domino noceat 360.3
Siciliæ regnum, cui & quomodo deferatur 568.2
Simile, in materia feudi ut potiſſimùm inſpiciamus 426.8
Simplex feud. an poſſit refutari 633.1
feudum, quid ſit 17.33 & 92.15
Soldata, ad quos de præterito tranſeat 387.12 in uino, uel annona, an conſiſtere poſſit 387.13
ſoldatæ feudum, an nobilitet 387.9
feudum, quando extinguatur 387.10 feudi, à feudo de camera differentia 387.14
Solutionis ceſſatio, ubi non faciat cadere uaſallum à feudo 12.13.14. num. 19.20.21 & 22
ad Speciei poſitionem, remotionémue, an ponatur remoueatúrue genus. pag. 311.17
pro ſpecie, ad quid agatur 357.7
Spontaneum, quando dicatur feudum. pag. 456.8
Statutum loquẽs, ut primogenitus ſuccedat in feudalibus, an etiam ſit extendendum ad allodialia 184.15 quòd uaſalli poſsint in re feudali teſtari, quo ad quos ualeat. pag. 142.8
ſtatuta, interpretationem qualem recipiant 194.10
ſtatuta non ſeruans, an puniri debeat. pag. 553.1
Stipes, in qua ſucceſſione inſpiciatur. pag. 394.10
Subditus, cuius ratione iuret 332.7
Succeſſio feudorum, ſecundum quod ius reguletur 394.14 quomodo ſit in feudis dignitatum 183.6 quotuplex 429.13 ut fiat in linea deſcendenti 630.4 ut in

*linea tranſuerſali* ibid.
*Succeſsionis feudalis uaria iura* 38.35 *linea, quæ ſit magis priuilegiata* 190.3 *ratione, quomodo ſuccedatur* 429.13
*ſucceſsioni, in quibus feudis ſit locus, aut non* 186.1
*ſucceſsione feudum acquiri* 392.2
*in Succeſſore ſingulari, locum an habeant de inueſtitura dicta* 38.14
*ſucceſsiones, quouſque extendantur in uniuerſum* 189.8
*Suitas, in feudis locum an habeat.* pagina 286.18
*Superioris ius, in iuramento ut intelligatur* 566.1

T

*Tabulæ, uel de Tabula feudum, quid.* pag. 422.17
*Tamen, dictio, aliquid includere debet.* pag. 696.9
*Tempus anni & menſis, à quo tempore currat uaſallo* 228.11 *anni & mēſis, ubi ſit continuum & utile diuerſis reſpectibus* 228.1
*Tēporis tractu, an recōualeſcat quod de iure ab initio non ualet* 644.1
*Terminus à lege ſtatutus, in dubio an ſeruandus* 448.6 *uniuerſalis, in feudis an reſtringatur* 378.17
*Territorium poſitū inter duos alueos, cuius ſit* 105.20
*extra Territorium ciuitatis, quot millia paſſuum pro ſingula die dentur.* pag. 653.1
*Teſtamentum factum conſentiēte domino, & præſentibus agnatis, an ualeat* 378.16 [95
*teſtamenta, an in dignitatibus ualeāt*
*Teſtatum breue: uide, Breue teſtatum.*
*Teſtis aliud dicēs in iudicio, aliud extra, an deponere poſsit* 86.29 *in feudis qualis eſſe debeat* 579.9. & 666.1 *recuſans deponere, à quo ſit cogendus* 262.7
*teſtis, odio uel amicitia corrupti, dictū an ualeat* 298.5 *præmium recipientis, teſtimonium in cauſa feudali an ualeat* 262.8 *aliàs non admittendi, an in defectu probationum admitti poſsint* 164.18 *deponētes de credulitate, quot ſufficiant* 267.6 *aut de eſſentia & ueritate, quot* 267.6 *extranei, an ſint neceſſarij ad probādum nouam inueſtituram* 263.11 *idonei qui ſint in cauſa feudali* 433.1 *in cauſa feudali ut iurent* 299.6 *poſt publicatas atteſtationes an producendi* 299.8 *quot, regulariter in feudo ſufficiant* 268.8 *quot requirantur ad probandum contra uaſallum* 467.7
*teſtium contra dictum ſuum extraiudiciale in iudicio dicentium aliquid, teſtimonium an ualeat* 299.7 *probatio, qualis* 455.2 *ſacramento quando ſtetur in contentione inter dominum & uaſallum.* pag.

pag. 262.5
teſtes extraneos, quando uaſallus producere poſſit 300.15
teſtibus, ubi ſtandum 455.2 deficientibus inſtrumentoq́; quid iuris. 299.10
totum, partis appellatione an contineatur 84.23.312.18
totus dicẽs, an aliquid excludat 9610.
in Totum quod non licet, an pro parte licere poſsit 175.11
Tranſactio de re dubia, & lite iudicata, an ualeat 613.3
tranſactionis nomine datum, quando in feudum conuertatur 614.4
Tranſiens ad omnes filios eiuſdẽ gradus feudum, quónam 22.64
non Tranſiens ad omnes filios eiuſdẽ gradus, feudum 22.64
Tranſitorium feudum 44.2
Tranſueſtiti, ut appellentur 127.17
Tutorem habens, an poſſit inueſtire. pag. 311.11

V

Vaſallicij forma 21.52
Valuaſor minor, quis dicatur 386.6 minimus, uolens ſeruire domino, feudum an retinere poſſit 389.20
ualuaſoris minoris feudũ, an propriè ſit feudum 387.7
ualuaſores maiores, quomodo dicantur 198.2 minores, alijs an dare poſsint feudum 195.2 minores, qui dicantur 9.6 minimi, feudum ſine cauſa an auferre poſsint 139.5 minimi ſi acceperint feudum dato precio infeudanti, an in infeudantis poteſtate ſit contractũ reſoluere aut precium reſtituere. 195.4 qui dicatur 44.2. 386.5
ualuaſoribus minimis datum feudum, quale cenſeatur 195.3
inter Valuaſores maiores & minores, an ſit differẽtia conſtituenda quando agitur de priuatione feudi. pag. 202.3
inter Valuaſores minores & capitaneos ortam contentionem qui dirimant ibid.
Vaſallus à domino oneratus præter debitum, quid imploret 432.6 accuſans dominum capitaliter, an perdat feudum 475.1 accuſans dominum, quandiu poſsit pœnitere ut nõ amittat feudum 478.19 accuſationẽ intendens domino ex qua non ingeritur pœna magna, an perdat feudum iniquo iudice magnã pœnã domino imponẽte 478.15 ad quid agat cõtra dominũ poſt euictionem 486.3 ad quod domino teneatur 339.1 aduocatus, an poſſit præſtare patrocinium contra dominum 201.2 agens contra dominum, probando inueſtituram, uel per inſtrumentum, uel per pares curiæ, an & quare contra dominum obtineat 170.7 alienans, an dominum priuet proprietate 57.16

alienãs, an excuſetur abſentia domini 648.22 alienans feudũ ſaluo iure domini & agnatorum, & adijciens clauſulã, Et nõ aliter, nec alio modo, &c. an excuſetur. 484.20 alienans partem, an perdat feudum 174.5 alienans quantum de iure poteſt, an perdat feudum 155.38 alleuans tantum manus in dominum, ſed non percutiens, an feudo cadat 467.a alterius locum in quo ſit dominus, aggrediens, an & quando feudo priuetur 117. 11 alteri mandans, ut aggrediatur dominũ, &c. an feudo priuari debeat 467.6 amicitiam contrahens cum inimicis domini, an feudo priuetur 112.1 & 2 an deijci poßit de poſſeßione, cauſa nondum cognita 241.3 an dicatur petijſſe inueſtituram, ſi tertius illius nomine abſque mandato petat 322.2 an, & quando poſsit uenire contra factum ſuum 538. 2 an, & quomodo per ſubſtitutum ſeruire poßit 322.5 an ex duobus dominis eligere poßit quem uelit 657.7 an feudum præſcribat 500.1.2.3 an hodie ad libellum dare poßit 180.13 an incognita cauſa priuari poſsit feudo 112.3 an per ſubſtitutum ſeruire poſsit 513.2 an poſsit permutare utile dominium cum pleno dominiõ feudi 79.6 an poſsit refutare feudum domino 121.4. & 633.§. ſimiliter poteſt. an poſsit renunciare feudo 506.12 an ſine cauſæ cognitione poſsit feudo priuari 219.2 an ſuis ſumptibus teneatur ire cum domino ad prælium 505.7 an ſuper infidelitate prouocari poſsit ad pugnam 603.5 an teneatur iuuare dominum iniuſtè præliantem 198.4 appellans, an ad præſentiam Imperialem, & cũ quibus ire debeat 241.5 aſſultum faciens in domini perſonam, an feudo priuetur 115.1

uaſallus celans rem domini, an perdat feudum 498.10 compromittens, & ex ſententia arbitri euictus, quando agat de euictione 488.9 concumbendo cum uidua domini quæ non tranſiuit ad ſecunda uota, an feudum amittat 222.3 concumbens cum domini uxore, an & quando feudo priuetur 113.7 conditionem rei feudalis meliorare, uel deteriorare an poſsit 365.2. & 680.20 contra ciuiliter poſsidentem, rei uendicatione an agere poſsit 358.17 contra domini ſui uoluntatem excogitãs fraudem, an puniatur 635.2 contra dominum in criminali an teſtis eſſe poſsit 340.5 & 7 conuentus à tertio, dominum

minum nominare an poſſit in iudicio 489.14 copulans amicitiam cum inimicis domini, an perdat feudum 467.8 cum uaſallo litigans, ipſum an inuitum ad dominum, uel curiam trahere poſſit 415.8

uaſallus, de facto alieno an aliquando anceps periurium ſubire cogatur 577.4 & quando. ead.6 de feudo, cùm ad ſe pertineat, an ad placitum ſui . diſponere poſſit 366.3 denuntiatione facta, contra quē agat de euictione 486.2 deſtruens rem feudalem, an perdat feudum 126.15 dicens rem eſſe feudalem, & ſuccumbens, an dicere poſſit eſſe allodialē 57.15 dicens ſe ignorare, cùm ſciat, an perdat feudum 589.1 dimittens dominum in pugna, an feudū perdat 222.4 domini facile facere, faciens difficile: uel domini poſſibile facere, faciens impoßibile, feudum an perdat 342.14 domino cogatúrne ſubuenire in maritanda filia 623.6 domino fidelitatem non iurans, dominum an offendere poßit 625.3 domino in damnum eſſe non debet, quoad iuſtitiam miniſtrandam 341.11 domino quando cogatur ſeſe offerre ad præſtandum ſeruitium 595. §. non cogitur. domino præſtās ſeruitia propter rem aliquam, & poſtea ſeruitia negans, an cogi poſſit ad rem oſtendendā 499.11 dominum accuſare an poßit, uel contra eum teſtificari 580.1 & 2. dominum aggreſſus, an cadat à feudo 466. §. ſi porrò. dominum capitaliter accuſans, & probans, num feudū perdat 477.14 dominū cogitans offendere, nec ad actū perueniens, an feudum amittat 632. §. ſi uoluerit. dominum dimittens in bello, an feudo priuetur 198.4 dominum egentem alere an teneatur 534.10 dominum iuuare an teneatur proprijs expenſis 583.11 dominū quando teneatur defendere 348.18 dominum ſuum criminaliter accuſare an & quādo poßit 340.5 & 7 dominum ubi iuuare teneatur 556.1 dubitans, an petere poßit tempus ad deliberandum 538.1 emittens uotum ingrediendi religionem, & non ingrediens, an perdat feudum 502.3 ex felonia feudum perdens, liberatur fidelitate 515.7 ex quibus cauſis perdat feudum 198.1

uaſallus faciens contra ea ad quæ tenetur domino, ut dicatur 343.17 feudum an poßit uendere ſuo conuaſallo agnato 650.31 feudum in dotē pro filia ſua, an poßit dare 647.16 feudū in emphyteoſim perpetuam, uel ad longū tempus

pus, an dare poſſit 647.17. ſcu dum oſtēdere de quo ſeruitia præſtantur, an cogi poſſit iure 661.9 feudum priuato, quare concedere poſſit ad libellum pereptuum, ſine conſenſu domini 179.9 feudo num priuari poſſit ex culpa domini ſui, ſine ſententia 639.7 fideiubens pro accuſatore contra dominum, uel alium ſubmittens ut fideiubeat, an feudum perdat 477.9

Vaſallus ignorans rem eſſe alienam, an agat de euictione 356.5 in libello dicēs rem feudalem eſſe propriam, an ſuccumbens dicere poſſit eſſe allodialem 493.2 incarcerans fratrem ſuum, feudum an perdat 482.12 indigenti domino ut præſtet ſeruitiū, an & quādo debeat admoneri 472.8 inboneſtate utens in perſona in libris feudalibus non nominata, an amittat feudum 342.12 iniuſtam ſententiam ferens contra dominū, quando feudo priuetur 478.20 inſidians domino ad mortem, an perdat feudum 467.5 iurans occidere dominum, non tamen ad actum ueniens, feudo an ſit priuādus 468.10 ius duraturum etiam poſt mortem, an alienare poſſit 689.36 ius ſuum in alium an transferre poſſit inuito ſuo domino 586.2

Vaſallus manus inferens domino non ad malum finem, an feudo priuabitur 467.3

Vaſallus, neceſsitatis cauſa feudum an alienare poſſit 119.20 negans aut feudum, aut partem feudi, an et quādo id amittat 497.1.2.3 & 4. & 498.9 negās domino facere iuſtitiā, ut feudo priuetur, quæ cōcurrere debeāt 470.3 negās feudum, an poſſit pœnitere, & reuocare negationem 498.5 uolens filios propinquóſue ad dominum adducere, ipſum ſi offendant, feudo an priuari poſſit 471.4 nō debet eſſe in damno rerū domini ſui 342.13 nō liberās dominū à periurio, an cadat à feudo 533.9 non ſeruiendo domino, quando non eſt neceſſe, an perdat feud 220.7 non uolens, aut non potens ire, an aliquem mittere poſſit, & qualem 655.2 num pendente iudicio euictionis, ſeruitia præſtare cogatur 357.12 num teneatur denunciare domino uenditoriue ſcientibus litē motā 487.8 num, ubicunq; negauit domino facere iuſtitiam perdat feudū 471.5

uaſallus, ob cognitionem damni domini quando puniatur 199.14 occidens fratrem ſuum, an feudum perdat 115.3

uaſallus paratus præſtare ſeruitium, an præſcribat contra dominum 534.11 per uiolentiam inuadens

dens locum in quo ſit dominus, an perdat feudum 467.2.
uaſallus periurus, an admittatur ad iuramentum fidelitatis 572.4 petens inueſtituram, quomodo adibit dominum 322.7 poſſeſſor ut obtineat, quot requirantur 75.27 pro anima legare an poſſit 639.8 pro Principe uel Republica contra dominum quid agẽs, feudum an perdat 477.11 procurator in rem ſuam exiſtens, an habeat requirere dominum 613.2 proximiori agnato quare poſſit alienare incõſulto domino 314.6
uaſallus, quæ poſſit 348.14 qualiter ſe contra dominum ſuum habere debeat 455.4 quando iudicis officium imploret 432.6 quando iuſtiſsimè priuetur feudo 12.16 quare non præſumatur inueſtitus nomine proprij feudi 55.14 qui fidelitatem domino non iurauit, an de paribus curiæ eſſe poſſit 419.6 qui tenetur domino ſeruire, quomodo in guerra uenire debeat 515.9 quod feudum nulla ratione alienare poſſit 237.4 quot modis delinquat erga dominum 483.15 quæq; pœna quos feudi tranſitus faciat ibid.
uaſallus Reipublicæ cauſa, an agere poſſit contra dominum iniuriarum 478.21 relinquens dominũ, an & quando feudo priuetur 108.8 & 109.11 relinquens dominum in prælio non periclitantem, an idcirco cadat à feudo 463.7 relinquens dominum ſecundò uulneratũ, an perdat feudum 110.12 rem feudalem quam tenet dominus, propria auctoritate inuadens, an perdat feudum 551.8 remiſſa commiſſa culpa, an intra annum & diem inueſtituram petere debeat 318.13
uaſallus, ſalutem propriam an ſaluti domini præponere poſſit 108.7 ſciens dominum incluſum, & non liberãs, num priuetur feudo 475.4 ſciens rem alienam de euictione, an & quando agat 357.9. & 11 ſciens rem feudalem non eſſe inueſtientis, an contra inueſtientem agat de euictione 356.3 & 4 ſcienter faciens inſultum cõtra domini perſonam, feudum an amittat 199.8 ſcienter manifeſtans, domini ſecretum, an priuetur 198.7 ſecreta domini an debeat, quibus, & quando indicare 341.9 & 10 ſentiens periculum, aut damnum grande domini, & non denuncians ipſi, an ob id perdat feudum 463.8 ſi copulet amicitiam cum inimicis domini, an id præſumatur feciſſe in damnum domini 200.19

ſi decedat duobus relictis hæredibus, uno utili, altero inutili, an inutilis nihilominus feudum retineat 657.9 ſi legitimè uocatus non iuerit cum domino in expeditione Româ, an perdat feudum 639.3 ſi occîdat fratrem ſuum, an agnati priuentur feudo 711.1 ſi peccet contra conſtitutiones Lotharij, alienando, an perdat feudum: & ad quem redeat 482.13 et 14 ſuper quibus iuret 346.6

uaſallus teſtificans contra dominum coactus à iudice, an perdat feudum 478.17 teſtificans contra dominum in cauſa criminali, an feudũ perdat 477.10 teſtis, an pro, aut contra dominum produci poſſit 300.12.13 & 14

uaſallus uaſalli dominum offendens, fraudem committit 661.7 ubi non tenetur dominum periclitantem iuuare, aliquot caſus 567.5 ubi obtineat locum principalem. pag. 613.1

uaſallus uicum aggrediens in quo ſit dominus, feudo num ſit priuandus 466.§. ſi porrò. uolens probare dominum non ex uulneribus in acie acceptis deceſsiſſe, ſed uel ob malam medicinam, uel aliam aliquam cauſam, an ſit admittendus 464.11 ut agat de euictione, quid priùs debeat facere 357.15 ut præiudicet ſibi & liberis ſuis, pag. 571.1

uaſalli affectus, an puniatur non ſecuto effectu 199.15 an ſit electio, num uelit ire, uel dimidium reditus feudi domino ſubminiſtrare 653.3

uaſalli cautio, in aduocando cõtra dominum in accuſatione 478.18 contumacia intra quod tempus purgetur: & ea purgata, an amiſſa poſſeſsio recuperetur 448.4 creditoribus, dominus an teneatur feudo ad ſe reuerſo 362.9

uaſalli decedẽtis filij, an omnes teneantur fidelitatem præſtare 504.1

uaſalli & militis, an idem ius 245.2 etiam legitimè alienantis pœna, an noceat emptori 205.10

uaſalli filius clericus, mortuo patre ſtatim uxorem accipiẽdo, feudum an retineat 445.11 filius dominum offendens ex cauſa propter quam uaſallus amitteret feudũ, an patre mortuo ſuccedat 632.§. quæſitũ. filij, an teneantur præſtare omnes fidelitatem domino, ſi habeant feudum indiuiſum 504.1 &, an omnes 504.5

uaſalli hæres non poſſidens feudum, intra quod tempus inueſtiturã petere cogatur 201.23 honeſtas, an in tota domini familia uerſari debeat 341.11 in fraudem infeudantis alienatio, an ualere poſſit 316.10.645.5 iniuria leuis domino illata, iuſtáne feudi priuationis

tionis ſit cauſa 467.4 iuramentum, ad quæ extendatur 582.5 iuramentum contra filium & fratrem, an liget 349.20 iuramento quãdo ſtetur 83.19 locum in quo dominus ſit ſiue ſcienter ſiue ignoranter aggredientis pœna 117.8
uaſalli num ſit electio, an uelit cũ Rege Romã ire, an ſtipẽdia militia perſoluere 640.11
uaſalli plus medietate libellario nomine, ſeu pignoris, concedentis pœna 116.6
uaſalli reſponſum ſuperbum domino datum, iuſtáne ſit feudi priuationis cauſa 456.5
uaſalli ſecundi poſt acquiſitum ius in feudo per præſcriptionem, ius an reſoluatur primi uaſalli iuris reſolutione 103.14
uaſalli tenentis rem feudalem, quid operetur 66.22 teſtamentum à domino ratificatum, in quorũ præiudicium ualeat 378.15 tranſactionis loco concedentis plus medietate, pœna 116.7
uaſallo accreſcente dignitate poſt ſuſceptum feudum, an & quomodo ſeruiat 514.6 actori, an iuramentum deferatur 164.13. & 165.19 an omne commercium ſuper re feudali ſit interdictũ 635.1 an uxor in re feudali ſuccedat 366.4 in quaſi poſſeſſione iuramentum ut deferatur, quid requiratur 302.3
uaſallo poſſeſſori, an onus probandi incumbat, ſi quid pro domino faciat 264.15.578.8 poſſidenti, quare iuramentum deferatur 71.10 poſſidenti, uel quaſi, quãdo deferatur iuramentum 303.4 quando euictio nõ noceat 487.7
uaſallum amicitiam cum inimicis domini in ipſius domini diſpendium iniuriámue contraxiſſe, quis teneatur probare 468.9
contra Vaſallum contumacem, qualiter procedatur 447.2
uaſallum domino teneri, ne damnum patiatur in corpore 340.4
contra Vaſallum recuſantem præſtare ſeruitium pro feudo, quánam agatur actione 472.7
uaſallo à diuerſis feudum obtinẽte, cui teneatur potius ſeruire 506.14 mortuo, ad quem redeat feudum 701.24 mortuo, ſi feudũ ſit paternum, qui & quomodo ſuccedãt 694.4 perdente feudũ ex culpa, an eius filius dicatur feudo priuatus 483.15 poſſidente rem de qua eſt contentio inter ipſum et dominum, quid iuris 267.5.6.7 & 8 ſuum fratrem interficiente, ad quos redeat feudum 118. pag. 15
uaſalli alicuius caſtri, augmentati, quos ſequantur 105.21 litigantes

propter priuilegiũ, in alium an conſentire poßint 663.3 quare ſub magnis ſint periculis 481.6
Vel, dictio, ut ucrificetur 701.15
Vendendi feudum certæ perſonæ licentia facta, nũ cuilibet uendi poſſit 647.18 licentiã qui quæſiuit, pro quibus quæſiuiſſe uideatur 647.19
Vera inueſtitura 464.12
Verbi actus, ut intelligatur 50.2
Verba, an ſint de formali ſubſtantia inueſtituræ 290.5 ut ſint intelligenda 347.9
Verbalis inueſtitura 290.1. 324.5 inueſtitura præcedit fidelitatem domini 329.1
Veritas colenda & inquirẽda 246.5 ut facilius inueniatur. pag. 577.5
ueritatem celans, nocere deſiderat. pagina 263.12
Vetus feudum executum, an dicatur nouum 660.3
Viam unam qui elegit, aliam an poßit amplecti 163.10
Victualia, quis curare debeat. pagina 553.2
Vindemia uaſalli ſine hærede mortui, ad quem pertineat 465.3
Vir, an teneatur expellere uxorem dominum offendentem 661.4 ut lucretur tertiam partem bonorum uxoris, conſuetudo an in feudis ualeat 650.34
uiris bonis detrahentes deteſtandi, & eorum crimen 342.15
Vniuerſitatis uaſallus, an ſingulis teneatur præſtare fidelitatem de uniuerſitate 506.11
Vniuerſitate uendita, num & ea uendita uideantur, quæ alij priùs ſunt conceſſa 631.3
cum Vniuerſitate, an trãſeat feudum, pag. 142.5
Voto ingrediendi religionum emiſſo et non adimpleto, an perdatur feudũ, pag. 500.3
Vrbani Papæ ſtatutum feudale in rebus Eccleſiæ 128.2 & 3
Vſufructuarius, an poſsit uſumfructũ alienare 680.22
uſufructuarij & uaſalli differentia, pag. 95.8
Vſurpare, an ſit dictio media. pagina 185.4
Vſusfructus, an debeat eſſe perpetuus 180.10 patri in feudo filij an acquiratur 403.8
Vterinus frater tantùm, an in feudo ſuccedat 41.47
Vtilis actio, cui competat 11.12 actio num præferatur directæ. pagina 588.4
Vtilis dominus, num præferatur directo 358.18 dominium, an in uaſallum transferatur 11.13 dominium, in feudis unde præſumatur 90.11 dominium, penes utrum remaneat 456.10 dominium

*nium, per principis decretũ ex cauſa an auferri poſsit* 67.26
*utilis dominij in uaſallum transferendi cauſa* 291.9
*Vxor, an poſsit dare feudum in dotem marito* 192.3
*de Vxore quod dicitur, an in concubina locum habeat* 113.8

FINIS.

EMENDANDA.

pag.78,13 intenda. 144,5 prohibente.230,20 abſens. ead. 22,23 abſentia.ead.25 abſentiam.

BASI[illegible]

Excudebat Thomas Guarinus, Anno Salutis humanæ, M. D. LXIIII. Menſe Martio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina
1974

Digitized by Google